BALDI

PERVSINI IVRISCONSVLTI PRÆCLARISSIMI,

IN DECRETALES SVBTILISSIMA Commentaria.

AD HÆC OMNES DOCTISS. VIRORVM ADNOTATIONES *subiunximus.*

Et loca propè innumerabilia, quæ prauè corrupta fuerant, ac plurimas etiam non solùm Voces, sed Orationes, quæ deficiebant, collatis peruetustis Exemplaribus, summa fide resarciuimus.

Prætereà totum opus nouis SVMMARIIS *tertia plus parte auctum, nunc recens illustrauimus.*

INDEX QVOQVE NOVVS PRIORE locupletior habetur simul & copiosior.

Petro Vendrameno corrigente.



VENETIIS, Apud Bernardinum Maiorinum. M D LXXI.

Rubricæ huius voluminis.

Alienatione iudicij mutandi cā facta. 218
Appellationibus, relationibus, & recusationibus. 427
Arbitris. 218
Authoritate & vsu pallij. 142
Causa possessionis & proprietatis. 262
Clericis peregrinantibus. 462
Cohabitatione clericorum & mulierū. 468
Confessis. 292
Confirmatione vtili vel inutili. 462
Constitutionibus. 12
Consuetudine. 85
Dilationibus. 251
Eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ. 285
Electione & electi potestate. 99
Exceptionibus. 392
Ferijs. 255
Fide instrumentorum. 353
His quæ vi metusve causa fiunt. 215
In integrum restitutione. 217
Iudicijs. 221
Iuramento calumniæ. 248
Iureiurando. 367
Litis contestatione. 238
Maioritate & obedientia. 197
Officio delegati. 151
Officio legati. 184
Officio iudicis ordinarij. 188
Ordine cognitionum. 257
Pactis. 201
Plus petitionibus. 261
Postulando. 206
Postulatione prælatorum. 93
Præscriptionibus. 399
Præsumptionibus. 362
Probationibus. 296
Procuratoribus. 207
Renunciatione. 143
Rescriptis. 39
Restitutione spoliatorum. 269
Sententia & re iudicata. 412
Sequestratione possessionis & fructuum. 290
Summa trinitate & fide catholica. 10
Supplenda negligentia prælatorum. 150
Syndico. 114
Testibus. 319
Testibus cogendis. 349
Treuga & pace. 200
Transactionibus. 204
Translatione episcopi. 140
Vita & honestate clericorum. 463
Vt lite non contestata &c. 240
Vt lite pendente nihil innouetur. 288

ILLVSTRISSIMO COMITI, AC REVERENDISSIMO EPISCOPO CENETENSI, D. MICHAELI TVRRIANO.

Bernardinus Maiorinus Parmensis. S. P. D.

CVM illud diuinationis genus ſemper certum eſſe duxerim, quod à uirtutis, optimorumq; ſtudiorum opinione manat, idq; præteritorum experientia doctus, & ipſe obſeruauerim, & ab alijs fide dignis uiris obſeruatum intellexerim, næ multo magis in dies hac in ſententia confirmor, qui uideam nunquam me ex huiuſmodi præſagio futura diuinantem aberraſſe. Si uero quid ad hoc accedat, quod uirtutem ipſam ſatis per ſe claram, magis tamen illuſtret, uix puto poſſe eius uim uel infringi, uel comminui. Quippe quæ minime debili fundamento nitatur. Quorſum iſta, inquies, Præſul ampliſſime? omnis hæc ad te ſpectat oratio. cum enim diuerſis temporibus Romæ egeris, ita tibi ſummorum Pontificum animos conciliaſti, ut omnes tibi gratificari ſummopere cuperent, eximiamq; tuam uirtutem, quibus poſſunt (poſſunt autem plurimis) honoribus decorarent. Hinc omnes tuam augurati magnitudinem, non obſcure diuinari mihi uidentur. uidebant enim in te corporis dignitatem omnis honoris capacem, eam animi amplitudinem, quæ maximis rebus ſufficeret, pectus cupidum honeſtæ famæ, faces oculorum mites, ac uenerabiles, nihil in uerbis callidum, nihil in factis indeſidioſum, frontem, oculos, uerba, factaq; inter ſe conſentire, & in ſimplicem, prudentemq; ingenuitatem congruere. denique, quicquid magnum uirum facere poteſt, aut in uere magnis uiris eſſe ſolet, id in te uno ſemper eſſe apparuit. Hæc te, ſumma familia natum (quæ olim Mediolani dominium habuerit) ſummumq; familiæ ſplendorem afferentem, ad ſummos honores peruexit, futurumq; ſperamus, ut non magno temporis interuallo, præmia ea conſequaris, quæ iam dudum tibi debita, quiſque pro ſuo in uirtutem amore, auguratur. Tu gratus Paulo Tertio Pontifici Maximo, eaq. prudentia prædito, ut nunquam in deligendis quos ornandos duxit, aberraret, Epiſcopatumq. Cenetenſem conſequutus ad Henricum Galliæ Regem miſſus, ita te in ea legatione fungenda geſſiſti, ut omnes grauitatem Principe dignam, cum eximia humanitate coniunctam admirarentur. Poſtquam ille æternitate dignus, naturæ tamen conceſſit, ab eius ſucceſſore Iulio Tertio, Peruſiæ Legatio, munus ampliſſimum, tibi delata eſt, quo in munere cum ſingularem animi tui præſtantiam declarares, à Paulo quarto ſanctiſſimo uiro reuocatus, eius domeſticis rebus, ita ab eo præpoſitus fuiſti, ut cum is totam curam in te tranſmiſiſſet, tua uirtute fretus, in te uno con-

 quieſceret.

quiesceret. Quo tempore, cum ualetudinis ratio, te diutius Romæ commorari non permitteret, reintegrandæ ualetudinis gratia Cenedam appulisti. Ibi cum ad Pij quarti usque creationem fuisses, generali Concilio Tridentino, ab eo indicto, in eo culmen gloriæ tuæ ostendisti, opinionemq; de tuis honoribus amplissimam penitus in animis hominum insitam, non solum confirmasti, uerum summopere auxisti. Quid? non ne & à Pio quinto Pontifice Maximo, atque sanctissimo, is haberis, cui multa pro animarum salute credantur? ita ut turbulentissimis his temporibus, fluctuanteq; admodum christiana Republica ad Carolum Nonum Galliarum Regem maximis de rebus te miserit, eaq; legatione reuersus, opera tua sæpissime utatur? Quæ cum ego mecum cogitarem, à CAMILLO IVNTA singulari probitate, & doctrina uiro, sæpius, me audiente, prædicata, incredibili tuo amore incensus sum, uoluebamq. mecum animo, qua nam ratione possem meam hanc tibi propensionem ostendere. Cum itaque doctissimum atque perutile hoc Baldi opus edere decreuerim, oportunum putaui me facturum, si uno, eodemq. tempore & Baldo, quem summa diligentia emendandum curaui, & mihi ipsi patronum quendam optimum deligerem. Cui uerò potius, quàm tibi dedicandum hoc erat MICHAEL TVRRIANE? qui liber continet ecclesiasticos ritus, ciuili lege sancitos. quem potius, quàm ecclesiasticum uirum, eumque summis uirtutibus ornatum decebat? Summus doctor, summo uiro, omnibus animi dotibus ornato, quæ summum uirum ornant. Verum in hoc dubium mihi est, maius ne tu ex uirtutibus, an uirtutes ex te ornamentum suscipiant, cum ex omni parte splendeant, tua claritate refulgentes. Feci itaque, quod meæ partes erant, ut te ex multis seligerem, tibiq. librum hunc de more dicarem, sperans maximum me fructum ex peruetere tua in omnes humanitate recepturum. Quod si consecutum me sensero, maximas tibi, atque adeo incredibiles gratias debebo. non enim me unquam relaturum puto, qui probe norim tenuitatem meam. Putes igitur, animum, si minus uires poterunt, talem semper futurum, qualem requiras in homine tui studiosissimo. nihilq. unquam prætermittam, quod ad te ornandum (quantum in me erit) opus esse cognouero. Venetijs, Kal. Aug. M D L X X.

INCIPIT LECTVRA SVMMI DOCTORIS DOMINI BALDI DE PERVSIO SVPER PRIMO DECRETALIVM;

Cum apostillis clarissimi & sapientis. iuris utriusque doctoris domini Francisci de Parona, de collegio dominorum iudicum almæ urbis Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Deus est prima causa.*
Causa qualibet est nobilior suo causato.
Bene cepta Deo adiuuante geruntur.
2 *In nomine Iesu omne genuflectitur.*
Cœli firmamentum in Christo firmatum.
3 *Deo iustissime debetur honor, timor, & amor.*
Interpretatio testamenti augetur propter honorem Dei.
Sapientiæ initium est timor Domini.
4 *Homo creatus fuit in statu innocentiæ, id est, in iure naturali.*
5 *Omne datum optimum, & omne donum perfectum à Deo est.*
6 *Iur. cano. sanctitas iur. ci. sublimitate decoratur, & maiestas iur. ci. firmatur canonum authoritate, & unum propter aliud corruscat, & magis timetur.*
Legis primum condendæ timor fuit in causa.
7 *Ingenij, ac doctrinæ singularis uiro miserius est non dimictere monumenta suæ doctrinæ studiosæ posteritati, quàm diuiti sine hærede decedere.*
8 *Inueniendis inuenta non obstant.*
9 *Intellectus ad instar solis oritur, & occidit, & nunquam moritur.*
10 *Natura agens eatenus operatur, quatenus patiens est dispositum.*
Frustra laboratur quod à natura concutitur.
Ingenia crassa interdum sollicitudine fiunt solertissima.
Maior uirtus est idem effecisse in difficiliori materia.
11 *Homo, ad instar naturæ, semper debet conari ad optima.*
12 *Cibus ut ex qualitate digestionis salutaris est, uel noxius, ita & scientia ex bonis, uel erroneis fundamentis comparata.*
Error, præcipuè fundamenti, totam scientiæ massam corrumpit.
Nimia tum subtilitas, tum scrupulositas reijcienda.
13 *Scientia illa est laude digna quæ uetus est, & bene fundata.*

PROOEMIVM.

a *¶ Quòd sit faciendum initium à Deo in quibuscunque rebus, etiam minimis, uide egregie accumulata per do. An. Bar. in repet. rubricæ infra de fide instru.*

b *¶ Causa est dignior suo causato.*

a NITIVM [a] faciendo à Deo 23. dist. In nomine domini, & in auth. de hære. & Fal. in prin. Rubricæ. † Nã
1 Deus est causa prima; & omnis
b causa [b] prima est maior & nobilior suo causato. nam propter quod unum quodque tale, & illud magis. C. de sacrosan. eccle. auth. multo magis. Item creator in infinitum est maior creatura. Et quia omnia recte geruntur, si principium fiat decens & amabile
2 Deo, ut in auth. quomodo opor. epis. in prin. ¶ † Inuocata igitur spiritus sancti gratia, de cuius plenitudine secundum apostolum omnes accepimus, fundandoque super lapide angulari domino Iesu Christo domino nostro, in cuius nomine, secundum apostolum, omne genu flectitur cælestium, terrestrium, & infernorum. Ipse enim est fundamentum, super quo firmatur cœli firmamentum. 1. quæst. 1. cum Paulus. ¶ Quãquam tremula uoce: quia scriptum est, Tu q̃s,
3 es, qui enarras meas iustitias. † Quia iustissime honor Deo debetur propter magnam gloriam suam. ff. de aur. & arg. leg. l. Titia. §. fi. ubi dicitur, q̃ propter honorem Dei augetur interpretatio testamenti; & est tex. notabilis. Et eidem debetur timor: quia cum leo rugiet, quis non timebit? Item initium sapientiæ est timor domini: amor quoque diligens. Diligam te domine fortitudo mea. & quia gloria & honore coronauit hominem, & constituit eum super omnẽ crea
4 turam corpoream, ut in psalmo. ¶ † In statu innocentiæ creatus est homo, quod proprie dicitur ius naturale; dataque est ei pro summo bono libertas. Ta
5 mẽ † quia alibi scriptum est, Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur Deus, & de Dei benignitate confisus, altum opus aggredior, sequens uestigia maiorum concedente summo genitore gratiarum, qui dat cordi concipere ueritatem, & cogitare æquitatem, & linguæ ordinatum motum, & dulcem melodiam, & memoriam diu gratam ille concipit, ille canit, scribit digitus; fœlici diplomate utar ex coniunctione pa
6 ginarum utriusque iuris. † Nam iuris canonici sanctitas iuris ciuilis sublimitate decoratur, & è conuerso iuris ciuilis maiestas canonum authoritate firmatur, & unum propter aliud coruscat, & magis timetur. Nam primas in orbe leges fecit
7 timor: † Quia quemadmodum triste est diuiti decedere sine hæ
c rede; ita miserrimum [c] est habenti à Deo gratiam intellectus, posteris suis, id est, studiosis nihil scriptum dimittere, quo possint uelut hæredes intellectus aliqua liter consolari. ¶ Dicet aliquis ad quid loqueris, cum tot scripserint, qui mundum illuminauerunt? Respondeo adhuc multum restat operis, multumque
8 restabit: † quia inueniendis inuenta non obstant teste Seneca.
9 † Nam ad instar Solis intellectus oritur & occidit; uadit, & redit,

c *¶ Adde quod præclare etiam commemorat idem Bald. in præludijs libri feudorum, quòd qui in disciplina aliqua diu tius laborarunt, astringuntur ex professionis debito, quæ mente conceperunt, instar feminis, in lucem proferre: & de isto dicto Bald. hic uide pulchre per do. Iaso. May. in proœmio feudorum.*

10 & nunquam moritur, sed suis uicibus occultatur. † Sa
nè Sol cadit & imber super uitem & ficulneam, & pro-
ducunt uberes fructus, si bonæ sunt, nec natura de-
finit producere eos, licet eruca, & brucus interdum
comedat ipsos: quia natura non desinit bene opera-
ri, in quantum potest. Sed interdum non potest pro-
pter duriciem & resistentiam, quæ est in suscipiente
materia. Agunt Sol, Luna, & reliquæ influentiæ cæle
stes in ficum fatuam, & non possunt eam à sua specie
transmutare. Sic in ingenijs omninò indispositis ac-
cidit ad disciplinas: quia frustra laboratur, quod à
natura concutitur, ut no. ff. de le. 3. l. Stichus. Aliquan
do tamen ingenia grossa studiorum solicitudine red-
duntur efficacissima ad omnem capacitatem intelle-
ctus. Et eodem Seneca teste maior uirtus est idem
11 effecisse in difficiliori materia. † Vtere igitur anima
rationali, & disce a rerum natura, quæ nunquam ces-
12 sat conari ad optima, ut Aristoteles ait. † Sed cauen-
dum est. nam sicut cibus, qui in stomacho non dige-
ritur, malum generat humorem, uel mittitur in se-
cessum: si autem in stomacho bene decoquitur, & dul
cescit, tunc in uitale & salutare conuertitur nutrimen
tum: ita in scientijs accidit: nam error, præcipue fun
damenti, totam massam corrumpit, & plerunque per
nimiam subtilitatem perniciose erratur, ut. ff. de uer-
bo. obli. l. si seruum. §. sequitur, nec etiam nimia scru-
pulositas placet, ut. ff. de excu. tuto. l. sed hæc nimium.
13 † Sed illa scientia est laudanda, quæ est uerus & bene
fundata, ut. ff. de iure patro. l. diui fratres. Hæc autem
scientia requiritur in hoc summo uolumine, de quo
secundum Inn. scribitur in Ezechiele, Venter tuus
comedet, & uiscera tua replebuntur ubertate, id est
bonis spiritualibus & æternis; temporalibus etiam &
terrenis. Item dulcedine intellectus, quæ calamo nun-
quàm describi potest, ac etiam scripturarum conso-
latione. Ad quæ inuet nos ille, qui secundum apo-
stolum est unicus legislator & iudex. Baldus legum
doctor.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius nomen Pontificale est inde sumptum quòd Pontifex Dominicum gregem regat.*

2 *Pontifici tota spiritualis monarchia commissa est: propterea q; concurrit cum omni prælato in iurisdictione, & potestate.*

3 *Compromissum generaliter factum, seminata super quibusdam discordia, non comprehendit res pacificas.*

4 *Caro omnis facile corrumpit uiam suam.*

5 *Episcopi constitutio generaliter statuentis quòd in sua diœcesi seruentur consuetudines, & non canones, non ualet.*
Constitutionem facere in derogationem potestatis clauium est hæreticum.

6 *Mutatio nominis cur potius fit in Papa, quàm in Imperatore.*

7 *Nomina quæ immutabilia sint, quæ mutabilia.*

8 *Nomina debent posse adaptari rebus, aut factis, alioquin uana sunt.*

9 *Binomius in diuersis contractibus diuerso nomine utens ad decipiendum contrahentes, incidit in stellionatum.*

10 *Nominis mutatio triplex, quæ'ue earum licita sit, quæ prohibita.*

11 *Papa est culmen episcoporum, & cæterorum, quos intellectus potest imaginari, solutusq; ab omni lege & regula præterquàm euangelica, & apostolica.*

12 *Papa debet esse uir apostolicæ sanctitatis.*

13 *Princeps non præsumitur uti plenitudine potestatis in præiudicium tertij.*

14 *Papa quando scribit de plenitudine potestatis, an quid opponi possit quod annullet gratiam.*

15 *Character unius ordinis non præsupponit characterem alterius ordinis.*
Proprietas ubi requiritur, ibi fictio locum non habet.
Veritas consistit in facto, non in ficto.

16 *Papa dicitur seruus seruorum quantum ad humilitatem, nam, quò ad potestatem, est dominus dominorum.*
Imperator est iudex iudicum.
Papa potest cuilibet directè stipulari.

17 *Stipulari alteri cur ius ciuile permittat indirectò, non autem directis uerbis.*

18 *Serui diaboli non sunt sub protectione Papæ.*
Iudæi, & Saraceni possunt compelli ad præstandas decimas reales.
Infideles possunt puniri per iudicem territorij, ubi commorantur.

19 *Saracenus turbans fidem catholicam potest puniri per episcopum, & cogi ad restitutionem usurarum.*

20 *Papa cur se uocet seruum seruorum Dei, non autem seruorum hominum, uel pœnæ.*

21 *Scolarium famuli qui dicantur.*

22 *Indigni an comprehendantur hoc nomine, dilectis, quando scribitur uniuersitati.*

23 *Filiorum appellatione, in literis Papæ, quando ueniant episcopi.*

24 *Episcopi, qui sunt inter studentes, an comprehendantur sub uniuersitate.*
Qualitas ea inspicitur, quæ est in generibus singulorum, non in singulis generum.

25 *Grex & familia an dicatur uniuersitas.*

26 *Doctor, qui desinit esse scholaris, an perdat priuilegium scholarium.*

27 *Stante statuto, quòd doctor non possit esse rector studij, an doctor in arte, & scholaris in medicina possit esse rector.*

28 *Prohibens potentius est quàm id, quod permittit.*
Mixtum, ubi mixti naturam seruare nequit, assumit naturam simplicis nobilioris.
Scholaris diuertens ad curiam statim rediturus dicitur esse in scholis.
Priuilegium studij datur etiam dāti operam scientiæ, quãuis is non sit in studio.

29 *Reditus beneficiorum, & præbendarum debentur scholaribus in studio generali. quod limi.*

30 *Scholaris, qui est in studio, an teneatur dicere horas. Et an doctores & scholares faciant unam uniuersitatem, an duas, & an uniuersitates debeant confirmari à superiore, & an infamis possit esse rector.*

31 *Remotus ob delictum ab officio, iteratò eligi non potest.*

32 *Doctores per se, & scholares per se an faciant integram uniuersitatem.*

33 *Scholares, si habent electionem iudicis, coram quo iudice conueniuntur.*
Clericus, etiam scholaris, non potest in secularem iudicem consentire.
Consuetudo, quòd clericus respondeat in alieno foro, non ualet.

34 *Clericus scholaris an teneatur iurare rectori laico de obediendo sibi.*

35 *Scholarium rector an ille possit esse, qui fuit iudex maleficiorum, & fecit executiones capitales.*
Iudex maleficiorum, qui fecit capitales condemnationes, an possit esse Vicarius episcopi.

Infamis

Iulianus nec rector, nec decurionum præpositus esse potest.

36 *Scholarium rector, si est laicus, committat. causam clerico, an ille clericus poterit inter clericos consentientes iudicare.*

37 *Notarius uniuersitatis scholariū an possit esse merus laicus.*
Notarius potest quis esse in quacunque causa, in qua potest esse testis.

38 *Scholaris conuentus à carpentario coram potestate, si declinet iurisdictionem potestatis, & eligat doctorem suum, an poterit reconuenire agentem coram doctore.*

39 *Scholaris quomodo probetur quis esse. Et qualiter probetur quòd quis sit clericus. nu. 40.*

41 *Insignia doctoralia an sint de substantia doctoratus.*
Imperator non dicitur graduatus nisi recepta insula coronanti.
Sollemnitas quæ possit omitti, quæ non.

42 *Insignia sollennia doctoratus sunt tria. Et an de doctoratu possit fieri fides per testes.*

43 *Testes duo, si dicant, quòd uiderunt quempiam doctorari, quia uiderunt eum cathedrari, an probent.*

44 *Doctor an possit subornare scholares acquirendo eos per pecuniam.*

45 *Terminus restrictiuus non restringit, ubi restringere non potest.*
Terminus iste, uniuersis, an restringatur per subsequens. s. Bononiæ commorantibus.

46 *Officia publica an habere possit qui membris caret.*

47 *Apostolica benedictio in quem cadat. & quid de maledictione.*

48 *Salutatio quid operetur, & quid benedictio, & quid maledictio.*

49 *Testator si proferat hunc sermonem, filium meum maledico, an nihilominus is suus hæres sit.*

50 *Pater maledicendo filium cum causa sufficienti ad exhæredationem an uideatur eum exhæredare.*

51 *Papa, si scribat de plenitudine potestatis, an omnia ambibet quæ possunt obuiare rescripto.*

52 *Causæ librorum sunt quatuor. Et quòd causæ entium, contractuum, & rerum sunt infinitæ.*

GREGORIUS. Non continuatur, quia à
1 nullo deriuatur. & istud nomen. † Grego
rius, est nomen pontificale, quod signifi-
cat gregem domini, quem habet, regere
2 & gubernare, † cui tota monarchia spiri-
tualis est commissa, & thesaurus omnis dignitatis in
eo est; ita, ut nulla sit dignitas spiritualis uel ecclesia-
stica, cui non præsideat, unde dicit Io. Mo. q̃ Papa pa-
ter patrum cum omni prælato in potestate & iurisdi-
ctione concurrit, & tamen per concursum nihil mi-
nuitur ei: quia superior & inferior potestas non re-
secant se inuicem, ut no. C. de of præfec. ur. l. 1. Et di-
uiditur in rubrum, & nigrum. Secunda ibi, rex pacifi-
cus. Itē prima subdiuiditur i duas: quia præscribit imò
nomen apostolatus cum eius qualitate. secundò subij-
cit, quibus scribit cum salutatione & apostolica bene-
dictione. Secunda ibi, dilectis. Item secunda pars prin
cipalis subdiuiditur in septem partes. Nam in prima
parte Dei potentiam insinuat. In secunda naturam hu
manam deprauatam demonstrat, & propter quid. In
tertia dicit, q̃ contra tales morbos iustitia succurrit,
3 & occurrit. † Et sic est argumentum, q̃ compromissū
generale factum, seminata super quibusdam discor-
4 dia, non uideatur factū de rebus pacificis; & est quo-
dammodo expressum. ff. de le. 2. l. cum pater. §. dulcis
simis In quarta parte ponit causam operis materialē.
In quinta finalem. In sexta ministrum, & formam man
dati. In septima & ultima statuit. Secunda ibi, sed ef-
4 frenata. Et no. † q̃ omnis caro de facili corrumpit uiā
suam, quia lubrica est. at uita sua est proprie illa, quæ
data fuit homini in statu innocentiæ. Tertia ibi, ut ni-
si iustitia. Quarta ibi, sane. Quinta ibi, ad communē.
Sexta ibi, per dilectum. Septima ibi, uolentes. ¶ Ca-
sus complectens rubrum & nigrum sic figuratur: Gre
gorius Papa ix. seruus seruorum Dei scribit dilectis
filijs doctoribus, & scholaribus uniuersis Bononiæ cō
morantibus, salutādo & benedicendo eos, dicēs, quòd
Rex pacificus pia miseratione disposuit. quòd huma-
num genus uiueret sub tribus regulis principalibus,
scilicet sub regula pudicitiæ, pacis, & modestiæ. sed ho
mo, ex libertate præceps, cum proprio arbitrio in cu-
piditatem exarsit, quæ cupiditas est sui prodiga, pacis
inimica, mater litium, & materia iurgiorum; & ideò
quotidie noua litigia generat ita, quòd, nisi iustitia
conamina prædicta reprimeret, & quæstiones impli-
citas explicaret, ius humani fœderis iurgantium abu-
sus extingueret, &, dato libello repudij, concordia ex-
tra mundi terminos exularet. ideoque lex proditur,
ut appetitus noxius sub iuris regula limitetur, p quā
regulam genus humanum sub tribus iuris præceptis
informatur, scilicet ut honeste uiuat: alterum non læ-
dat; & ius suum unicuique tribuat. & ob hoc factæ fue
runt constitutiones, & decretales epistolæ. sed in di-
uersa uolumina dispersæ, aliquæ propter nimiam si-
militudinem superfluæ: aliquæ contrariæ: aliquæ pro-
pter sui prolixitatem confusionem inducere uidebantur:
aliquæ extrauagantes & incertæ. Ideò ad commu
nem utilitatem & maxime studentium mandat p fra
trem Raymundum suum capellanum illas in unum
uolumen redigi, superfluis resecatis, adiunctis etiam
constitutionibus & decretalibus epistolis istius Gre-
gorij, per quas multa, quæ in prioribus erant dubia,
declarantur. Deinde statuit, q̃ nullo alio uolumine
decretalium debeamus uti in iudicijs, & in scholis,
nisi præsenti uolumine. Aliam etiam constitutionem
fieri prohibet absque authorita. sedis apostolicæ spe-
5 ciali. Iste est casus textualis. † ergo sequitur, si episco
pus faceret constitutionem, quòd in sua diœcesi serua
rentur consuetudines, & non canones, generaliter sta
tuendo, non ualeret constitutio episcopi. & facere con
stitutiones contra ius commune est meri imperij; sed
facere in derogationem potestatis clauium est hære-
ticum. ¶ Nunc reuertor ad rubrum declarādo quodli-
bet uerbum. Ibi, Gregorius: iste primo uocabatur
Thebaldus, sicut Innocen. quartus uocabatur Symbal
dus. non ergo istud nomen, Gregorius, est nomen pri-
mæ impositionis, sed secundæ. Propter dignitatem a-
postolatus fit noua creatura, & nomen proprium ta-
cetur tanquàm minus excellens, & nomen secūdæ in-
uentionis, id est pontificale, debet exprimi. Et ideo si
scriberetur Papæ sub nomine proprio baptismali posset
ratione dicere: iste literæ non diriguntur mihi, uel
6 quia uidetur in contemptum. ¶ † Et not. q̃ illa muta-
tio nominis fit in Papa, non in Imperatore, licet di-
cat se dominum in terris; ut. C. de sum. tri. epistola, in-
ter claras, uersiculo Iustinianus: quia eius dignitas al
ta est: tamen nomen proprium idem perseuerat, li-
cet coruscatione dignitatis polleat, ut. ff. de leg. 2. l.
7 quod princip., & l. si Augustæ. ¶ † Amplius quædam

sunt nomina generalis impositionis, ut bos, & asinus. & ista sunt immutabilia quasi naturalia. l. 4. de leg. 1. Quædam misterio iuris sunt introducta, ut testamentum, ut codicillus, & idem propter legis statutum. C. de cod. l. fi. Item quædam propter authoritatem ueterum: quia authoritas antiquorum ius facit, & de omni lege potest reddi ratio ab authore, licet non sit res naturalis: sed est ratio ab experientia, uel a similitudine rerum, ut cauda equina apud medicos. Nomina autem magistraliá, quibus non est datum certum mysterium a iure, item nomina spiritualis designationis, ut Petrus, bene possunt mutari, si non captiosa sit mutatio. Item reperio, ꝙ quandoque codicillus dicitur breue testamentum. ut l. militis. C. de test. mili. quòd non requirit confirmari ab alio hærede adeunte. & di-
8 citur, quia breuis codex est. † nomina debét posse adaptari rebus ipsis, & factis: aliás sunt uana & irrita, ut. l. 1. C. de cad. tol. Est & alia mutatio ignominiosa fallés & prohibita; &, si fit in damnum alterius, acriter & infamiter punienda, & commodum proinde secutum auferendum, ut no. ff. ad mu. l. Titio cum esset. & no.
9 † ꝙ binomij non debent se in uno contractu nominare uno nomine, & in alio contractu alio nomine ad decipiendum contrahentem per diuersitatem nominis: quia hoc esset crimen stellionatus, arg. ff. de pig. ac. l. 1. in fi. bona autem fide bene licitum esset facere, ut legitur de quadrinomio, ut. ff. de condi. inde. l. Stichus. ¶ Opp. ꝙ non licet nomen mutare, ut. l. 1. C. de muta-
10 tione nominis. ff. ad muni. l. Titio. † So. hic est mutatio gratiosa. ibi calumniosa. Inter has est quædam & media, quæ neque gratiosa, neque calumniosa; & ista licita est, si nemini damnum inferat, nec inferre potest: aliás secus, nisi fieret causa decipiendi latronem, uel assassinum, ut no. in l. 1. §. non fuit. ff. de dolo, in gl. ord. & sic nomen potest fingi ex causa. Et ad-
11 de, quod nota in proœmio sexti libri. ¶ † Ibi, Episcopus, non solum est episcopus, sed culmen episcoporũ, & cæterorum, quos intellectus potest imaginari, cui data est clauium plenitudo, & summa libera potestas, quæ appellatur potestas absoluta ab omnibus uinculis canonum, & ab omni regula arctatiua, præterquã
12 ab euangelica, & apostolica. † Papa denique non est apostolus, sed apostolicus, & debet esse uir apostolicæ sanctitatis, ut no. C. de sac. san. ecc. l. 1. de sum. tri. & fid. catho. l. 1. aliás, ut dicit philosophus, malus rex tyrannus fit. de plenitudine potestatis no. in c. peruenit, de cen. in nouella, & in c. magnæ, de uoto, in nouella. tamen quædam sunt ei possibilia, quæ non sunt honesta, nec laudabilia, ut beneficium reuocare, ut no. de consan. & affi. c. ꝙ dile. & de immuni. eccl. c. peruenit,
13 & de iud. c. cum uenisset, per Host. ¶ † Unde lex, Bene a Zenone. C. de quadrié. præscr. non habet locum, nisi cõstet, ꝙ princeps [a] uult uti plenitudine potestatis: quia non est præsumendum, ꝙ princeps concedat rem alienam nisi ex certa scientia. & ideo leuis occasio erroris impedit illius legis uigorem; & adde quod
14 dicam. j. de iureiu. c. debitores. ¶ † Dicit Collectarius, ꝙ quando Papa scribit de plenitudine [b] potestatis nihil potest opponi, qđ annihilet gratiá, ut. j. de rescr. cum dilecta. sed certe imò potest opponi ius gentium, si tale est, cuius transgressio crimen inducat, ut not. Cy. C. de præci.

a ¶ *Vide d. Feli. in c. quæ in ecclesiarum, col. 3. de constit.*

b *Vide Are. in c. 1. j. de rescr.*

impe. off. l. rescri. & C. si contra ius uel util. pub. in fi. & si Papa scriberet pro intruso, non est leuato uelo ei obediendum. facit quod non. Archi. 23. q. 1. quid culpatur, & gl. Acc. uocat miseros prælatos illos, ꝙ obediunt Papæ præcipienti iniusta. debent enim suspendere, donec significent Papæ. Sed an episcopatus sit ordo, an adiectio ordinis, dic ut not. in dicto proœmio sexti libri. Papatus non est dignitas, sed culmen digni-
15 tatũ. ¶ † Illud no. ꝙ character unius ordinis non præsupponit characterem alterius ordinis, ut no. Arch. 32. distinct. c. 1. & ideo omissum est supplendum: quia ubi requiritur proprietas manus impositionis, non habet locum improprietas fictionis. ubi requiritur manus impositio, improprietas fictionis locum habere non potest: quia ueritas consistit in facto, non in ficto, neque potest una species in aliam transmutari. omnis enim fictio consistit in similitudine, uel æquipollentia, non in eo, quod est proprie ueritas, ut alibi dice-
16 tur. ¶ † Ibi, Seruus seruorum, quantum ad humilitatem: nam, quantum ad potestatem, est dominus dominorum, & quæcunque potestas est sub cœlo, est in summo pontifice. ¶ De Imperatore dicit gl. ꝙ ipse est iudex iudicum. C. de decurio. l. si quis, lib. 10. Op. quia uidetur implicare contradictionem, quia seruus seruũ habere non potest. So. hic loquitur de seruitute conscientiali, non mundiali. & no. hic argumentum, ꝙ Pa-
17 pa potest cuilibet directò stipulari. ¶ † Sed hic dubitatur, quare lex ciuilis permittit indirectam stipulationem, ut promittis mihi recipienti pro Petro, & nõ permittit uerba directa. ut promittis Petro, ut no. in l. huiusmodi. in prin. ff. de leg. 1. in 1. responso. qa multa possunt fieri per circuitum, ubi possunt figi pedes, quæ non possunt fieri recta uia, ut patet in ascensione montis; sic in stipulatione oportet, ꝙ fundetur aliquo
18 tramite. ¶ † Sequitur in tex. Dei, serui enim diaboli nõ sunt sub protectione Papæ, ut sunt heretici, & schismatici: sed bene sunt sub eius uindicta omnes, qui susceperunt fidem, & declinauerunt ab ea. Qui autem fidem catholicam nunquám susceperunt, de eius grege non sunt nisi ratione bonorum, quæ possident in temporalibus. unde Iudęi, & Saraceni possunt compelli ad præstandas decimas reales: quia res potius, quám persona conuenitur, ut no. ff. de nego. gest. l. qui alie. §. fi. per temporales autem iudices bene possunt puniri omnes infideles iuxta territorium ius dicentis; nec di-
19 stinguitur unde sint, ut l. 3. ff. de of. præsi. † Si Saracenus turbaret fidem catholicam, bene posset puniri ꝑ episcopum. l. 2. C. de sum. tri. Item posset cogi ad restitutionem usurarum: quia competit condictio inde-
20 biti; ut no. j. de usur. c. post miserabilem. ¶ † Et no. ꝙ dicit, seruorum Dei: non autem dicit seruorum hominum, uel seruorum pœnæ. Porrò seruire Deo, summa libertas est: sed seruire uitijs, extrema seruitus est, ut C. de sen. pas. l. fi. Item ꝙ nihil gratius libertate, ut ff.
21 de fideic. libe. l. Lucius. ¶ † Quæro, qui dicantur famuli scholarium? Respondeo illi, quos circa se habét, non illi quos tenent in rure. ff. de pœnu leg. l. qui pœnum. §. sed quod dicimus. tale est no. & continentur illi, qui inter famulos sunt recepti ad seruiendum eis præsentibus. ff. de iud. l. 2. §. legatis, ubi no. de pub. l. 1.
22 § familiæ. ¶ † Ibi, Dilectis, hoc nomine non comprahenduntur indigni, quando uniuersitati scribitur, ad honorem; sed ad pœnam sic. ff. de le. 2. l. Lucius Titius damã. Sed quando non ponitur adiectiuum, Dilectis, aut scribitur ad terrorem, uel ad regulam, & cóprehenduntur

hendũtur omnes: aut ad gratiam, uel fauorem;& nõ
23 comprehẽdũtur indigni,uel odioſi.† Ibi,Filijs,ſub hoc
nomine comprehenduntur prælati,& epiſcopi, quando
ſcribitur. includuntur enim tanquam contentum
24 ſub continenti nõ de per ſe ſecundum Io.An.¶†Quid
ſi inter ſtudentes ſunt epiſcopi? Reſpondeo,& hi com
prehenduntur ſub uniuerſitate: quia non inſpicimus
qualitatem,quæ ineſt ſingulis generum,ſed generibus
ſingulorum,& ut plurimum, ſicut dicimus in ſimili,ꝙ
qui uindicat gregem, intelligitur etiam publicianam
proponere pro pecudibus,quæ non ſunt ſuæ, ſed ſunt
de numero gregis.Epiſcopus habens poteſtatem ſuper
gregem ſuum, habet poteſtatẽ & ſuper hæreticos gre
gis, & ſchiſmaticos illius gregis, ut no. ff. de rei uin.
25 Marcellus, ubi gl.fin. ¶ † Sed hic quæro,utrum grex,
& familia dicatur uniuerſitas? nam illa glo. innuit,ꝙ
ſic coniuncta.l.licet minimam.ff.de pe.hær. ¶ In contrarium,quia
qui petit unum caput de grege,non pro
pterea petit,nec in iudicium deducit alia capita alio
modo,ergo eſt genus, & ſpecies, & numerus,non uni-
26 uerſitas:alibi dicetur. ¶ † Ibi, Doctoribus & ſcholaribus,
per hoc patet, ꝙ doctor deſinit eſſe ſcholaris,
nec habet priuilegium ſcholariũ, licet ſemper diſcere
poſſit,ut no.ff.de le.3.l. ſeruis legatis.§. ornatrici-
27 bus. † Sed quid ſi eſt doctor in artibus, ſcholaris in
medicina,& ſtatuto uniuerſitatis cauetur,ꝙ nullus do
ctor poſſit eſſe rector ſtudij;an ille doctor artium po
terit eſſe rector:& uidetur ꝙ non:quia inſpicitur qua-
28 litas,quæ noceat,ar.ff.ad Sill.l.qui poſthumos.¶†Itẽ
potentius eſt, quod prohibet, [a] quàm id, quod permittit,ut.ff.
communi di.l.Sabinus.dic,ꝙ vbi
mixtum non poteſt ſeruare natu
ram mixti, tũc aſſumit naturam
nobilioris & prædominãtis.hinc
eſt,ꝙ mixtum imperium non delegatur:
quia aſſumit naturã nobilioris
extremi.i.imperij. Dic
ẽt plura facientia ad materiam,
uidelicet an ſcholaris dicatur eſ
ſe in ſcholis, dum diuertit ad cu
riam protinus rediturus? dicit
Archi.ꝙ ſic. ¶Item ait,ꝙ priuile
gium ſtudij datur nõ ſolum mo
29 rantibus in ſcholis,ſed ſcientię operam dantibus.† Itẽ
ait,ꝙ reditus beneficiorum,& præbendarum debetur
ſcholaribus in ſtudio generali, dummodo ſint in ſtudio
de licentia ſui epiſcopi: aliàs non 37.diſt. de qui-
30 buſdam. ¶† Item ait,quòd ſcholaris,qui eſt in ſtudio,
non tenetur dicere horas, ſi dimiſit idoneum ſubſtitu
tum authoritate epiſcopali, ut no. in c. Eleutherius.
91.diſt.ſed an doctores,& ſcholares faciant unam uni
uerſitatem,an duas,dico ꝙ inſpicitur cõſuetudo. & an
illę uniuerſitates debeant confirmari à ſuperiore dic
ꝙ tantum rector uniuerſitatis debet confirmari: aliàs
non haberet iuriſdictionem,ut no.C.de iuriſ.om.iudi.
l. priuatorum. ſed ipſa uniuerſitas in ſubſtantia ſui nõ
indiget confirmatione. vnde,licet ipſa non ſit confirmata:
tamen poteſt eligere rectorem,ut no.l.prima.§.
quibus.ff. quod cuiuſque uniuerſitatis no. Sed an infamis
poſſit eſſe rector,dic quòd non, ſi ei obijciatur.
ſed ſi nihil obijcitur,ſtandum eſt confirmationi, ut no
ta.ff.de ſenato.l.Caſſius,& l.2.§.miles.de infami.facit,
quod no.Inno.de cõceſ.præben.c.cum noſtris. Et not.
31 † ꝙ ſemel remotus propter delictum iteratò eligi nõ
32 poteſt,ut no.in auth.de armis.§.ſi col.6. ¶ † Ibi,Vniuerſis,
hic colligitur,ꝙ doct. per ſe,& ſcholares per ſe
non faciunt integram uniuerſitatem.i. maſſam totius
ſtudij, niſi aliud ſit ordinatum de conſuetudine. Et,ſi
uniuerſitas non habet rectorem,doc. poſſunt congregare
uniuerſitatem:quia habent iuriſdictionem.C.de
33 iur.om.iud.l.fin. ¶ † Sed nunquid auth. habita, ne filius
pro patre, ſit correcta? ubi cauetur, ꝙ ſcholares
habent electionem iudicis, coram quo iudice conueniantur,
ſ.uel coram ordinario loci, uel coram poteſtate,
ſeu coram ordinario uniuerſitatis, uel rectore,
qui ſubrogatur loco poteſtatis illius terræ quò ad ip
ſos ſcholares; an coram proprio doctore, qui eſt qui
dam regulus ſuorum diſcipulorum;an coram epiſcopo
loci,qui maior eſt omnibus prædictis,ut no.in l.ex
ea.ff.de poſtulando,ubi gl.fin. Et ideo ad ipſum appel
latur ab alijs,ſi prima cauſa non fuit uentilata coram
eo.Reſpondeo,ſi ſcholares ſint clerici, uel monachi,
non habent optionem iudicis ſecularis: quia non eſt
capax iudex ſecularis huiuſmodi imperij, nec etiam
ipſi ſcholares clerici poſſunt in eum conſentire, ut.j.
de fo.compen ſignificaſti.C.de epi.& cler.auth. ſtatui
mus,& no.ff.de iudi.l.1.& non ualet cõſuetudo,ut cle
ricus reſpondeat in alieno foro. 10.diſtin. conſuetudo,
per Archi. ſecus in laicis,ut.ff. de capti.l. non dubito.
Vel ibi loquitur de poteſtate populi Romani, quæ u-
bique extẽditur. vnde eſt ibi potius recognitio,quàm
prorogatio, licet compromittere ualeant in laicum:
quia arbitraria non ſunt iuriſdictionis,ut C. de epi.au
34 di.l.ſi qui ex conſenſu,& l. epiſcopale. ¶ † Ex hoc apparet,
quòd clerici non tenentur iurare rectori laico
de obediendo ſibi: quia nõ poſſunt ſe obligare ad hoc.
Et quia,cum omne iuramentum freno iuſtitiæ tempe
retur,ſupplẽdo.ſ.in licitis & honeſtis,ut no.ff. de reg.
iur.l.non uidetur,§.qui iuſſu,ubi bona gloſ. quia iura
mẽtum uiribus completum debet in ſe habere diſcre
tionis iudicium,& authoritatem.l.2.ff.de iureiu.& nõ
eſt licitum iudici ſeculari iubere,nec clerico obedire;
meritò ad tale iuramentum non aſtringuntur;adeò,ꝙ
etiam ſi iudex ſecularis procederet contra clericum,
qui clandeſtine ſuſcepit ordines clericales;tamẽ proceſſus
non teneret:quia in iuriſdictione inſpicitur po-
tius ueritas,quàm error,ut not. Arch.15. q.4. placita
35 ſecularia. ¶ † Quæro,nunquid ille,qui fuit iudex ma
leficiorum,& fecit executiones capitales,poſſit eſſe re
ctor ſcholariũ? Reſpondeo,non debet creari,nec crea
tus confirmari:quia nõ poteſt regere principales ſcho
las,ſ.canoniſtarum,cum ſit homicida manifeſtus, & q
prohibetur aſcendere ad ordines, non poteſt iudicare
ordinatos,ut no.Inno.j.de accu.cum P.Mãco.ſed ſi
eſt confirmatus & in poſſeſſione: quia poſt confirmationem
poſſeſſio plurimum iuris habet, poteſt ſuum
officium exercere, donec remoueatur per ſuum ſuperiorem,
ut no.Inno.j.de conceſ. præben. cum noſtris.
¶Fui interrogatus, an iſte uicarius epiſcopi eſſe poſ-
ſit?& dixi,ꝙ non:qa uicarius non confirmatur; & ideo,
poteſt amoueri pro libito ſuperioris;ut.ff. de iudicijs.
l.iudicium ſoluitur. De illo infami non eſt dubitandum,
ꝙ infamis non poteſt eſſe rector ſcholarium, ut
C.de dig.l.iudices,lib.12.& ff.de ſenato.l.Caſſius.Nec
etiam præpoſitus decurionum,ut.ff de iudi.l.cum præ
tor.§.fin. ſiue ſit infamis infamia delicti, ſiue ſit infamis
infamia inhabilitatis: & quia fama uulgi eſt,ꝙ eſt
inhabilis. Item iſte eſt in caſu notorij demonſtrati ui
ſu.duo enim ſenſus reddunt homines certiores, pro-
prius

[a] ¶Et hic. Adde,quòd ubi ſunt duæ regulæ, una permiſſiua,altera prohibitiua,attenditur potius prohibitiua tanquàm potentior. l. tutor,in prin. ubi Bart.not.ff. de ſuſpec. tu.Doct. maxi. Iaſon May.in l.final. Ruffinus.C.de teſta.mil. Franciſcus Parona.

prius uisus & proprius auditus: quia hi duo sunt sen-
36 sus nobiliores. ¶ † Sed ecce, quòd rector scholarium est laicus: committit causam clerico, an ille clericus poterit inter clericos consentientes iudicare? & uidetur quod sic: quia sæpe aliquid possumus committere, quòd per nos ipsos nō possumus explicare, ut. ff. de uerborum ob ligationi. lege continuus. §. si ab eo. Dic contra, [a] quia commissarius proprium nihil habet, sed eius, qui committit, uice fungitur, ut. ff. de offi. eius, cui mandata est iurisdictio. l. 1. §. qui mandatam. ¶ Item nemo dat, quod non habet, nec nisi qualiter habet. eod. tit. l. si prætor. & 1. q. 7. Daibertum.

¶ Insignia doctoratus.

a ¶ Vide scripta per Moderniores in c. 2. de iudicijs.

37 ¶ † Sed nunquid notarius uniuersitatis scholarium potest esse merus laicus? & uidetur q. non: quòd non potest scribere in causis scholarium clericorum; ergo non est idoneus. probatur, quia tabellio fit authoritate Imperatoris, ut no. Innoc. j. de fide instru. cum P. tabellio. & sola authoritate Imperatoris est testis fiduciarius, & scriba ordinarius absque dictamine alicuius naturalis rationis secundum Inno. sed Imperator non potest dare authoritatem laicis super clericos: quia exempti sunt ab eo. ¶ In contrarium uidetur, quia esse notarium non est habere iurisdictionem contentiosam, uel uoluntariam; sed est habere quoddam officium testificandi, ut. ff. de testamen. l. Domitius, quod etiam priuata persona interdum dat, ut. ff. de do. præleg. l. Theopompus, & quod no. in l. fi. ff. de præto. stipu. Item hoc nemini nocet, & est publice utile, ut not. in l. 1. ff. de tuto. & curato. da. ab his. In omni causa, in qua quis potest esse testis, potest esse tabellio, argumen. ff. de testamen. l. Domitius. Conficere instrumenta non pertinet ad. l. iurisdictionis, sed ad. l. tabellionatus. So. dic, quod imo potest scribere acta etiam
38 in causa capitali: quia potest esse testis ad eam. ¶ † Sed nunquid scholaris conuentus a carpentario corā potestate, si declinat iurisdictionem potestatis, & eligit doctorem suum, poterit reconuenire agentem coram doctore? Respondeo, non: quia iste scholaris non trahitur, sed trahit. Item sic excipiēdo uidetur agere, ut ff. de probationib. l. in exceptionibus. declinatoria fori obiecta ad transferendum forum non est simpliciter exceptio, sed electio: sed obiecta ad elidendum forum est illa exceptio simpliciter & mera defensio. At scholaris agens, uel trahens, reconuentionis beneficiū non habet, argum. in l. fi. ff. quod quisque iur. hoc tenuit Ia. de Are. ¶ † Sed incidēter
39 quæro, quomodo probatur, q. sit [b] scholaris? respondeo, per actus appropriatos scholaribus, & qualis quis est in exercitio, talis præsumitur esse. Item per matriculam. & si non est in matricula ordinata, non habetur pro scholari, ut. C. de of. magistri militum l. eos, & ibi gl.
40 ordi. ¶ † Item quæro, qualiter probatur, q. sit [c] clericus? Respōdeo, quia publice portat habitū & tonsuram clericalem, & facit alios actus clericales, & pro clerico communiter reputatur: quia est in possessione clericatus; & essendo in possessione clericalis habitus, debet per iudicem haberi pro uero clerico, ut solenniter notat Archi. 17. q. 4. si quis suadente. Et no. egregiè per Archi. 100. dis. contra morem. Creditur etiam assertioni Cardinalis, si dicit aliquem clericum. 90. dist. nobilissimus, per Archi. & e conuerso etiam, qui non portat habitum, neque tonsuram, præsumitur nō clericus, sed profanus; non quia habitus sit causa essendi, uel fiendi; sed est signum essentiæ consuetum, & est arg. a solitis & a cōcomitantijs usitatis. 40. dist. non est facile. arg. item, signum & signatum conuertū
41 tur, ut. l. stigmata, de fabricēs. ¶ † Quæro, an insignia doctoralia sint de substantia doctoratus? & uidetur q. sic, sicut nō est miles perfecte, nisi qui est per insignia, & præsertim per infulā doctoratus. ff. ex qui. cau. ma. l. pe. quia sicut quis degradatur per insignia, ut. ff. de infa. l. 2. §. ignominiæ, ita è conuerso graduatur per insignia. Nam & Imperator non dicitur graduatus, nisi post quàm coronantem receperit infulam, ut. C. de quadr. præscri. l. bene à Zenone. Nam sine corona imperialis maiestas non corruscat, ut. l. 1. C. de auro coronario. sed nec Papa uocat se seruum seuorum Dei, sed electum ante coronationē, ut no. in procemio sexti libri. Præterea de solennitatibus nihil est omittendum, loquendo de solennitatibus proprie, & non abusiuè, ut ff. de in integ. rest. diuus. sed perfunctoria solennitas bene potest omitti, ut. l. 1. in fi. ff. de uē inspi. Sol. dico, si non est insignitus, alij insignia tradere non potest; nec dicitur perfectum, cui aliquid deest de his, q̄ statuta sunt pro forma, ut. l. pe. C. ad Sill. & l. 1. ff. de ori. iur. Nam omnia entia in perfectione consistunt. & rei imperfectæ non debetur locus, ut. ff. ad l. Fal. l. si is,
42 qui quadraginta. §. quædam. ¶ † Solennia tamen insignia sunt tria; cathedra. s. quæ est inuestitura possessiua, liber, qui significat uirtutem & substantiam scientiæ; & biretum, seu infula, quæ significat splendorem, & ponitur in capite, quia omnis perfectio debet esse i capite. ff. de eden. l. argētarius §. nam ratio. anulus autem, osculum, & benedictio non sunt insignia propriè appropriata: quia anulum multi portant: multi etiam benedicuntur, & multi osculo osculātur. Et ideò omissa benedictione, osculo, & anulo, dummodo alia tria interuenerint doctoralia, nihil detrahunt dignitati. ¶ Modò quæro, si de doctoratu potest fieri fides p testes? respondeo, nullo iure cauetur, q. non possit; po-
43 test ergo, ut. C. de pac. l. pactū, quod bona fide. ¶ † Pone, duo testes dixerunt, q. uiderunt eum doctorari, quia uiderunt eum cathedrari. respondeo, qui loquitur de principali probat etiam annexa sibi: quia ita consueuit inesse. & consuetudo probatur non solum per singula, sed per potiora, per locum a communiter accidētibus. unde portans publice militarem ens[em], & calcaria deaurata, præsumitur miles, sumpto arg. a consue-
44 tudine. ff. de pigno. ac. l. uel uniuersorum. ¶ † Sed nunquid potest doctor subornare scholares acquirendo eos per pecuniam? gl. dicit q. nō ff. de calum. l. 2. quod pessime seruatur, & causa est inanis gloria, quam, maximè iuuenes, appetunt, ut no. C. de transac. l. cum ea.
45 ¶ † Ibi, Vniuersis, iste terminus restrictiuus nō restringit, ubi non potest restringere, ut no. ff. de hæredibus instituendis. l. si quis ita, & de leg. 1. si quis ita legauerit. ¶ Similiter dictio restrictiua [d] ea restringit, quibus potest adaptari, salua ratione recti sermonis, & recti sensus. Item ampliatiua non ampliat, nisi ea, quę potest ampliare; saluo recto constructu uerborum. ¶ Sed nūquid

b ¶ Vide do. Io. Bap. de sanct. Seuerino in prow. tracta. de defen. fug.

c ¶ Vide Bald. in l. si qua per calumniam. C. de epis. & cleri.

d ¶ Natura enim termini restrictiui, quicquid non excipit, ponit [in] manifestum. § idēo ff. de fun. instr. Bald. in consil. sup. in 5. par te, alibi

te, alibi etiam habemus text. Solênem in cle. exiui, in uersic. cum autem na. de uerbor. sign. qui formaliter dicit, quòd natura termini restrictiua est sic excludere extranea, quòd cuncta pertinentia ad ipsum includit.. quem tex. dicit esse aureum & singularem Ioan. de Ana. in consil. 36. incip. utrum cophanu, quem refert etiam Iason May. in l. cognitio, in. §. 1. in fi. ff. de offici. eius, cui man. est iurisdictio.

iste terminus, uniuersis, restringitur per id, quod sequitur, s. Bononiæ commorantibus? & uidetur quod sic: quia locus arctat locatum, ut. ff. de penu leg. l. nā quod liquide. §. si cui penus. ff. de pign. l. debitor. ff. de hær. inst. l. ex facto. §. rerum auté. ff. de fun. inst. l. nepoti, & l. cum quidam duos. Contrarium est uerum per. l. si duas. §. est autem. ff. de excu. tuto. Nam edictum propositū in eminētiori loco ciuitatis uidetur positum per totam ciuitatem. ff. de institoria. l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de ori. iu. l. 2. i uerbo, pro rostris. Ibi, commorantibus, arg. quòd scholaris non dicatur esse in studio, nisi trahat ibi moram. Item illa dictio, commorantibus, significat commoraturos in futurū: quia hic Papa loquitur per genus, non per differentias, & toti orbi utile & conueniens est ff. de excu. tut. l. iuris peritos. Vel dic aut terminus, uniuersalis, subijcitur, & ampliat, aut prædicat, & tunc subiectas species restringit, ut not. ff. pro so. l. & si adijcia-
46 tur. ¶ † Vltimò no. quod carentes membris non possunt habere officia publica secundum Ber. Item no. de quinque sensibus. ff. de acq. pos. l. quod meo. sunt auté sensus pincernæ intellectus, quia deferunt ei res sensatas. Sanè sensus, & intellectus generati sunt à Deo ita coniuncti, quòd uidentur esse unum & idem; sed re uera sunt duæ res: quia sensus requirit præsentiam: intellectus autem non minus speculatur in absentia obiecti, quàm in contractu. Tunc legistæ imaginati sunt, quòd in eadem re sunt duæ possessiones essentialiter distinctæ: una in corpore, alia in conceptu mentis, quā ciuilem uocant: quia ad eam nō sufficit ordinatio naturalis, nisi addatur ciuilis. Illud constat, quòd omnis possessio requirit corpus, uel quasi subiacēs sibi; & possessio denotat totum usum rei: quasi possessio uerò denotat qualitatem utédi. dicam plene. j. de elec. c. querelam. Conclude ergo, quod sensus naturaliter ordinati sunt quinque, & quilibet potest esse in possessione sui generis, ut no ff. de acqui pos. l. 1. §. si iussu, & de contrahenda emp. clauibus, & C. de dona. l. 1. & illa possessio est possessio repræsentatiua, quando unum repræsentatur per aliud. Ibi, Salutem, s. optat. & sic optati-
47 ue, non impressiue. ¶ † Ibi, Apostolicam benedictioné, hæc non cadit nisi in patiente disposito; ergo non in excommunicato. Quid è contra, si diceret, apostolicā maledictionem, an uidetur eos excommunicare? dic quod non, argumentum sumptum a contrario sensu, uel a cōuersa locutione, de sen. excom. c. si summus, in cle.
48 ¶ † Quid operetur salutatio, & benedictio, dic quod inimicitiam tollit, si merita successerunt. C. fam. erc. l. & in ipsius, uel remissio. ut inst. de iniur. §. final. tamen ab excommunicatione non absoluit: quia absolutio est actus suam formá requirens, ut in c. si summus, de sen. excó. in cle. nec fieri debet sine causæ cognitione, ut. j. de resti. spol. c. Pisanis. ¶ Econtra quæro, quid operetur maledictio, utrum Papa maledicendo excommunicet? Respondeo non, sicut nec pater, maledicendo filium, eum exhæredat; quod patet, quia cum maledictione potest quis hæres institui. l. his uerbis. §. 1. ff. de
49 hær. inst. ¶ † Vnde si testator profert hunc sermonem, filium meum maledico, nihilominus patri suus hæres existit, licet in ueteri testamento contrarium seruaretur: quia maledictio patris eradicabat domum filiorū.
50 & uide quod no. Arch. 24. q. 3. cum ergo. ¶ † Ité quæro, nunquid pater maledicendo filium cum causa sufficiéti ad exhæredationem uidetur eum exhæredare? Rńdeo, [a] non: quia nec benedicendo uidetur eum instituere hæredem: quia uerba dignationis, uel indignationis non disponunt, quod so-
51 nant. ¶ † Quando Papa scribit de plenitudine potestatis, omnia annihilat, quæ possunt obuiare rescripto, ut notat Collecta. de rescri. c. cum dilecta. ubi uide: quia contra libertaté plenitudinis Papæ nihil potest statui, uel ordinari secundum eum; quod bene
tribus. sed proprie loquēdo istæ non sunt causæ, sed
appendices, & quædam accidentia, uel coincidentia,
uel cohærētia, ut in c. Abbate, de re iudic. lib. 6. De-
inde vides, q; iustitia, quodā triangulo continet, ue-
97 luti quadā turri fortissima triāgulari. † vnus angu-
lus est bonū dirigens ad honestū, quod ꝓprie appel-
laī bonū, cū dicat Seneca: nullū bonū, nisi honestū, est
autē honestas bonum in se, & ad se, & est tutela maie
statis regū, & è cōtrario ꝯtriū: iuxtà illud Ouidij me-
tamorphoseos. Nō bene conueniunt, nec in una sede
morātur maiestas, & amor, i. libido, sceptri grauita-
98 te relicta. † secundus angulus istius turris est, alterū
nō lædere: quia qđ tibi nō uelles fieri, si alteri nō fe
ceris, tutus es, ut in principio decretorū, ut. ff. de sol.
l. 1. ff. de ser. expor. l. seruus ea. Iudica igitur te a pari
ut neq; te pferas, neq; deijcias. In natura pari, fac te
parē. ff. de solut. l. 1. & iste angulus requirit paritatē.
99 † Est & tertius angulus istius turris, & hāc debet ha-
bere platus i inferioribus & subditis suis, & est iusti-
tia ad aliū. nā sibijpsi ꝓprie nemo est iniustus, de hac
dicit Arch. 13. q. 3. pauper, & Arist. in 5. ethicorū, q;
neq; hesperus, neq; lucifer est ita mirabilis. hæc est
illa regina, q̄ sedet coronata, ut l. 1. C. de metro. Beri
to, li. 11. à dextris Dei in vestitu deaurato circum-
amicta à varietate: quæ si non pōs exhiberi facto, sal
tē impendatur animo: quia, ut ait Iob, animā meam
in manibus porto, i. cor meū in operibus meis. suffi
ciat autem bene velle, licet non possis bene posse, ut
C. de appell. l. quoniam iudices. Bal.

a ¶ Alibi dicit idem Bal. in proœ. ff. orum. in prin. qđ scire quid facias, nescire autem, quo ordine facias, nō est perfectè cognitionis, secundum dominū Ambrosium patronū suum, prout ipse refert. alibi etiam dicit idem Bald. in suo consili. diuino, schismatis posito post rubric. C. si quis ali. test. proh. in 2. colū. quod ordo est figura substantiæ uniuscuiusque rei.

S V M M A R I V M.

1 *Principatuum pluralitas bona non est, unus Princeps.*
2 *Rubricæ librorum an sint authentica, & an ex earum or dine sit arguendum.*
3 *Rubricæ Decretorum non sunt authentica, sed magistrales.*
4 *Fides quid sit, & quotuplex.*
5 *Ad fidem implicitam tenentur omnes Christiani, & qui in ea dubitat est infidelis.*
6 *Ad fidem explicitam teneatur omnes qui habent populo prædicare. Et docere alios qui uult, debet esse peritus, nec ire per mendicata suffragia.*
7 *Doctor legum nec iuris ignorantiam prætendere potest, nec prætextu iuris erroris in integrum restituitur.*
8 *Dilatio ad deliberandum dari debet petenti tam super articulo iuris quàm super articulo facti, si ei debet responderi in iudicio.*
9 *Clerici pauperes, quibus libri ob paupertatem non suppetunt, an excusentur.*
10 *Pater, qui mittit filium ad studiū, tenetur ei emere libros.*
11 *Diuites, qui habent ita grossum ingenium, quòd talentum scientiæ non cadit in eos, an ueniam mereantur.*
12 *Ratio naturalis an excuset eum, qui per rationem naturalem credit, patrem esse maiorem filio in diuinis.*
13 *Fides multis modis accipitur remissiuè.*
14 *Fides hominis ad hominem quot modis sumatur.*
15 *Fides etiam hostibus seruanda. quod declara. ut infrà nume. 21.*
16 *Stante statuto, quòd liceat bannitum impunè occidere, si ego facio pacem cum bannito, & promitto eum non offendere sub certa pœna, utrum possim impune offendere.*
17 *Cum eo, qui à republica diffidatus est, non est charitas.*
18 *Pactum intelligitur rebus sic stantibus.*
19 *Pactis priuatorum non potest crimen, alioqui non punibile, criminaleq; seu criminaliter punibile effici.*
20 *Bannitum, statuto occidi permissum, offendens incidit in pœnam pacto conuentam.*
21 *Magistratus ex causa potest dare securitatem bannito.*
22 *Fœneratori quare non seruetur fides in exhibendis usuris, & Animus pecuniæ studens Deum contemplari non potest. & Auaritia est radix omnium malorum.*
23 *Accipere pecuniam sub usuris est dilapidare, & male uti substantia, quod non est permittendum.*
24 *Et an una fides hominis ad hominem sit maior altera.*
25 *Votum solenne, & uotum simplex quò ad Deum an differat & quid quò ad ecclesiam militantem.*
26 *Vassallus per positionem propriarum manuum inter manus Domini pleno iure transit.*
27 *Pollicitatio rerum, quando fit reipublicæ, an requirat causam, & quid de ea quæ fit pro anima.*
28 *Hæretici, schismatici omnes, excommunicati, & usurarij manifesti, sunt infames infamia facti, & infamia iuris.*
29 *Infamia iuris repellit à testimonio in totum.*
30 *Infames non debent conuersari cum honestis personis.*
31 *Infamis infamia facti admittitur ad testimonium in subsidium, & cum tortura. & accusare, & testimonium ferre paria sunt.*
32 *Socius & debitor meus si eras in mille, & tu me præsente & mandante procuratorem constituisti ad recognoscendum istud debitū, & obliganda bona tua; & ante, quàm procurator obligaret, alienasti: tandem procurator te, & tua bona obligauit; an habeam hypothecariam in bonis alienatis? conclude ut infrà nu. 37.*
33 *Procurator constitutus à te mandato meo, & mea gratia tantum, non potest per te solum reuocari, nec impediri in executione mandati.*
34 *Actus quilibet habens necessariam consequentiam fingit retrò.*
35 *Hypotecaria agi ut possit res debet esse in bonis debitoris tempore, quo de hypotheca conuenit.*

36 *Ex contractu duplex oritur uinculum uidelicet impedimẽ tum pœnitendi, & obligatio, quæ actionem parit.*
37 *Dominus in instrumento procurationis, si promittat se ratum habere sub hypotheca bonorum suorum, alienatio facta an noceat ei, qui prius de hypotheca conuenit, & quid si non conuenit in ipso instrumento sed postea & interim alienatio secuta sit.*
38 *Contra debitorem pro re simulatè, uel fraudolenter in praiudicium hypotheca creditori competentis alienata creditor agit pauliana.*
39 *Obligatio naturalis nascitur ex simplici fide promißionis.*
40 *Ius gentium, siue naturale inuenit obligationem naturalem.*
41 *Fides catholica quid sit.*
42 *Fides an poßit dici ratio.*
43 *Falsum quid esse nemo scire potest, nisi sciat eius contrarium esse uerum.*
44 *Papa an poßit inuenire nouos articulos fidei.*
45 *Transgressor canonum non est hæreticus, nisi erret in potestate clauium.*
46 *Papa an poßit mutare formam consecrationis.*

De summa Trinitate, & fide Catholica.

1 SVMMVM. † Dicitur, quòd omnia re-
git, & quòd a nemine regitur: omnibus
consulit, & a nemine sibi consulitur, &
de cuius plenitudine, s̃m apostolũ, oẽs
accepimus. Ille est, de quo loquitur Ari
sto. Entia nolunt male gubernari: nec bonum plura-
litas principatuum; unus ergo princeps. 12. metaphi
2 sicæ, in fi. ¶ † Consueuit hic quæri, utrum rubricæ li
brorũ sint authenticæ? de hoc no. de pœni. dist. 1. hoc
aũt, & in Spe. de dispu. & alle. in fi. in uer. & no. p Ioã.
An. in procemio sexti libri super uerbo, titulus. & de
bẽt esse rubricæ de litera rubea, ut uerbum sonat. &
an sit argumẽtũ ex ordine rubricarũ, dic q̃ sic, si sint
authẽticæ, uel rationabiliter subordinatæ, ut. l. 2. C.
3 de statu ho. ¶ † Quædam. n. non sunt authenticæ, sed
magistrales, ut rubricæ decretorũ, q̃ fuerunt rubri-
cæ cuiusdam summatoris, & non iurislatoris, & ple
runque dissonant à litera textuali, & sunt potius pa-
4 leæ, q̃ decreta. ¶ † Super ista rub. tractat glos. de fide.
est aũt fides respectu diuini nuis credere id, qđ cre
dit ecclesia catholica. Itẽ est duplex. q̃dam implici-
5 ta & pgnans, & quædã explicita. † ad implicitã fidẽ
tenent oẽs Chr̃iani: & dubius i hac fide infidelis est,
6 vt. C. de hr̃. l. 2. † Ad fidẽ explicitã tenent oẽs. q hñt
populo pdicare, ut plati & curati ecclesiarũ, qa ille,
q debet alios docere, debet esse peritus in arte, & nõ
tre p mẽdicata suffragia, ut. l. 2. §. post hos Quintus,
7 ff. de ori. iur. & 15. dist. c. canones, & p Arch † vñ do-
ctor legũ nõ põt ptendere iuris ignorantiã, nec po-
tere restitutionẽ in integrũ ppter iuris errorẽ, ut. l.
2. C. q & aduer. quos, iuxta illud, psessio tua & desi-
deriũ tuũ inter se discrepant, cũ te philosophũ profi-
tearis, ut. C. de mu. patri. l. professio, lib. 10. & ibi bo-
8 na gl. † Quero, si est articulus disputabilis, & inter-
rogatus petit tẽpus ad respondendũ, vtrũ debeat da
ri? r̃ñdeo sic, s̃m Inn. ar. C de inge. & manu. l. si auiã.
vñ non solũ super articulo facti, sed ẽt super articulo
iuris dat̃ dilatio ad deliberãdũ, si talis est articulus,
cui debeat in iudicio respõderi, ut de fide; qđ est no
9 tandũ. ¶ † Quæro, quid de clericis pauperibus, qbus
libri non suppetunt pp paupertatem? R̃ñ hi facilius
excusant̃, quia paupertas excusat, ar. ff. mã. l. idẽq;. §.
10 si ignorãtes. † Et ideo pr̃, qui mittit filiũ ad studiũ,
11 tenetur ei emere libros. ff. fa. ercis. l. quæ pr̃. ¶ † Quid
de diuitibus, q hñt ita grossum intellectũ, q̃ talentũ
scientiæ non cadit in eis? R̃ñ hi ueniã merentur s̃m
12 Inn. ar. ff. de le. 3. Stichus. ¶ † Quæro, aliquis p rõnẽ
naturalẽ credit, q̃ pr̃ sit maior filio, nunquid rõ na-
turalis excusat eũ? R̃ñ. inanis philosophia non excu
sat s̃m apostolũ: tñ ista nõ est inanis: quia necessaria
s̃m naturã eius, & ɔ̃ria est impossibilis natura: sed si
implicitè credit id, qđ credit sancta mr̃ ecclesia, nec
est de illis psonis, quæ teneant̃ explicitè scire, suffi-
cit sibi fides implicita, licet erret ĩ explicita s̃m Inn.
nisi tenaciter psistat in suo errore, quãquã credat ec
clesiã ita tenere. & cũ istis pertinacibus non est dispu
13 tandũ, ut no. in l. 2. C. de consti. pe. ¶ † Quero, quid
est fides? dic ut in glo. Itẽ quot modis dicat̃, dic ut in
gl. Itẽ an diffinitio fidei data p apostolũ sit uera diffi
14 nitio, dic ut in gl. ¶ † Dubitatur de fide hoĩs ad ho-
minẽ, q pprię sit homo, dic q̃ fides aliqñ ponitur p
innocentia, ut. C. de iniur. l. si nõ cõuicij. aliqñ p fide
pollicitationis, uel iactationis. ff. de ædili. edi. l. scien
dũ. §. dictũ. aliqñ pro fide solennis uel nudæ promis-
15 sionis. ¶ † Vtrum fides a sit ser-
a uanda hostibus, gl. dicit q̃ sic,
non solũ quò ad ius poli, sed ẽt
quò ad ius fori, i. cœli, & mun-

a ¶ *Rebus sic se habentibus loquimur.*

di. Ista enim duo discrepant, sicut cœlum a terra, &
sicut serenũ a nubibus. & fuit quæstio à quampluri-
16 mis doctoribus disputata, † si statuto cauetur, quòd
liceat bannitũ occidere, & ego facio pacẽ cum eo, &
promitto eum nõ offendere sub certa pęna; utrũ pos
sim eum offendere impune? & vr̃ q̃ non. quia ẽt hosti
fides est obseruanda, si nõ instruit ad delictũ, nec red
dit cũ audaciorẽ ɔ̃ rẽ publicã. ¶ In cõtrarium vide-
tur quòd sic: quia publico hosti & latroni nõ est ser
17 uanda fides: quia † nec charitas est cum eo, qui est
a republica diffidatus. & detrahenda sunt ei præsi-
dia, qui utitur in malum. & apud Ciceronem, cum
quo non est commerciũ, nec fides, ut not. ff. de dolo:
l. 1. §. non fuit. Solu. si post pacẽ bannitus est, non gau
18 det beneficio pacis: quia † pactum intelligitur statu
non mutato in deterius pro ip-
b so. b nã rebus sic se habentibus
loquimur. ff. de uer. ob. qui ser
uum, el picolo. ff. de condi. ob
caus. quod seruus. Si autẽ erat
bannitus ante, & hoc sciebat p
missor, tunc aut loquimur quã-

b ¶ *Vide Archi. in c. vtilem. 22. qõ. 2. cũ multis alijs concord. positis per docto. in locis vulgaribus.*

19 tũ ad publicã pœnam; & non ualet pactum: † quia pa
ctis priuatorum non potest crimen seu maleficium,
quod non est punibile effici criminale, seu crimina-
20 liter punibile. † aut loquimur quantum ad pœ-
nam ciuilem applicandam parti; & ualet pactum: qa
potuit se ad hoc obligare, cum statutum non dispo-
nat, quòd debeat necessario offendi, sed quòd possit
impune; sicut adulterum licet occidere, non tamen
est necesse occidere eum; ut not. C. quod met. cau. l.
21 accusationis. † Quod autem simpliciter dicitur, q̃
hosti fides seruanda est, intelligitur quantum ad le-
gem poli, non quantũ ad dispositionẽ fori, quãdo da
ta est per eum, qui reipublicæ pest, ut per ducẽ ciui-
tatis, uel belli, ut. ff. de pact. l. conuentioni: uel per
præsidem

præsidem, uel magistratū causa cognita. nā magistra
tus potest ex causa dare securitatē bannito ad breue
tempus, ut sing. no. ff. de publ. iudi. l. is, qui reus.
22 ¶†Extra quæro, quare feneratori non est seruanda
fides in exhibēdis usuris, præsertim ab eo, qui nisi fę
nerator ei præbuisset suffragium, erat fame, uel ma-
la morte periturus. ff. de dona. l. si pater, & non erat
alias feneraturus. ff. si cer. pet. l. rogasti? Nam ut ait
Arch. j. dist. consuetudo, satis dictat et humana ra-
tio, & æquitas naturalis etiam, ꝙ quis possit mode-
ratas usuras saltem usque ad interesse correspondentes pacisci, argum. ff. de in litem iuran. l. numis. Re-
spon. quia Deus non uult propter tollendas occasio
nes prauas: quoniam animus pecuniæ deditus Deū
contemplari non potest. Item auaritia, pręcipue pe-
cuniæ, radix est & fomentum omnium malorum. &
ideo dulcedo usurarum ita attraheret mentes homi
num, quod non studerent bonis studijs, ut not. in c. j.
23 de usur. lib. 6. Inn. †Item accipere pecuniam sub usu
ris est quoddā dilapidare, & male uti substantia sua,
quod non est permittendum. de hoc dic, ut dicam in
24 fra de foro compe. dilecti. ¶†Sed nunquid una fides
hominis ad hominem est maior altera? Respon. non
secundum naturalem iustitiam, sed secundum iusti-
tiam positiuam sic; quod dic ut infra de pac. c. j. di-
cit Arch. quòd iuramentum humanam obligationē
non inducit, nisi is, cui iuratur, consentiat xxij. q. v.
25 quæcunque. ¶†Idem in uoto, ut dicit Arch. nam in-
ter uotum simplex, & uotum solenne quo ad Deum,
cui exhibitio debetur ueritatis, non est differentia,
quia ueritas debet obseruari in pollicitis & promis-
sis, q̄q̄ pollicitatio sit actus non transiens in tenorem
alicuius contractus, ut ff. de ædil. edic. l. sciendum. §.
dictum, & ff. de polli. l. si quis rem. §. uoto. sed quantū
ad ecclesiam militantem uotum solenne fortius ob
ligat: quia solennitas non adhibetur propter aliud,
nisi ut fortificet: & quia tunc interuenit quædam tra
ditio personalis sui ipsius ponendo manus suas inter
manus prælati, & faciendo sibi obedientiam manua-
26 lem, namque hoc significat lex, non uisiones † & si ua
sallus ponit manus suas inter manus domini, pleno
iure uasallatico se transfert in ipsum, & ex tunc, ut
dicit quidam, non est necessaria alia inuestitura cor-
porea: qui tradit se, statu mutato, cuncta sua tradit,
ar. ff. de precario l. si adoptauero. Nam si hæc est in-
uestitura de rebus quò ad res, ergo fortius inuestitu
ra de persona, arg. ff. de secun. tab. l. qui ex liberis. §.
27 testamento. ¶† Et scias, ꝙ in pollicitatione re-
rū requiritur causa, quando fit
c reipublicæ. [a] Nam sola libera-
litas absque designatione cau-
sæ non est sufficiens, nisi polli-
citatio uestiatur rei initio, ut
l. j. ff. de polli. & ibi per Bar. Itē
si aliquis pollicetur pro anima
sua, dicit gl. quòd ista pollicitatio, licet non sit nu-
da, ut no. C. de sacrosan. eccl. l. illud. non parit actio-
nē ex contractu, nec ex uoto. Alij dicunt, quod pau-
peres sunt ubiq; sicut fiscus, ut no. C. de quadr. pscr.
l. j. Quinimò ipse Deus, qui tanquā imperator acqui
rit suis pauperib. ut not. suprà rex pacificus. p Ber. &
28 no. ff. de aur. & arg. leg. l. Titia. §. fin. †Et scias, ꝙ hæ-
retici, & schismatici, & omnes excommunicati, &
usurarij manifesti sunt infames infamia facti: quia
uiles reputantur, ut C. de summa Trin. l. cunctos po

a ¶ Vide scripta per nouissimos maximè per Ias. de May. in repe. rub. ff. de uerb. obl. in ij. col.

pulos. Item infamia iuris, quia damnati a iure ex
utroque capite, sequitur, quòd non ualet eorum te-
29 stimonium. † Nam certum est,
b quòd infamia [b] iuris repellit a
testimonio in totū, adeo, quòd
nec facit indicium, ut l. iij. §. Iu
30 lia. ff. de testi. † imò non licet eis conuersari cum ho-
nestis psonis. ff. de excu. tu. l. sed & si milites. §. igno-
31 minia † de infame infamia facti similiter uf dicendū
certum est, ꝙ ista duo sunt paria accusare, & testimo
nium ferre, ut. l. qui cum maior. §. si non accusauerit.
ff. de bo. lib. sed infamis repellitur ab accusando. ut.
l. j. qui accusare, ergo nec testimonium ferre poterit.
& pro hoc uf tex. in aut. de testi. §. sancimus, ibi, & ar
tifices ignoti &c. ¶ In ꝯrium uidetur, ꝙ nō reperitur
prohibitus. quidam dicunt indistincte, ꝙ non admit
tantur, tenentes hanc gl. indistincte, dicas utranque
ueram in suo casu. Nam aut alius testis non reperi-
tur, & tunc in subsidium admittitur: debet tamē tor
queri, & ita dēt intelligi. l. C. de sum. tri. & no. in aut.
de testi. §. si uerò ignoti. & probatur hoc, quòd cum
tortura admittatur tali arg. serus est ignobilis. per-
sona & infamis de facto, ut. l. cum ancillis. C. de in-
cest. nup. sed seruus non admittitur nisi cum tormen
tis, ut. l. seruus, & l. serui. ff. de test. ergo nec infamis
de facto admittitur ad testimoniū ferendum. si uero
alij sunt testes, habet locum hæc gl. ꝙ omnino repel
latur secundum And. de Pi. nec testis remouetur à
testimonio propter notam & infamiam uitæ suæ, ꝙ
non debuit examinari examinatus enim facit indi-
cium; ideo nec mulier transiens ad carnalem copu-
lam. j. annum luctus. Sunt tamen quidam testes, qui
ad aliquam fidem, sed non ad integram examinātur;
& isti faciunt indicium quale quale ad inuestigan-
dum ueritatem, & ad torquendum reum modice,
quod dic, ut. ff. de quæstionibus. l. maritus, per Bar.
32 & C. de manu. l. fi. ¶†Sed incidit quæstio de facto, ec
ce tu eras socius & debitor meus in mille: me præ-
sente & mandante tu constituisti procuratorem ad
recognoscendum istud debitum, & obliganda bona
tua, ante, quàm procurator obligaret, alienasti: tan-
dem procurator te & bona tua obligauit. quæri-
tur, utrum ego habeam hypothecariam in bonis
alienatis? & uidetur quòd non, quia ante, quàm pro
curator sit executus mandatum, fides mea hæc est,
quòd bona non sint obligata, sed obliganda, ut. ff.
de acqui. pos. l. qui habenti. unde medio tempore po
tuerunt libere alienari, nec trahitur hypotheca po
sterior retro quia inspicitur tempus contractus, uel
quo contractus impletur per existentiam conditio-
nis, quæ inest uerbis futuri temporis, ut. ff. qui pot.
in pign. hab. l. potior. ad hoc ff. rem ra. ha. l. bonorū,
33 & l. fi. ¶ † In contrarium uidetur, quòd procurator
constitutus à te mandato meo & mea gratia tātum,
non potest per te solum reuocari, nec impediri in
executione mandati, ut. ff. de pact. l. si cum fundum,
34 & ff. de publi. l. si quis prohibuerit. † Tunc arguo,
omnis actus, qui habet necessariam consequentiam,
fingit retro, ut. ff. ad. l. Aqui. l. huic scripturæ.
ff. qui po. in pig. ha. l. qui balneum, & not. infra.
35 de app. c. præterea requisisti † dicendum uidetur
secundum regulam hypothecariæ, ꝙ res debeat eē in
bonis debitoris tpe, quo de hypotheca conuenit, ut
ff. de proba. l. ante omnia. ff. de pig. l. si is qui. §. quod
36 dicitur. ¶†Scias, ꝙ fictio retro non procedit nisi ex

b ¶ Vide Bar. consi. iij. uol. ij.

uinculis præcedentibus, uincula dico contractus, nõ obligationis. nã ista sunt diuersa: uinculũ. n. cõtus est non posse pœnitere: uinculũ uerò obligationis actionem parit; & sic ex cõtu nascuntur duo ligamina; & no. hæc uerba.
37 ¶ † Ex prędictis sequitur, si in instrumẽto procurationis dñs promisit se habere ratũ sub hypotheca bonorum suorum, alienatio postea facta nõ nocet ei, qui prius de hypotheca cõuenit: quia retro trahitur, quod iam hypothecæ uinculo continetur. Si aũt non conuenit de hypotheca tpe mandati, sed dudũ postea, & interim fuit facta alienatio unde res ante alienatæ nõn pñt obligari, si uera fuit facta alienatio, & non simulata, nec in fraudem creditorum facta.
38 † Oportet ergo, ꝙ probem simulationem, ut. C. plus uale. quod agitur. l. emptione: uel fraudem, & tunc non agerem hypothecaria, sed Pauliana, ut insti. de act. §. si quis in fraudem.
39 ¶ † Quæro ex simplici fide promissionis quæ obligatio nascatur? Rñ naturalis. & ante, q̃ nomina obligationis essent distincta, uocabatur naturalis sine alio noie, sed posquã auctoritas ueterum distinxit uocabula, quædam habuerũt uocabula appropriata: quędã r. manserunt sine noie, ut. ff. de pac. l. iure gentium, in prin. nec mirum: quia plura sunt negotia, q̃ uocabula, ut not. in l. natura ff. de præscr uer.
40 † Ex prędictis apparet, ꝙ ius gentium, siue naturale inuenit obligationem naturalẽ, sed de primæua sui inuentione non inueniebat noia appropriata, sed in confuso. hoc not. Arch. j. dis. ius gentiũ:
41 ibi uideas tu canonista. ¶ † Quæro, quid est fides catholica? Rñ. est argm̃, non demonstratio. i. est ueritas nostris sensibus non apparens, sed per reuelationem infusa. unde apostolus ait. Ne magnitudo reuelationum &c.
42 ¶ † Sed an fides possit dici rõ, qm̃ rõ nihil aliud est, q̃ in conuincibilis ꝑpositio. dic ꝙ sic: quia licet non possit naturali lumine probari, tñ nec reprobari põt aliquo lumine ueritatis, cũ non sit impossibile apud Deum oẽ uerbũ. Lu. j. porrò eiusdem
43 potentiæ aiæ est scire uerum & falsum: † nec põt scire hoc esse falsum, nisi quis sciat, ꝙ eius contrarium est uerũ. uñ de fide pro uel contra nulla est scia naturalis, unde apłs. O altitudo diuitiarum sapientiæ & sciæ Dei, quàm in cõprehensibiles sunt uiæ eius.
44 ¶ † Sed nunquid Papa põt inuenire nouos articulos fidei? rñ. sic, sed non contrarios. xv. dist. canones, per
45 Arch. ¶ † Transgressor canonum non est hæreticus, nisi erret in ptãte clauiũ. xix. disti. nulli fas, per Arch.
46 † An Papa possit mutare formam consecrationis, dicit Arch. quòd sic. lvj. dist. porrò, & hoc canone super hoc prius promulgato; aliàs non. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus, & erraticus qualiter differant.*
2 *Modi uiuendi in diebus seculi sunt tres, in quibus solis saluantur animæ.*
3 *Fides est tenax promissorum, uel gratuitò pollicitorum obseruantia. Item scientia mentis in aliquo, siue de aliquo, aut de alio.*
4 *Bona fides, & mala fides sunt passiones animæ.*
5 *Testis deponens de credulitate, quid debeat dicere.*
6 *Simpliciter, aduerbium qualiter exponendum sit.*
7 *Testis debet loqui clarè, & per uerba usitata.*
8 *Ab, syllaba, cum dicitur, ab initio, quare nõ excludat initiũ*
9 *Finiti ad infinitum non est propria similitudo, uel proportio.*
10 *Plato posuit ideas, tanquam principium formarum, esse in cælo, uel nubibus aeris. quem reprobat Aristoteles.*
11 *Demones ubi nũ morentur. & uerba. Diabolica suggestione, quid inferant.*
12 *Demones habent scientias naturales, non spirituales.*
13 *Suprà Lunam quæ sunt æterna sunt, à Luna infra natura caducorum incipit, & tempus est mensura motus generabilium, & corruptibilium.*
14 *Infirmitas intellectus est (ut ait Auerroĩs) quærere rationem, ubi habemus sensationem. Ascensio beatæ uirginis in cælum non est de articulis fidei.*
15 *Episcopi & sacerdotes habent claues fori pœnitentialis, & episcopi dictas claues habent, non quia episcopi, sed quia sacerdotes, exceptis reseruatis.*
16 *Generale statutum episcopi contra generales constitutiones ecclesiæ non ualet.*
17 *Ordines in ecclesia Dei sunt tres. & qui?*
18 *Congregatio dici potest eo ipso, quòd per diœcesanum est approbata. Regula autem non, nisi prius approbata sit per Papam.*
19 *Pater relinquens filiæ centum, si continenter uixerit, an si ipsa nubat, debeat habere legatum.*
20 *Mulier dicitur castè uiuere, quæ uiuit in nuptijs seruando honorem sui mariti.*
21 *Vita continentium discrepat a uita nubentium, & diuersi sunt ordines.*
22 *Verba illa, si continenter uixerit, an adimpleta dicantur si seruata sit continentia per triennium a morte testatoris.*
23 *Perpetua Nuptiarum abstinentia in dictio aduersatur publicæ utilitati: quia Respub. interest quàm plurimos ciues habere.*
24 *Absolui ab excommunicatione quis potest post mortem.*

IRMITER. Quod firmiter creditur, pro uero hr̃: qa notoriũ non recipit probationem in contrariũ, pŕtim qñ est ita statutũ.
1 † Ea, q̃ cõtinẽtur in isto capitulo, ptinent ad apices theologiæ, cõ quã pniciosè erraĩ. & tñ dñia est inter erraticũ, & hæreticũ. nã simplices hoĩes sunt erratici: qa errant; & tñ nõ sunt
2 hętici: qa nolunt discedere a Christo. ¶ † In fine capituli nota tres uitas, i. tres modos uiuendi in diebus seculi. s. uirginalem, cõtinentialẽ, & matrimonialẽ, in
3 quibus solis saluanĩ aiæ, [† fides hois ad hoiem est tenax obseruantia promissorum, & est fides ẽt nudæ pollicitatiõis gratuitæ. Itẽ fides est sciẽtia mentis, & aut
4 est in aliquo, aut de aliquo, seu de alio. † Mala fides in aliquo impedit eũ pscribere, sed mala opinio mea nõ impedit conscientiam tuam. propterea bona fides & mala fides sũt accidẽtia, & passiões aĩe, & nõ alterius.] Sublimis Deus unicuique dedit propriam considera-
5 tionẽ, & ingeniũ. ¶ † In tex. ibi
a firmiter. not. ar. ꝙ ubi testis a de ponit de credulitate, dẽt dicere. ego firmiter ita credo, ꝙ in conscientia sua nõ dubitet. ff. de acq. hære. l. cum fal-
6 sum. & l. Pãtonius. §. rei, & l. cũ quidã. §. dñ. ¶ † Ibi, simpliciter. i. sine plica & inuolutione aliqua. idem dici-
7 Ber. † in teste. istud aduerbiũ, simpliciter, clare exponitur in c. is qui contra. infra. de ele. li. 6. quia debe
b simpliciter loqui, & sine b obscuritate. Item nõ debet loqui per extranea uerba, sed per usitata. Ber. hic. ibi, simplex om-

a ¶ *Vide per doct. in rub. ff. de iureiur.*

b ¶ *Ad materiam obscuritatis multa cumulat d. Fel. supra* nino.

In proœmio in prin. & uide etiam pulchrum consiliũ Bald. 96. inci. decreto cauetur.

nino.i. nõ compositus, nec mul
tiplex. & de triplici cõpositio-
ne tractat hic Ber. de multipli
ci unitate, siue unione, ponitur
hic in nouella, & per Arch. de
conse. dist.2. in Christo pater.
vbi videas, & adde quod no. in c.1. infra ne sede va.
8 ¶ † Ibi, Ab initio, hæc syllaba, ab, non excludit suũ
initium, quòd impossibile est, ꝙ aliqua res produ-
cta, uel prolata excludat sua essentialia. super acci-
dentalibus autem prolata excludere cõsueuit, ut. ff.
9 de ac. emp. l. ratio. §. fin. ¶ † Si Deus est simplex, quo
est trinus? R ñ. do tibi per similitudinem, licet non
sit propria similitudo: quia nec ꝓportio finiti ad in-
finitum infra eo. damnamus. §. quia inter. nam anima
nostra simplex est: tamen tria reperiuntur in aĩa, s.
intellectus præcõcipiens & ratio discernẽs & memo
10 ria comprehendens ac retinens ſm Ber. ¶ † Ibi, Prin
cipium, no. contra Platonem, qui posuit ideas tanq̃
principium formarum esse in cœlo, uel nubibus ae-
ris. Et ideas intelligit primarias causas entium for-
maliũ, quas non dicebat esse in Deo, sed à Deo crea
tas, tanq̃ imagines & exemplaria specierum, & hoĩs,
canis, & cæterorum, quæ suo prædicamento sunt su-
biecta; quæ reprobat Aristo. in primo ethicorum.
11 † Ibi, Dæmones, hi morãtur in regione aerea turbu
lenta. papa autem eorum cum suis archidæmonibus
detrusus est in cauernis terræ. Ibi, diabolica sugge-
stione, hoc est, quod dicitur in sententijs criminali-
bus, talis diabolico spiritu instigatus, Deum præo-
culis non habendo. ¶ Iterum ibi, Dæmones, hi habi-
tant confusum chaos, & tetrum aerem, qui est infra
12 Lunam, † & habent scientias quasdam naturales,
a sed non spirituales † à Luna
13 deorsum natura incipit cadu-
corum. quæ autem supra Lunã
sunt, æterna sunt, & tempus nõ
est factũ pro rebus æternis: qa
tempus est mensura motus ge
nerabilium, & corruptibilium.
De istis dicit Boæthius in ter-
tio de consolatione prosa pen.
siue inquit famulantibus qbus-
dam prouidentiæ diuinis spiri
tibus factum exercetur, seu ani
ma, seu tota inseruiente natura, seu cœlestibus syde-
rum motibus, seu angelica uirtute, seu dæmonũ ua-
ria solertia, seu aliquibus eorum, seu omnibus simul
&c. Et cum loquatur alternatiuè, & disputatiuè, per
14 hoc ostendit hoc esse difficile scire. † Dicit Auer-
rois, quærere rationem, ubi habemus sensationẽ, est
infirmitas intellectus. nos uerò incantationes pro-
desse, & obesse scimus. item sermo associatus à me-
lioribus stellis infundit gaudia uitæ, & è contra-
rio contrarium. ¶ Ibi, Ascendit in cœlum, assum-
ptio in cœlum de beata Virgine, non est articulus
fidei, sed catholica opinio sanctorum, ut. ĩ. de con-
15 stit. c. ne innitaris. ¶ † Ibi, Secundum claues ec-
clesiæ, loquitur de clauibus ligandi, & soluendi,
& sic de clauibus spiritualibus, & maxime fori pę-
nitentialis, quas habent episcopi, & sacerdotes. nec
episcopus habet, qa episcopus, nisi in reseruatis, sed
16 quia sacerdos. † & propter hoc, generale statu-
tum episcopi contra generales constitutiones eccle
siæ non ualet: quia istud non est distinguere legem

a ¶ *Vide per Barba. in consil. 54. inci. in nomine Iesu Christi amen. Casus est talis in prima parte suorum consiliorum. & ibi quomodo dæmones aliciuntur rebus corporalibus propter tria, ut ibi per eum.*

17 superioris, sed præcise contraire. ¶ † Ibi, coniugati,
no. quod tres sũt ordines in ecclesia Dei, s. virgines,
continentes, & coniugati. Ber. Item quidam sunt con
iugati uiuentes sub quadam obseruatione discipli-
næ, ut milites gaudentes, & disciplinati sancti Fran-
cisci. isti tamen non habent immunitates clericorũ:
quia eorum regula quasi profana est, ut no. Bar. ff. de
18 iure immu. l. semper. §. quibusdam. † nec debet dici
religio, uel regula, nisi sit approbata per Papam. Cõ
gregatio tamen dici potest eoipso, quòd est appro-
bata per diœcesanum, ut no. in l.1. §.1. ff. quod quis-
que iur. uni. no. Si ergo non est approbata per Papã,
uita eorum dicitur quędam superstitio, i. religio am
bitiosa. vide gl. de sen. excom. c. cum ex eo, quæ con-
19 tra Bal. est hic. ¶ † Pone pater reliquit filiæ centũ,
si continẽter uixerit, nunquid debet habere legatũ,
si nubit? vĩ ꝙ sic, quia pudice dicitur uiuere ẽt illa,
quæ nubit, ut. ff. ad Treb. l. mulier. §. cum propone-
20 retur. † Etiam caste dicitur uiuere, quæ uiuit in nu
ptijs seruando honorem sui mariti, ut in auth. de te
sti. & ea, quæ parit in 11. mense. §. fi. coll. 4. ubi dicit,
ꝙ non debet plus habere non uiuens castè, quam ui
uens caste; & sumunt ibi castitatem pro uita nuptia-
21 li. † In contrarium uř, quia uita continentium di-
screpat a uita nubentium, & diuersi sunt ordines, gl.
ordi. est hic; quod uerũ uidetur de stricta & propria
significatione uerborum; & sic pudicitia largius po
22 nitur, quàm continentia. † Sed nunquid est necesse,
ꝙ contineat omnibus diebus uitæ suæ? uidetur quòd
sic, ut. C. de indic. uid. tol. auth. cui relictum, & quod
23 no. eo. tit. l. fi. † In contrarium uidetur, ꝙ per trien
nium contineat post mortem testatoris. ut. C. quan-
do & à qui. quar. pars debetur. l. meminimus. § quod
si poss. vbi uidetur expressum, ne perpetua indicatur
abstinentia nuptiarum. nam hoc est contra reipubli-
cę utilitatem: quia reipubl. interest quàm plurimos
ciues habere, ut. ff. solu. matr. l.1. & festum uidetur
patri, cum uidet filios, ut in auth. de nup. §. fin. super
uerbo, ser͂uum, & ideò publicum bonum magis con
sistit in nuptijs, quàm in continentia. credo, ꝙ intel-
24 ligatur de ꝑpetua. ¶ † Ibi, Peruenire, sed ꝙ post mor
tem quis possit absolui ab excommunicatione, no.
Archi. 24. q. 2. si hæres.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio elidit peccatum.*
2 *Protestatio detegit motum animi.*
3 *Origenes in aliquo errauit: in alijs tamen, ubi non est error, approbatur.*
4 *Hæreticus si quis sit in uno capitulo, non propterea in alijs est hæreticus.*
5 *Abbas Ioachim errauit; & ratio, quare non fuit punitus de errore, ea fuit quia à principio supposuit opinionem suam opinioni ecclesiæ catholicæ.*
6 *Protestatio, quæ nemini nocet, probatur per protestantem.*
7 *Accusatori, antequam se inscribat ad pœnam talionis, licet pœnitere ante publicationem scrutinij.*
Et liberto & inquisitori licet pœnitere.
8 *Insania nimia non excusat.*
Hæresis prælati suo collegio, uel ecclesiæ non obest.
9 *Corrigere errorem suum quis potest per epistolam.*
10 *Epistola probat pro scribente.*
11 *Locus & tempus an requirantur in epistola.*

12 *Tempus requiritur probari in dependentibus à tempore, & locum in dependentibus à loco.*
13 *Librorum assignatio summo approbatori fieri debet.*
14 *Dictio, seu, inter contraria poni potest, etiam cum copula.*

1 DAMNAMVS. ¶ † Not. hic, q protesta-
tiō elidit peccatum. debet tamen prote-
stans dicere, q non intendit modo ali-
quo illud instrumentum edere, uel exhi
2 bere, ut hic facit Ioachim. ¶ † Item no.
q protestatio detegit motum animi. fructus enim p
testationis est, excusare aliquem a peccato ignoran-
tiæ, uel superstitionis. Nō ob. j. de constit. c. cum M.
Ferrariensis: quia illa protestatio uergebat in alte-
rius præiudicium. Item erat contra ueritatem. hic
verò in nullius præiudicium protestatio uertebatur.
3 † Not. q Origenes in uno errauit, siue in aliquo: tñ
in alijs, ubi non est error, approbatur: quia æquum
ab iniquo separatur, ut. l. 1. §. 1. ff. de iusti. & iur.
4 † Et ex hoc sequitur, q ille, qui est hæreticus in uno
capitulo, non propterea est hæreticus in alijs. hoc pa
tet in hæresi Græcorum, de processu spiritus sancti.
5 ¶ † Quæro, in quo errauit Abbas Ioachim? & de in-
tellectu huius. c. dic, ut no. Arch. de conse. dist. 2. in
Christo pater. Quæro, quæ est ratio, quare non fuit
punitus de errore? Rñ. q correxit se; imò ab ipso pri
cipio supposuit opinionem suam opinioni ecclesiæ
catholicæ: & hoc fecit propria manu. ille, qui debet
alium declarare, nō debet ab illo declarari; & ideò
hæc protestatio non prodest tabellioni, uel testi.
6 † Protestatio, quæ nemini nocet, probatur p prote
stantem. Sic & notarius corrigit suum errorem fa-
ciendo de eo mentionem, & actor suum libellum
ante litem contestatam, non post, ut. C. de eden. l. e-
dita, nisi uelit recedere a toto libello, & aduersarij
7 non intersit, ut. C. de pac. l. postquam liti. † Idem per
mittitur accusatori ante, quàm se inscribat ad pœnā
tallionis, & sic licet pœnitere ante publicationē scru
tinij. Item liberto licet pœnitere. ff. de in ius uoc. l.
quamuis. Item licet pœnitere inquisitori. & hæc om
nia no. Arch. 25. q. 8. quia ergo, & §. seq quem omni-
8 no uideas. ¶ † No. hic, q nomina insania non excusat,
imò accusat. dicit Boethius in tertio de consolatio-
ne, q, & si uitiosi humani corporis speciem habent,
in beluas tamen animorum qualitate mutantur. con
cor. in authen. de mona. in prin. & ideò plerique hi
damnantur ad bestias. & iste hæreticus, de quo hic
loquitur, fuit combustus, ut refert Io. An. 16. q. 6. p
9 Arch. ¶ † In uer. nullo tñ, not. hæresim prælati suo
collegio, uel ecclesiæ non obesse: quia nihil habet
commune delictum cum administratione. ff. de mi-
10 no. l. Papi. exuli. ¶ † Ibi, propria manu: nota, q quis
potest per epistolam corrigere errorem suum. Item
not. q epistola probat pro scri-
a bente, * & de animo proprio
statur epistolæ, ut hic, de ne-
11 go. gest. l. Nesennius. ¶ † An re
quiratur in epistola propria lo-
cus, & tempus, dicit Ioan. And. q sic, ut no. ff. de pig.
l. cum tabernam. §. idem quæsijt. C. qui pot. in pig.
12 hab. l. scripturas. † in dependentibus a loco requi-
ritur probari locū. In dependentibus à tempore re
quiritur probari tempus. In alijs non dependētibus
non requiritur. ff. de neg. gest. l. cum actum. C. de pe-
ti. hær. l. si post motam. Et ubicunque in aliqua diffe
13 rentia ius consistit, oportet illam probare. ¶ † Ibi as-
signari: no. de assignatione librorum fienda summo
14 approbatori. ¶ † Item no. de dictione, seu, q potest
inter contraria poni etiam cum copula, &.

a ¶ *Vide Beli. in c. 1. 2. col. 6. extra de fid. instru.*

DE CONSTITVTIONIBVS.

RVBRICA.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio multiplex est.*
2 *Differentia est, an aliquid statuatur contra ius ecclesiæ, an contra libertatem clericorum, uel ecclesiarum.*
3 *Statuta contra libertatem ecclesiæ quæ sint.*
4 *Statutum imponens modicam pœnam ei, qui offendit clericum, ita est contra ecclesiasticam libertatem, sicut si nullam imponeret, & non ualet etiam inter laicos.*
5 *Licentia constitutionis, quæ dat materiam delinquendi, non tenet.*
6 *Constitutione dictante, quòd sufficiat citatio facta de absente in loco publico, an taliter citatus ut contumax possit condemnari.*
7 *Vniuersitas studij Papiensis si transferatur Mediolanū, licet mutetur locus, non minuentur iura episcopi Papiensis. is n. erit eiusdem uniuersitatis ordinarius.*
8 *Scriptura quare requiritur in constitutionibus, & statutis.*
9 *Scriptura in sententia diffinitiua hominis est de essentia, secus in sententia principis.*
10 *Episcopus an & quomodo possit facere statutum in suo episcopatu.*
11 *Archidiaconus, si eligitur à collegio, habet iurisdictionem.*
12. *Statutum factum ualidum & quadraginta annis obseruatum an habeat duas uires. uidelicet ut statutum, & ut præscriptio, & quando à iure communi superueniente tollatur.*
13 *Statutum, quòd forenses, uel ecclesia nullo tempore possint præscribere ad hoc ne Ciuitas perdat datia, & collectas, an ualeat.*
14 *Statuta præcisa dispensationem arbitri non recipiunt.*
15 *Præcisè, dicere quid sit.*
16 *Constitutio est rationabilis, eo ipso, quòd non reperitur prohibita.*
17 *Constitutio arctatiua ignorantia est propter naturalem iustitiam.*
18 *Ecclesia non potest arctare non suum forum.*
19 *Communitas ciuitatis an possit statuere aliquid in præiudicium singulorum ciuium.*
20 *Voluntas priuata partium an possit mutare generalem constitutionem.*
21 *Per pactum potest inueniri præscriptio à iure non inuenta, & inuentæ derogari potest.*
22 *Creditor an præscribat iuri offerendi, quod habet debitor.*
23 *Præscribere non potest contra dominum, qui scit rem alienam.*
24 *Papa si scribat in literis suis ad executionem statuti, an uideatur confirmare.*
25 *Confirmationem inducunt ea, quæ fiunt ad executionem.*
26 *Papa an possit statuere de laicis.*

27 Con-

27 *Constitutiones laicorum an sint seruandæ in foro spirituali.*

28 *Episcopus si imponat pœnam pecuniariam, an debeat sibi imbursare, uel dare consanguineis.*

29 *Populi inferiores an possint facere constitutionem pœnalem.*

30 *Populi maiores cum authoritate suorum magistratuum possunt legem pœnalem condere etiam duram.*

31 *Pœna constitutionis, si exprimatur cui integrè, uel partem applicari debeat, id seruandum est. Sin minus, aut apposita est per uerba multiplicatiua, ut duplum, & ei applicatur cui simplum. Sin per uerba simplicia, ex contractu parti, ex delicto uerò fisco applicatur.*

32 *Ex naui qualibet debet Cæsari solui tributum oneris ferendi, alioquin nauis confiscatur. & an eo casu etiam merces unà fisco applicentur?*

33 *Nauis similis est domui, quæ confiscatur cum his, quæ continentur in domo, si ea ad delinquentem pertinent.*

34 *Ciuitas, si ex priuilegio habeat primam appellationem, an possit statuere, quod non liceat appellare.*

35 *Consensus principis non requiritur in constitutione populi.*

36 *Constitutio an liget ignorantes.*

37 *Statutum ciuitatis, uel decretum domini si dicat, quòd decuriones, qui pro tempore fuerint, teneantur infra mensem notificare potestati aliquid; quid inferant uerba illa pro tempore.*

38 *Decuriones si infra terminum decesserint, an successores teneantur.*

39 *Constitutionem ita interpretare, ut si disponat de pœna imponenda, futura respiciat, si de indulgentia, uel dispensatione, de factis, & præteritis intelligat.*

40 *Statuta an sint stricti iuris.*

41 *Statuta, quæcunque dant iudici arbitrium, possunt dici bonæ fidei.*

42 *Suppositus si quis sit diuersis tribunalibus, quod tribunal inspicietur. & in contractibus ordinandis locus contractus, in delictis arcendis locus delicti, in iudicijs ordinandis locus iudicij inspicitur.*

43 *Statutum si sit in loco contractus, de præscriptione annali, in loco iudicij de decennali, quis locus debeat inspici.*

44 *Principium ubi habes, ibi de natura, & fine perpendas.*

45 *Statutum, quòd non soluens puniatur aliqua annua pœna, an ualeat.*

46 *Statutum laicorum, quo matrimonia pœnarum adiectione prohibeantur, an ualeat.*

47 *Matrimonij substantia per laicos prohiberi non potest, potest tamen qualitas.*

48 *Homicidium, quamuis sit contra naturam, per accidens tamen permittitur, & accidens interdum magis quam natura consideratur.*

49 *Statutum Iustiniani quò ad succedendum, uel non succedendum in bonis, in foro eius seruatur.*

50 *Instrumentum matrimonij, secundum ius ciuile requirit tres testes.*

1 CONSTITVTIO † Quid est, nota. 2. di. 1 omnis constitutio. & alia est bona & æqua, ut ait illa constitutio ex ore Dei promulgata, pacta seruabo: alia bona & non æqua, ut ait statutum municipij, creditorem post decennium non audiam: & aliqua æqua & non bona, ut quòd nulla currat præscriptio creditoribus, uel dominis rerum. dico enim istud statutum ualere, sicut ualet pactum. ff. de ædil. edic. l. quòd si nolit. §. si quod ita. alia est æqua æquior; ut. C. de procu. l. exigendi. alia uera uerior, ut nota. ff. de in-
2 offic. testa. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ¶ † Quæro, an sit differentia, an aliquid statuatur contra ius ecclesiæ, an contra libertatem clericorum, uel ecclesiarum. Respondetur, sic: quia licet neutrũ statutum ualeat, ut. j. eod. c. ecclesia sanctæ Mariæ; tamen plus punit, qui statuit contra libertatem ecclesiæ, ut in auth. cassa & irrita, &. j. de immu. eccl. c. nõ minus, & ca. aduersus. ¶ † Sed quęro, quæ
3 sunt illa statuta,[a] quæ sunt cõtra illam libertatem? Resp. omnia illa, quæ sunt contra priuilegia generalia, ut contra priuilegium fori, uel præscriptionis secundũ Inn. uel per quòd clerici opprimuntur, & laici efficiuntur audaciores, & clerici timidiores, ut. ff. quarum rerum actio
4 non datur l. j. §. quæ onerãdæ. ¶ † Vnde statutum, quod imponit modicã pœnam offen-
b denti[b] clericum, ita est cõtra ecclesiasticam libertatem, sicut si nullam pęnã imponeret. quinimò etiam inter laicos nõ ualet hoc statutum, ut not. Arch. 23. q. 3. duo ista: quia facilitas ueniæ nutrit maleficia; & ideo est contra ius naturale. unde, nõ obstante tali statuto, homicida debet puniri pœna iuris, & iuri publico subiugari, ut l. ij. C.
5 ubi sena. uel claris. † Non tenet licentia constitutionis, quæ dat materiam delinquendi, ut not. in cle. cõ
6 cessã, j de elec. ¶ † Citatus a constitutione dictantis, quòd sufficiat citatio facta de
c absente in loco publico,[c] cõdẽnari potest, sed appellare non prohibetur. Est igitur uerus cõtumax secundum quid, sed non simpliciter, ut not. in cle. j. de
7 iud. ¶ † Si uniuersitas studij Papiensis transferatur Mediolanum ad tempus, mutatur locus: tamen non minuuntur iura episcopi Papiẽsis, qui est ordinarius
8 uniuersitatis; ut no. in d. cle. j. de offi. or. ¶ † Quare in
d constitutionibus[d] & statutis requiritur scriptura? Respon. ad perpetuam rei memoriam, ut. j. de renun. c. j. in fi. Ioan. And. dicit, quòd non requiritur ad primordiale esse, sed ad obseruantiam esse. nisi enim interueniret scriptura, non possent publicari, nec innotescere populo, præsertim his, qui tẽpore statuti conditi non erant in rerũ natura; & ideo frustra fierent; quia non ligarẽt. hoc apparet ex l. xij. tabularum, quæ in 12. tabulis scripta erat, ut ff. de orig. iur. l. ij. ¶ Et si quis diceret, quòd scriptura esset de
9 substantia legis, forte non erraret: † quia est de essentia in sententia diffinitiua hominis, ut. C. de sent. ex peri. reci. l. j. ita multo fortius in sententia legis latæ per populum. sed si per principem, non requiritur scriptura. nam princeps fert sententiam sine scripti
10 recitatione. ¶ † Quæro, an episcopus possit facere statutum in suo episcopatu. Respon. sic imponendo pœnam censuræ, ut in c. ut animarum. §. statutis de resc. lib. 6. sed pęnam pecuniariam non potest imponere. quia non reperitur lege cautum. Vel dic, quòd episcopus

a ¶ *Quæ statuta dicũtur cõtra libertatem ecclesiæ.*

b ¶ *Statutum, quòd imponit modicam pœnam offendenti clericum est contra libertatem ecclesiæ.*

c ¶ *Statutum, quòd sufficiat citatio facta de absente in loco publico.*

d ¶ *Vide Abb. Pan. in c. 1. de post. præla. & uide latißime per Bologninum in Theodosiana sua, in gl. antepenult.*

scopus potest,quia habet merum imperium : sed inferior eo non potest.C.de sen.& interlo.l.nulli.ff.de
11 iud.l.ij.§.is datur. ¶†Sed quid de archidiacono?dicit Inn. ꝙ si eligitur a collegio , habet iurisdictioné: secus,si non habet collegium, ut sing.no.Inno. infra
12 de iudi.c.decernimus. ¶†Quæro,nunquid statutum potest præscribi,hoc est factum statutum ualidum,& xl.ann. obseruatum nũquid habeat duas uires.s.statuti , & præscriptionis ? & est ar. quòd non : quia præscriptio ista non est præscriptio,sed executio constitutionis , ar.ff.de usuc.l.sequitur.§.lana. & ideo per ius commune superueniens in contrarium tollitur, licet præscriptio non tolleretur,ut no.in c.j.ĩ.eo.li. 6.¶Sed quid si ius commune redactũ est in pactum conuentum, uel tale statutum est iuratum ? Respon. non tollitur : quia non est merum ius cõmune, quoties aliquid additur , uel detrahitur, ut ff de iusti.&
13 iur.l.ius ciuile. ¶†Quæro,an ualeat statutum,quòd forenses, uel ecclesia nullo tempore possint præscribere ne ciuitas perdat datia,& collectas ? Respon.sicut ecclesia uult sibi sua priuilegia intacta seruari, ita & respublica.etiam nõ plus potest ecclesia q̃ respublica.C.de sac.san.eccl.l.fin. & ideo ualet statutũ in quærendis,non in quæsitis ante statutum : quia respublica , sicut pactum , potest rei suæ legem imponere.ff.de uerb.obl.l.si ita quis.§.ea lege.de hoc alibi dicam.ex isto tamen statuto sequitur absurdũ , quia
14 er it procedere in infinitum d.l.fi. ¶†Statuta præcisa dispensationem arbitri non recipiunt; & ideò, ubi in statuto apponitur aduerbium,p̃cisè,debet ad unguem seruari,ut no.ĩ eo.ne Romani,de elect.in cle.
15 ¶†Quid est dicere,præcise? id est omnimodo,& indistincte.ff.de iure immu.l semper.§.demonstratur,
16 ubi de hoc. ¶†Constitutio est rationabilis eoipso, quòd non reperitur prohibita,licet eius ratio demõstrari non possit.ff de leg.l. non omnium.ff.de postu.
17 l.j.§ j.viij.dist.frustra,per Arch. ¶†Constitutio arctatiua ignorantię est saltẽ p̃p naturalẽ iustitiam,ut no.in c.j.de iud. in cle.dic, ꝙ potest arctare actũ, sed non agentem : quia parcitur ignoranti in pœnis.
18 ¶†Ecclesia non potest arctare non suum forum , ut
19 no.in cle.dispendiosam,de iud. ¶†Quæro,an communitas ciuitatis possit statuere aliquid in præiudicium singulorum ciuium? Dicit Inn. quòd non.ĩ de iureiur. uenientes. quod debet intelligi contra aliquos ciues nominatos: sed in genere sic, ut ff.de administ.tut.l.siue.§.Lucius, & quod not.C. q̃ sit long. consuetu.l.ij. & l.iij.§. actor.ff. de re iud. per Barto.
¶†Quæro,an priuata uoluntas partium possit mu-
20 tare generalem constitutionem ? responde nõ,secũdum Inn.qui ita not.ĩ de procur.in nostra.ad hoc.ff. de leg.j.l.nemo potest. hoc uerũ,nisi in depẽdentib. simpliciter a consensu,†unde per pactum potest in-
21 ueniri præscriptio a iure non inuenta,& tunc in præscribendo non requiritur bona fides,ut not. in c.pastoralis.ĩ de offi.ord.in gl.sed usque: Item potest derogari præscriptioni inuẽtæ a iure,ut ff.de.edi.edic. quod si nolit.§.si quid ita. ¶†Considera, quòd dici-
22 tur,creditor præscribit iure offerẽdi, quod habet debitor;intelligitur,si creditor possidet pignus: secus, si non possidet.uel dic etiam si possidet, non præscribit. nam fructus percipiendo & extenuando sortem, sibi quotidie soluit. ff. de sol.l.Titia. ¶ † Item quia
23 ista præscriptio non currit secundũ naturam tẽporis. sm naturã possessionis ille, qui scit rẽ alienam, præscribere non potest ꝓ dominum. non obst l.si q̃s emptionis.§.fi. quia ibi contra purgationem contuma-
24 ciæ p̃scribiť,nõ cõtra solutionẽ debiti. ¶†Quæro, si papa scribit in literis suis ad executionem statuti, an uideatur confirmare ? dicit Inn. quòd si papa statutũ laicorũ approbet super ecclesiis,ꝙ eo ipso ꝯfirmat,ut ipse not.ĩ.de transact.c.j. & sic de cætero tale statutum non debet de capitularibus amoueri , arg. ff.de milit.test.l.tribunus.§.ultimo;quod est not.di-
25 gnum. ¶†Ex hoc not. quòd ea,quæ fiunt ad execu-
26 tionem , inducunt confirmationem. ¶†Quæro,nunquid papa possit statuere de laicis? respon.sic annuẽte imperatore, uel ratum habente, ut ĩ de hære.c.ad
27 abolendam . ¶†Quæro, an constitutiones laicorũ sint seruandæ in foro spirituali ? respon.sic, si continent naturalem æquitatem , de hoc per Inn. ĩ de immu.eccl.quia plerique,& ĩ de no.oper. nuntia.c.j.in
28 nouella. ¶†Quæro, si episcopus imponit pœnam pecuniariam,utrum sibi debeat imbursare,uel dare cõsanguineis? respon.non,sed debet pauperibus eroga-
29 re,ut no.Inn.in d.c.quia plerique, in fin. ¶†An inferiores populi possint facere constitutionem pœnalem, dicit Inn.quòd non,s.sine suis rectoribus.ĩ eod.
30 cum omnes,per Inn.¶†Sed maiores populi cum authoritate suorum magistratuum bene possent legem pœnalem condere,etiam duram, ut not.in l.j.§.j.qđ quisque iuris, & ff.de decretis ab ordine faciendis l.
31 fi.pœna constitutionis, si quidem lex dixit,cui applicetur in totum,uel in partem,seruanda est lex. Si autem non dicit, cui applicetur
a in totum pęna a pecuniaria, & apposita per nomina multiplicatiua, ut duplum, uel quadruplum , tunc applicatur ei , cui simplum, ut l.fi.de litig. Si autem per nomina simplicia , & descendit ex cõtractu,applicatur parti: sed si ex delicto,uel quasi, applicatur fisco, ut no.ff.de popularibus actionibus,

a ¶ *Vide Aret.in rubr. infra de iud.*

32 in rub.†Et adde hic nouum intellectum illius legis, iubemus.C.de sac.sanc.eccl Nam dico,ꝙ omnis nauis mundi debet Cæsari tributum oneris ferendi , quando facit transitum per illas partes . & ideo , si illud tributum subtrahitur , nauis confiscatur : quia etiam debet tributum. sed an merces, quæ sunt in naui , confiscentur unà cum naui , determinatur . C.de nau fę. cum proponas, & ff.loca.l.pe.§.nautem.
33 †Porrò nauis similis est domui , quæ cõfiscatur cum his , quæ continentur in domo , ut C. de incest. nuptiis,l.cum ancillis.s. si tales pertinent ad delinquentem : aliàs non,ut ĩ de pignori c.ex parte, uel dic,ꝙ in d.l.cum ancillis,est speciale, quia lex ultra procedit:aliàs secus.quia diuersa corpora sunt.ff.de actio. empt.l.granaria. Dicit Inn.quòd non ualet constitutio,quæ tangit ius superioris. infra de consue. cum
34 consuetudinis,per Inn. ¶† Pone, ꝙ ciuitas ex priuilegio habet primam appellationem, nunquid potest statuere, ꝙ non liceat appellare?dicit Bar. ꝙ non in l.fi.ff.de aqu.plu.ar.quod uerum est , nisi statuta sua sint confirmata per principem ex certa scientia . ad iudicem autem municipalem appellari non potest.
35 ¶† Idem Inn.ait,quòd in constitutione populi non requiritur consensus principis , de fide instr. cũ Pe. in nouel. Nã sufficit authoritas proprij magistratus, & licentia,quam habent per legem,omnes populi.& hoc siue constitutio concernat iurisdictionem , siue non,ut.ff.de nego.gest.l.cum alicui , & l.ex facto.

¶Quæro,

Vide aliquid per episcopum Alexandri. in cap. 1. 4. dist.

36 ¶† Quæro, utrum constitutio liget ignorantes? respondeo, ignorantia pœnę non excusat, sed ignorantia delicti aut concernit ius naturale, uel quasi, & non excusat, ut C. de in ius uo. l. uenia. aut cōcernit aliud motiuum statuentium, & tunc aut potuit & debuit scire, & non excusat, ut j de postul. prælat. c. j. aut non potuit scire; & tunc excusat, ut d. l. si ff. de decr. ab or. fa. de hoc no. in spe. de consti. in fi ff. de le. l. j. aut constitutio afficit rem statuentis, & afficit ignorantes. ff. de pub. l. commissa, sicut decretum, de fideicommissariis libertatibus, cum quasi: quia etiā mortuum. sed si afficit personam, & est pœnalis, non
37 ligat ignorantem. C. de tab. l. generali, lib. 10. ¶† Pone, dicit statutum ciuitatis, uel decretum domini, q decuriones, qui pro tempore fuerint, teneantur infra mensem notificare potestati aliquid: primò quæro, quid est dictum pro tempore? Sol. i. in eą parte temporis, ut patet in c. generali. §. illos, de elec. li. 6. & in cle. de uit. & hone. cleri. & eo. tit. c. fi. secundum
38 Pau. de Liaza. ¶† Quid ergo, si intra terminum decesserint, nunquid tenentur successores? & uidetur q nō. C. de decur. l. prouidendum, li. 10. nam inspicitur principium temporis, ar. ff. de uerb. obl. l. si filius. & idē uidetur de syndico, qui habebat quatuor dies ad denuntiandum, & interim fuit remotus: quòd succedens in officio non teneatur: quia pro tempore nō erat syndicus, i. in principio temporis. In contrarium uidetur, quia idem est officium continuatione. dic q si primus est mortuus, nullus tenetur sed si uiuit, primus tenetur gesta explicare, & nō secūdus. ff. de neg. gest. l. nam & Seruius. §. si me uiuo, & ar. l. j. C. de admi. tut. est enim hoc de reliquiis officij prioris. C. ut causæ post pubertatem adsit tutor in rubro, & ni-
39 gro. † Porrò iste est actus momentaneæ solicitudinis, quæ habet oculos retro. habet enim constitutio oculos ad subiectam materiā. un. si subiecta materia est de pterito, respicit circa pteritū: si de futuro, respicit in futurū: Vnde, si disponit de pęna imponenda, intelligitur de futuris. si autem de indulgentia, uel dispēsatione, intelligitur de factis pteritis, ne instruatur materia delinquendi. ff. de legi. cum lex.
40 ¶† Sed an statuta sint stricti iuris, dic aut ex eis surgit condictio ex lege; & sunt stricti iuris, id est æquitas officij iudicis nihil addere pōt. Aut surgit actio ex ɔ̄ctu stricti iuris, & idem, ut not. ff. de tritica. l. in hac. aut surgit actio ex contractu bonæ fidei, & sunt bonæ fidei, si agatur ex eo capite. aliàs sunt stricti iuris, ut no. in l. certi conditio, in prin. ff. si cer. pe. Fallit in arbitrarijs, quę semper trahuntur ad ęquitatem,
41 quam bona fides desiderat, † Vnde, quandocunque statutum dat arbitrium iudici, omnia talia statuta quo ad interpretationem possunt dici bonę fidei, ff. de eo, quod certo loc. l. quod si Ephesi. ff. de negotijs. gest. l. quia tantundem; & ista sunt ex inuentione
42 mea. ¶† Quæro, si quis est suppositus diuersis tribunalibus, quod tribunal inspiciē? respon. illius loci, ubi ius oriē. nā oē ius cohęret origini suę. & iō i ɔ̄ctibus ordinandis locus ɔ̄ctus inspicitur: in delictis arcendis locus delicti: in iudicijs ordinandis locus fori, i. iudicij. hæc est uulgaris doctrina, quam primò
43 posuit Odof. ff de iudic. l. j. in sua lectura. ¶† Sed pone in loco contractus est statutum de præscri. annali: in loco iudicij de decēnali: quis locus inspiciē? respon. inspicitur locus contractus: quia præscriptio est uia quædam actionis sumens terminum à causa prima ipsius; unde non uariat ex uarietate locorum.
44 C. de usuca. transfor. l. j. in princi. † Vbi ergo habes principium, ibi de natura & fine perpēdis. ff. de uerb.
45 obli. l. insulam intra biennium. ¶† Dubitatur, utrū ualeat statutum, quòd non soluens puniatur aliqua annua pœna? dic q sic, si est debitor in specie, uel in facto: quia non extenuat sortem. Si autem in quantitate, uel in facto, ad cautelam quantitatis uel q debeat deponere apud campsorem, uel dare pignora, sunt opniones, ut not. C. de usur. aut. ad hoc. Bart. dicit, q nec directe, nec cauillāti possunt permitti usu
46 ræ. ff. de admi. tu. l. Titium. §. altero. ¶† Quæro, an ualeat statutum laicorum, quo matrimonia pęnarū adiectione prohibentur? dicit Archid. quòd non. 2. q. 3. Euphemium. Idem dicit Io. And. in c. statutum
47 de hære. lib. 6. ¶† Tu dic, q substantia matrimonij non potest prohiberi per laicos, sed eius qualitas, unde si reipublicæ interest talia connubia non fieri, ne fiat scandalum in populo, tenet adiectio pœnæ, sicut tenet, ne malis moribus ciuitas informetur, ut. l. 2. C. de secun. nupt. licet illa lex non seruetur propter
48 dictum Apostoli in foro ecclesiastico. ¶† Ego uideo, q homicidium ɔ̄ naturam est; & tamen per accidens permittitur. Itaque plerunque magis consideratur accidens, quàm natura: quia accidentia naturam obnubilant, & tęgunt, ut. C. de adul. l. Graccus. ff. de post. l. j. § bestias. omnia ista accidentia uocaē qualitatis in iure nostro: quia sunt quędam adiectio. Pone alibi dicit lex, quòd sine dotalibus instrumentis cum concubina non cōtrahatur matrimonium efficax ad prolem legitimandam, ut insti. de nupt. §. fi. & tamen Archi dicit, quòd de iure canonico secus est: quia tenet matrimonium, & filij sunt legitimi, ut
49 ipse not. ¶† Dominus Cy. dicit, q in foro Iustiniani seruaē statutum eius quò ad succedendum, uel nō succedendū in bonis. Item in dubio propter imparitatem non debet censeri connubium; & ideò lex Iustiniani habuit rationabile motiuum, & propterea seruandum in foro laicorum; & sic aliquid potest disponi de accessorio, quod non potest disponi de principali: & adde, quod no. Archi. xcvj. dist. bene, ubi dicit, quòd de causa matrimoniali laici non possunt disponere. Sed ubi habent facti certitudinem, possunt secundum canones iudicare. & ego dico, q etiam de successionibus, & etiam de dotibus possunt iudicare secundum leges: quia consistunt in re temporali in-
50 hærendo dicto domini Cy. ¶† Et no. quòd in dicto instrumento secundum ius ciuile requiruntur tres testes, ut eleganter no. Archi. ponendo omnes casus, in quibus requiruntur tres testes. 2. q. v. §. j. ubi omnino uideas.

SVMMARIVM.

1 *Constitutiones canonicæ ab omnibus seruandæ sunt tam in ciuilibus causis, quàm in criminalibus.*
2 *Verbum, statutum, significat rem perfectam.*
3 *Statuta imperfecta non ligant.*
4 *Statutum episcopi an dicatur statutum canonum.*
5 *Vicario Iesu Christi subiecta est omnis creatura.*
6 *Subditus sui ipsius nemo est, propterea constitutio Papæ non ligat eum nec successorem.*

Terminus

7 *Terminus generalis an possit arctari per subauditum intellectum.*

8 *Verba legis sunt iuuanda interpretatione.*

9 *Statutis semper creditur inesse iustitia.*

10 *Iudex succedit loco legis, & in non determinatis à lege habet arbitrium simile determinatis. & nu. 33.*

11 *Testis depositio, & Notarij scriptura in aliquo falsa in totum uitiatur.*

12 *Positio ratione partis falsa potest negari simpliciter.*

14 *Iudex debet iudicare secundum acta, & probata, non ex proprio sensu.*

15 *Clausula, si ità est, in literis Papæ exponitur idest si ità est probatum.*

16 *Iudex non debet formare sententiam ex suo capite, sed prout ius dictat.*

17 *Transgredi leges an liceat iudicibus propter casus de nouo emergentes.*

18 *Aequitas non scripta non habet uim legis, ubi rigor scriptus est in contrarium*

19 *Iudex in ciuilibus, etiam pro modica iniustitia, puta expensarum, facit litem suam.*

20 *Transgredi leges an liceat arbitris.*

21 *Arbiter an faciat litem suam in male iudicando.*

22 *Apices iuris sunt quidquid bonam fidem non tangit, sed extrinsecus uentilatur.*

23 *Arbitrator in modica quantitate potest leges transgredi ob bonum pacis.*

24 *Pœnas augere, uel diminuere an possint iudices maiores, & qui habent altam iurisdictionem, ut sunt potestates, & præsides ciuitatum merum & mixtum imperium habentes.*

25 *Pœnam certam & determinatam, imponi consuetam, iudex mutando facit litem suam.*

26 *Iudices ecclesiastici, etiam post sententiam interdum dispensant.*

27 *Episcopus si dispensat, uel ex officio aliquid facit, an sit necessaria præsentia partis.*

28 *Tumultus si immineat potest culpabilis puniri, non seruato ordine iudiciario.*

29 *Ius ciuile si discordat cum canonico quod nam attendi debeat.*

30 *Sententiam iudicis laici an teneatur exequi episcopus.*

31 *Iudex quid si iudicat per simplicitatem, & non per malitiam.*

32 *Filius quemadmodum contrahendo, ità & iudicando patrem de peculio obligat.*

33 *Iudex in arbitrarijs debet eligere opinionem maiori fulctam ratione.*

34 *Iudex sequens communem opinionem in iudicando, nisi ea sit notoriè falsa, uel irrationabilis, excusatur.*

35 *Opinio Glo. cui nulla alia Glo. aduersatur, tenenda est, & quid si inuicem aduersantur.*

36 *Interpretari, uel glossare statuta municipalia an possit priuata persona.*

37 *Statutum, quòd extrahens sanguinem in palatio puniatur corporali pœna, non comprehendit phlebotomantem.*

38 *Voluntas, & propositum distinguunt beneficia, & maleficia.*

39 *Interpres debet dumtaxat exponere, non facere nouum ius.*

40 *Statuta municipalia recipiunt interpretationem intensiuam, & expositiuam.*

41 *Interpretatio quæ requirat: & ubi uerba seruiunt menti, & mens uerbis, non indigemus interpretatione.*

42 *Statuta omnia recipiunt interpretationem intensiuam, & aduersatiuam, non autem extensiuam, uel restrictiuam, nisi quatenus de iure communi.*

43 *In statutorum intellectu, attendi debet eorum uis, potestas, & ratio. & uirtus legum consistit in substantia rationis. & Scriptura sine mente nihil est.*

44 *Scripturas interpretamur per unam rationem, per argumentum à paritate, & ab omnimoda similitudine.*

45 *Interpretatio competit Magistratibus ac Prudentibus.*

46 *Statutum debet uerbo à iure communi sumpto cum suo causa uti.*

47 *Statuta non sunt interpretanda per fictionem.*

48 *Statuta loquentia de executionibus testamentorum fiendorum præter ordinem iuris communis, non habent locum in ficta, seu præsumpta uulgari, uel pupillari tacita. & quare.*

49 *Ius commune informat, & uestit Statuta non è conuerso.*

50 *Interpretationem extraneam, uel cerebrinam, uel transgredientem terminos non accipiunt statuta. Sicut nec instrumenta, nec testes nec aliud interpretabile.*

51 *Interpretatio sumitur à natura contractus, à natura rei, & à causa. nu. 53. in fi.*

52 *Interpretatio statuti an dicatur statutum.*

53 *Et de interpretatione contractus dotis, & de interpretatione stipulationis.*

54 *Statutorum reuisione commissa quibusdam sapientibus, utrum pendente reuisione statuta uetera possint exequi.*

55 *Statuta an æquiparari debeant contractibus, an ultimus uoluntatibus.*

56 *Arbitrator, qui habet ex forma compromissi potestatē arbitrandi & corrigendi arbitramentum, si facit laudum reseruata sibi potestate corrigendi, potest interim laudum latum peti mandari executioni, præstita cautione idonea.*

57 *Interpretatum semel an possit iterum interpretari.*

58 *Iudex si erret contra textum l. sententia expresso errore, non ualet secus si erret contra interpretationem legis.*

59 *Hæres non potest interpretari uoluntatem defuncti.*

60 *Statutum populi si disponit, quòd genitor possit relinquere filio spurio bona sua, an ualeat.*

Legitimati an succedere possint.

61 *Legitimatus habet figuram, non autem substantiam naturalem legitimi.*

62 *Imperator in legitimationibus reseruat clausulam non obstantium quam populus non potest apponere quia est suprema iurisdictionis.*

63 *Statuere populus potest quatenus moribus, & legibus uiuit.*

64 *Quæ à turpi causa finali oriuntur, uel ad eam referuntur, non debent ad effectum produci.*

65 *Statutum quod pater possit filio spurio bona sua relinquere, nutrit peccatum luxuriæ.*

66 *Ius ciuile non potest tollere ius naturale, sed effectum eius.*

67 *Præscriptio non tollit contractum, sed eius uirtutem. i. obligationem, & actionem.*

68 *Statutum, quod naturalis filius exhæredatus a patre, uel præteritus habeat querelam inofficiosi testi, an ualeat.*

69 *Statutum, quòd nati ex diuersis concubinis sibi inuicem succedant, an ualeat.*

70 *Dotare an possint principes spurias suas de plenitudine potestatis.*

Potestatis

71 Poteſtatis plenitudo ſuperat omnem legem poſitiuam. & in Principe ſufficit pro ratione uoluntas.
72 Iura uidentur ibi poſſideri, ubi quis domicilium habet, uel forum ſortitur.
73 Poteſtas & potentia qualiter differant.
74 Populus regitur tribus modis.
75 Cõſuetudines fori iudiciorũ nõ ſunt regalia, nec ad eas præſcriben. requiritur ſciẽtia prĩcipis uel mediati ſuperioris.
76 Conſuetudo debet eſſe præſcripta.

¶Sequitur.c.canonum.

ANONVM a ¶† Cõſtitutiones canonicę ab omnibus sũt ſeruandæ tã in ciuilibus cauſis, q̄ in criminalibus, & nemo ſuo ſenſu, ſed canonum authoritate ducitur. Caſus. præcipit concilium Meldenſe, ꝙ ſtatuta canonum. i. canones ſtatuentes cuſtodiantur ab omnibus, & nemo in actionibus, uel in iudicijs ſuo ſenſu
2 ducatur, ſed iudicet ſecundum canones. ¶† Ibi ſtatuta, illud uerbum ſignificat rem perfectam. ff. quod quiſque iur. l. j. §. hæc b uerba. † unde ſtatuta imperfecta non ligant, ut plenè not. in proęmio cle. ut puta ea, quæ requirunt confirmationem ſuperioris, uel publicationem. nam prima ſunt imperfe-
4 cta quo ad obſeruantiam. ¶† Ibi, canonum, quæritur, an ſtatutum epiſcopi dicatur ſtatutum canonũ? loquor de ſtatuto ualido; ut. infrà de loc. c. ueſtra. & uř ꝙ ſic, quia omnia noſtra ſunt, quæ nřa authoritate ſubſiſtunt, ut. C. de uete. iur. enucle. l. j. §. oĩa. ¶In ꝯrium, quia ſequeretur, ꝙ ius municipale eſſet ius commune; quod falſum eſt. Sol. quò ad diſpoſitum ſunt diuerſa, quamquam authoritas diſponentis influat ſuper diſpoſitum a ſtatuto. Porrò aliud eſt permittere, aliud eſt facere, ut. ff. de ma. uin. l. ſi pater. §.
5 ſi. & C. de teſta. l. omnium. ¶† Ibi, ab omnibus, exponunt quidam. ſ. ſubditis, quod non placet Inno. quia uicario Ieſu Chriſti ſubiecta eſt omnis creatura. Tu dic, aut eſt talis conſtitutio, quæ poſſit adaptari oĩbus; & tunc eſt uerum, quod dicit Inno. aut non poteſt adaptari oĩbus; puta infidelibus; & tunc bona
6 eſt dicta gloſſ. † Item quia nemo eſt ſubditus ſuijpſius; iõ conſtitutio papæ eum, uel eius ſucceſſorem non ligat; unde poteſt regi ſuo ſenſu; & eius ſnĩa ꝯ ius ſcriptum lata ius facit, ut. l. j. ff. de conſti. prin. &
7 C. de legi. l. ſi. ¶† Extra quæro, an terminus generalis poſſit arctari per ſubauditum intellectum? dicit Iac. de Are. quòd aut diſponens loquitur per modum conſtitutionis, & poteſt arctari. aut per modũ extenſionis; & tunc non poteſt arctari. ff. de oper. no. nun. l. j. §. item nuntiatio. & hoc uerum eſt, quando
8 loquitur de legislatore: † quia uerba legis ſunt iuuãda interpretatione, ut patet. ff. qui ſatiſdare cogan. l. inter omnes, & C. de ſacroſan. eccle. l. j. ubi dicitur: habeat unuſquiſq;, expoſuit gl. ſ. habilis. & eodẽ modo ſi diceret ſtatutum, unuſquiſque uadat in exercitum; intelligitur de habilibus, id eſt qui naturaliter
9 ire poſſunt: † quia iuſtitia ſtatutis ſemper creditur ineſſe, ut. ff. de re milit. l. 3. §. ſi ad diem. ff. ſi quis cau. l. 2. §. quod diximus. ſi. de excuſatio. tut. l. ſcire opor-
10 tet. §. & ſi maxime. † & ſic iudex ſuccedit loco legis, & uocatur princeps. & ideo in non determinatis a lege habet arbitrium ſimile rebus determinatis, ut
11 not. ff. de teſta. l. Seio. † Si autem terminus uniuerſalis proferatur a teſte, uel tabellione nõ reſtringitur. ſed ſi eſt in aliquo falſum, in totũ uitiatur: quia ſubſcribentis authoritas uulneratur, ut no. ſupra titul. proximo. c. damnamus, per Bernar. ix. diſtinc. c. ſi ad
12 ſcripturas, & de hæreti. fraternitatis. † Idem in poſitione, uel interrogatione nam ratione partis falſæ poteſt negari ſimpliciter, ut. ff. de reb. dub. l. ſi is, qui
13 ducenta. §. utrum ita. † Ibi in actionibus, nec in libellis, ut. l. 2. §. poſt originem. ff. de origine iuris, & infra de iudic. capitulo, examinata. nec in proceſſibus, eodem titulo, capitulo, exhibita, de reſtitutio. ſpolia. capitulo, Piſanis. nec in teſtamentis. ff. de legatis. j. l. nemo poteſt. ff. de legatis. 2. l. codicillis. §. ſi. ff. de conditio. inſtitu. l. quidam in ſuo. ff. de auro & argento lega. l. medico. §. ultimo. ff. de operis liber. l. cer-
14 donem. ¶† ibi, ſuo ſenſu, ſ. corporeo. nam licet uiderit, debet potius iudicare ſecundum acta & probata, quàm ſecundum id quod uidit, nec dicitur iudicare ipſe, ſed lex, quæ hoc diſponit. ff. de ritu nuptiarum. l. palam. Studeat tamen intercipere teſtes, inquantũ poteſt, ne falſum coram eo probetur, ut notat Azo
15 in ſumma. C. de teſtibus. † & hæc uera ſunt, etiam ſi in literis papæ ſit clauſula, ſi eſt ita: nam exponitur, ſi ita eſt probatum. & uide, quod notat Archidiaconus. 30. q. 5. iudicantem, & xi. q. iij. quamuis, per Ar-
16 chidiaconũ. † Itẽ põt intelligi c literae de ſenſu corporeo, id c eſt de opinione animæ. nemo enim ex ſuo capite dẽt formare ſententiam, ſed ſecundũ qđ ius dictat: alioquin nõ eſſet mi-
17 niſter legis. ¶† Vnde iuxta hoc quæro cum Inn. utrum ratione caſuum emergentium poſſint iudices ordinarij licite leges tranſgredi? & uidetur, quod poſſint ſequi iudicium animi ſui: quia iurant iudicare, quod ſibi equũ, ac iuſtum uidebitur, ut in aut. iuſiurandũ, quod præſtatur ab his. §. æquius. unde nõ debent deierare, ut C. ad legẽ Iuliam repetundarum l. ſi. Sol. dicit Inn. quòd ordinario hoc non eſt licitum: quia nec iuſtum eſt facere contra legis uigorem, ut C. de
18 le. l. leges ſacratiſſimæ. † Item nec æquum: quia æqtas non ſcripta non habet uim legis, ubi rigor ſcriptus eſt in contrarium, ut ff. qui & a quibus l. proſpe-
19 xit, & nota. plene per Cy. in l. 1. C. de legi. † & hæc uera ſunt in ciuilibus cauſis, in quibus iudex nõ hẽt arbitrium: imò etiam pro modica iniuſtitia, puta expenſarum litis, facit litem ſuam, ut in auth. de iu. §.
20 oportet. ¶† Sed ſtatim q̃ro cum Inn. qđ in arbitris? dř nanq; arbiter ab arbitrij libertate. ut ff. de arb. l. qualem, in princ. ergo uř, ꝙ poſſit ſequi animi ſui motum, quem alteri committere
21 non põt, ut no. c. ti. ſicuti. † ¶In d cõtrariũ uidetur, ꝙ arbiter rõ facit litem ſuam male iudicãdo & in apicibus iuris. C. de pact. l. ſi

a ¶Circa iſtud c. quæro, an iſte tex. in uerbo, ab omnibus, intelligatur tam de bonis, quàm de malis, uide omnino Panor. in ca. ſoluta. in viij. no. de maio. & obe.

b ¶Et ca. in his. infrà. 3 de uerbo. ſignifi. ubi text.

c ¶Adde etiã hoc, quòd qui facit contra legem præcepti, in cuius intellectu ſunt uariæ opiniones, peccat, ut ſin. colligitur ex tex. & glo. & ibi Io. And. & d. Ant. in c. cappellanus, de ferijs, & facit quod not. Inn. in c. ne inni taris, de conſti. infra e. & ponit Alex. conſi. 107. in ſecunda parte, & adde hic ad Panor. in apoſt.

d ¶Vide Io. de Imol. & mod. in l. diuus. ff. de re iu. ubi etiã aliquid per do. Alex.

21 l.si qs in cōscribēdo,in fi.¶†Apices iuris sunt,q cq d bonā fidem non tangit, sed extrinsecus uentilatur, ut ff.mandati l.si fideiussor.§.quædam.Sol.dicit Inn. ꝙ arbitro permissum est leges transgredi,ut hic no. ꝑ Ber. ut ff.de ar.§.stari l. diē.

a ¶*Vide Arc.in c.dilectis,de iudi. & an arbitrator, quantacunque fulgeat potestate, possis repellere ꝑscriptionē, uide Orla. in trac.de arbi.in ult. parte nu.25.*

23 †Tu dic,ꝙ nō licet arbitro[a] leges transgredi, sed arbitratori licet propter bonum pacis, ut ī.de præbē. nisi esset.l.in parua quantitate, pro qua uerisimiliter transigerent hi, qui lites execrantur, ut ff.de arbi. l. sed si seruum. §. si quis iudex, & l. de meis.§.recepisse,in gl.ordi. & licet arbiter non iuret,nihil ad rumbum.nam nec iudex delegatus iurat, & tamen debet iudicare secū
24 dum leges & canones: aliàs facit litem suā.¶†Quæro unà cum Inno.quid in causis criminalibus,utrum iudices maiores, & qui habēt altam iurisdictionem, ut præsides, & potestates ciuitatū habentes merum imperium, possint propter casus emergentes pœnas augere,uel minuere?dicit Inn.quòd sic in extraordinariis criminibus. quinimò etiam in ordinariis a te latam sentētiam,& causa cognita,ut ff.de infamibus l.quid ergo §.pena grauior,& C. eo.l.si possidentiū,
25 & l.si seuerior†tu dic.aut consueuit imponi certa & determinata pœna;& non possunt eam mutare,quin faciāt litē suam,ut,C.ne sanctum baptisma iteretur. l.fi.ff.ad Turp.l.j.§.calumniatoribus, nisi in sentētia exprimant causam rationabilem,quādo exaggerāt, uel dispensant,ar.ff.de qō.l.j.§. si quis ultro, & pœnę consuetudinariæ & statutorū municipalium oino sunt imponendæ,licet crimen sit extraordinarium, ut.ff.de extraor.cri.l.1.§.sunt quædam,& hoc in iu
26 dicibus secularibus.†Sed iudices ecclesiastici quandoque etiam post sententiam dispensant,ut ī.de iud. at si clerici, nisi processissent ad actum degradatio
27 nis secundum Arch. ¶†Quæro,si episcopus dispensat,uel ex officio aliquid facit, utrum sit necessaria præsentia partis.dic quòd non, quando non fit in figura iudicij,ut no.Arch 1.q.7.quoties cordis. & de multiplici dispensatione uide eadem ca.& q. hi qui,
28 per Arch.¶†Extra no. quòd quando periculum tumultus imminet,possunt pœna mortis puniri culpabiles absque ullo ordinato processu, ut ff. de iniusto testamento l.si quis filio exhæredato.§.quod si quis.
29 uer.nisi forte. ¶†Quæro,quid si discordat ius ciuile,& ius canonicum?Respondeo in his,in quibus præualet ius canonicum ratione materiæ,ut quia spiritualis, uel usuraria, uel ratione materiæ seu personæ,ut quia clericus,uel religiosus, sequendū est ius canonicum.In aliis autem casibus eps seruabit decretales in suo foro,& potestas in suo, etiā si ambo fori sint in eadem ciuitate:quia forus licet uideatur paruum territorium, tamen ad instar territorij regitur,& quilibet in proprio territorio militat,& regulat & gubernat,ut no.ff.de manu. l.apud eum.ī. de noui oper.nuntia.c.1.& ibi no.& infra de foro com
30 petenti,quod clericus. ¶†Sed nunquid eps tenetur exequi sententiam iudicis laici? respon sic,si est iustè lata,& a iure canonico non discrepet:aliàs secus, ut in capitulo,ulero,de exceptio.li.6. multo fortius è contra,ut patet expresse.C.de episc.audien.l.epale.cum enim utraq; iurisdictio sit ordinata ad iustitiam,æquissimum est, quòd una protegat alteram: quia utraque subest eidem superiori,scilicet deo,ut ff.de sacrosan.eccl.l.placet. ¶Deinde tu potes uenire ad glossam Bernardi. ¶Opponitur de capitulo, sciendum.Solutio,ibi locales,hic generales.¶Opponitur, ꝙ lex consulens non obligat. sol. ut in gloss. ¶Opponitur de. l.digna uox. sol.ibi prima uerior. ¶Opponitur de inculcatione.sol.ut in glo. ¶Quæro de actione inepta proposita ineptè; respondeo non ualet libellus.¶Quęro,qd si apta ꝓponitur ineptè? dic ut infra de iud. c. examinata. Opponitur de l. qualem,sol.ibi nō cōtra legem, sed circa factū Ber.
31 ¶†Quæro quid si iudex iudicat per simplicitatem, & non per malitiam?respōdeo, tenetur quatenus bono uiro æquum uidetur, id est quatenus facere potest,& intelligitur facere posse etiam de peculio, si est filiusfamilias, cui administratio peculij sit con
32 cessa,ut ff.de iudiciis l.si filius. †Nā sicut obligat patrem contrahendo de peculio,ita iudicando; quod est notabile, quandoq; tamen ignoscitur ei non solum in tanto,sed in toto,ut in apicibus iuris, ut di
33 cam ī.e.c.ne innitaris.¶†Extra no.secundū Io.And. ꝙ expedit habere iudicē gratiosum in arbitrariis, b tamen[b] caueant iudices,ne eligant opinionem, quæ minus habet rationis. Iudex succedit loco legis, & uocatur princeps,& ideo in non determinatis a lege habet arbitrium simile rebus determinatis. ff. de testi. l. Se
34 io.†Excusantur autem,si sequuntur opinionem cōmunem,nisi notoriè sit irrationabilis,seu falsa secū
35 dum Host.quod tene menti. † Dicit Iac.But.ꝙ debemus sequi in dubio opiniones glossarum, quę non habēt c glossas contrarias, ut ipse not. in l.1.C.qui pro sua iuris.& facit l.d is.domino sancto. ubi uerò essent glo.contrariæ, teneat illam opinionem,cui magis ratio intellectus sui cōsentit, nec propterea facit litem suam, qa habet necesse eligere: unde necessitas officij eum excusat,ar. ff.ad Silla.l.si quis in graui.§.si cū omnes. adde quod
36 dicā ī.e.c.ne innitaris.¶†Vulgaris quæstio est, utrū aliqua priuata persona possit interpretari, uel glossari statuta municipalia?& uidetur ꝙ sic:quia nō debent iudaice intelligi, ut ff.de in ius uo. l. quamuis.
37 Itē de absurdo animo potest fieri lex, † unde si statutum dicit,ꝙ faciēs sanguinem in palatio puniatur pœna corporali,non intelligitur, de eo, qui facit ibi phlebotomiam, quoniam hoc esset iudaicum, nam hoc est beneficium,non malum,per quod infirmi incolumitas procuratur. Item delictum,& reatus idē
38 sunt:sed iste non est in reatu.Item †uoluntas & propositum distinguunt beneficia, & maleficia, ut ff. de fur.l.qui iniurię,& l.uerū.ff.loca.§.si quis ignorans. sed iste nō habuit propositum delinquendi; ergo nō est delictum:quia a quo remouetur diffinitio, remouetur & diffinitum:sed omnis diffinitio delictorum fit per dolum, uel culpam. ff. de legi.l.j. sed hic non est dolus,uel culpa.nisi ex industria male phlebotomauerit,ut ff de uar.& extraor.cog.l.medicus, & ff. de iniuriis l.in rem.§.tugurium. In contrarium uidetur,quod statuta non possint glossari: quia nemo suo sensu debet ea intelligere;sed literaliter, prout iacent,

b ¶ *Vide Pan. in c.consuluit,de off.deleg.*

c ¶ *Adde scripta latè per do. moder.in l.ut uim.ff.de iusti.& iure, et ultra ibi scripta, adde, quod dicit idem Bald. in consi. 272. primo libro, in ultimis uerbis, quòd ueritas est in gl.*

iacent, ut ff. qui & a quib. l. prospexit. ff. de exerci. l. j. si is, qui nauem. ¶ Item qui interpretatur, addit uel minuit. sed qui hoc facit, nouum ius facit, ut ff. de iu-
39 stit. & iur. l. ius ciuile. † Ad interpretem autem non pertinet nouum facere, sed exponere & explicare, ut ff. de uer. ob. l. 1. in fi. & l. 1. ff. de execu. tu. Item nihil excitatur ad actum nisi per potentiam, de leg. 2. l. si ita. §. sub conditione, sed potestas glossandi & interpretandi debet concedi à principe. ff. de orig. iur. l. 2. §. fi. Sol. interpretationem expositiuam recipiũt: quia sine hac interpretatione non potest cena [a] duci, ut ff. de ori. iur. l. 2. § ex his legibus latis, in uerbo, desideraret, & in euangelio Matthæi dicitur, ꝙ Emanuel interpretatur nobiscum deus. Et apostolus dicit, ꝙ interpretatio est donum dei, primo To mo Corinth. 14. & expositio sacrarum scripturarũ.

a ¶ *Vide Socinum in cõ si. 252. uer. primo ex doctrina.*

41 ¶ † Dic, ꝙ interpretatio tria requirit. s. interpretabile, interpretantem, & actum interpretandi. & ubi habemus sonum uerborum, quia uerba seruiunt menti, & mens uerbis, ut l. labeo. ff. de suppel. leg. non indigemus interprete: sed ubi est plus, uel minus in mente, quàm in uerbis, tunc recurrimus ad mentem si dicto scriptum congruat. ff. de leg. 2. l. cum pater.
42 §. cum imperfecta, † & omnia statuta recipiunt interpretationem intensiuam, quæ ex uerbis intelligi potest, sed non extensiuam, ut ff. sol. mat. l. si uerò §. de uiro, nec restrictiuam, ut ff. qui & a qui. l. prospexit, nisi restringatur per ius commune, quod habet informare statutum municipale, ut C. de nox. l. 2. de consue. cum dilectus, & no. C. de iure deli. l. fi. §. in computatione. tamen scripturæ statutorum non sic sunt interpretandæ, sicut diuina scriptura: quia spiritus sanctus, qui legitur in litera, uiuificat: litera autem occidit 2. Cor. 3. Item statuta recipiunt interpretationem aduersatiuam per ar. a contrario sensu, ut C. de fur. l. apud antiquos. ¶ Istud ar. in tex. uocatur coniectura, & per contrariam coniecturam iste modus argumentandi potest resolui, ut C. de condi. inser. l.
43 2. † Item statuta non debent ita ruditer intelligi, ꝙ omittant uim, ac potestatem eorum, ut ff. de le. l. scire leges. Virtus enim legis consistit in substantia rationis, ut C. quæ sit lon. consue. l. 2. quia mens legis idem est, quod anima & spiritus ipsius scripturæ. nam scriptura sine mente nihil est, ut ff. de test. mi. di
44 uus. † Item per uiuã rationem interpretamur scripturas, ut ff. si cer. pe. l. cum fundus §. j. & ff. de acqui. pos. l. j. §. ueteres. unde omnia statuta recipiunt interpretationem per punctum rationis. nam ratio nõ fallit, nec fallitur, ut l. fi. C. de pond. auri. ¶ Item interpretamur per ar. a parilitate, ut C. de indi. uidui. l. fi. ¶ Item per ar. ab omnimoda similitudine, ut ff. de leg. 1. l. non possunt, & l. de quibus, & l. ideoque,
45 † ubi dicitur, quòd interpretatio est commissa magistratibus. Item competit prudentibus, quibus est concessum interpretari, ut d. §. ex his legibus latis.
46 ¶ † Item quando statutum mutuat uocabulum a iure ciuili, quod assumit adminiculum, & opem a iure communi, debet uti cum sua causa tanquam successessor uocabuli, ar. de acquir. posses. Pomponius. §. cum quis, & in auth. de filiis ante dota. instr. na. §. fi.
47 † Sanè per fictionem iuris statuta non sunt interpretanda, ut ff. de ne. ge. l. 3. §. hæc uerba. nam frustra esset ibi secundum caput edicti, si primũ sufficeisset.

48 ¶ † Et ideo statuta, quæ loquũtur de executionibus testamẽtorum præter ordinem iuris communis fiendorum, non habent locũ in ficta seu præsumpta substitutione tacita uulgari, uel pupillari: quia illa non est proprie testamentum, sed suppletio testamenti, & licet testamentum ex forma stricti iuris non ualeat sine insinuatione, tamen tacita substitutio non est insinuanda de per se & expresse; & tamen haberet locum in testamento, quod confirmatur per fictionem legis Corneliæ, uel postliminij: quia est uerum testamentum in facto, licet sit fictum in uirtute, & licet eius confirmatio consistat in fictione cõfirmante testamentum, unde ibi est ueritas fundamenti & originis. ualiditas autem est ibi in fictione cõsistens: quapropter ibi fictio magis influit, quàm disponit. ff. ad leg. Fal. l. 1. §. 1. & multa prosunt ad coadiuuandum, quæ non prosunt ad originem petitionis fundandã, ut C. de eden. l. fi. Vel dic breuius, ꝙ aut lex fingit principaliter propter se, aut propter aliud, id est, propter coadiuuandam ueritatem. Primo casu casus fictus non clauditur in statuto loquente de casu uero & natura li: secundo sic: quia licet fictio coadiuuet, tamen ille casus est fundatus in ueritate, & hoc tene menti, quia subtile. & sanè ubi loquimur de facto, & non de ficto, non inspicimus fictionem, ut in cle.
49 quodcirca, de elec. † Sed Bar. dicit, quòd statuta recipiunt interpretationẽ passiuam, [b] non actiuam in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. similia uerba habes in gl. ff. de transact. l. qui cũ tutoribus, in prin. Hoc est dicere, ꝙ ius cõe informat statuta & uestit, sed nõ informatur, nec uestitur ab eis, & hoc propter uirtutem attractiuam, quam habet ius cõmune ad municipale, & non è contra. de ista uirtute attractiua no. ff. de pac. l. iure gentium. §.
50 quinimò. ¶ † Vltimo scias, ꝙ statuta non recipiunt interpretationem extraneam, uel ceruotiam, uel transgredientẽ terminos suos, sicut nec instrumenta, nec testes, nec ullum interpretabile, ut ff. de fideiuss. l. fideiussores magistratuum. §. pro Aureal. & ideo ubi statutum figit pedes, ibi nos figere debemus, ut no. ff. pro soc. l. si non fuerit. ita tamen inferamus, quòd a uerbis non prorsus recedamus, ut ff. de uer. ob. l. quicquid astringendæ, & ff. de usufru. leg. l. si alij, & no. C. de leg. l. non dubium, de priui. c. porrò. ¶ Item de interpretatione contractus bonæ
51 fidei habes. ff. pro so. l. si socius pro filio. † Item sumitur interpretatio a natura contractus. l. fi. ff. de condi. ob cau. Item a natura rei. ff. de dam. infe. l. inter quos, uersi. & quod in stipulatione. ff. de usu. l. si stipu
52 latus. ¶ † Quæro, utrum interpretatio statuti dicatur statutũ? respon. sic, si est intrinseca & substãtialis & inseparabilis a statuto. ff. de uerb. sig. l. nominis & rei. §. uerbũ, ex legibus. sed si est argumentalis, uel extrinseca, tunc non est statutum. Glo. ordi. dicit, ꝙ est tex. legis, ff. de testa. l. qui testamento. §. mulier,
53 & non est alibi. ¶ † Item de interpretatione contractus dotis, qui similiter est bone fidei, habes. ff. de pa. dota. l. inter socerum. §. cum inter patrem. Item de interpretatione stipulationis, quæ est stricti iuris, habes.

b ¶ *Et uide allegata plenè per d. Io. Bapt. de sancto Seuerino, & aliquid per Ias. May. in l. omnes populi. ff. de ius. & iur. Et adde ad ista uerba Bald. hic, quòd interpretatio in quacunque dispositione semper debet fieri in benigniorem partem. ita pulchre comprobat Soc. in consi. 23. uer. 18.*

habes.ff.de uerb. obli. l.si ita stipulatus fuero per te non fieri.& facit.ff.de euic. l.si ita quis, & ff. de ritu nup. l.libertum.§.senatus. ¶Item de interpretatione sumpta a causa fina.habes.ff.de condi. ob cau. l.si extraneus, sed a causa impulsiua non sumitur inter-
54 pretatio.¶†Sed dubitatur de hoc puncto.Commissa est reuisio statutorum quibusdã sapientibus. utrũ pendente reuisione statuta uetera possunt exequi? nam si equiparas statuta contractui, non potest exequi,ut l.pecuniam.ff. si cer.pe.si uerò æquipares ultimæ uoluntati,possunt exequi,ut l. plures in princ.
55 ff.de excep.do.†& uidetur,ꝙ æquiparentur contractibus,ut ff.de ma. test.l.si ita fuerit. In cõtrariũ vr̃, ꝙ ultimis uoluntatibus,qa non fingũt retro,ut C.de legi.& const.l.leges, & cõstitutiones.So dicit Barto. ꝙ possunt interim exequi: quia interim hñt suũ esse ꝑfectũ,licet in futurũ possint reformari, ut.ff. de in diẽ adiec.l.ij.& est sic vt in ꝑcario,qd' pro libito põt reuocari: tñ donec reuocetur, subsistit.ad idẽ facit c.gratiose,de rescr.li.6.& l.4.ff.loca.secundũ Bar.ꝗ ita no.ff.de condi.inde.l.Iulianus qđ uerũ est ꝑstita cautione,& nõ aliter: quia æquiparo supplicationi
56 j.de in inte.rest.c.suscitata. ¶†Ex hoc sequitur alia cõclusio, ꝙ si arbitrator,ꝗ hẽt ex forma cõpromissi potestatem arbitrandi & corrigendi arbitramentũ,fecit laudũ suũ,reseruata sibi ptãte corrigẽdi, ꝙ interim laudũ latũ põt peti executioni mãdari ꝑstita cautione idonea C.de ord. cog l.fi.ar. C. de ꝑci.
57 impe.offerendis,aut.quæ supplicatio.¶†Sed nunqd semel interpretatum potest iterum interpretari? respondeo non:quia rei declaratæ [a] nihil addi põt, nec detrahi.hoc dicit gl.ord.no.ff.de uer.ob.l.quicqd astringendæ,ꝗ
58 nõ reperitur alibi. † Item dicit,ꝙ interpretatio est dubij casus decisio,ut C.de leg.l. fi.& si iudex erret ꝯ tex. legis, sñia nõ ualet expresso errore. secus, si erret cõtra interpretationẽ legis.ff.de re iu.cũ prolatis. ¶Itẽ omnis assimilatio dr̃ interpretatio,ut insti. de legit. pa.tutela.ubi est tex.notabilis.¶Interdũ exponitur,
59 interpretor.i.præsumo.C.de leg.l.1.†Et not.ꝙ hæres nõ potest interpretari uolũtatem defuncti. Duæ gl.sunt in iure ciuili.ff.de rei uin. l.item Pomponius scribit.§.fi.& ibi tex.ꝗ non est alibi,& ff.de uer.obl.
60 inter stipulantẽ.§ fi.¶†Dubitatũ est apud antiquos, nunquid statutũ populi ualeat,si disponit,ꝙ genitor possit relinquere filio suo spurio bona sua? & vr̃ ꝙ sic:quia nulla ratio naturalis hoc prohibet, & ius naturale antiquum ꝑmittit, quo iure primæuo oẽs in natura pari nascebantur pares, ut puta quia liberi.i. generati nascebantur, cũ non esset cognita dr̃ia naturalis atq; legitimi,ut in aut.qui.no.natu. &c.coll. 6.& 7.Itẽ quia nihil peccauerũt geniti, sed genitores, ut C. de natu.li. l.legem
61 Anastasij. ¶† Legitimatio similis est alchimiæ, [b] quæ facit apparere illud,quod nõ est, transmutare tamen unã spẽm in alterã nõ potest,sicut legitimatus figuram legitimi gerit; sed non hẽt eãdem substantiã, quæ debet proficisci a rerũ natura, quæ diuina & immutabilis est.¶In cõtrariũ uidetur. nã ius potissimũ Romanorũ prohibet eos succedere,ut in d.aut.qui mo.natu.effi.sui.§. fi.colla.7.Et imperator maior est in prohibẽdo,ꝗ populus in ꝑmittẽdo.C.cõia de success.aut.oẽs peregrini:quia populus merum imperium non possidet, nec quasi.Item a quo remouetur disponens, remouetur dispositum,& a quo remouetur potentia disponentis,remouetur uirtus dispositi l. 2. de offic. procon. sed per prohibitionem iuris communis remouetur populus a potestate disponendi, ergo nõ ualet dispositio statuti.Item spurius est præcise & omnino non capax,ut no.de his qui.ut indi.l.hæreditas. Item ius municipale non potest quem legitimare in se, ut no.
62 Inn.infra de fide instrumen.c.cum P.tabellio. †Item etiam imperator non solet legitimare, nisi reseruata forma, idest clausula non obstantiũ adiecta. Sed populus, qui est minoris authoritatis, non potest istam clausulam derogatoriam apponere: quia ista clausula est de suprema iurisdictione, quæ uocatur
63 plenitudo potestatis,ꝗ nõ est apud populos. † Item populi possunt statuere,quatenus moribus, aut legibus uiuunt,ut l.oẽs populi.ff. de iusti. & iur. Sed in hoc populus nõ uiuit lege,nec bonis moribus, quia
64 boni mores nihil habẽt scrupuli. † Itẽ quæ ad turpẽ cãm finalẽ referuntur ex post facto,uel ab ea originẽ sumunt a principio,nõ debet ad effectũ ꝑduci.
65 ff.de annu.le.l.Quintus, in fi. † Item istud statutum nutrit peccatum carnalis concupiscentiæ, & reddit homines & mulieres ad carnis immundiciam, & ad peccandum prõptiores qa licentia & impunitas pec-
66 candi nutrit peccatũ, ergo inualidũ. ¶†In ꝯrium facit,ꝗ ius ciuile nõ põt tollere ius naturale, sed effe-
67 ctũ eius,ergo a simili ita est. † Ecce simile ꝑscriptio nõ tollit contractũ l.in bello.§.factæ. sed tollit uirtutẽ eius.i.obligationẽ & actionẽ, ut l.obligationũ ferè.§.placet,de actio.& ob. Istã considerationẽ habuit tex.in §.pactus ne peteret, & sunt uerba Ia. Bu. in quæstione ueterũ Pisanorum hic,sed illud uerum est,ubi honestè statutum:ideo vr̃ statutum non ualere,quia ꝯ pudicitiã,ut hic,& istã partẽ puto uerio rẽ in spuriis dãnatis lege diuina,ut dixi in l.2.C.de iure an.aure.s.si sunt spurij nati ex complexu,ꝗ possit criminaliter accusari.aliàs bene ualet statutum,puta,ꝗs est natus ex clerico in minoribus constituto: uel quia pater tenebat duas cõcubinas:uel ex soluto & soluta ex furtiuo amplexu,cum essent ambo uiles ꝑsonæ,inter quas secundum ius ciuile præsumeretur matrimonium,ut hæc probanť.ff.de ritu nup.l.in libere.instituta ad orficianũ.§ nouissime.C.e.l.si qua
68 illustris.† Item ualeret statutum,ꝙ naturalis filius exhæredatus a patre, uel ꝑteritus haberet quærelã inofficiosi testamẽti, qa naturalis filius tenet mediũ inter legitimum & spurium,& tamẽ de iure cõi nunquã naturalis põt rumpere testm̃ patris,uel aui paterni:quia nõ sequitur patrẽ, sed matrẽ,ut ff.de sta. ho.l.uulgo,& elegãter no. in l.1.§.1.ff. de secun. ta. Item secundum diuersas consuetudines naturales succedunt diuerso modo;ergo ualet consuetudo, ut
69 no.in c.j.§.pe.qui feu.da.pos. † Itẽ ualet statutum, ꝙ nati ex diuersis concubinis sibi inuicẽ succedant, licet sit secus de iure cõi,ut l.spurij. ff.unde cognati, ar.ad hæc ff.de uul.substitutione l.si is qui, & no.in aut.supradicta,ꝗ mo.na.effi.sui.§. fi.nã inter fratres nulla

a *¶Vide quod subtiliter consuluit Ol.cons. 167. inci. ante omnia considerandum, uer. nec his obstat, et uide no.per nouissimos in c.super quæstionum.§.1. de offi. dele.*

b *¶Vide allegata per Ias.May.in l.cũ acutissimi, C.de fideicõ. & ibi diffuse multa pulchra ad propositũ per Barba. in rep. & uide etiam scripta ad hoc in tractatu limitationum per d. Ant. de Rosellis.*

nulla turpitudo uersat, sed sola inhabilitas sumpta à radice corrupta & adde qđ not. in l.ij.C.de hæ.instit.

70 ¶†Vidi dubitari de principibus mundi, utrũ de plenitudine ptãtis possint dotare spurias suas: & vr quòd nõ, qa legibus debent uiuere, ut ff.de legi.l.princeps.

71 † In ɔ̃rium vr, q plenitudini potestatis nihil resistit. nã oẽm legẽ positiuam superat; & sufficit in principe pro rõne uolũtas.ff.de cõst.prin.l.j.nã authoritas ueterum, & mundi necessitas inconueniens induxerũt. Vnde dixit Imperatori qdam mulier, cuius amplexus imperator dicebat illicitos: dñe si libet, licet, & ſm hoc dico, q si dñs Bernabas habuisset in Mediolano plenitudinẽ potestatis, potuisset dare amasiis suis bona existentia in territorio Mediolanensi, uel nomina debito

72 rum Mediolanensium, quia†iura uident ibi possideri, ubi est domicilium, uel ubi reus sortitur forũ; quapropter etiã seipsum obligare potuit.ff. de iud.l.fideicommis.§.tractatum.ff.de sol.l.quæro.C.ubi fideicommissum peti oporteat.l.j.licet quantitas in genere nõ possit possideri: quia nullo loco circunscribitur, & locus incertus possideri nõ põt, ut.ff.de acq.pos.l.locus.Item genera sunt sicut prædicamenta, non sicut p̃dicata. & omnia prædicamenta sunt simpliciter incorporalia, q̃ non possidentur actualiter. Certè nec prędicata, sicut sunt species, nisi sint corpora, uel coniuncta corporib. Sed ɔ̃ p̃dicta facit, qa turpis affectio hic uersatur habens causam permanentẽ in turpitudine & in delicto, de actio.& obl.l.fin.& de uerb.obl.l.si plagij, q̃stio ista

73 pendet de facto. ¶†Sed nunquid aliud est potestas, aliud potẽtia? Rñ.sic, qa esse in potẽtia nondũ est ens, sed est ens ante ipsum, ut not.ff.de cond. ob causam l. qđ Seruus.sed potestas est ens, & sic ex parte post. uerbi gra, qa habeo iurisdictionem, habeo potestatẽ exercendi eam & qa scis, ideo docere potes, & similia.hinc est, q potestatiua cõditio dr potẽtia, sed nõ posse. Plerunq; tñ unum ponitur pro alio ut.ff. de hære.instit.l. suus.§.puto. Patet ex his, q potestas rem perfectã ostẽdit, potentia futuram.ff.de condi.& demon.l.si iam facta. puto tamen, q si papa diceret de plenitudine potentiæ, uel de plenitudine arbitrij, uel de plenitudine uoluntatis, idem operaretur, qđ si diceret de plenitudine ptãtis, quia nõ semper strictis uocabulis utimur. ff.si cer.pet.l.si tibi. Nec scientiã grãmaticæ supra caput habemus: quia altior est anima, & mens omnis, q̃ grammatica: C.de constit.pe.l.ij.C.de ɔ̃hen. & cõmit. stip.l.scrupulosam.C.de test.l.cũ indignũ. & no. q nihil excitatur ad actum nisi p potentiã. un̄ nemo acceptaret legatum, uel hæreditatem, uel dignitatem, nisi habeat ius acceptandi non suspensum de futuro, sed in p̃senti cõcurrens, ut.ff.de leg.ij.si ita.§.si sub cõd.& idẽ in similibus, ut.ff.quorum legatorũ l.i.§.quod autem.

74 ¶†Et not. quòd populus regi-a tur [a] tribus modis.s.rege; & talis populus nihil põt statuere, nisi nutu regis cõcedente: quia nõ potest plus statutũ, q̃ ipsi statuẽtes.

a ¶Vide per Bar. in suo tractatu de regimine ciuitatis.

Scdo mõ regit lege.i.propriis statutis, q̃ quidẽ statuta ualẽt, dũmõ sint licita & honesta.his duob.mod. regit populus expressè: tñ ius superioris nõ põt tãgere, ut ī de iureiur.c.ueniẽtes. Tertio mõ regit consuetudine; & isto mõ regit tacite: tñ ista cõsuetudo, si tangit regalia, dẽt esse de principis cõscientia, seu cõniuentia, ut no.Bart.ff de publica.l. si publicanus.§. in uectigalib. Quæ aũt sint regalia, habes in titulo, quæ sint regalia.

75 ¶†Consuetudines aũt fori iudiciorum non dicuntur regalia, nec requiritur conscientia principis Romanorum, seu mediati superioris. quia quicquid potest populus expresse statuendo, potest tacitè consuetudinem generando, ut.ff.de leg.l. de quibus.§.fi. † Item

76 statutum fit in instanti: sed cõsuetudo fit continuatiuè, quia debet esse præscripta, ut l. nemo.§.temporalis.ff. de re.iur.& ibi not.

SVMMARIVM.

1 *Culpa ubi non est ibi pœna esse non debet.*

2 *Ignorans edictum non punitur, sicut nec qui delictum.*

3 *Prætextu ignorantiæ qualitatis pœnæ delinquens non liberatur à uera pœna.*

4 *Puniri non debet quis sine culpa: punitur tamen quandoq; quis propter culpam ab alio commissam.*

5 *Constitutio non ligat ante promulgationem publicam, & lapsum, ex inde duorum mensium.*

6 *Statuta municipalia ligant statim atque publicata sunt.*

7 *Ignorantia statuti probatur ex eo quòd quis docet se fuisse extra prouinciam.*

8 *Scientiam absentis probare si quis uoluerit, sufficit probare, quòd ad eum peruenerit fama ex relatione proborum & honestorum uirorum.*

9 *Constitutio secreta, quam papa facit in camera, non ligat.*

10 *Constitutio noua facta appellatione pendente, an trahatur ad causam appellationis.*

11 *Statutum quando respiciat actus futuros, uel pendentes, uel præteritos.*

12 *Nouo statuto dictante quòd de contractibus præteritis soluatur gabella, si res in contractu deducta non extat, non habet locum statutum.*

13 *Constitutio præterita uel futura respicit pro subiecta materia.*

14 *Statuto cauetur quòd ciues possint bladum extrahere ante duos dies, & non postea, quidam cum extraheret tempore permisso coactus est referre s..us propter hostes aduenientes, an possit extrahere. Et quid in eo, qui, cum uellet ante du s dies extrahere, non potuit, quia inuenit portas clausas.*

15 *Extrahere quis dicatur.*

16 *Pœna non debet præuenire culpam.*

1 OGNOSCENTES. b

b †[b]Vbi non est culpa, ibi nõ dẽt esse pœna. & ideo nouũ statutũ futuris dat formam, nõ p̃teritis calumniam, ne iusta ignorantia puniatur. ea enim, q̃ post legem & præter legem committũtur plectenda sunt, nõ illa, quibus innocentia suffragatur. Et quatuor sunt dicta, quorum primum est quædam maxima propositio. Secundum est quædam regula nascens ex propositione prima. Tertium est ignorantia necessaria, qa lex non erat lata, non cadit in delictum: quia ea, quę non sunt, sciri non possunt. nam scientia est entium, non eorum, quæ nec ars, nec natura reuelauit. Quartò dicit, quòd transgressor legis, uel canonis debet puniri. Conclude, quòd qui non transgreditur, non punitur, nec uituperatur: sed qui transgreditur, culpa-

2 tur, & punitur. † Item not. q ignorans edictum non punitur, ut hic, & C.de tab.l.generali, li. 10.ff.de dec. ab ord.fac.l.fin. si nec punitur, qui ignorat delictum,

b ¶*Quia ex suprascriptione istius apparet, quòd fuit sumptum ex registro. quid sit registrum, uide Panor. in c.cum ex literis, in pe.no. de in integ.restit.*

Bald. super primo decr. C ut

ut.ĵ.e.c. nam concupiscentiã. Si aũt quis nouit delictũ, & edictũ, tñ errauit in qualitate delicti, utrũ puniat de toto, an de tanto dic, ut. ff. de iniu. l. eũ qui nocentē. §. si
3 nupta, & ff. loc. l. si quis ignorans. † Si autē non errauit in delicto, nec in qualitate delicti, sed in genere pœnæ, talis ignorantia non excusat, q̃n puniatur iuxta formã ueri propter effectum delinquendi. nam eo ipso in pœnam consentit, qui se delinquere nouit. ff. de postu. l. 1. §. bestias. Item p̃sumit̃ quis scire pœnam, ex quo scit delictum. Itē quia pœna est annexa delicto, non põt separari ab eo. ¶ Venio ad gl. & collige, q̃ id, qđ legitime
4 factum est, pœnam non meretur. ¶† Item q̃ sine culpa quis nõ debet puniri, q̃ uerũ est, ubi culpa a nullo est cõmissa: sed q̃nq; punitur quis propter culpã commissam ab alio, licet non a se, ut uidemus in actione noxali. ff. de re iud. l. miles. §. x. & in spurio, qui priuatur successione propter delictum patris, ut. C. de naturalibus lib. l. legē Anastasij. Item statuta locorum q̃nq; puniunt patrē pro delicto filij, ut no. C. de decre. decurionum, li. x. Item totam familiã pro delicto unius, ut. ff. de incen. rui. naufra. l. Pedius. tñ talia statuta plerunque sunt [a] iniusta, ut no. i aut. ut. nulli iud. in prin. col. ix. Sũt & alij casus, ut hic in glos. & in regula, sine culpa, ubi uideas. & in illis casibus subest ◆ specialis propter uitium materię, & publicam utilitatem. unde licet sit sine culpa, nõ est sine cã, ut. ff. qui & a quibus. l. prospexit. & gl. ponit hic uersus, quos expone, ut ibi no. & facit. ff. de infami. l. ge
5 nero. ¶† Deinde no. q̃ constitutio non ligat anteq̃, sit promulgata; quod intellige publicè, & demum lapsis duob. mẽsibus a die publicationis. qđ dic, ut plene no.
6 in proœmio Clementinarum. † Statuta aũt municipalia ligant statim post publicationē, & post modicum tempus, nec expectatur cursus duorum mensium s̃m
7 doct. † & si quis probet se ignora●●, ēt post duos menses. statutũ non ligat eum. hoc aũt probabit probando se fuisse extra prouinciam s̃m Ber. quod est no. dignũ.
8 ¶† Ad probandum tñ scientiam absentis puto sufficere. q̃ ad eum peruenerit fama ex relatione prouidorũ & honestorũ uirorum, ar. ff. de acqui. hęr. l. si is ad quē, & l. cum quidã. §. quod dicitur; & quia qui põt de facili scire, hr̃ p̃ sciēte, ut. C. de ingē. & manumiss. l. si auiã.
9 ¶† Ex prædictis apparet, q̃ si papa in camera sua fecit quandã constitutionē secretã, q̃ talis cõstitutio nõ ligat anteq̃ sit publica, dicunt tñ q̃dã, q̃ si tunc aliq̃s interfuisset, ligaret illum propter cõsciētiã suã singularē; uerbi gr̃a, dictatorē cõstitutionis, qđ nõ credo uerũ, q̃ lex g̃nalis, q̃ debet g̃naliter operari, claudicet. n̄ eñ facta est lex p̃pter unã singularē p̃sonam, sed propter uniuersas. & licet de esse legis non sit publicatio, est tñ de esse obseruãtiæ. & hæc publicatio debet fieri authoritate conditoris, non a quolibet. quia debet habere in se authoritatem, & ideo debet constare, de mã
10 dato, ul' authoritate publicatoris. alias nõ ligat. ¶† Modo hic quæritur, utrum noua constitutio facta, appellatione pendente, trahatur ad causam appellationis? Respon. si quidem non fit mentio de causis pendentibus, non trahitur ad causam appellationis pendentis, ut in aut. ut cum de appel. cogno. in prin. Si autem fit mentio de causis pendentibus etiam per appellationem, trahitur ad ipsas: secus si non fit mentio de appellatione: quia non debent duo inconuenientia concurrere. s. q̃ trahatur ad sententiam præteritã, & appellationem pendentem, arg. in l. 1. C. de do. promiss. ¶ Sed pone, q̃ fit mentio, de præteritis, non tamen de pendētibus utrum referatur ad pendentia? & uidetur q̃ non: quia iste est casus omissus, ar. ff. de lib. & posth. l. com-
legio, in quo requiritur omnium consensus, nunquid poterunt consentire tanquam singuli quilibet pro se aliis absentibus? Respondeo non: sed debent consentire in capitulo, ubi debent in unum conuenire: quia capitulum est de forma substantiali secundum Bar. qđ est no. dignum. Et concludit, quod unum tangit, debet ab uno fieri, quod plures, à pluribus. quod a collegio, debet fabricari in ipso & per ipsum. tamen si potest impugnari ratione contemptus, potest purgari uitium per singulares cõsensus. non enim fundant actum, sed remouent obstaculum, & ueniunt adminiculatiuè &
39 † prædicta faciunt ad quæstionem legistarum de duobus hæredibus interfecti, an unus potest facere pacẽ sine altero? & uidetur q̃ sic: quia hoc est indiuiduum. ergo competit cuilibet insolidum sic, q̃ melior est cõditio occupantis, ar. ff. de proc. l. pluribus. cum non faciant sibi aliquas partes demonstrabiles, uel intellectuales per concursum, nisi dicatur, q̃ imò per concursum faciunt partes numerales; sed sine consensu quilibet habet ius integrale, & melior conditio est exequentis: quia aliquod additum paritati reducit ad imparitatem, & potioritatem, ut in c. duobus, de rescri. li. 6. Item est indiuiduum alia ratione: quia nõ potest expediri pro parte: quia eius pars non est apta ad ꝓprium usum rei, sicut seruitus, & ius patronatus. sed istæ rationes possunt adaptari in contrarium. nã quoties aliquid competit pluribus simul, licet in se sit indiuiduum, ut iurisdictio: tamen per concursum fiunt partes, non quidem re indiuisibiles, sed partes uocales, & dispositiuæ, ut in c. plures, de iure pa. in clem. Præterea ius faciendæ pacis uenit ad destruendum præsentem statum rei, qui in iniuria consistit, & unus consortum non potest destruere præsentem statum sine altero, ut d. l. Sabinus. † Item nemo potest donare iniuriam alienam: quinimò uilis [a] persona reputatur, qui iniuriã non ulciscitur, ut l. sed si unus. ff. de iniu. solum quò ad remp. i. quò ad pœnã fiscalem ualet, qđ factum est ab uno hæredum offensi, si statutum loquitur ꝑ uerba singularis numeri, secus, si pluralis. nã statutum de iniuria, quæ fit reipublicæ, põt disponere, prout uult. Sed de priuata actione iniuriarum ciuili unus non posset in præiudicium aliorum, ut ff. de pac. l. si unus. §. ante omnia, & ff. de adul. l. maritus. §. si negauerit. alii dicunt, q̃ in pari numero unus non possit sine altero: sed in numero impari ꝓualet maior pars fauore liberationis, ut ff. de pac. l. maiorem. de hoc dixi in l. 2. ff. de libe. &
41 eorum lib. ubi uideas. † Itẽ si princeps indulget, & impetrans facit mentionẽ, q̃ hẽt pacẽ cum cõsanguineis & offensis, an debeat hẽre pacẽ ab oĩbus nemine discrepante, an uerò hẽre pacem sufficiat a maiori parte? dicit Bar. maiorẽ partem sufficere [b] ff. de uer. ob. l. eadẽ. §. Cato, in pe. q. ꝓualet ꝓsertim in fauorẽ liberatiõis. ff. de pa. l. maiorẽ. tñ obstat. l. ꝑ fundũ: quia aliud est detrahere seruituti, ut hic, aliud cõstituere seruitutẽ in re cõi, ff.
42 de ser. expor. l. seruus ca. † Itẽ sa

a ¶ Vilis persona reputatur, qua iniuriam non ulciscitur. Adde, quòd uerecundia est relinquere iniuriam inultam, tex. in l. miles. §. socer ff. de adul. quem tex. optimè ad hoc allegat Angel. in consil. 247. incip. in splendidissima ciuitate Florentiæ. Ia. in l. pactũ curatoris, circa fi. de pac.

b ¶ Vide de ista materia d. Felin, uide ẽt ultra alle. cõiter per do. in §. Cato d. Io. de Puteo in l. 1. ff. de pa. & aliquid per Fel. in c. præsentia, de prob.

cit ad q̃stionẽ, an unus socius possit locare domũ pro indiuiso altero inuito? & si quidẽ res consueuit locari, consuetudo sit altera natura rei, & põt partẽ suã ꝓ indiuiso locare socio irreq̃sito: si uerò non est consuetudo loci, secus. similis distinctio fit. ff. de præscri. uer. l. naturalis. §. j. insti. pro so. in fi. Vel dic iudex arbitrabitur l. 1. C. qñ & q. quar. pars debe. q cõsiderabit utilitatẽ utriusq; partis. & istud faciet fieri ꝑ eos cõiter & concorditer. ff. de ser. urb. prædi. l. itinere. gl. no. iuxtà illud, qđ dicit illa lex notabilis. ff. de sol. l. cum Sti-
43 chus, & facit. ff. de le. 1. l. hmõi. §. fin. † Pone, ex publico principio priuata cõmoda nascebãtur, v. g. ex flumine publico [c] in capite aquæ riuulus trãsibat ꝑ ꝓdiũ Titij ad ꝓdiũ Seij, utrũ si Titius uelit absorbere aquã in suis ꝓdiis, & ꝑ siccitatẽ desiccare prata, uel molendina Seij, possit necne & uidetur q̃ nõ, sumpto argumẽto ab origine: quia in capite aquæ aqua publica est & cõmunis, ut no. ff. de eden. l. si quis ex argentariis. §. si initiũ, & ar. l. 1. C. de imponẽda lucra. descr. In cõtrarium uidetur, quia postquam aqua est in prædio Titij. ipse est dominus aquæ; ergo de aqua sua potest facere uelle suum. ff. de aqua quotid. l. 1. §. permittitur,
44 & l. Lucio. † nam cuius alueus priuatus est, eius quoque aqua priuata est, ut in l. 1. §. 2. ff. de fluminibus, ad hoc. C. de serui. l. si præses, & l. si manifeste. Nã fluxus aquæ ad procliuum locum naturalis est, & ideo debet seruitutem in prædio inferiori: quia nulla seruitus habet causam naturalem, sed aut positiuam, aut præscriptam, ut l. 1. & 2. ff. de aqua plu. arc. & sic cum aqua sit libera, potest dominus aquæ facere de ipsa uelle suum, etiam si alij nocet per quandam consequẽtiam. ff. de dam. infe. l. proculus, nisi hoc fieret ad publicam æmulationem puta ad impediendum fluxum aquæ ad molendina communis Bononiæ. nam hoc fieri non potest. quia est contra publicam utilitatem, ut ff. de ope. pub. l. opem. unde Titius non debet formidare iudicium, de quo quæritur, sed futurum scandalum. Et propter hoc etiam posset supplicari superio-
45 ri, licet de rigore non possit agi. ¶ † Sed quid si sunt duo uicini mediante riuo communi, & unusquisque uult trahere aquam ad prata sua? Respond. aqua debet diuidi localiter, uel temporaliter, sicut si essent duo socij sitientes, & non haberent nisi unum citatum uini, quilibet deberet habere partem l. 2. ad l. Rhodiam de iactu. ff. Eodem modo in agris & molendinis; & si quis uellet esse prior in utendo, diuidetur tempus sorte. ff. de usu fru. l. quoties, & l. 2. C. quando & quibus quarta pars debe. lib. 10. nam ubi humanum consilium non sufficit, fortuna altercationem diri-
46 mit, ut l. fi. C. communia de leg. ¶ † Quærit Innoc. hic, utrum communitates terrarum, uel collegiorum habeant iurisdictionem? & dicit quòd non, sed est apud rectores ipsarum. dic, quòd non habent iurisdictionem contentiosam, scilicet iudicandi; sed bene habent iurisdictionem statuendi. Item eligendi sibi rectorem; sed utraque indiget confirmatione superioris, cui immediatè subsunt, ut in authen. de defen. ciui. §. interim, & no. C. de iur. om. iud. l. priuatorum, & l. fin. & hoc necessariò sequitur ex dicto Inno. Nam cum confirmare statuta, & electiones magistratuum, ut ff. de aqua quotidiana. l. 1. §. permittitur, & l. vitio, Spec. in titu. de causa pos. sit iurisdictionis,

c ¶ No. Iñãc decisionẽ, de qua facit mẽtionẽ Alex. consi. 118. in 2. par. et uide ẽt late per Ias. May. in rep. l. quominus. ff. de flu.

nis,& altæ,non bassæ iurisdictionis,qđ patet, qa à statutis nõ põt appellari,& cõmunitates nõ habent iurisdictionem;ergo non habent confirmationem , de qua loquimur. dictum tñ Inn. quò ad iurisdictionem, fallit,qñ magistratus vacat,ut.ff.de tu.& cur.da ab his.l. vbi absunt;quanquã posset dici, quòd ibi esset speciale fauore minorum . sed certè non minor fauor est totius populi,q̃ minorũ,ar.ff.de offic.præt.l. Barbarius.
47 † Item dicit Inno. ꝙ vniuersitates non possunt facere statuta spãlia,vel pœnalia;qđ est verum,nisi authoritate superioris præcedente,vel accedente.nã in cõfirmatione tm̃ valet accessus,quantum ꝓcessus,ut.j.de iure patr.c.cura,nã & posteriorẽ voluntatẽ tuet̃ ptor,vt l. 1.§.qđ aũt.ff. quo.le.& in c.1.de alie.feu.paterni.Itẽ dictum Innoc.intelligas in pœnis.s. criminalibus,vel q̃ respiciunt authoritatem & honorem ꝑtoris , quarum executio non ꝑtinet ad iudices pedaneos,vt.l.quod si qs,§.1.ne qs eũ,q in ius vo.est,vi eximat:qa sunt meri & mixti imperij;nõ in his,q̃ imponunt̃ ẽm solitum cursum causarum incidẽter,& officio iudicis mercenario: qa ex quo habent talẽ qualẽ iurisdictionẽ, pñt facere statuta circa minima.licèt certè ibi requirat̃ authoritas superioris : qa mẽbra sine capite nihil possunt, nisi
48 in rebus ipsorũ mẽbrorũ,vt.j.de rescri.edoceri.¶†Pone cõsuetudo est i ecclesia, ꝙ nulli possint ꝑcipere fructus beneficiorum in absentia, nisi in ecclesia saltem ꝑ annum fecerit residentiã. Modo Papa concessit priuilegium studẽtibus Papiæ de percipiendis fructibus in absẽtia,nõ obstantibus quibuscunque statutis, vel cõsuetudinibus ecclesiæ suæ,nec fecit specialẽ mentionẽ de consuetudine speciali? Rñ.satis sufficiunt verba generalia , quorum interpretatio resoluit̃ in particularia,ar.C.de præscri.30.an l.oẽs,&.l.1.ff.si cer.pe.&.ff. de le.3.l.si chorus,ẽm Oldr. ¶ Extra quæro,nunquid huic decretali possit renuntiari saltẽ cum iuramẽto ? & vr̃ quòd non:qa istud statutum est cassum & damnatum à canone.ergo & iuramentum;vt.C.de legi. & cõstit.l.non dubium.In ɔ̃rium vr̃,ar. sumpto ab interpretãte ius iniquum de consensu aduersarij , in quẽ nõ fit retorquutio: qa spontaneus cõsensus purgat vitiũ, ut ff.de cõdi.ob tur.causã.l.si ob turpẽ, &.C. quod met.
49 cau.l.2.†Itẽ qa quilibet põt iuri suo renuntiare,si habet sanum & validum consilium animi , ẽt si ius suum trãsisset in rẽ iud.vt.ff.de mino.l.si iudex,&.ff. de ędi. edic.l.quærit.§.venditor.C.de admi.tut.l.cum quidã. C.de pac.si quis in cõscribendo.ff.de pac.l.pactum in-
50 ter hæredem.¶†Et no.ꝙ interdum canonici iurant factum,puta nõ recipere aliquem,qui prius nõ iuret seruare eorum statuta;& tũc si recipiunt aliter, sunt piuri,ar.ff.de ver.ob.l.quidã cum filium.recipere eñ facti est,& in facto cõsistit.Interdum iurãt ius,puta seruare eorum statuta;& tunc nõ sunt periuri.debẽt seruare hunc ordinẽ:qa primò debent cassare statutũ.secundò ex interuallo recipere.nã statutum iuris est, & ex quo est sublatum, nõ potest inducere piurium,arg.
51 in l.1.in prin.C.de lati.lib.tol.†& si tu dicis,imò statuta & cõsuetudines sunt facti,vt in c.1. de cõsti.lib.6. Rñdeo verum est quò ad eos,quos nõ ligant , qui non obligant̃ ꝑ statutum,vel consuetudinẽ,vt est Papa, vel Imperator:sed quò ad eos,qui obligantur,sunt ius,qa faciunt ius,ut.C.de iureiur.¶Sed pone,ꝙ receptus,est receptus authoritate literarum Papæ.Rñ.si in literis fiebat mentio iuramẽti,nõ sunt piuri:qa faciunt ex necessitate,& non ꝓpria authoritate.Itẽ qa princeps ꝑt facere gratiã iurisiurãdi,vt.l.fi.in prin.ff.ad munic.qđ ẽt lex eius mortua facere põt, vt no.in l.hadigere.§.fin.
52 ff de iure patr. ¶†Sed quid?ecce ciuitas fecit statutũ, a ꝙ nulla persona, [a] vel vniuersitas possit vendere frumentũ forẽsibus sub certa pœna,nunquid si ciuitas vendit forensi , incidit in pœnã?& vr̃ ꝙ sic:qa qđ quisq;
53 iuris &c. † nam & eps obligatur proprio statuto, ꝑsertim si delinquit tanq̃ singularis ꝑsona , non tanq̃ eps;verbi gratia,si facit furtum. nã uno respectu statuit.s.tanq̃ ecclẽiæ eps,alio respectu delinquit,s.tãquã Titius.vñ censent̃ diuersæ ꝑsonę,ut.ff.de his,q. vt ind.l.tutore. Item statuere est uoluntariç iurisdictionis;qđ apparet:qa nemo est citandus,qñ eps,uel alius habens ius statuendi,statuit;& in his,quæ sunt uoluntariæ iurisdictionis, unus põt gerere duplicem personam,ut.ff.de adop.l.si consul. Item quia eps facit statutum authoritate canonis,ergo ligatur tanq̃ à canone,ut.C.de ueteri iure enu. l. 2. §. merito. Item quia debet cõsiderari authoritas,q̃ facit rem ꝓualere, ut.l.
54 3.ff.de mili.test. † Item qa qñ causa proxima agit in uirtute alterius causæ,inspicimus illam causam, q̃ efficaciam tribuit,ut.ff.de reb.du.l.utrum.§. cum quidã. & hoc põt defendi, si statutum epi non est ɔ̃ ius cõmune directè,nec indirectè:aliàs secus,ut.C.de offic.ꝑfec. ꝑto.l.norinã.uel dic,qđ si est tale statutũ,qđ eps possit tollere tacitè,uel expressè, non ligatur statuto. aliàs bene ligat̃, si non põt ipsum tollere, ut qa iurauit ip-
55 sum seruare. †Sed Io.An. dicit indistinctè epm nõ ligari propria constitutione:qa ligaret se ipse ut no.in c.2.de cõsti.lib.6.in nouel.sic iudex, q male statuit iudicando,facit litem suam,nõ ui sententiæ,sed ex quasi maleficio:quia prauè statuit,ut.ff.de act.& ob.l.ex maleficijs.§.iudex. Præterea causa mediata nõ debet inspici,sed causa proxima : quia causa remota recipitur à proxima ẽm naturam proxi.recipientis, non ẽm naturã receptæ,ut no.in l.si mulier.ff.re.amo. & hæc est rõ naturalis. Reuertẽdo ad propositum de ciuitate dico,nõ obligatur ciuitas,sed singulares ꝑsonæ,uel uniuersitates,quæ sub ea sunt,ut no.Iac.de Are.in l.si peculium.§.sicut.ff. de pecu. leg. quia cum statutum fiat gratia ciuitatis,ergo ɔ̃ ciuitatẽ non debet interpretari,uidelicet ut ciuitas puniat̃ cõtra faciendo,ut.C.de
56 le.l. qđ fauore.¶†Quærit Collec.nunquid valeat statutum epi, ꝙ ꝑ testes singulares ꝓbetur aliquem esse vsurarium manifestum? & dicit ꝙ non:qa est ɔ̃ ius cõe. Tu dic,ꝙ aut loquimur de probãda qualitate certi & determinati ɔ̃ctus,puta emptionis factæ cum Titio; & verum dicit.vñ ꝑ testes singulares [b] nõ probat̃, ꝙ talis ɔ̃ctus sit b fęneratitius, nisi vnus testis iuuaret alium testẽ ꝑ qualitatẽ indiciorum,ut.j.de pigno.c.illo vos, &.j.de suc.ab inte.cum dilectus. Aut agit̃ de ꝓbanda qualitate ꝑsonæ in genere, puta ꝙ talis fuit vsurarius manifestus,ad expugnandum testm̃ suum;& tunc,quia oẽs species contentæ sub genere tendunt ad vnã eandemq; conclusionẽ,non dicunt̃ singulares: qa oĩs spẽs est eiusdẽ qualitatis & conditionis; & sufficit ꝓbatio generalis, sicut ad ꝓbandum quẽ esse furẽ manifestũ, vel hæreticũ ẽm Iac.Bu. qa oẽs hæretici caudam habent inuicẽ colligatã. Tñ quidã dicunt cõtrarium,qa non possunt esse nisi singulares,q simul non uiderunt: sed unus uidit unum,alter alium,cum in visu & in auditu

a ¶ *An ciuitas, quæ facit statutum prohibens aliquid cum pœna, si ciuitas contrafaciat, an incidat in pœnam.*

b ¶ *An per testes singulares probetur contractus usurarius.*

ditu fundet testimonium, ut. j. de pba. c. licet cām, &
57 no ff. de testi. l. ob carmē. §. fi. dixi. C. de testa. l. j. ¶ † Singularitas testium non consistit in sensu: q̄ naturaliter quilibet testis habet proprium sensum ab alio teste separatum, & nō pōt vnus sensus numero esse in duobus corporibus: sed consistit in sensato. i. q̄ non viderunt unum, & idē, sed diuersum numero, essētia, seu specie, vel qualitate: & q̄ ibi testes non viderunt idem, non probant idem: tn̄ si adijciunt, qđ est notorium, & sunt multi testes fide digni, pbant notoriū, licet nō pbent factum: sed si nō adijciunt de notorio, ēt si essēt mille testes, non probarent notorium, de quo non deponūt, neq; factum, in quo discrepant. j. de proba. c. licet cau
58 sam. † Credo tn̄, q̄ odio fœneratorum, ad reprimendum malitias & cautelas eorum, valet cōstitutio epī lōgis temporibus practicata, q̄ p testes singulares plurimos, forte decē, ut no. C. de accu. ea quidē, probetur quē esse vsurarium manifestum, ēt si cōstitutio fingat, vel interpretetur oēs eius contractus esse de duplo veræ sortis: quia propter difficultatem pbationis & dolum fœneratorū, iustum & æquū est ex p̄sumptionibus pcedi, cū fœneratores æquiparent̄ raptoribus, arg. C.
59 vnde vi. l. si qñ. † Itē hoc est testimoniū de moribus, qui probantur per actus singulares & factos ēt diuersis locis & temporibus Nam totus contextus consuetudinis, cum requirat actuum & tēporum pluralitatem, non pōt simul uideri, uel percipi a testibus; sed cōstat ex actuum & tēporum coniunctione, ex quibus surgit cōsuetudo, ut. l. venditor, § si constat. ff. cōia pdiorum.
60 ¶ † Quærit insuper collec. nunquid solus eps̄ possit reuocare statutum, qđ fecit de consensu capituli? dic aut in statuendo requiritur cōsensus capituli ita, q̄ capitulum faciat partē epō in consentiendo; & tunc non valet reuocatio statuti sine capitulo, ut. C. de nupt. l. si vt pponis, &. ff. cōia pdio. l. fi. Aut consensus capituli non requirebatur ad esse statuti, sed ad bene esse. i. ad quandā honestatē; & tunc solus eps̄ pōt reuocare: quia cum nullus faciat rei partē per consensum, sequitur q̄ habeat ius statuendi solus & insolidum. & regula iuris dicit, q̄ eadem est forma & potestas faciendi & resoluendi tam mediate, q̄ immediate, ut. ff. de ser. rust. prædi. l. tria pdia, &. ff. de sol. l. prout quisque. sic pater facit testamentum sibi & filio suo impuberi; & tamen solus potest reuocare. sed an sicut potest testari & codicillari filio impuberi; ita possit donando cā mortis impuberis, habes unicum text. in iure videlicet. in l. 1.
61 §. 1. ff. de tutel. & rationibus distrahendis. † Et not. q̄ ista quæstio de reuocatione statuti habet locum in his, qui suo iure possunt statuere: quia sunt ordinarij statuēdo, & ppetuæ iurisdictionis: secus in cōmissarijs: q̄ eorum arbitrium finitur eo ipso, q̄ statuerunt, cum sint delegati, licet Bar. faciat eos ordinarios, si constituti sunt ad vniuersitatē causarum, & statutorum, donec durat tēpus eorum arbitrij, non postea, ut. ff. locati. l. fin. in princ. Ita not. ipse, & forte non male, in l. 1. §. si plures. ff. de exercitoria, in sua repetitione, &. ff. de
62 decre. ab ordine faci. l. ambitiosa, in lectura. † Super his tn̄ diligenter formam mandati considerabis: qua cessante seruabis id, quod dictum est de iure communi. facit ad prædicta, quòd arbitri simul electi ad plura decidenda debent simul omnia terminare, si possunt, vt. ff de arbit. l. qui: tamē iudices ordinarij possunt determinare vnum articulum sine alio, si non sunt connexa capitula, ut. ff. de mino. l. etiam. §. fi. ff. si cer. pe. l.
63 quidam æstimauerunt. ¶ † Sed nunquid, si datum est arbitrium reuidēdi statuta, possint interim vetera statuta seruari? Respondeo sic, si sunt certa & clara: secus, si indigent interpretatione correctiua: quia data sunt ad corrigendum, vel declaratiua propter dubiū intellectum statutorum: quia ex quo sub examine lis pendet coram reuisoribus, interim nihil est innouandum, arg. j. de restit. in integ. c. cū venisset, in fi. & arg. ff. si cer. pe. l. pecunia, &. ff. de excu. tu. l. diximus. & hoc in his, ad quæ posset trahi declaratio: non autem in præteritis perfectis, & maximè executis, argum. ff. de cond. indeb. l. eleganter. §. si opus, & quod no. C. de transla. l. diuersa, quæ transiuerunt in esse irreuocabile: quia quod sopitum est, non pendet ex futuri temporis tractu, ut. C. de leg. l. leges & constitutio-
64 nes. ¶ † Vltimo not. quòd licet collegium non habeat merum imperium, tamen potest quædam statuta facere; & sic non omne statuere est merij imperij, nisi quando ordinatur ad ea, quæ sunt meri imperij, ut. C. de sent. & inter om. iud. l. nulli, & ff. de iudi. l. ij.
65 § his datur. † ¶ Vtrum episcopus possit facere statutū, q̄ in certis causis, a iure cōi omissis, nō appelletur? vr̄ quòd sic in interlocutorijs, non diffinitiuis, ut. C. de sen. & inter. om. iu. l. cum solitum. sed illud est pp stylū & consuetudinem illorum magistratuum, quam consuetudinem præscripserant de conscientia principis, ut patet ibi in uerbo, solitum: aliàs secus, ut. j. de iureiu. in c. uenientes. uel dic, ut no. in c. fi. de app. libr. 6. in nouel. Sed nunquid ualet statutum episcopi, quòd in certis casibus procedatur summarie & de plano? uidet̄ quòd non. Nam licet episcopi non iurent seruare leges & canones; tamen sine iuramento seruare tenent̄. sic & arbitri non iurant, & tamen seruare tenent̄, qđ scriptum est in legibus, & canonibus, ut. C. de ar. authētica decernit ius, & C. de pact. l. si quis in conscribēdo.
66 † Item episcopi sunt sub lege, non supra legē; unde nō possunt committere causas ordinarias cum illa clausula summarie & de plano,[a] & si commiserint, tn̄ ordinariè est procedēdum: quia illa clausula est apposita causa ampliandæ iurisdictionis; & ideò uitiatur & non uitiat, ut. ff. de offic. proconsul. l. nec quicquā. §. fin. & no. c. sæpe, de uer. sig. in cle. sed q̄rium seruatur de facto, & aliud est committere, & aliud statuere: quia statuere est generale & fauorabile, ar. l. 2. de ferijs. sed delegationes sunt particulares, & quodammodo odiosæ
67 & restringendæ. † Pone constitutio episcopi dictant, quòd in sua curia possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ usque ad quatuor annos, an ualeat ista cōstitutio? & uidetur quòd non: quia est q̄ria iuri communi, quod disponit de biennio tantum. In q̄rium vr̄: quia ista exceptio fouetur ueritate, & maior est ueritas, q̄ fictio. ff. de libe. & post. l. filio, & post biennium probat̄ per coniecturas: quia negatiua. sed ante biennium præsumitur pro ipsa: quia creditor debet probare causam finalem esse ueram: sed cā finalis agendi est ipsa numeratio. nā nec potest reddi, quod numeratum non fuit. So. ista constitutio pertinet ad decisionem causæ. & ideo inspicienda est conditio istius, cum quo q̄hitur, potius, quàm locus iudicij, ut no. Odof. in l. j. ff. de iud. in lec. sua, & C. de emanc. lib. in l. j. cum si. ¶ Porrò exceptio non numeratæ pecuniæ est anomala: quia temporalis. Item quia ante biennium est probata eo ipso, q̄ opponitur, & si iuratum sit, ut l. fi. C. de non nu. pec. nō ob. c.

a ¶ *Vide alle. per nouissimos in l. nemo potest. ff. de leg. j & diffuse per Georgium Natam in cle. sæpe, de uerbo. sig.*

ob.c.debitores.ꝗ. de iureiur. quia ibi loquitur in usuris, in quibus non sperabatur numeratio per creditorem fienda: quia tunc esset sors. Item ꝯ sortem nõ obijciebatur ibi exceptio non nume.pec. sed dicebatur, ꝙ ꝯctus erat fœneratitius; & sic non obstat, sed si esset cõfessio de duplo ueræ sortis, tunc si exciperetur de dimidia parte non numerata: sed spe future numerationis confessata, tunc essemus propriè in querela non nu me.pecu. tamen ex genere causæ non essemus sub epõ, sed sub magistratu seculari; & considera bene id, quod
68 dico. ¶† Quid è cõtrà, si constitutio epi dictet, ꝙ in curia sua clerici non possint opponere exceptionẽ nõ nu.pe. & uidetur, ꝙ non valeat: quia est contra libertatem clericorum. Nam si oneratur libertas eorũ adimendo eis priuilegia, ergo multo fortius, si aufertur eis ius commune, quod difficilius tollitur, quàm priuilegium, ar.ff. de mili. test.l. eius militis.§. militia.
69 † Item non valet statutum episcopi, vel magistratus iuri communi contrarium. vt.ff. de offi. præfec. præto. l.normam. nisi inter consentientes huic statuto. [a] ar.C. de consti. pec.l. 2. in fi. & in auth. de fideiuss.§. argentariorum. Item si clerici essent numularij, uel argentarij, ad quorum fidem publicè recurritur, & maxime quia & quando clerici se immiscent rei ad se non pertinenti finaliter dic non valere: quia est contra naturalem rationem, uel mentem contrahentium, ar. in l. 1.§. 1.ff. de ferijs, & ff. si cer. pe.l. qui pecuniã. C. de nõ
70 nu.pe.l. fi. & C. de do. promis.l. 4. ꝗ lex est sing. ¶ † No. authoritatem [b] moralis philosophi pro lege seruari, & in causis allegari. Et est ratio, quia scientia nostra supponitur morali philosophiæ: ut. s. in rub. procemij. sic in materia naturali allegatur Hippocrates, & Aristot. ff. de statu ho. l. septimo mense, & ff. de sol.l. si pater; & per hoc redditur philosophiæ debitus honor. Dicit hic Host. ꝙ hodie populi, quãquã principales & clarissimi, non possunt statutum aliquod condere, nisi princeps eis hoc expresse concedat, uel confirmet; & probat ex eo, quia populus Romanus, in quo omnis populus includitur, omne suum
71 imperium transtulit in principem. † Sed tu dic, ꝙ potestas statuendi, & iurisdictio sunt annexa, & qui habet unum, habet & reliquum eiusdem qualitatis, nec aliquid ualet ratio Hosti ẽ. quia lex, omnes populi, est approbata per Iustinianum, & per Cæsarem, & ideo debet haberi pro imperiali constitutione præsertim, qa Iustinianus fuit post Cæsarem Augustum, ut no ff. de minor.l. Aemilius, in fi. & ideo dicas statuta populorum ualere, nisi eis sit expresse inhibitum per principem eorum, & ecclesia Romana in suis terris temporalibus utitur opinione Host. secundum quid, nõ simpliciter: quia uult nulla statuta ualere, nisi a se confirmentur, ne populi subiecti ualeant contra libertatem ecclesiæ aliquid machinari. Item sitiunt iurisdictionem, quemadmodum ceruus desiderat ad fontes aquarum secundum quosdam, tamen mala uerè loquẽ
72 tes de clericis † si statutum habet plura capitula, ultima clausula ad omnia refertur, si ad omnia referri potest, ut not. ff. de postu.l. 1.§. cum qui, & ibi no. Oldra. Bal.ll. doctor.

a ¶ *Vide per do. Alex. in consil. 36. inci. redemptoris, in 2. vol.*

b ¶ *Vide omnino scripta per modernos in l. 3. post dec. Bar. ibi. ff. si cer. pe.*

SVMMARIVM.

1 *Constitutio laicorum, etiam totius populi, facta super rebus ecclesiæ non tenet.*
2 *Rusticus ecclesiæ feudum, ea irrequisita, alienans an excusetur à pœna commissi prætextu statuti uniuersitatis, quo cauetur, ut feudatarius ad inopiam uergens, hoc constito, possit irrequisito domino feudum, etiam quod ab ecclesia tenet, alienare?*
3 *Vasallus si est adeò pauper, quòd non possit uiuere, nisi feudum alienet, & dominus requisitus ei non opitulatur, poterit feudum alienare.*
4 *Vergere ad inopiam quando quis dicatur, & quid probare debet.*
5 *Feudi appellatio quò ad feudatarium comprehendit duntaxat utile dominium, utilemq; possessionem.*
6 *Liberum id dicitur, quod ab omni necessitatis obseruantia, & sollennitate est abstractum.*
7 *In feudis curia domini est priuilegiata, & curia quid sit: & nume. 34.*
8 *Ecclesia an incidat in naturales pœnas feudorum.*
9 *Indemnitas est non pati iniuriam in proprijs iuribus.*
10 *Statutum, quòd ratione partis quis possit uendere totum, non ualet.*
11 *Statutum, inducens libertatem feudorum saluo iure dominij dominorum, an ualeat*
12 *Statuto generali potest tolli dominium habens ortum à consuetudine.*
13 *Consensus ad actum quando in ipso actu requiratur, quando ex post facto sufficiat.*
14 *In alienatione rerum ecclesiarum non sufficit authoritas ciuitatis decurionum, uel consulum: sed requiritur consensus ecclesiasticarum personarum sine interuentu laicorum.*
15 *Clerici quò ad eorum fauorem sunt de populo.*
16 *Alienari in clericos, uel ecclesias res tributarias, uel collectarias an populus prohibere possit.*
17 *Pacto, & testamẽto quod fieri potest, potest etiam statuto.*
18 *Iurisdictiones, & statuta sunt eiusdem qualitatis.*
19 *Alienare non potest feudatarius in ecclesiam.*
20 *Feudatario intrante monasterium; tamdiu feudum durat apud monasterium, quamdiu uiuit feudatarius si seruitium feudi potest explicari per monasterium. alioquin statim ad dominum reuertitur. nu. 23.*
21 *Et quid è contra si dominus vasalli intret monasterium.*
22 *Si dominus feudo priuetur, & uassallus liberetur, an uassallus assumat directum dominium?*
23 *Feudum armata militiæ expirat per monachatum, & per sacros ordines, censuale autem transit ad monasteriũ cum suo onere.*
24 *Dignitates inseparabiles à persona non transeunt in monasterium per monachationem.*
25 *Feudum, si est fictuale, licet feudatarius intra annum petierit inuestituram, & fecerit fidelitatem, solennitatemq; seruauerit: tamen si cessauerit à solutione canonis per biennium perdit feudum; si autem inuestituram non petierit feudum perdit elapso anno.*
26 *Feudatarius, si habet filios, an possit pro anima sua legare suum utile dominium.*
27 *Priuari dominio, uel alio iure suo an possit quis per statutum.*
28 *Singulorum dominiorum genera sunt de iure gentium, singula autem generum nequaquam.*
29 *Statutum an possit eradicare naturalem iustitiam.*
30 *Veritas de terra orta est, iustitia, & iudicium de cœlo prospexit.*

31 Obligatio

31 Obligatio ciuilis an possit tolli per statutum.
32 Statutum, fingens creditori factam numerationem, quando iure obligationem perimat, quando exceptionem pariat.
33 Inopiæ causa habentes beneficium, ne conueniantur, nisi in quātum facere possunt, utrum si propter maleficium, quod commiserunt, sint ad inopiam deducti, retinebunt illud beneficium?
34 Feudatarius an possit alienare commoda utilis dominij ad longum tempus, non requisito domino, uel eo contradicēte.
35 Recti feudi nulla, etiam minima, pars irrequisito domino alienari potest: datur tamen in feudum æque idoneo.
36 Feudatarius an possit uendere annuos reditus.
37 Alienare non dicitur qui paciscitur de non transferendo dominium.
38 Fructus pendentes sint ne feudatarij, an uerò proprietarij?
39 Vsufructuarij, item præbendati quādo faciant fructus suos?
40 Feudi, dati secundum rectam feudorum naturam, contractus quare anomalus nuncupetur?
41 Feudum uacans ritè, nemine citato, confertur. Sed si non uacet, potest tamen auferri, priuationis sententia expectari debet.
42 Natura quid sit.
43 Feudatarius an possit renuntiare feudo inuito domino. distin. num. 52. 53.
44 In submissiuis non habet locum pœnitentia.
45 Inferior nullam iurisdictionem habet in superiorem, quam superior possit in eo prorogare.
46 Donatarius, etiam causa mortis, si per stipulationem promiserit aliquid, non poterit renuntiare donationi.
47 Contractus feudi cuius sit speciei.
48 Feudi contractus nominatus est nomine proprio.
49 Contractus, ubi est personarum parilitas, & rationis identitas, claudicare non debet.
50 Feudum dicitur beneficium, et conceditur principaliter amore, gratia, & honore feudatarij.
51 Feudo simpliciter concesso renunciari potest etiam inuito domino. Secus si fuit alteratum pacto continente certum seruitium: uel si feudatarius iurauit non pœnitere.
53 Iuramentum contractibus, etiam innominatis, appositum adimit potentiam uariandi, & pœnitendi.
54 Iuramentum specificum, ab implicito quid differat: item quid fides à fidelitate.
55 Vasallus feudo renuncians, nisi sit in dolo, à fidelitate liberatur.
56 Feudatarius decessit tribus filijs hæredibus legitimæ ætatis relictis: unus petijt infra annum inuestituram: alij fuerūt contumaces, & partem suam perdiderunt, an portio eorū accrescat fratri.
57 Indignitatis iura solus dominus, uel fiscus potest ciuiliter prosequi.
58 Et an idem erit, si unus ex hæredibus renuntiauerit parti suæ.
59 Et quid si unus propter feloniam à parte sua cecidit.
60 Ius accrescendi in contractibus an possit induci per pactum expressum.
61 Et si pars unius uacat per sententiam, nunquid accresceť alteri.
2 In priuatione feudi an requiratur sententia.
63 Etiam priuata persona, ubi uult uti re ad usum de iure communi destinatum, non tenetur quenquam citare.
64 Vasallus qui cecidit ipso iure, si postea tenuit longo tempore, non potest expelli propria authoritate inuestitoris.
65 Inuestituram si episcopus renouet, dicendo saluo & reseruato iure ecclesiæ, res autem iam ad ecclesiam reuersa erat, quia non erat petita inuestitura infra annum & diem, propter quod episcopus inuestiuit quendam tertium; an ualeat ultima concessio?
66 Ius accrescendi in feudis propriè dicitur tribus duntaxat casibus. s. in pro non scripto, caduco, & quasi.
67 Cognatus agnato potest partem suam feudi concedere inuito domino.
68 Feudi refutatio nemini, præter eum qui in feudo participat, fieri potest.
69 Emphyteuta requirere debet dominum, quando causa alienationis potest domino adaptari.
70 Emphiteuta feudum extraneo ob merita donare potest irrequisito domino. nisi donatarius esset potentior, diuturnior, domini inimicus, persona prohibita, uel Reipublicæ hostis. Vel, nisi Ecclesia esset domina feudi.
71 Emphiteuta, siue uassallus, si alij in emphiteusim, uel feudum aliquid dederit, an ex hoc acquiratur actio proprietario.
72 Feudum si renouetur in persona filiorum, an debeat solui laudemium.
73 Inuestituram debet petere filius infra annum & diem post mortem patris, & iurare fidelitatem. aliter cadit à feudo ipso iure.
74 Dominus, pendente dubio an feudum ad eum reuersum sit, non est in plena eius possessione: propterea; ante sententiam declaratoriam, non potest quenquam de eo corporaliter inuestire.
75 Ad translationem proprietatis sufficit qualis qualis traditio, secus ad perfectum esse feudi.
Fides iuramenti non transit ad hæredem iurantis.
76 Possessio clandestina sufficit in translatione dominij.
78 Dignitas Regia immortalis est, persona autem mortalis.
79 Si duo sint fratres successores in feudo an unus possit iurare pro alio.
80 Feudum si concessum est alicui pro se & filijs, an intelligatur de descendentibus usque in infinitum?
81 Filius, licet patri hæres non sit, succedit tamen in feudo paterno, secus in hæreditario.
82 Feudum si mihi & fratribus meis concedatur, an intelligatur de tota linea transuersali.
83 Statutum, quòd frater defuncti matrem à successione excludat, non comprehendit filium fratris.
84 Emphiteusis ecclesiæ an transeat in extraneum hæredem.
85 Naturalis filius legitimatus non succedit in emphiteusim ecclesiæ nec in feudo, nisi Imperator hoc expresse dicat.
86 Filiorum appellatione quando ueniant duntaxat legitimi, quando etiam bastardi comprehendantur.
87 Testatoris uerba. Filijs meis pupillariter substituo, uel tutorem do, non comprehendunt naturales tantum.
88 Statutum, quòd occidens filium capitali pœna afficiatur, & castra diruantur, comprehendit etiam occidentem filium naturalem.
Filius dicitur à philos. i. amor.
89 Emphiteusis ecclesiastica si ab initio fuerit concessa naturali tantum, succedet in ea filius naturalis tantum; secus autem si militi.
90 Ad dignitatis in emphiteusim per Principem, uel Ecclesiam concessæ successionem, uigore primæ concessionis nunquam ueniunt illegitimè nati. eis enim dignitas non conuenit.
91 Stante statuto, quòd nullus possit esse prior ciuitatis nisi sit æstimatus in centum, si quis habet plures filios, ipso mente sufficit unum extimum pro omnibus.
92 Dignitas non conuenit illegitimè natis.

QVAE

1 VAE in ecclesiarum. ¶†Constitutio laicorum et totius populi facta super rebus ecclesiæ non tenet. ¶Casus cõe Triuisij fecit statutũ, ꝙ feudatarij ad inopiã uer gẽtes, hoc constito, pñt alienare feudum, qđ ab ecclesia, uel aliis tenent absq; dñi requisitione: papa dicit, quòd istud statutũ quò ad ecclesias non tenet, & uẽditio facta de tali feudo sine legitimo ecclesiasticarũ, personarum assensu non habet uires. ibi, Triuisij, idest commune Triuisij, ibi, Constituerunt, quantum ad aliquos. i. subditos tenet statutum tam in iure fori, q̃ in iure poli. ergo statuta sunt seruanda etiam in foro conscientiæ ẽm Ber. quod non reperitur alibi. sed quò ad ecclesiam non tenet statutum: qa cõitates terrarum nõ
2 pñt ecclesiis imperare, nec iura eorum tangere. ¶†Sed ecce populus rusticanus rudis & indoctus credidit ualere statum, nunquid excusetur rusticus alienãs a pœna commissi? vr̃ ꝙ sic, quia rusticitati parcitur. Item publicus error iuris hr̃ pro errore facti. Item iste in aio suo non offendit dñm directe, uel per obliquum: quia non contemnit eum, ar. ff. loc. l. si quis ignorans. In contrarium, quia libertas ecclesiarum est de iure naturali, & pœna, q̃ est comes peccati, inde originẽ trahit; ergo error non excusat. C. de in in ius uoc. l. uenia. Item debuit cõsulere peritiores. C. de inge. & manu. l. si auia. pernitiosè ergo hic erratur sub prætextu statuti. ff. de uer. ob. l. si seruum. §. sequitur: minor tñ restituitur in integrum, nisi dolus ad esset, ff. de min. l. si in causa. §. si
3 commissum. †Sed quid si uasallus adeò est pauper, ꝙ non potest uiuere, nisi alienet? Resp. requirat dñm ꝑ uitæ subsidio, cum si eius uitæ dominus non succurrit, alienare poterit: qa quodãmodo dñs vr̃ hr̃e uasallum ꝑ de relicto. ff. pro de relicto. l. fi. & in auẽ. ut cũ de ap. cogno. §. quid de prædictis, proprietatem tamen dominij non licet uasallo uendere, licet laboret in paupertatis miseria, ut in nostro c. secundum intellectum Inn. & uide qđ no. in c. de cõtro. inter do. & empto. feu.
4 ¶†Ibi, probabiliter. ex hoc aduerbio not. ꝙ dr̃ aliquis ad inopiam uergere, nisi doo probet, s. se uergere, & sine culpa sua uergere: & hoc uerum, quando uergere allegat, ut sibi prosit, & alij noceat: aliàs non referret, utrum sua culpa uel non, ut C. de iure do. l. ubi ad-
5 huc. ¶†Ibi, Alienandi feudum, idest utile dominium, & utilem seu naturalem possessionem. nõ enim est ita xatue intelligendum statutum, ut loqueretur de proprietate ecclesiæ, uel de proprietate laicorum: quia statutum, quòd quis posset uendere proprietatem alterius etiam contra laicos non ualeret. quia esset contra ius gentium, & contra naturalem æquitatem expresso errore, ut ff. de pub. l. fin.

6 ¶†Ibi, liberam, [a] no. quòd istud uerbum significat, quòd nec teneatur consensum domini requirere, & ut alij ad eam non pateat ingressus. nam liberum dicitur, quod ab omni necessitatis obseruantia & solemnitate est abstractum, ut l. 1. ff. de testam. milita.
7 ¶†Not. ꝙ in feudis curia domini dicitur priuilegiata. Est enim curia locus signatus usibus domini deputatus, sed aliter curia sumitur pro loco pulico, ut curia decurionis, ut C. de decur. obseruare, li. x. & facit c. 1. quę fuit prima
8 cã benefi. ¶†An ecclesia incidat in naturales pœnas sæudorũ, puta ex cadẽtia a proprietate, no. in c. uel in gl. de capitulis Corradi, si feudũ est nouũ. i. acquisitũ ꝑ plãtũ, q delinquit, dic ut ibi in tex. Si aũt est antiquũ. i. a ꝑdecessoribus acquisitũ, nõ nocet ecclesiæ. C. de
9 sa. san. eccl. l. sed placet. ¶†Ibi, indemnitati, no. ꝙ indemnitas est non pati iniuriam in iuribus suis.
10 ¶†Ibi, cõstitutionẽ, no. hic primò cassari cõsuetudinẽ: deinde immediate cassari ꝯctum ex ea secutũ, & sic secundũ Inn. nõ ualet statutũ, ꝙ rõne partis qs possit uendere totũ, siue sint partes eiusdẽ qd ditatis & rõnis, ut dñium, siue diuersæ qualitatis, uel diffinitionis, puta dñiũ, & ususfructus formalis q̃ sibi faciũt partes ꝑ ꝯcursum, ut. ff. de usuf. leg. l. si alij; ibi. n. est q̃dã cõio rõne agri subiacẽtis, &
11 ꝯpartiẽtis fructus inter eos. †Ibi, ecclesiasticorũ, ergo a ꝯrio sensu ualet statutũ in feudis, q̃ tenẽtur a laicis: qa ꝑ tale statutũ nõ auferẽ dñiũ dñi, sed ꝯcedit trãsferri ius uasalli, qđ statutũ hebet inducere libertatẽ feudorũ, saluo iure dñij dñorũ, & tale feudũ tunc dr̃ francum. Sed Inno. negat ualere publicum, ꝑ qđ auferẽ dñium priuatum: qa cõitas non est dña, nec administratrix taliũ rerũ. Itẽ qa dñia sũ de iure gentiũ. certe statutum nõ põt tollere dñium: sua radice, sed effectũ eius sic. Cy. ꝙ nõ tollitur ius naturale, sed eius effectus. sic uerba sunt iurisconsulti in alia materia. ff. de dona. inter ui. & uxo. l. cũ hic status.
12 in fi. †Sed in hoc capitulo est casus, ꝙ per statutum generale põt tolli utile dñium habens ortũ ex cõsuetudine, puta ex cõsuetudine feudorũ: qa non est de iure
13 gẽtiũ, ꝙ ibi ius necessariũ qđ nõ reperitur alibi. ¶†Assensu, no. consensum superuenientẽ sufficere, qñcunq; aliquis accedit ad ualidationem ꝯctus: sed ad fundandũ contractũ à principio per tertiũ consentientẽ vr̃, ꝙ requiratur consensus ꝑ modũ authoritatis: qa authoritas habilis consensus semper respicit ad principiũ; dicã ĩ de consue. cũ cõsuetudinis, post Inn. ¶Ibi decre
b uimus. no. ꝯctum [b] declarari nullũ, & ad hoc principr̃ agi posse. b & qñq; ꝯctus est nullus ex pluribus causis, siue rationibus simul concurrentib. C. de cõtrah. emp. l. si mater. Sed si una causa nullitatis ꝑcedit aliã tpe, secũda causa non inuenit, qđ annullet. ff. de iniu. test. l. nã & si sub cõdit ione. §. rũpẽdo. & iõ sup cã secũa tñ nõ posset fundari libellus nullitatis facit. ff. de hę. ist. l. si nõ lex. Aelia
14 Sẽtia. §. j ¶†Not. ꝙ in alienatiõe rerũ ecclę, nõ sufficit authoritas ciuitatis decurionũ, uel consulũ: sed reqriẽ cõsensus ecclĩasticarũ ꝑsonarũ. absq; laicis. ¶Capio primã gl. & vr̃, ꝙ istud statutũ ualuerit, ut l. oẽs ppłi. ff. de iust. & iure, et in foro animæ. sol. quò ad laicos inter subditos ualet: quò ad eccle-
15 sias non ualet secundũ Ber. †& est ratio, qa clerici sunt de

& per scripta in dictis locis aliàs extense consului, & se subscripserunt insignes doct. d. Lan. Dec. & Ia. de Clinio de Mediolano, quòd potestas, qui põt ex cõmissis, uel ex decreto in crĩalibus libere inquirere; tamen cõsului, quòd per istud aducebium libere, nõ poterit inquirerere nõ ꝑcedẽte fama, uel plusquã sit fama, uel indicia, prout et cõprobat Ias. in d l. 1. tamẽ licet Ias. nõ dicat, inuenio, quòd cõtrariũ tenet Ang. in l. uacãtia C. de bo. uac. li. x. sñ reperiri posset, ꝙ Areti. reprobat ipsum in c. cum oporteat, de accu. Fran. Paro.

a ¶*Vide omnino scripta late per Ias. May. in l. 1. C. de sacrosan. eccles. & aliquid per eundem in l. si quis maior, in 6. no. C. de trans. Et de isto uerbo, liberè, uide etiam Barb. hic, & eundem Barb. in c. 1. de offic. ord. & eundem Barba. in c. 1. de rescr. uide quæ scribit d. And. Pom. in c si pro debilitate, de offic. deleg.*

b ¶*Vide hic plene scripta per Mod. in l. 1. C. de sum. trini & fi. cat. & an per laicos possit fieri statutum, propter quod reditus sui augeantur, & ecclesia minuantur, uide Pet. de Anc. consi. 12. 14. & sequen. & consi. 154.*

de populo quò ad fauorē eorū, sed non quò ad damnū
16 ecclesiarum. ¶ † Sed hic quæritur, nunquid statutum populi possit disponere, quod laici non possint alienare a in clericos, uel ecclesias res tributarias, uel collectarias, ne fiscus careat subsidio collectarum? Respon. licitū est laicis defendere suas iurisdictiones, & utilitatem publicam in acquirendis, sed non in acquisitis
17 ecclesiæ † primum probatur. qa hoc potest pactum; & testamentum, ut C. de re. alie. non alie. l. fi. & C. de pac. inter em, torem l. ult. nisi præceptum sit nudum. ff. de leg. j. l. filius. §. diui. C. de fideicom. quoties. ergo & statutum, & no. ff. de uer. ob. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de pig. l. in quorum finibus. C. non licere habitatoribus l. 1. C. de iure emph. l. 2. C. de iure fisc. l. certa forma, lib. 10. nā & sententia iudicis potest hoc uetare, ut. ff. de contrahen. emp. l. si
18 quis sciens. † & iurisdictiones, & statuta sunt eiusdem qualitatis,
19 † de statuto etiam habemus in feudis, quod feudatarius non potest alienare in ecclesiam: qa alienaret in potentiorem, ut in auth. de alie. & emphy. §. j. & ecclesia cultrix est iustitiæ, nec
20 in se iniustum patitur, nec in alium tolerat. † Hoc uerum, nisi feudatarius ingrediatur monasterium: quia est alienatio necessaria, & tamdiu durat apud monasterium, quamdiu uiuit feudatarius uita naturali. eo autem mortuo, si feudum erat perpetuum, ad omnem hæredem transit in perpetuum: quia tale feudum redigitur ad instar proprietatis, & potest appellari francum, ut j. de fi. instr. c. inter dilectos. si autem erat ad uitam quod interpretatur de uita naturali, morte naturali finitur: quia nullæ remanent eius reliquiæ & finito iure datoris finitur ius acceptoris, ut in c. 1. §. rursus. qui feud. da. pos. ff. de pigno. l. lex uectigali. C. de leg. l. uxor patrui. ff. de leg. j. l. si domus. §. ult. ff. de contrahen. emp. l. qui tabernas. ff. de usufru. lega. l. j. §. Sticho. nò dicas, quòd aut seruitium feudi potest explicari per monasterium, & uera sunt prædicta. aut non, & tunc feudum redit ad dominum, non mutatione personæ, sed extinctione finalis causæ, ut in c. 1. de eo, qui arma bellica deposuit. nec dicas, quod illud c. cum sit fundatum in ratione naturali & inconuincibili, sit contra libertatem ecclesiæ. quia ecclesia debet iustitiam cole
21 re, ut in c. 1. de feu. alie. ubi tex. unicus. ¶ † Quid è contra, si dominus uasalli ingrediatur monasterium? dubitationem facit: quia dominus alienando perdit proprietatem, ut in c. j. quæ sit prima causa benefi. amit. & no. de forma fideli. c. & qualiter dominus proprietate priuetur c. ex facto, & si de feu. fuc. contr. cap. domino conuertente. dic contra, quia necessaria & uniuersalis est alienatio, ut in c. 1. de capitaneo, qui cur. uendi. nō obstant contraria: quia loquuntur de illicita alienatione, non de ea, quæ licitæ fit: quia pœnam non mere
22 tur qui fit lege cōcedente. ¶ † Sed pone, quod dominus priuetur. & uasallus liberetur, nunquid uasallus retinet illud utile dominiū, quod prius habebat, an assumat

a ¶ *Et an ualeat statutum, quòd non possit fieri alienatio, nisi in non subditum tanquā contra libertatem ecclesiæ, prout est Mediola. uide Barb. consi. 14. 2. li. & consul. tale statutum ualere d. signo. consi. 18. & consu. Car. super statuto Pistorij disponēte, quòd donatio sit ipso iure nulla, nisi fuerit denunciata, quòd si sit facta donatio clerico per laicum, quòd clericus denunciare teneatur. Et ipse Barb. ibi consuluit, quòd statuto Bononiæ, quòd facta locatione inter reconductionē facta, quòd tale statutum ligat clericum.*

directum: quia qualitas dominij mutetur? quod uidetur uerius per illam notabilem legem. ff. de hære. instit. l. 3. §. qui fideicommissariam, & quia priuatio unius effi
23 citur habitus alter u. † Ex prædictis apparet, quòd feudum armatæ militiæ expirat per monachatum. Item per sacros ordines, sed feudum censuale non expirat per monachatū. Item per sacros ordines, sed feudum censuale non expirat, sed transit ad monasterium cum suo onere. si uerò est feudum alterius officij, uel ministerij, quod possit adaptari monasterio, non expirat, sed transit ad monasterium. si uerò sit feudum alterius seruitij, quod non possit adaptari monasterio,
24 expirat. † Item dignitates inseparabiles a persona non transeunt, ar. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. sacerdotio. C. de episco. & cleri. l. quisquis. ff. de uer. obl. l. continuus. §. si ab eo: & tamen interdum de facili impetrantur per successores. ff. de aqua quot. & æsti. l. j. §. permittitur, ubi tex. unicus. unde, quod non est tran
25 sibile, est impetrabile. ¶ † Et no. quod si feudum est fictuale, licet feudatarius intra annum petierit inuestiturā, & fecerit fidelitatem, & omnia solennia seruauerit: tamen si cessauerit per biennium in solutione canonis, uel partis eius, totum feudum perdit, ut no. Inn. j. de re iudi. c. ad apostolicæ. Pro hoc dicto singulari ego allego tex. unicum in li. feudorum, in ti. quæ fuit prima causa feu. amit. §. sed nec est alia iustior causa, cui Apollo non responder. t. Christo. uide in Spec. de loca. uers. 85. si autem non petiit inuestituram, perdit
26 illud elapso anno; tene menti. ¶ † Sed ecce, feudatarius habet filios, nunquid potest pro anima sua legare suū utile dominium? & uidetur quod non: quia pauperes, & ecclesia æquiparantur. sed ecclesia est prohibita; ergo & anima. Reuertitur igitur feudum ad dominum feudi tanquam alienatum in potentiorem, si dominus retrahere uult: aliàs bene ualet legatū, ut in d. §. pater, aut. de alie. & emphy. sed si nemo de liberis extat, reuertitur ad dominum iure uacationis, imò iure annihilationis, non iure retractionis, & ideò perpetuò potest uendicari. sic intelligitur. c. 1. §. donare, qualiter po. olim feu. alie. sed Host. dicit hic, ut refert hic Io. And. quòd pro anima legari potest, ar. ff. de usuf. l. locum, fauore & intuitu animæ. quod satis potest dici de æquitate canonica, dummodo non sit effectum caducum morte. nam si sit effectum caducum morte, non fit caducum
27 alienatione &c. ¶ † Opponitur, quod per statutum nō possit quis priuari dominio, seu alio iure suo: quia non ualet rescriptum, ergo nec statutū, & quia dominia sunt de iure gen. & similiter alia iura bona & æqua, licet illa iura essent prodita a iure ciuili: tamen fundantur a iure naturali, arg. ff. de reg. iur. l. cum amplius. §. 1. natura debet, & ff. de fideiuss. l. fideiussor. obligari. §. fideiussor. dicit Inn. quod dominia omnia sunt de iure gentium post, quàm sunt in esse suo producta, sed modus producendi ea de non esse ad esse quandoque est de iure ciuili, & ideò facilius impeditur modus acquirendi, quàm
28 acquisitum esse secundum Inn. † Dic, quod genera singulorum dominiorum sunt de iure gen. propter necessitates humanas introducta: sed singula generum non, qa omnes gentes eis non utuntur, ut emphyteuticis, & consimilibus, quorum commercium non est notum apud extraneas nationes, nec est uerum, quod omne, quod est æquum, sit de iure gent. quia obligatio ciuilis quandoque est æqua & bona, & tamen non est de iure gen. Item uera sententia. Item iudicia, ut no. instit. de ob. per totum, & ff. de pac. l. si unus. §. pactus, in fi. maioris

29 gl.& ff.de condi.inde. l.Iulianus. ¶†Sed nunquid statutũ põt eradicare naturalẽ iustitiã, quanq̃ possit tollere remedia exercitij? rñdeo, q̃ nõ, supposito, q̃ sit uera iustitia: qa ueritas facti hominum conuelli nõ põt, q̃ ueritas egredit̃ ex facto, qđ nulla constitutione tolli põt. ff.de acq.pos.l.j §.si uir uxori.ff.ex quib.cau.ma.l. sciendũ,cũ l.seq.ff.de capi.dimi.l.tutela.ff.de li.& posthu.l.filio ff.de capti.l.in bello.§. factæ. Quid ergo operatur ista simplex iustitia sine remedijs? rñdeo, de
30 nũciabitur ecclesiæ,ut j̃ de iud c.c.nouit.†Nã ueritas de terra orta est.i.de factis hominũ, & iustitia & iudiciũ de cœlo ꝓspexit, ut in c. cũ æterni, de re iu.lib.6. uel dic standũ statuto,ut not.Bart.ff.de usuca.l.sequi-
31 tur.§ si uiam. ¶†Nunquid ergo statutum possit tollere ciuilẽ obligationem & actionẽ? Respõdeo sic,ẽt ipso iure, sicut apparet in statuto legis de acceptilatiõe, ut.C.de transac.l. ubi pactũ, dummodo statutum hoc dicat,q̃ ipso iure.alias intelligitur,quòd per exceptio
32 nem.ff.de cond.inde.l.qui exceptione.†& si statutum fingit numeratũ esse,intelligitur disponere, q̃ ipso iure,ut d.§.pactus,& no.ff.de sol. si ex plurib.ẽm unã gl. ẽm aliam dicit contra. uide ibi Bar. Vel dic,q̃ ope exceptionis, si proceditᷣ ex cõtractu iuris gentium,sed ippo iure , quando proceditur ex cõtractu iuris ciuilis,
33 ut ff. de acceptila.l.an inutilis. ¶†Accipio secundam gl.& scias,quòd quedã sunt personę,quæ ratione inopiæ habent beneficiũ,quòd non conueniantur,nisi inquantum facere possunt. ¶Quæro, quid si propter maleficium quòd commiserunt, sunt deducti ad inopiã,nunquid retinẽt beneficiũ? & uidetur q̃ non, quia dignũ [a] est, q̃ male meriti egestate laborẽt, ut ff.depositi l.bona fides. ad hoc facit l.pe.ff de iur.do.q̃ lex est notabilis. ¶In 2riũ vr̃,q̃ istud maleficium non est cõmissum ꝯ agentem,sed contra tertiũ, ar.ff ex q. cau.in pos.ea.l.Fulcinius.§.qd sit latitare. Prima pars est uerior: quia præcessit culpa lata, uel dolus ordinatus ad casum. & ideò sibi imputet, & ita glossatur Odoardus j̃ de sol.& ff.de proc.l.Titius.ff.de neg.gest.l.sine hære-

a ¶ *Vide omno quæ scri bit subtiliter Are. in l. qui superstites ff. de acq. hære. in uer. & primo no. q̃ ille, qui fecit cõtractum nullũ &c. ubi multa utilia dicit.*

20 costæredes. ff. de ꝯtr. emp. l. dolia. § j. ¶ † Opponitur, & vr̄, ꝙ ēt si dignitas non fuisset suppressa, non cucurrisset tps canonicis, ut. ĩ. de conces. præb. c. quia diuersitatē. Sol. ibi non fuit mora. sed iustū impedimentum, & non læditur temporis cursu, qui negligens non fuit, ut no. in aut. de app. ff. de publ. l. Cæsar. Vn̄ tempus est quodāmodo utile ipso iure, & in effectu. C. qui pe. tu. l. cum matribus. C. de appel. l. præces. Sed aliqn̄ tempus est utile ad effectum, non ipso iure; & tunc oritur exceptio, ut. l. 2. §. quod dicimus. ff. si quis cau. qn̄q; nec ipso iure, nec in effectu; & tunc nulla datur reparatio temporis, ut. ff. de mino. l. auxilium, in prin. Apparet ex predictis, ꝙ si papa mandasset canonicis, ne eligerēt sine suo mandato, interim non imputaretur eis mora. nec etiam imputaretur, ꝙ hoc non petierunt: quia nemo debet petere sibi mandari imperium, uel licentiam dari, quæ non debet nisi nutu superioris. & sic nō obstat. ĩ. de elec. c. eis quibus, & l. sed & si ꝑ prætorem.
20 §. j. ff. quibus ex causis maiores. ¶ † Procedo ulterius ad gl. sed nunquid canonici possint minuere prębēdas, uel dignitates tollere sine licentia dn̄i papæ? & uidetur ꝙ non: quia nec augere possunt. ĩ. de consuetu. ca. cum olim. ĩ. eo. tit. c. ex parte. dic, ꝙ soli canonici non possunt, sed cum authoritate episcopi possunt ex iuxta causa: aliter non: quia non possunt sine causa muta-
21 re statutum ecclesiæ sm̄ Inn. Host. & Comp. ¶ † Vnde dicit Inn. quod membra nihil possunt statuere sine capite, & ꝙ episcopus est caput cathedralis ecclesię, & aliarum ecclesiarum subditarum. & ideo earum capitula nīl possunt statuere sine authoritate epi, qui est in suo territorio præses & habet merum imperiū. Aliæ autem uniuersitates municipales, ut puta campsorū, & mercatorum possunt facere statuta super rerum suarum dispositione. populus, uel uniuersitas ciuitatis eligunt sibi rectorem; & rector habet iurisdictionem per commune. ergo ipsi sunt maiores: quia maior est causa, quàm effectus, & prima potentia est
22 in causis. † Concluditur ergo, quòd uniuersitates temporales possunt efficaciter sibi eligere rectorem, & facere statuta super rebus suis: tamen iurisdictionem contentiosam non habent uniuersitates, sed rectores earum, qui sunt confirmandi per superiorem. puta per præsidem, ut. l. j. §. solent. ff. quando appel. sit. ¶ Alij dn̄t, ꝙ uniuersitates non hn̄t iurisdictionem

a ¶ *Vide omnino d. Iaso. in l. 1. ff. de offi. eius, cui mā da, est iurisdictio.*

c ¶ *Et de hac dictione, nisi, & multis alijs primatiuis uide Oldra. consi. 49. & uide, quod refert Aret. in l. impossibile. ff. de uer. obl.*

ctionem contentiosam quò ad exercitium per se, sed per rectores suos, nisi qn rectores deficiunt. ff. de tu. &
23 cu. da. ab his. l. vbi absunt; quod non placet Inn. † & loquēdo de vniuersitate totius populi rō patet: quia populus non habet aptitudinem ad hoc. Item tumultuosus. Item difficile congregatur. Item, dicit Aristoteles, quanto numerosior populus, tanto differentior intellectus. Item cito declinat ad deteriorem partem, ut. ff. de ap. l. si constat, &. ff. qui & à qui. l. si priuatis; vnde nihil deliberare perfecte potest, nec mature exa-
24 minare. ¶ † Iudicia autem [a] trutinanda sunt per sapientes, & cū consilij maturitate & deliberatione non momentanea, nec per functoria, uel subitanea, uel prę cipiti, ut. C. de sen. ex peri. recitā
25 dis. l. 2. † Habet igitur populus iurisdictionem habitu in conferendo, sed non in exercendo p se. at si populus est suorum ciuiū princeps & dominus, potest sibi potestatem eligere. si autē alius ei principatur immediate, talis electio indiget confirmatione.
26 † illud certum est, quòd iurisdictio, nisi prius habeatur in habitu, i. in uirtute, non potest excitari ad actum suum, ut no. Io. Mo. in c. statutum, de rescri. lib. 6. Item tria sunt electio, cōfirmatio, & ingressus officij. ff. de condi. & demonstra.
27 l. Publius. ¶ † Vnum scias, ꝙ populus non potest facere statutum, quod sapiat monopolium, id est quod sapiat diuisiones, sectas, & æmulationes in populo: quia talia statuta sunt mala mente & malo fine: & cum ciues debeant esse socij, ista non esset bona societas; & ideo non ualent statuta iniusta partialia. hoc tenet Innoc. scilicet ꝙ statuta, quæ sapiunt monopolium, sunt nul-
28 la ipso iure. † Item statuta debent esse habilia ad obseruandum. nam impossibilia, uel nimis difficilia sunt extra naturam humanam. facit quod no. Inno. ĵ. quod
29 metus causa. c. Abb. ¶ † Nunquid quilibet de uniuersitate possit esse testis pro uniuersitate? Et primò ꝙ non possit, videtur & probatur per. c. nullus. ĵ. de testi. preterea quilibet de uniuersitate est de corpore. si sic; ergo non potest. C. de testib. l. nullum, &. l. omnibus. præterea quilibet est filius vniuersitatis, & tenetur ei obedire, vt. l. veluti. ff. de iusti. & iu. si filius. ergo non potest: quia in causa propria. præterea quilibet de uniuersitate habet affectionem singularem, & ultra modum ad uniuersitatem: sed ratione affectionis prohibetur quis ferre testimonium, ut. l. lege, &. l. pe. de testi. Præterea quilibet habet vtilitatem, ut. l. dedisse. C. de ope. pub. ergo &c. ¶ Distingue, si uolo probare per illum de uniuersitate in causa tali, de qua non potest scire, nisi ille de uniuersitate; & admittitur, ut. l. consensu. C. de rep. & in auth. de mona. §. cogitandum. Si uerò per alium sciri potest, & causa est ad commodum & honorem uniuersitatis; & idem, ut. l. si hac §. q. manumittitur. ff. de in ius uoc. nec obst. l. nec uidetur, quia ibi de alia defensione loquitur. Item non obst.
30 l. splendidissime. C. de ope. pub. † quia licet quilibet de uniuersitate commodum habeat, hoc euenit secundario. quæ secundaria utilitas non curatur, ut. ff. de test. l. quæ testamento, & insti. de test. §. legatarijs. Si uerò secus est commodum singulorum; ut quia legatur ciuitati ad alimenta eorum, ut. l. nullum, &. l. omnibus, Andre. de Pi. & eod. titu. l. parentes, per Cyn.
31 ¶ † Quid si lego ciuitati usum nemoris mei, poterit ne quilibet de ciuitate uti? uidetur quòd non: quia nec uindicare, nec possidere aliquo iure proprio, ut l. in tantum. §. uniuersitatis. ff. de rerum di. Nam hæc per syndicum debent expediri, ut. ff. de leg. 1. l. ciuitatibus. dico, quòd si est talis usus, qui proprie respicit uniuersum, ut si legetur ciuitati, ut habeat pecuniam pro stipendiarijs; & tunc non potest quilibet uti. Si uerò sic legetur, Lego ad ligna facienda, uel pascenda pecora; & tunc sic, quia mens testatoris seruanda
32 est, ut. l. non aliter, de leg. 3. † Mens autem colligitur ex usu proprio, uel magis consueto, qui pertinet ad particulares ciues, ut. l. plenum. §. æquitij. ff. de usu & habi. Andr. de Pi. & not. in l. sicut. ff. quod cuius. uni. no. &. ff. si ser. uind. l. testatoris. §. plures. ¶ Sed nunquid uilissimi ciues & pauperes [b] admittantur ad testificandum? Respon. similes sunt infamibus infamia facti, & non admittuntur etiam cum tormentis, ubi sunt alij testes idonei. de hoc alibi dicam: quia non est materia hic, & ista est opinio. Andreæ de Pi. in l. Cassius, de sena. in gloss. Ibi dicit Io. Di. & bene, nisi Papa contrarium decreuisset, ut in auth. ut determinatus sit numerus clericorum in rubro & nigro, &. C. de sacrosanct. eccle. l. non plures. Quæro, nunquid ista confirmatio Papæ fuerit hic necessaria? Re-
33 spondet gloss. quòd sic. † nam authoritas Papæ confirmat inualida. ff. de adopt. l. adoptio non iure facta, sicut authoritas legis uestit pactum nudum. ff. de pac. l. legitima. sed contra: quia imò non uestit, cum non nascatur actio præscri. uer. sed condictio ex lege, ut C. de dona. l. si quis argentum. so. quòd ibi lex actionē creat, non autem influit in pacto informando ipsum actiua uirtute. Postmodum dicit Ber. quòd in suppressione dignitatum requiritur authoritas Papæ, nō in suppressione præbendarum. Item quòd solus Papa
34 absoluit à iuramento. † Item ipse solus firmat infirmum: ipse solus supplet defectum solennitatis omissæ; & hoc facit, etiam si non apponat illa uerba, supplentes de plenitudine potestatis, dummodo Papa faciat [c] certa scientia. ff. de excu. tu. Idem Vlpianus. non enim disputandum est de potentia Papæ, dummodo constet de mente, ut. ĵ. de iu. c. cum uenisset. ꝙ dixi, quòd Papa confirmat inualida, uerum est, nisi confirmet in forma communi per illa uerba, sicut iuste, &c. Nam tunc nihil dispensare uidetur secundum Ber. & patet expressè in ti. per quos fiat inuesti. & per quos recipiatur. cap. penult. colla. 10. & no. in l. 1. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iu. &. C. unde ui. l. authoritate, &. C. de conduc. & proc. l. domus Augustæ, &. l. si qua loca, lib. 11.
35 ¶ † Quæro, utrum capitulum, cum authoritate episcopi posset creare nouam dignitatem in ecclesia? & uidetur quòd sic: quia status ecclesiæ fit melior, nec dicitur mutari aliquid, cum dignitas eius augetur; ut. ff. de condi. & demon. l. falsa. §. 1. quod uerum est, si illa dignitas est inuenta ab Ecclesia Romana, & ab alijs ecclesijs, & non uergit in alterius præiudicium, puta patroni. Nam iuri alterius non possunt detra-

a ¶ *Alibi etiam habemus, quòd iudex in admittendis, uel reijciēdis exceptionibus non debet esse mollis, aut facilis, sed debet uti stricto iure, s. seruare iuris formam. ita Bald. notans illū text. pro notabilis in ultimis uerbis, in l. fi. C. de except. & extollit Decius in l. si quis in conscribendo, uer. unū hic perpetuò no. C. de pac.*

b ¶ *Vide do. Fran. de Are. cons. 13. inci. uiso diligenter themate. vide etiā alle per Ias. May. in l. 2. §. 1. ff. qui satisd. cog.*

c ¶ *Vide Io. de Ana. cons. 14. & vide etiā aliquid per do. Ale. consi. 77. 2. vol.*

detrahere, ut. ff. de aqua plu. ar. l. in concedendo. superstitiosam autem inuentionem nouæ dignitatis facere non possunt, puta quòd in eorum ecclesia esset quædam dignitas, quæ uocatur cardinalatus secun-
36 dum Ioan An. ¶ † Modo coniunge ultimam gloss. & quære, nunquid dignitas destructa, & reparata po-
37 stea sit eadem dignitas numero, uel non. † Istud est necessarium scire: quia si quis impetraret sub exspectatione, & post tempus datæ creatur beneficium, literæ non extenduntur ad ipsum: quia quò ad mentem concedentis gratia refertur retrò, & ideo non continet beneficium, quod tunc non erat sub expectatione, quia nondum creatum, ut in cle. literas, de rescrip. gratia beneficialis requirit corpus, quod sit subiectum; & ideo de non ente non esset gratia: quid ergo si ante datam literarum fuerat creatum, sed tempore datæ erat suppressum: postea fuit reparatum, & uacauit? nam si est noua creatio, non uenit in gra-
38 tia: si uetus reparatio uenit in ea; † & uidetur quòd funditus eradicatum, & tandem reparatum dicatur de nouo creatum: quia habet esse post non esse; & hoc certum esset, si haberet aliter esse, quàm primo, ut. ff. de fideiuss. l. stipulatus est opus. ff. loca. l. cum plures. §. lex dicta. sed si pristinam faciem non mutat, nec naturam, coniunguntur tempora essentiæ, & interim dicetur potius dormisse, quàm expirasse, ut. C. de præscript. 30. an. l. sicut. §. non sexus. tamen finaliter est concludendum, quòd aut est reparatum per nouum statutum expressum: aut per correctionem remedij contrarij. primo casu est nouum statutum: secundo non, ut. l. tribunus. §. ultimo. ff. de mi. test. & l. qui ex vberis. §. final. ff. de secundis tabu. reuertendo igitur ad propositum videtur, quòd sit noua dignitas, sicut damnatus ad mortem in integr. restitutus dicitur nouus homo, nec resumit legatum. ff. de
39 conditio. & demonstr. l. interdicit. † Item impossibile est, quòd extinctum habitu & actu resurgat idem numero, ut. ff. de sol. l. qui res. §. arcam. contrarium determinat hic Ber. quia reparatio est circa idem,
40 ut. ff. de temp. & repa. l. 2. † So. tria sunt, coadunatum; & illud est idem numero, ut ff. loca. l. Martius. reparatum ad exemplar pristinum; & similiter iuris fictione est idem numero, licet rei ueritate non sit pœnitus idem, saltem quando pro maiori parte siue formæ, siue figuræ erat consumptum, ut. ff. de
41 contrahend. emptio. l. domum. † Recreatum ergo censetur unum & idem, ut. ff. de manu. testa. l. Aristo. sicut feudum paternum, si dominus inuestiuit filiam, quod potest propter merita patris, non obstantibus agnatis, dicitur intermissum, aliàs interemptum, non abolitum, quin dicatur paternum, ut in capit. primo. §. primo, &. §. filia, de success. feudi. quod ergo intermittitur, non tamen absoluetur, ut in c. 1. de vasal. decrepitæ ætatis. ff. de seruit. ru. prædio. & l. Attilicinus. ff. de iti. actuq; priu. l. 1. §. si quis pro-
42 pter. ¶ † Et no. q in præscriptione noui feudi requiruntur. 30. ann. sed in renunciatione tacita feudi paterni sufficeret tacita patientia domini per annum patientis agnatum possidere iuramento agnati hoc allegantis, ut in c. fi. si de inuestitura inter dominum & uasallum lis oriatur, & in c. si quis per. 20. si de feu. fue.
43 contro. † Item not. q ubi resurgit dignitas, resurgit confirmatio dignitatis: quia resurgit per dispositionē iuris communis, nec est opus, q Papa de nouo confirmet statutum super hoc editum; ex quo non intelligitur noua creatio, sed quodammodo redire ad naturā suam, & facit. ff. de iure fisci. l. deferre. §. fi. ff. de mi. l. ultima, quæ incipit, Iunius Diophantus, sed uidetur, q in recreatione sit opus eadem solennitate, ut. C. de nuptijs. l. si ut proponis. sed ibi loquitur in actu, qui iure gentium non solum cessauerat, sed reparandus erat. ff. de diuor. l. fin. vel melius aut remanent reliquiæ ueteris status, sicut erat hic: quia Papa consenserat in reuocatione statuti: aut non remanent aliquæ reliquiæ, ut
44 ibi. ¶ † Sunt autem reliquiæ quædam particulę interdū in materia, interdū in rōne pdurantes. ff. de testa. tu. l. si q sub condit one. quædā rōnes sunt in reliquijs remanentes. ¶ Nō ob d. l. interdicit. ff. de condi. & demon. qa ibi fuit indulgentia respectu status, nō plena restō quò ad statū & bona: quia illa resuscitat testm̄, ut ff. de iniu. test. l. si qs exhæredato. §. pe. nā æquiparatur
45 postliminio, vt ibi patet expressè ẜm Ia. de Are. † Est & noua creatio, s. illa, q non est ad instar, nec deciditur ab alio prin. sed ipsa est primū principiū sui esse, vt. d. §. filia. c. 1. de suc. feu. hoc em̄ dr̄ opus nouū, & non pōt impetrari, nisi tanquā dignitas ex nouo creata, non tā quàm suppressa. Item oportet, q in ista noua creatione interueniat authoritas summi Pōtificis: sed in reparatione non requiritur noua authoritas Papæ. Porrò nō dr̄ omnino extincta, qn̄ superest aliqua spes, uel indicium reparationis, vel aliquis habitus, uel figura remanet, uel memoria in codicibus ecclesiæ non cancellatis; ad hoc facit quod no. ff. de pe. l. peculiū. §. si opē.
46 ¶ † Sed nunquid talis dignitas annihilata, & postea reparata recuperet suos uasallos? vr̄ q non, ut. ff. de cap. & postli. re. l. non ut à patre, sumpto arg. de eo, quod dicit ibi de uxore. Sed in contrarium facit eadem lex, sumpto ar. de eo, quod ibi dicit de filio, & eo. tit. mulier in opus salinarium. nam & prælatus suppressæ dignitatis sine culpa prælati ea reintegrata suā recuperat p̄laturā sine alia noua inuestitura, adeo, q etiam ipso iure recuperat naturalē possessionem, quæ cedit ueritati, ar. ff. de acqui. poss. l. clam possidere. §. fi. cum glo. sua, quāquā in possessione posset contradici, ar. ff. de usuca. l. eum qui ædes. §. si aūt demolita, & quod no. ff. pro so. l. cum duobus. §. idem respondit. dicit text. in l. ergo. §. fin. de acqui. rerum do. Insulam, quæ fuerat,
47 quo magis intelligeretur, insulam appellauit. † Et cōsidera, q p̄teritum qn̄q; ponitur ut principium; ut cū dico, Troia capta fuit. ff. de iure codic. l. Plotiana. quādoq; tanquā terminus; ut cum dico, fui dn̄s talis rei, quasi dicam non sum, ut no. in l. certum. §. 1. ff. de cōf. quandoq; dubitatur, vtrū præteritū ponatur ampliatiuè, & succedaneè, continuatiuè, an abnegatiuè, & in his, quæ solo temporis cursu mutantur, ponitur abnegatiuè: quia non potest continuari qđ necessariò mutatur: sed quæ seipsa non mutant, nisi mutentur, ex prętereito præsumitur in p̄senti, ut no. C. de prob. l. siue pos-
48 sidetis. † Nunc reuertor ad propositum, & dico, q nō dicitur extinctum, quod pendet. Itē non dr̄ extinctū, qđ est ad tēpus occultatum; sicut somnus nō interficit hominem, dū quiescit uirtus intellectiua: sic pupillaris ætas non interrumpit longissimam præscriptionem, sed interim facit eam dormire, ut. C. de præscr. 30. an. l. sicut. nā homo dormiens suspenditur ab actu operationis animæ intellectiuæ: tn̄ homo est. & si interdictū ecclesiæ relaxetur quò ad actum suū ad tps; tamen habitu remanet, ut no. Inn. ĵ. de consue. c. cū inter. ¶ Modo uideamus de quadam gl. quæ est. ff. de pac. l. si unus. §. qđ & in spē, q dicit, q p̄scriptio centū anno. in eccl̄a,

non

non nouantulensi reparata, dicitur suæ naturæ restituta. dicunt do. q illa glo. non est uera, quia præscriptio est correcta, nec pôt pro lege allegari, ut C. de Lati. li. tol. l. 1. in prin. quia in crimen falsi incidit, qui legem, correctam allegate, ut C. de emê. Iustini. codi. l. unica in fi. & si falsum, ergo nullum ipso iure, ut ff. de uer. si. l. Paulus. Sed alia lex dicit, q non est falsum, qđ iuuatur primordio ueritatis. ff. de le. 2. l. cum filius. §. hæres. Alia lex dicit, q semel uerum, semper præsumitur uerum, ut ff. de dam. infec. l. qui bona. §. si quis stipulatus. Alia tamen lex dicit, q falsus creditor est, qui fuit, & non est. ff. de fur. l. falsus: quia non est uerum
94 actu permanente quò ad uirtutem. † Sed duplex est ueritas, scilicet principij, uel durationis, & sic soluitur
50 contrarium. ¶ † Capio pen. gl. & præmitto tale notabile, q per uiolationem statuti, & per unum actum contrarium statuto, tollitur statutum in totum, quan-
51 do hoc possunt illi, qui talem actum efficiunt. ¶ † Modò extra gl. oppono, quod per unum actum contrarium consuetudini præscriptæ, etiam si ille actus fiat a toto populo, non tollitur consuetudo, ut no. ff. de reg. iur. l. nemo, §. temporalis; ergo nec statutum. Nam tantum operatur momentum temporis in statuto, quãtum decennium in consuetudine, ut not. in l. 2. C. de do. pro misi. Item per unum actum contrarium non tollitur pactum perpetuum, & iterabile pactum quò ad alios actus. Idê in priuilegiis successiuis, ut C. de execu. tu. l. uoluntarie. Item unus actus contrarius non interrumpit præscriptionem completam, puta agnitio debiti, uel partis solutio, uel correi, uel fideiussoris datio, ut singulari-
52 ter not. ff. de so. l. cum quis, §. si quis pro reo. † Nam cum significatio renunciationis non sumitur ex uniuerso, sed ex aliquo, non præiudicatur in his, quibus non reperitur renunciatum, ut ff. de ser. ur. prædio l. si domus. ff. de bo. li. l. si filius. C. de iu. deli. l. suum
53 hæredem, & l. puberem. ¶ † So. cum quæritur, utrum ille, qui uenit contra statutum, uel priuilegium in uno actu, præiudicet sibi in aliis, refert, aut contemnit authoritatem statuentis, & in omnibus sibi præiudicat: aut propriam utilitatem spernit, & tunc secus, & est simile in eo, qui spernit authoritatem testatoris, qui impugnando personam impugnat omnia, ut ff. de his,
54 qui ut indi. l. post legatum. † Aliud simile est in eo, qui impugnat personam testis. C. de testi. l. si quis testibus, uel partem instrumenti. Nam non potest se iuuare ex aliqua alia particula instrumenti, cuius, quantum in se est, derogauit authoritati, ut not. supra de summa trinitate, & fide catholica cap. damnamus, in fin. & not. C. de transa. l. si ex falsis, & 9. dist. si ad scripturas. ¶ Præterea in cap. nostro statutum non debet corrigi in una parte, & in alia non: quia totum statutum fuit sub uno structu. arg. ff. de mili. §. 1. Præterea uariatio reprobatur, ut ff. de mino. l. in causæ, & ff. de adminis. tu-
55 to. l. cum queritur. ¶ † Modò pro generaliori doctrina quæro, utrũ priuilegium [a] perdatur per unicum actum incompatibilem priuilegij? & super isto art. gl. uarie loquitur. Sed præmittæ ad euidentiam, q interdum gladius ponitur ad substantiam, siue ad radicem, ut quãdo destruit causam efficientem, formalẽ, materialẽ, uel finalem; & tunc destruit totũ, & aduersatiuè disponit: tñ in causa efficiente distinguitur: aut dêt esse perpetuæ durationis: & finit effectus, aut non; & non finitur: sed pro tempore operatur. Si uerò gladius non apponitur ad radicem, sed ad unam conclusionem ex pluribus conclusionibus; tunc non uitiatur utile per inutile: quia semper in eo, quod est utile, maior est uirtus, ut ff. de usuca. pro donato. l. si uir uxori, & d. l. si is, qui duos. ff. de li. le. ¶ Modò prosequor brocardum assumptum superius, an unus actus oppositionis & incõpatibilitatis habeat alios uitiare? & in nube possumus dicere, aut est eadem ratio uitiandi, aut non. Sed istæ theoricæ generales non illuminant intellectum practicum, qui debet esse de rebus singularibus, & tactui quodammodo subiacentibus. Dico igitur reuertendo ad glo. quòd glo. immiscet casus, & primò arguit, q unico actu perdatur, ita tamẽ, q delictum personæ non noceat ecclesiæ. Secundo dicit, q aut actus consistit in patiendo; & non perditur per unam patientiam, sed longo tempore: aut in faciendo; & tunc si reseruauit sibi ius suum in aliis actibus, & non perdit illud, nisi in actu, in quo non reseruauit, aut nulla est ibi reseruatio, & tunc aut actus contradicit priuilegio directè; & unico actu perditur priuilegium, aut non contradicit directe; & tunc secus.
56 ¶ † Quæstio fuit disputata, an priuilegiatus non disputare, si disputat, teneatur in scriptis dare, cum sit aliud statutum, dicens, q disputantes teneantur dare eorum disputationes in scriptis, & ponitur in Mercurialibus super regula, accessorium: & determinatur ibi, quòd sic: quia iste disputando non fecit scholaribus gratiã,
57 sed renuntiauit gratiæ sibi factæ. † Item ipsi actui disputandi est onus annexum in scriptis tradendi; unde ab ipso separari non potest, ut ff. de le. 2. l. sed ex duobus. nec mirum, quia ex uoluntate quis incidit in necessitatem circa idem, ut ff. commo. l. in commodato. §. sicut. Item per actum contrarium quis uidetur renuntiare beneficio circa eundem actum, & quicquid ex eo sequitur. Item habes exemplum in matre, quæ non cogitur tutelam assumere; tamen si assumit, cogitur inuentarium facere, & rationem reddere. Item est regula generalis, [b] q q acceptat aliqd, uidetur acceptare cum suo onere. ut C. de cad. tol. l. unica. §. pro secundo. Item qui non cogitur esse aduocatus, si assumit officiũ aduocationis, tenetur seruare leges aduocatorum, ut C. de postu. l. quisquis. Item hic actus primus erat ordinatus ad inclusionem secundi; & sic non ob. l. uo-
58 luntarie. ¶ † Et si quæratur, an per non usum perdatur priuilegium, distinguit, aut est concessum ad excipiendum, & nõ perditur: quia nemo tenetur excipere, nisi prius sit conuentus in iudicio; aut ad agendum; & tunc perditur longo tempore, & longo silentio; sed isic pôt dubitari, quod sit lõgum tempus, dicit gl. q illud,
59 quod requiritur ad illam præscriptionem. † nã diuersa sunt tempora præscriptionum. unde uniformis regula non potest dari, nisi una, uidelicet quòd nulla actio uiuit ultra xl. an. ut C. de præsc. xxx. an. l. sicut omnis, adeo, q si statutũ dictat, q publica instrumenta officio iudicis exequantur: tamen ultra dictum tempus uiuendi non habent facultatem, etiam si competat ecclesiæ, ut no. C. ne rei dominicæ, uel templorũ. l. uniuersitas. Sed quando cõpetunt priuatæ personæ, sufficiunt xxx. anni

a ¶ Vide omnino multũ notabiliter de ista materia ultra ea, q̃ allegantur hic, per Mod. per do. Alex. in consi. 33. in c. ponderatis his, q̃ cõtinẽtur in priuilegio, ĩ 5. uol.

b ¶ Vide omnino scripta egregie per Ias. May. in l. contra iuris ciuilis regulas, in §. fi. ff. de pac. in uer. quinto ex eo. tex. & ad ibi scripta adde ista uerba Bal. hic.

anni tam in ciuilibus, quàm criminalibus excludendis, ut
60 no. C. de fal. l. querela. quam gl. no. ¶ † Sed statim quærit gl. nunquid factum capituli, & prælati possit præiudicare ecclesiæ? & si quidem requiritur certa forma, & non est seruata, non potest præiudicare; ut no. in hoc c. in j. glo. & C. de sac. san. eccl. l. iubemus nulli. Et quia renuntiationes priuilegiorum uidentur quædam alienationes ipsorum, ut ff. de no. l. si quis delegauerit, debet interuenire tractatus. si autem est seruata forma, ualet quod a capitulo & prælato factum est, ut no. C. de sacr. san. eccl. aut. hoc ius porrectum. Si autem non requiratur certa forma approbata, ut in maleficiis, dic, ut no. in l. iubemus. C. de sacrosan. eccl. & in l. si dolo. ff. si quis omiss. cau. te. ubi est gl. sing. Item in his, quæ pertinent ad rigorem iudicij conseruandi, dolus prælati, & tutoris post litem contestatam nocet domino. C. de his, qui ut indignis l. Polla. Si uerò non delinquit in figura iudicij, sed in figura delicti, non nocet domino, ut C. unde vi. l. meminerint. ¶ Ad hanc materiam, quod ille, qui facit actum contrarium, perdat beneficium, quod nisi perderet, actus non ualeret, alleg. gl. inter alias leges l. 2. C. de iure dominij impe. & uide Cyn. C. de pact. inter emptor in l. 2. omnis actus, per quem tollitur effectus, dicitur esse actus contrarius, Cyn facit C. de reuocan. donat. l. fi. ff ad Sil. Din. C. de
61 decur. l. si ille, li. 10. † Vnam regulam no. quod illud, quod quis non potest expresse, non potest temporis cursu, ut in c. 1. §. fi. de inuestitura de re aliena facta. Item scias, quòd in feudo quantumcunque anni spatium habetur pro renuntiatione, ut in c. 1. §. donare, qualiter olim feudum alienari poterat; & est specialissimum in feudis: quia consuetudo ultra procedit sic statuendo; sic & multa alia sunt in feudis specialia, quæ non sunt trahenda ad consequentiam. quædam etiam sunt arbitraria, ut in c. Obertus. §. si quis, ex qui. cau. feu. amit. Vna tamen est regula consonans huic capitulo, quod qui consentit, sua iura perdit, ut in c. 1. §. præterea, quod mo. feu. amit. Quædam sunt, in quibus desideratur actuū repetitio, tunc per unum non perditur priuilegium, quædam, in quibus non requiritur, nisi unus actus, tunc ille actus consumit priuilegium l. 1. de iure do. impe. & de iud. l. sed & si. ¶ Præterea tempus quandoque est species præsumptionis, ut C. de apo. pub. l. quicunque, li. 10. ff. de probat. l. proculo. ff. de usu. l. cum de in rem
62 uerso. C. de pe. hær. l. si filius, & ideo † si dominus post, quàm feudum incidit in commissum, acceptauit uasalli seruitium, non potest retrahere feudum, arg. ff. de commi. l. post diem, & ff. de eo, quod certo loco l. fi. de adi.
63 leg. l. 4. ff. si quis cautionibus l. 2. in prin. ¶ † Vltimo uide Pet. & Cy. C. de excus. tut. l. uoluntarie. Item Inno. tractat, qui possint facere statuta pœnalia, & dicit, quod uniuersitates non possunt hoc facere: quia non habent merum, uel mixtum imperium, tamen hoc fallit in quibusdam ciuitatibus Lombardiæ per pacem Constantiæ, ut no. in aut. de defensoribus ciui. §. nulla, & adde quod dixi s. eo. cum omnes.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio quid sit.*
2 *Fructus sunt multiplices.*
3 *Fructus potest dici qualibet utilitas.*
4 *Protestatio se referens ad statutum nihil operatur, si statutum per factum contrarium tollatur.*
5 *Statuto homicida punitur in mille, excipitur tamen nobilis popularem interficiens, quem plecti us pœna capitis, index nobilem sic homicidam in mille condemnat clausula adiecta, quòd si sententia sit contra, uel præter formam statuti, reducit eam ad ipsius formam: capitur nobilis, an debeat decapitari?*
6 *Sententia non debet esse alternatiua, uel conditionalis.*
7 *Fructuum nomine continentur quandoque actiones.*
8 *Fructus pendentes ad emptorem, separati a solo ad uenditorem, pensiones ad utrumque pro temporis rata pertinent.*
9 *Prosequi potest quis causam communem suā, & sui consortis.*
10 *Prouentus nomen generale est ad omnes fructus sumptibus deductis.*
11 *Necessitas non habet consensum.*
12 *Contrauenire non dicitur qui uenit ex necessitate.*
13 *Canonicus quid sit, & quid Canonia.*
14 *Vocem in capitulo an habeat ille, cui papa contulit canonicatum sub expectatione præbendæ.*
15 *Expectantes non percipiunt fructus, & habere uocem in capitulo est fructus.*
16 *Semiplenum ius habens non facit partem cum habentibus plenum ius.*
17 *Papa solam præbendam adimendo, non uidetur adimere uocem in capitulo tam quæsitam.*
18 *Canonicus potest esse sine præbenda, non tamen sine expectatione præbendæ.*
19 *Papa conferendo præbendam Titij, & eiusdem canonicatum uacantem conferre censetur.*
20 *Officio concesso sicut uidetur concedi præbenda, seu prouisio ei de consuetudine correspondens; ita Lectura Doctori concessa, uidetur promissum salarium illi lecturæ tribui consuetum.*
21 *Præbenda quid sit. & in quibus consistere possit.*
22 *Perpetuæ, uel longi temporis præstationes inter immobilia numerantur, secus ea quæ ad breue tempus sunt.*
23 *Confirmatio id roborat, quod inuenit, nec quicquam de nouo disponit.*
24 *Protestatio in præiudicialibus, & aduersatiuis, non iuuat.*
25 *Negotia capitularia debent fieri, ubi capitulum consueuit congregari.*
26 *Capitulum, si citatum fuerit ad certum locum, non poterit actus ualide expediri alibi etiam uno absente. idem si citatum fuerit ad certam diem, ut extra eam, nisi uera ta citatione, actus non ualeat.*
27 *Canonici habentes de certo numero constitutionem iuratam, & per Papam confirmatam cum clausula, quòd sit irritum quicquid contra attentari contigerit, si exuberantibus capituli facultatibus numerum canonicorum augendo, contrauenunt, non efficiuntur periuri.*
28 *Legitimam excrescentium bonorum potest petere filia, quæ recepit centum pro sua legitima.*
29 *Redditus quotannis natura uariant, propterea de unoquoque anno probari conuenit.*
30 *Recurrendum est ad mentem, ubi uerba non sufficiunt.*
31 *Verba papæ etiam præcisa recipiunt tacitam conditionem, & interpretationem.*
32 *Lis non mouetur nisi per actum iudicialem, & à momento motæ litis uitium litigiosi incipit.*
33 *Exceptio falsi procuratoris potest quandocunque opponi: Opponens autem, si mandatum exhibeatur, tenetur actione iniuriarum tam ciuili, quàm criminali.*
34 *Lite contestata, quamuis mandatum non præsumatur, potest tamen procedi non facta fide de mandato.*
35 *Rati cautio non facit quem procuratorem, sed legitimum negociorum gestorem.*

36 Sed ij

36 *Socij conuentionales ſi ſint duo, an unus poßit ſine mandato agere nomine alterius: & quid ſi ſint ſocij contractus?*
37 *Numerus præbendarum an poßit arctari contra antiquam conſuetudinem.*
37 *Præbenda diuidi de iure non poteſt. an poßint eius fructus, uel cultura diuidi.*
39 *Turpitudinem ſuam an quis poßit allegare.*
40 *Dolum ſuum allegare nemo poteſt.*
41 *Proteſtatio rumpit actum, & non è contra. & de materia proteſtationis remißiuè.nu.43.*
42 *Inhibitio ſuperioris plus operatur quàm proteſtatio creditoris.*
44 *Canonia quid ſit, & quid præbenda.*
45 *Canonicatum impetrans de præbendarum numero, præbendam impetrans de numero canonicorum mentionem facere debet.*
47 *Alluuione augentur proprietas, etiam in feudo, uſusfructus, Emphiteuſis. Et quid in præbenda.*
48 *Aeſtimi diminutio quemadmodum damno communitatis, ita augmentum eiuſdem communitatis utilitati cedere debet.*
49 *Canonicus omnis an debeat habere præbendam, & è contra.*
50 *Receptus in canonicum, cui aßignatum eſt ſtallum in choro, an eo ipſo ſit in iure exercendi quemcunque actum canonicalem tam ſpiritualem, quàm temporalem?*
51 *Plenitudinis uerbum uniuerſale eſt omnia includens.*
52 *Ad electionem non debent uocari canonici ſub expectatione.*
53 *Vocem in capitulo an habeant omnes canonici.*
54 *Statuta recipiunt tacitam conditionem.*
55 *Canonicus quo iure præbendam ſibi aßignari petat.*
56 *Papa an totum negocium reuocare uideatur eo ipſo, quòd incipit cognoſcere, uel alteri ex certa ſcientia delegat?*
57 *Peruſinus committens homicidium Florentiæ, niſi petierit ad unum tribunal remitti, quod facere poteſt etiam per procuratorem, poteſt in utroque foro legitimè condemnari.*
58 *Contra homicidam ſi procedatur Peruſij, contra mandatorem uerò Aßiſij, an alter eorum petens debeat remitti ad alterum iudicem?*
59 *Numerus canonicorum ſi rumpatur, non intelligitur ruptus numerus præbendarum.*
60 *Præbendam poteſt obtinere laicus qui ſit de corpore: non tamen uocabitur ad electiones niſi de gratia.*
61 *Canonici ſub expectatione non ſunt uocandi ad actus electiuos, uel ſolennes.*
62 *Receptus in canonicum debet habere partem de menſa communi, & bonis communibus, & uocari ubi de eorundem alienatione agatur.*
63 *Præbenda ſi una tantum ſit ſupernumeraria, & quatuor Canonici ſupernumerarij ſint, ea non diuidetur, ſed priori tempore tribui debet. nec eſt locus gratificationi, niſi in dubio anterioritatis.*
64 *Præbenda, quæ conſueuit aßignari canonico, collata, uidetur collatus canonicatus.*
65 *Scholæ magis honorabiles, ſi deputatæ ſunt principali doctori, debentur illi, qui aſſumptus eſt ad principalem lecturam.*
66 *Canonicis omnibus mortuis, alijsq́; exinde creatis opus nè ſit noua præbendarum creatione?*
67 *Præbenda dici poteſt quodammodo ager limitatus, & In agris limitatis ius accreſcendi locum non habet.*

a 1 VU M. Ferra. [a] † Proteſtatio eſt rei præordinatæ teſtatio, quæ ſemper reſpicit ad principium fiendi. Si capitulum ꝑ ſuam conſtitutioné de certo numero canonicorum aliquos recipiat ultra numerũ, de ſuper excreſcentibus rediti-bus dictis ſuper numerarijs prouidere tenetur. Et diuiditur in tres partes. In prima ponitur allegatio pro receptis. In ſecunda, ibi: uerum, pro recipientibus. In
2 tertia ibi, mandamus. Papæ conſultatio. ¶ † Ad euidentiam præmitte, ꝙ quidam ſunt fructus, qui natura percipiuntur, ut fructus terræ. quidam, qui percipiuntur iure, ut ex ꝯtractu, ex quo oritur ius, ut pẽſiones. ff de rei uin. l. ſi nauis. quidam, qui ex ſola arte & induſtria hominis; puta ſcriptoris, uel pictoris. quidam, qui percipiuntur mixta rõne: quia & perſona operatur, & terra producit. Vnde illi appellantur fructus induſtriales, non ſimpliciter, ſed mixto modo, ut. j. de decimis. cap. tua. quare ergo vocamus hos fructus induſtriales potius, q̃ naturales? R̃n. quia terra dat materiam, ſed induſtria formam. niſi enim ſeminares frumentum, non naſceretur frumentum, & ſi ſeminas ſpeltam, non naſcitur granum. Poma auté ideo dñr fructus mere naturales: qa parũ de ingenio hoĩs ponit̃, & parũ de ſumptibus, & labore; & quia uirtus naturæ ꝓponderat arti, nec requiritur hominis apparatus ad neceſſitatem fruendi, & ſemper generat fructus eiuſdem ſpeciei, donec uiuit arbor, ex qua producuntur: quia arbor ſemper generat tale, quale ipſa eſt tam ſpecie, quàm natura. Porrò ſecundum rationem accidit, ut quod quis ſeminauerit, hoc & metat; & ꝙ ſudore uultus ſui quis ueſcatur pane; & ꝙ qui non laborat, non manducet.
3 ¶ † Et no. ꝙ quælibet utilitas põt dici fructus. l. 2. ff ſi ſerui. uindi. Iſtud ergo faciebat ꝓ canonicis antiquis: quia eorum cura & diligentia uidebatur debere reddere eos potiores: ſed non eſt ita: quia acquiritur ꝑ eos in cõi, non in proprio: iſtud commune eſt id, quod poſtea diſtribuitur in præbendis. ¶ Caſus in terminis. Canonici Ferrarienſes ad hoc, ut prouentus eccleſiæ, qui inter plurimos conſueuerant diuidi, in uſus cederent paucorum, & non diuiderentur inter tantos, conſtituerunt, vt in dicta eccleſia eſſent tantum. 14. præbendæ. quod ſtatutum fuit cõfirmatum per dominum Papã. poſt qđ ſtatutum in ꝯtrium uoluntarie uenientes recepcrũt in canonicos. M. & quatuor ſocios ultra numerum prælibatum cum hac proteſtatione, uidelicet ſine præiudicio dictæ conſtitutionis. & cum una tantum præbenda uacaſſet, ad eandem receperunt duos, & poſtmodum ad preces epiſcopi dictum. M. & quendam alium; ita, quòd dicti. M. & alius de canonicatu nihil perciperent, donec primi duo eſſent præbẽdas integre aſſecuti. cumque reditus dictæ canoniæ eſſent plurimum ampliati, petebant iſti ſupernumerarij à capitulo de ſuperexcreſcentibus reditibus communis menſe, uel fuit eis relicta magna hæreditas, uel magnum donum ab aliquo principe, uel à Duce Mediolani, ſibi prouideri. È contra capitulum dicebat, quòd non poterant obſtante ſtatuto, nec non proteſtatione, & pacto: addentes ſcilicet, ꝙ eorum numerariorum induſtria, & non largitione fidelium dicti reditus eſſent augmentati: ſed ipſi agentes allegabant pro ſe ſuper excreſcentiam facultatum, quaſi aliud nouum, de quo

a ¶ *Quia tex. hic ſemper dicit, receperunt in canonicos, & non dicit elegerunt, ſi uis ſcire rationem, vide Cardi. in conſ. 104. inci. diſtantiam præmiſſa.*

de quo non fuerat cogitatum à statuentibus, uel summo Pontifice corroborāte statutum. Quærebatur qd iuris? Papa determinat, ꝙ in constitutione prædicta, & confirmatione sedis apostolicæ uel fuerit, uel debuerit esse, sicut consueuit, expressum, nisi excrescerent in tantum facultates ecclesiæ, ꝙ pluribus canonicis possint sufficere competenter, & propterea ijdem canonici antiqui quatuor receperunt ultra numerum constitutum suæ constitutioni derogando ipso facto, & formaliter ꝙ dicti antiqui canonici debeant habere suas præbendas cum integritate consueta nihil diminuendo eis propter dictos supernumerarios: tamē de superexcrescentibus reditibus tātum dictis supernumerarijs assignetur, ꝙ adæquentur antiquis, & si adæquatione facta aliquid superesset, illud conuertatur in communes omnium canonicorum usus, prout melius uidebitur conuenire, iubens in irritum reuocari, quæcunque post motam in iudicio quæstionē fuerint circa præbendas, uel possessiones aliter innouata. ¶ Quid si fuit actum, ꝙ recep. esset simulata? rñden non ualet recep. quia simulatio probatur per [a] pactum præcedens. sequens autem pactū nō inducit simulationem. ff. de manumis. l. 4. in §. si ab ignoto tale ualde no. ¶ No. ꝙ protestatio est rei præordinatæ testatio, quæ semper respicit ad principiū fien-

4 di. ¶ † No. hic, ꝙ protestatio referens se ad statutum nihil operatur, si per factum contrarium statutum tollitur. † & per hoc de-

5 terminatur quæstio quotidiana. statuto cauetur, quòd de homicidio sit pœna mille librarum, saluo si nobilis occiderit popularem, ꝙ sit tunc pęna capitis. Modò potestas pro homicidio condemnauit nobilem in mille libris, adiecta hac clausula, ꝙ si sententia sua esset cōtra, uel præter formam statuti, reducit eam ad formam statutorum. Captus est iste nobilis. quæritur, utrum ueniat decapitandus? & uidetur ꝙ sic. quia ultima clausula corrigit priorem. Item quia ista non solum est protestatio, sed dispositio ¶ Contrarium est uerum, quia statutum de decapitatione non loquitur lata sententia super pecuniaria condemnatione. Et quia uerba generalia non habent respectum ad id, quod specialius est prouisum. Et quia ista uerba, condemno te secundum formam statutorum, alio non expresso, tacite saperēt pœnam statuti: sed alio expresso derogaretur tacitę.

6 † Item quia sententia [b] non debet esse alternatiua, uel conditionalis; sed debet esse clara, quòd non relinquatur locus disputationi; & ita seruat consuetudo ubique locorum, & bene facit illud. c. quia potius inspicimus uerba disponentium, quàm dispositionem legalem, nō obst. ff. ad Turpil. l. 1. §. calumniatoribus; quia uerum est, nisi in sententia sint expresse, ut. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no. infa. & fuit quæstio disputata Iac. de Be. Igitur caput primæ sententiæ ualet: quia certum. reseruatio non ualet: quia alia uia est electa per iudicem.

a ¶ *Vide Alex. in l. qui in ali. §. si is, qui patitur. ff. de acqui. hære. & in l. post dotē. ff. solu. matr. & uide aliquid per Cepol. in tracta. de simul. contra. in 25. præsum. & uide d. Ias. in l. nemo potest. de leg. 1. in fine 4. q. Bart. primæ partis.*

b ¶ *Sententia non debet esse alternatiua, uel conditionalis: sed debet esse clara, quod non relinquatur locus disputationi. uide aliquid per Alex. consi. 63. 3. lib. et no. plenè per doc. moder. in l. aut prætor. §. si iudex. ff. de re iudi.*

¶ No. quòd receptus in canonicum dicitur receptus, etiam si receptus non durat nisi per momentum, sicut dictus emptor & uenditor, ut not. ff. de usuc. sequitur. §. seruus pro hærede, gl. illa notabilis est: quia

7 ex momento ius acquiritur. ¶ † No. quòd nomine fructuum quandoque continentur etiam actiones. ff. quod ui aut clā. l. is qui puteum. §. si fundus: textus est

8 ibi no. † Et qui fructus ad emptorem pertineāt, dic, ut. l. fin. ff. de iure fisci, per Bartol. fructus pendentes pertinent ad emptorem: quia æstimantur cum ipso solo, quod fructuum annexorum contemplatione plus uenditur. l. final. §. penult. ff. quæ in fraudem creditor. separati ad uenditorem. pensiones autem diuiduntur pro rata temporis. nam pro præterito tempore debētur uenditori: pro futuro per cessionem nominis emptori secundum Barto. si pensio deberetur pro fructibus pendentibus, tunc uidetur idem, quod dixi in fru-

9 ctibus: quia loco eorum succedit. ¶ † Ibi, Pro se. & quatuor socijs. No. ꝙ unus potest prosequi communē cau-

10 sam suam, & sui consortis. † Ibi, Prouentus, [c] illud est nomen generale ad omnes fructus naturales, industriales, & artificiales, ut sunt pensiones, ut. ff. de condi. inde. l. si urbana. ff. de usufruct. l. defuncta. §. final. ff. de usufr. leg. l. fundi Trebatiani, deductis sumptibus factis in cultura, uel seminarijs, uel itineribus. ff. de pe. hæ. l. si à domino. §. final. C. de fru. & li. expen. l. 1. & ar. ff. de iure deli. l. final. §. in computatione. ¶ Fallit. j. de deci. c. tua: quia domini est terra, & plenitudo eius. ¶ Ibi, Paucorum: quia innumerosæ præbendæ erant fortē minus tenues, & in authent. ut determi. sit nu. cle. ¶ Ibi, Præter. i. absque co. nam dictio, præter, & di-

11 ctio, absque; significant idem. ¶ † Ibi, uoluntarie: ideo hoc dicit, quia necessitas consensum non habet: uel quia necessitas excusat. ff. de fideicom. lib. l. cum

12 fidei. † ¶ Nec dicitur uenire contra ille, qui uenit

13 ex necessitate, ut ff. de pub. l. Cæsar. ¶ † Ibi In canonicos, canonicus est, qui canoniam habet: canonia autem est ius spirituale in ecclesia, quo iure competit locus in choro ad diuina officia, & cætera, quæ debent fieri in capitulo, sicut sunt tractatus electionis, uendi-

14 tionis, & similia, quæ collegialiter debēt fieri. ¶ † Quærit Inn. nūquid ille, cui Papa contulit canonicatū sub expectatione prębendæ, habeat uocem in capitulo? & uidetur ꝙ sic: quia est ei assignatus locus in capitulo; ergo habet ea, quæ sunt loci. Nam locus designat locatum, & eius officium. Item si nō haberet officium in locum, frustra assignaretur locus, qui non assignagnatur propter aliud, nisi propter actum officij. Item per hoc uidetur tradita quasi possessio. ff. de acquiren. possess. prædia. ff. de iure fis. l. sed & si acceptum. ff. de rei uin. l. quædam mulier. gl. hic dicit ꝯtrium: quia nō habet plenitudinē canonicalē ille, q nō habet præbendā. Itē qa habentes præbendā, habēt maius ius, & sunt in

15 gratia pleniori. † Itē quia expectantes non percipiūt fructus; sed habere uocem est fructus sicut eligere uidetur fructus canonicatus. Item iste supernumerarius est, & sicut expectat præbendam, ita expectet uo-

16 cem. † Item ille, qui habet ius semiplenum non facit partem cum habentibus ius plenum & perfectum, ut no. in l. 2. ff. si pars hære. pe. Item si haberet uocē, posset unā cū alijs conferre præbendā. sed istud est absurdū, ꝙ aliū inuestiat, q nō est inuestitus. uel ꝙ alium uestiat,

c ¶ *Prouentus est nomen generale ad omnes fructus naturales, industriales, & artificiales.*

uestiat, qui est nudus, uel alium calefaciat, qui est frigidus, ut no. ff. si cer. peta. l. lecta. habet igitur locum: sed non habet actū huius officij, donec sit in plena possessione canonicatus, & præbendæ. h. d. hic gl. quæ non est alibi. habet igitur locum, sed sine administratione,
17 quod tene menti. † Et nunquid Papa adimendo solam præbendā uideatur adimere uocē iā quæsitam? respō.
18 non, ut ff. de libe. & post hu. l. si ita. §. regula. ¶ † Ibi, nullis, no. ꝙ de substantia canonicatus non est præbenda: quia potest esse canonicus sine præbenda, non tamen sine expectatione præbendæ: & è contra præbenda potest esse sine canonicatu: sed illa præbenda non dicitur præbenda canonicalis. Porrò ista duo ita sunt naturaliter coniugata, ꝙ cui confertur canonicatus, debet assignari præbenda, si qua uacat, sed si non uacat, debet expectari uacatio, ita, ꝙ uacet de facto, & de iure, scilicet, ꝙ possit conferri eam petenti, & si non sit alteri
19 debita. † Sed an è conuerso, si papa confert præbendā quondam Titij, uideatur conferre eius canonicatum uacantem? dicunt doctores quòd sic: quia unum trahit ad se reliquum ratione connexionis, & cuiusdam unionis; unde sufficit, quòd in literis dom. Papæ fiat mentio de altero, & similiter si episcopus conferat unum, uidetur confe re & alterum: quia correlatiua sunt, & unum dependet ab altero. non obst. glos. hic posita: quia loquitur de præbenda non canonicali. Item non obstat l. Herennius, ubi dicit, ꝙ stipendium non facit militem, quia minus nobile non trahit ad se magis nobile. Præterea cum aliquid conceditur, & id concedi uidetur, quod sequitur ad illud, ut ff. de ser. urb. præd. l. seruitutes. §. si domo, & ff. de contrahē. empt. l. aquæductus, & ff. loc. l. si addes. §. si quis ad mulierem. nam ad suum concretum trahitur omne dispositum, ut ff. de iure dot. l. si proprietati, & ff. de ac. emp. l. Iulianus. §. si Titius fundū, & ff. de leg. j. l. prædiis. §. balnea. ¶ † Et no. ar. ꝙ sicut concesso officio uidetur concedi præbenda, & prouisio ei correspondens de cōsuetudine, uel de iure; ita concessa lectura alicui doctori uidetur ei promissum salarium illi lecturæ tribui consuetum, ut C. locati. l. licet. hoc uerum, si salarium erat perpetuò ordinatum: secus, si pendebat ex arbitrio electoris, arg. j. e. c. circa fi. in uer. uidebitur, & C. loca. l. licet. nam quæ incerta sunt, promitti non uidentur, ut C. mandati. l. salarium l. Seia. §. medico. ff. de ann. le. ut scias, ꝙ semper consuetudo regulatur a posteriori, ut. ff. de alimen. leg. l. Menia, in §. j. & C. ne
21 de sta. defun. l. si mater. ¶ † Ibi, Præbendis, quid sit præbenda, [a] dico, ꝙ sit res, & ius quoddam, qđ potest consistere in rebus corporalibus, & etiam in nominibus, ut cētum libræ annuatim in quātitate: quia panes ciuiles bene possunt assignari in præbendam. C. de sacrosan. eccl. l. iubemus nulli. C. de annonis ciuilibus l. j sicut & infeudari, & in usufructum consignari: quia inter immobilia computantur, ut in
22 auth. de non alienā. §. ult. enim † unde si testator legat mihi omnia immobilia sua, includuntur annuæ præstationes, si sunt perpetuæ uel ad longum tempus: sed si sunt ad breue tempus, id est minus decennio, non cōputantur inter immobilia, ut ff. de pec. l. quam Tuberonis. §. in peculio & ff. de uer. si. l. momentum. ea. n. reputantur immobilia, quæ sunt ꝑpetua, uel lōgæ durationis, ut ff. de ser. urb. præd. l. eū debere columnā. ¶ Ibi, non modicum, ar. ꝙ pro modico incremento status rei

a ¶ *Vide Feli. in c. nisi mus in c. maioribus, post Panor. infra de præben.*

23 non dicitur immutari. ¶ † Ibi, Roborato, confirmatio, quod inuenit, roborat: sed quod non inuenit, nō disponit, ut ff. de libe. legat. l. Aurelius. §. testamento. ¶ Ibi, duos, not. plures ad eandem præbendam eligi posse. ¶ Ibi, ad preces episcopi, non inducunt simoniam: sed nec statuendo committitur simonia, sed utendo secun
24 dum Inn. ¶ Ibi, sine præiudicio, ista uerba sapiunt protestationem: sed protestatio in præiudicialibus, & aduersatiuis non iuuat, ut in c. gratiæ, de præben. in cle. Item factum, quod sequitur protestationem, eā tollit, ut ff. loca. l. cum in plures. §. locator horrei. ¶ Ibi, propositum, no. ꝙ non est necesse, ꝙ excipiens dicat, excipio: sed sufficit, ꝙ dicat, propono, uel allego. ¶ Itē no. ꝙ allegatio statuti non disponentis de processu nō impedit processum. tene mēti. ¶ Ibi, sine ꝑiudicio. simile uerbū. ff. qui poti. in pig. ha. l. Claudius, in fi. Ibi, instantia. no. ꝙ non omnis instantia, dicitur ambitio. Ibi, in confirmatione se. a. non dicit papa. nam qui confirmat, non mandat. Si enim papa mandaret, non posset contrauenire, ut C. de test. l. omnium. Item no. ꝙ illi ca
25 nonici non potuerunt factum papæ reseruare. † Item not. ꝙ capitulum dicitur locus, in quo fit capitulum. Ex quo datur intelligi, ꝙ capitularia negotia debent fieri ibi, ubi capitulum consueuit congregari, & hoc significat assignatio loci in capitulo, ubi forte canonici ibi tutè conuenire non possunt. nam tunc possunt eligere sibi alium honestum locum, & forte locus iste nō est de substantia, quum ualeant facta in alio loco ho-
26 nesto etiam impedimento cessante † si tamen capitulū sit citatum ad unum locum, non potest fieri alibi etiā uno absente, ut C. quomodo & quā iud. l. si præses. Item si ad unum diem, non potest fieri alia die: quia dies est assignata pro forma, ut l. an qui aliter. §. fin. ff. quod ui aut clam, argum. infra de offic. de leg. ca. consuluit. sed ibi ideo, quia iudex, qui terminum statuit, potuit de suo præcepto gratiam facere, de sua benignitate expe
27 ctando absentem. ¶ † Item ibi in contentioso iudicio. Ibi, esse debuerit, not. casum, qui non est alibi, ꝙ licet canonici habeant constitutionem de certo numero confirmato per papam & etiam iurato cum decreto, quòd sit irritum & inane, si contra contigerit attentari, ꝙ si superexcrescunt facultates, quia iste fuit casus improuisus, nec debuit prouideri; non sunt periuri illi, qui prima facie faciunt contra tenorem iuramenti, cum iuramentum intelligatur, rebus sic se habentibus. ff. de condit. ob causam l. quod seruus.
28 ¶ † Et est argumen. quòd filia, quæ recepit centum pro integra sua legitima, augmentatis facultatibus patris possit petere legitimā superexcrescentium bonorum, quod est not. dignum, & facit, ff. de uaca. mu. l. his honoribus. §. auctis. ¶ Ibi, Industria, no. industriam non prodesse: sed alibi prodest. ut. ff. de mino. l. intra utile. §. uendentibus. C. de alluuio, & palud. l. prima, ff. ad l. Falcidiam l. si hæres. ff. ad Trebellian. l. debitor. §. fina. C. de bon. quæ liberis, §. cum oportet, post princip. C. arbit. tut. l. si defunctus.
29 ¶ Ibi, Plures reditus, not. ex quo uariari possunt reditus per singulos annos, sumitur argumen. quòd cuiuslibet anni reditus sit per se probandus: quia non præsumitur continuum, quod est natura diuersum, de hoc per Iaco. de Aret. C. de rei uin. l. 1. ¶ Ibi, In beneficium assignari. uerbum, assignari in futurum significans dat intelligere ius ad rem: sed significans in præsenti, ius in re. ¶ Ibi, uel esse debuerit, not. quòd illud, quod de consuetudine con-

sueuit

sueuit apponi in instrumēto. Item illud, quod debet ibi esse appositum, licet nō sit scriptum, pro scripto debet haberi, & melior tex. non reperi tur[a] alibi. † Item no. φ ubi uerba

a ¶ *Vide quinquaginta a dicta in ista materia ad propositū ipsum no. relata longe pleniori stylo, quam alibi per d. And. Barb. in c. quòd translationem, de offi. deleg.*

30 non sufficiunt, ad mentem recurrendum est. ff. de pa. l. tale pactū. §. fi. & ibi no. ff. communia pręd. l. in uēditione, & ibi gl. dicit, no. tamen uerba & mentem contrahentiū inspiciendam, non tantum si-

31 gnificationē. ¶ † No. φ uerba papæ etiam præcisa recipiūt tacitā cōditionem & interpretationem, sic. ff. de uerb. sig. l. j. & de uer. ob. l. stipulatus sum Daman. ff. de uul. substit. l. ex facto, in pri. sicut illa clausula, saluo iure alterius, contra quem expresse non scribitur, semper subintelligitur in rescriptis non solū iustitiæ, sed gratiæ, ut l. nec auus. C. de emanc. libe. & ff. de in ius uoc. l. sed & si hac §. patronum. Ibi, prout melius uidebitur. ubi datur ar

32 bitrium, ibi melius prouidendum. ¶ † Ibi, post motā q̄stionem, not. uitium litigiosi incipere a momento quæstionis motæ. non tamen per quemlibet actum dr̄ mota, sed per actum iudicia'em: qa loquitur de uitio litigiosi, ut C. de peti. hęr. l. si post motam. C. de præsc. lō. te. l. 1. alias largius accipitur, puta si hoc uerbū adiiciatur cōtractui, uel ultimę uolūtati, ut no. ff. ad Treb. l. Lucius. §. tres hæredes. Item si quis promiserit alteri se non imbrigaturum, ut no. ff. de proc. l. non solum. §. si status. ¶ Opponitur, φ iste agens non potuerit agere pro sociis: quia non erant propriè socij. nā canonia cuiusq; stat pro se. item & præbenda. Item unus pro alio testificari pōt, ut in auē. de mona. §. cogitandum. Item non habebat mandatum, & sine actione, uel mandato nemo experitur. ff. de neg. gest. l. si pupilli. § ul. & ideo quilibet potest agere de per se sine aliis, ut ff. de secun. tab. l. si post mortem. §. fi. ¶ Sol. dicit gl. φ hic habebat mandatum. istud est diuinare, ut hic satisdedit de rato: per quam satisdationem legitimatur agēs noīe alieno, ut ff. de dam. inf. inter quos. § alieno. uel hic fuit opposita exceptio i hac forma. Tu debes cauere de rato. in qua forma post litem contest. nō pōt excipi, nisi post litem contes. conueniret, seu interueniret de nouo, ut

33 C. de consor. eiusdem litis l. 2. † Sed sub forma exceptionis falsi pcuratoris qñcunq; pōt excipi, nisi dñs habeat[b] ratū. C. de proc. l. licet. ff. de excep. rei iu. l. si mater. §. hoc iure. Sed caueat sibi, q opponit exceptionē in forma falsi procuratoris: qa si procurator produceret mādatū, excipiens teneretur actione iniuriarum ciuili & criminali, ut l. si uerò. §. j. ff. qui satis. cog. Vel dic quòd hic constabat de non mandato, & tamē debet admitti pro aliis: quia simul egerant eodem libello. Item quia confratres spirituales. Item quia status, de quo hic disputatur, eos pariter cōtingebat. unde disputabatur de ea

b ¶ *Vide aliquid per Lo do. Ro. in consi. 170. & uide ēt per Alex. & Mod in l. 1 §. 1. ff. ad Trebellianum.*

34 dem radice, ar. ff. de diuer. resc. l. si libellum. ¶ † Et no. quòd post lit. contestatam, licet non præsumatur mandatum, tamen potest procedi non facta fide de manda

35 to, ut no. in c. 1. de ele. li. 6. † Item no. quòd cautio rati non facit quem procuratorem, sed facit eum legitimū gestorem, ut. ff. iud. sol. l. 3. §. sed si forte. Item no. quòd aliud est esse cōiunctam personam naturaliter, uel spiritualiter. aliud habere mandatum. tex. est ibi singula

36 ris. ¶ † Sed nunquid, si sunt duo socij conuentionales, unus possit agere nomine alterius sine mandato? dic quòd non, si sunt præsentes, sed pro absente bene potest præsens experiri, quia sua interest, argum. ff. de exercitoria l si tamen plures. Item si essent socij contractus, ex quo agitur, dic ut C. de duo reis l. fi. & facit ff. de libe. lega. l. is qui duos, & ff. ad l. Fal. l. hoc obseruandum. sed si esset unus principalis, alter accessorius,

37 dic ut no. ff. mandati. l. creditor, in prin. ¶ † Capio gl. 2. paruam, & quæro, utrum contra antiquam cōsuetudinem possit arctari numerus præbendarum? respon. sic

38 ex causa; quod dic ut s. c proxi. Bar. ¶ † Capio 3. glo. & uidetur, quòd una præbenda non potuerat in duas diuidi, ut j. de præben. c. maioribus. ergo hic non potuerunt duo recipi ad eandem præbendam. sol. hic de facto fuerunt recepti, uel non constabat. uel de hoc nō erat lis. uel dic, ut dicit gl. quòd recipientes nō possunt allegare suam turpitudinem, & per hoc limitatur dictum capitulum, maioribus, quod est notabile. Certe hic non tam turpitudo, q̄ impossibilitas erat, quæ per quemcūque allegari potest: quia de nullitate quilibet obiicere potest, ut no. de transac. l. ubi pactum, & ideo dic, quòd hic non iuris diuisio fuit, sed redituum, uel culturæ, ut ff. de le. 2. l. Caius §. j. uel temporis, ut puta alternis diebus. ¶ Capio glo. paruam, quæ incipit, de quinto, & opponitur quod male dicat. sol. quinq; fuerunt uocati, quatuor uerò tantum prosequebantur ius suum, sed quis erat iste, qui faciebat hanc allegationē? Respon. capitulum, seu receptatores: quia dicebat, uos fuistis contenti dimidijs, ergo non potestis petere integras præbendas, ut C. de pac. l. si creditores, & ff. de usu. l. qui se misset. C. de fur. l. post decisionem, & de transac. l. si quidem. ¶ Sol. hanc exceptionem capitulū opponere non poterat: quia erat iuri contraria. Nam licet reperiatur media præbenda, idest mediocris. ff. de aur. & ar. le. l. qui lanceam: tamen in substantia non pōt diuidi, sicut nec usus. ff. de usu. & habi. l. usus pars: quia præbēdarius in fine suæ uitæ efficitur usuarius, & uiuit tanquam dominus, sed moritur tanquam seruus sola uita contentus, & secundum hoc intentio capituli fuit facere ueram diuisio-

c nem, sed turpiter[c] fecit: quia con

39 tra ius fecit, & turpitudinem patentem, quis allegare non potest, cum ei sit annexa nullitas, ut hic. & an quis possit allegare turpitudinem suam, uide plene per Bar. tam de turpitudine patenti, quam latenti. ff. de iureiur.

c ¶ *Vide ad istam glo scripta per Ias. May. in l. iusiuran. quod ex conuentione. §. fi. ff. de iureiur.*

40 l. alias. † Illud certum est, quòd quis non potest allegare dolum suum, ut no. in l. eleganter, in prin. ff. de dolo, nisi ex dolo surgat l. prohi. in utrunque contrahentem, ut dicit illa lex notabilis cū sua gl ff. de ritu nup. l. senatus. ¶ Capio gl. quæ incipit, hic ergo. & opponi

41 tur, † quia protestatio rumpit actum, & actus non rumpit protestationem. contra j. quod me. cau. c. prælatū 3 1. q. 2. Lotharius. ff. de relig. l at si quis. §. plerique. ff. de acqui. hær. l. sexta. §. Celsus. ¶ Solu. aut non durat protestatio; & tunc factum præualet protestationi, ut hic: aut protestatio durat de facto. & tunc aut est factū sine causa; & tunc præualet protestatio, ut in cōtrariis. aut ex iusta uel necessaria causa ueniendi contra protestationem propter æquitatem superuenientis casus, ut erat hic propter super ex crescentes reditus; & tūc protestatio non elidit factum, ut hic. Interserit gl. unū uerbum, quòd interdum plus operatur protestatio, quam appellatio, & adde, φ omnis protestatio debet uerificari

uerificari, nisi solo animo uerificetur, ut C. de rei uin
42 di.l.si fundũ.ff.de ne.gest.l.Nesennius.† ¶Item adde, quòd inhibitio superioris plus operatur, q̃ protestatio creditoris, ut ff.de leg.commis.l.similiter fundos.
43 ¶†De materia protestationis dic, ut not.Io.Mo.& Io. An.in c.generali, de re iud.lib.6.& Arch.27.di.c.diaconus,& Bar.ff.de no.ope.nun.l.de pupillo.§.si qs ipsi prætori,& l.non solum.§.morte. ¶Vltimo subdit glo. quòd ista protestatio prodest quò ad mensam commu nem.Ego quæro, si fructus excreuerint à casu, puta im petu fluminis istud incrementum perit, nunquid pce dens statutum reintegretur, & redeat ad primos limites? & uidetur quòd non reintegretur ipso iure, arg. C.de post. hæred. instit.l. uxoris abortu.ij. respon. & ff.de ser.rusti.prædi.l.Attilicinus ¶Et nota, quòd licet forma numeri infringatur, tamen corpus præbendarum non minuitur; & ideò super corpus præbenda-
44 rũ nõ est necesse aliqd de nouo statuere.¶†Capio gl. q̃ incipit, uñ eis. Et q̃ro, quid est canonia & qd p̃bẽda? rñ.canonia est ius, qđ puenit ex electione & receptione in fratrẽ.præbenda autem est ius, quod prouenit ex assignatione præbendæ. primum ius est incorporale: secundum corporale: sic præbendæ consistunt in cor-
45 pore, ut ff.de usufruc.l.ij.† Modo quæro, nunquid impetrãs canonicatum debeat facere mentionem de certo numero præbendarum? respon. sic. Item impetrans præbendam debet facere mentionem de certo numero canonicorum: aliter non ualerent literæ tanquàm subreptitiæ: quia papa semper uidetur loqui, saluis statutis & consuetudinib. ecclesiæ, ut ĩ de const.lib.6.
46 ¶†Nota hic, quòd ratione incrementi fit noua disposi
47 tio,& alteratur numerus præbendarum. † Quæro ergo, si per alluuionem, uel insulam accreuit magnũ terræ spatium, uerbi gratia præbenda habebat pro fine fluuium: in illo fluuio nata est insula, uel paulatim retro cessit, & facta est alluuio, utrum augeatur illa p̃bẽnda, an debeat noua fieri? in usufructu dicimus, q alluuio accrescit. Item in emphyteusi, ut ff.de usufr.l. item si fundi. De proprietate non est dubium, quòd ei accrescit, ut instit.de rerum diui.§.item quod,& §.insula. In feudo accrescit dño.sed non feudatario: quia pro illo incremento non facit seruitium. Quid ergo in p̃benda? & uidetur q non accrescat: quia taxata est, ut ff.de acq.rerũ domi.l.in agris. ¶In contrariũ facit, ut ff.de act.emp.l.Iulianus §.si Titius.¶Considerãdũ, q in nostro c. superexcrescentia nõ accedunt præbendis formatis, sed formandis. Et ideo in qõne pposita uidetur, q magna alluuio pertineat ad capitulũ: modica ad præbendam: quia de modicis nõ curamus.
48 Et idem uidetur dicendum de æstimo in cõi, q maxime fauore reipublicæ, debeat augeri propter excrescẽ
49 tiam; sicut diminui propter discrescentiam.¶†Quæro, utrum omnis canonicus a. debeat habere præbendam? respõdeo sic, ubi præbendæ sint distinctæ.¶Sed nunquid omnis habens præbendam debeat habere canonicatum? dicit gl. quòd non. ego supra intellexi hanc gl. de præbenda nõ canonicali, &
50 dic, ut s̃ dixi.¶†Sed Inn.dicit, qđ si recepto in canonicũ est assignatũ stallũ in choro, q eoipso est in potentia & in iure exercendi oẽm actũ spiritualem, puta eligendi, & etiam tẽporalem, puta consentiendi uenditionibus, & eorũ tractatibus dandi uocẽ. qđ forte est uerius, si est receptus ad plenitudinem iuris canonica

a ¶ *Et uide dominum Ant. & latissime Inno. in c. ppositum, de concess. præbend.*

lis; quod in dubio p̃sumitur: qa totũ est unum ius, licet plura possint; sicut aĩa una est.& tñ plures potẽtias habet: & officiũ iudicis unum est, & multa põt, ut ff.de iuris.om.iudic.l.j.& hæres etiã sine ulla possessione potest omnia, quæ potest hæres. ut l. hæreditas, in prin. ff.de peti.hęre.& l.ex facto, in fi.ff.de uulg.substit.omnia prædicta potest: qa non distinguitur uox à uoce
51 per potentiam, sed solũ per actum suum.† Item uerbũ plenitudinis est uerbum uniuersale, & omnia includit etiam tacite intellectum, ut ff. de acq.re.domi.l.quædam.ff.de contrahend. empt.l.in modicis.ff.de arb.l.si cum dies.§.plenum.ff.ad Tertul.l.j.§.si mater.ff.de rei uindi.l.Iulianus.§.fi. ¶Sed pro Ber.facit: quia sequeretur, quòd haberet uocem in collatione præbendarum, sicut in electione canonicorũ: quia p̃benda tacite ad illud sequitur: sed hoc uidetur impossibile: qa nondum est receptus ad ea, quæ sunt p̃bendæ.ff.de acq.re.do.l.traditio. nã qui non est inuestitus, non potest aliũ inuestire.& est simile in uasallo sub expectatione feudi recepto, qui non habetur inter pares curiæ, nec ha
52 bet uocem inter eos in testificando.¶†Ex hoc sequit̃, quòd canonici sub expectatione præbendæ recepti nõ debent ad electiones uocari: qđ dic ut in c.cum qui, de præb.li.6.& Archi.de præb.c.hi qui.¶Quæro si absenti est collatus canonicatus, & acceptauit p̃sentatis sibi literis, an ante illam electionẽ habeat ius reale ipsius canoniæ? dicit Cõpo. q sic: qa in spiritualib. non requiritur traditio, sed in profanis sic, ar.C.de sacros.
53 ecc.l.fi.& no.ff.de iureiur.l.Labeo.¶†Quærit gl. utrũ oĩs canonicus habeat uocẽ in capitulo? dicit gl. quòd nõ; dẽt intelligi de canonico nõ recepto ad p̃bendam: qa nõ est receptus ad plenam possessionẽ, ut s. declaraui. ¶Capio gl.q̃ incipit, uñ. & quæro, nũquid per istud pactum fit commissa simonia? gl.sentit q sic, si alias nõ erant facturi: uel hic non fuit pactio, sed protestatio. ¶Capio gl.quæ incipit, hæc uidebatur, & dicitur quòd diligentia prosit diligenti, & nõ aliis, ut C de alluuio. & palu.l.j.sed ibi fuit diligens in re propria: hic in cõmuni.uñ non cõpellitur ad cõionem, sed ad diuisionẽ, & sic non ob.ff.de condi inde.l.si non sortem.§.si cen-
54 tum. ¶†Capio gl.quæ incipit, argumentũ.ex qua not. quòd statuta recipiunt tacitam cõditionẽ. ¶Capio gl. quæ incipit, per hoc.& quæro, nunquid canonicus possit recipi ad uacaturam? & dic q sic in genere, sed nõ in specie ad talem uacaturam, ut not.in l.iij ff.pro socio. facit c.j. qui succe. tenean.coll.x. Sed remitto te tamen ad cap. detestanda, de conces.præbend.lib.6.&
55 ibi plene per Io.And. in gl. ¶†Capio gl. quæ incipit, hic potest. Quærit gl. utrum recepti ultra numerum habeant uocem in capitulo? gl. dicit, quòd non, nisi hoc sit de consuetudine. Alij dicunt contrarium: qa nihil habet commune uox cum præbenda, siue receptio in canonicum fuerit facta per authoritatem papæ, siue per capitulum. communiter gl. seruatur: qa expectantes non sunt plenarie inuestiti. ¶Capio gl. q̃ incipit, sed cum canonici.& quæro, cum sit renuntiatum statuto, ergo omnes p̃bendæ debent esse pares, & sine aliquo priuilegio. Respon. antecedens est falsum: quia antiqui canonici non renuntiauerũt suis p̃bẽdis. ¶Capio gl.pe.& no.q illud, qđ fit lite pendẽte, debet cassari.¶Oppo.qa in personali actione, uel iudicis officio nõ ɔ̃hitur uitiũ litigiosi, s. ita q res nõ possit aliter alienari, ut C. de liti.aut.litigiosa. Sol. hoc ideo, quia istud remediũ personale unitũ erat reali in canonicatu iã adepto; & ideo sapit naturã realitatis, sicut

55 actio mixta, arg. in l. diuus. ff. de petitio. hær. ¶ † Quæro, quo iure canonicus petat sibi assignari pbendã, q de nouo uacat? rñ. officio iudicis, in quo summatim proceditur. sed certe nostrum ca. innuit contrarium: quia hic fuit lis contestata. dic ut j in rub. de offi. iud.
56 p Inn † ¶ Quæro, nunquid papa uidetur de se reuocare totũ negociũ, si incipit de eo cognoscere, uel alij delegat ex certa scientia? & dic, q sic inter easdem personas, nõ inter alias. Idem ait, q quando de eadem re litigatur coram pluribus iudicibus, ad unũ ipsorũ debet remissio fieri, si hoc petat reus: sed si non petit, te-
57 net uterque processus. tene mẽti. ¶ † Pone enim, q Perusinus cõmisit homicidiũ Florentiæ: est accusatus Perusij, & Florentiæ, potest ubique condẽnari, nisi de se petat ad unũ remitti, quod etiam per procuratorẽ petere poterit: quia nõ tangit crimen, nec excusationẽ criminis. Et Ia. But. male determinauit in quæstione de Rauagense, q exceptio banni in illa quęstione, qualitercunque opposita, & qualitercunque pronuntiare tur sup ea, in effectu erat absolutoria, & ideo de enernatione criminis sub quacunque figura uerborũ, imò potius quadam cauillatione non debuit admitti procurator ad opponendum exceptionẽ bãni, nec fuit admissus per curiam; & ita disputãdo determinauit Iac.
58 de Bel. ¶ † Modo quærò, quid si contra principalẽ proceditur Perusij de homicidio, ꝯ mandatorem proceditur Assisij? Modò principalis petit se remitti ad iudicem Assisij; uel mandator ad iudicem Perusinum, nunquid ista remissio debet fieri? uidetur quòd sic. quia unum est delictum in substantia, ut not. Cyn. C. si reus accu. mor. fue. quia una est mors, & nõ plures, sicut si duo inciderent unam arborem, una est incisio, & non plures. Itẽ cõtinentia causæ nõ debet diuidi. C. de iud. l. nulli. Item per titulũ. ff. de quibus reb. ad eundẽ iudicem eatur. In contrariũ vr: quia separata sunt territoria, & tribunalia, & unũ non deseruit alteri, nec habet aliquid cõe cũ altero. Sic igitur ql̃ibet iurisdictio per se discernitur. ff. de iur. om. iud. l. si familia, in gl. & ff. de manumis. l. apud eum. Nisi forte sint ciuitates fœderate; & tunc debet deferri digniori, ar. ff. de cap. & postli. reuer. l. non dubito. sed in eodẽ territorio maius tribunal p̃ualet, ut no. Bar. ff. de custo. reo. l. ij. §. fi. & ex receptis coram uno, tunc alter poterit se funda-
59 re, uel adminicula sumere. ¶ † Conclusiones Collectarij super isto c. sunt, q licet sit ruptus numerus canonicorũ, non tñ est ruptus numerus pbendarũ: sed debẽt expectari, quòd uacẽt: quia canonicus põt recipi sub expectatione pbendarum s̃m Inn. ideo dicit hic Inn. q in isto c. per statutum erat taxatus numerus nõ tm̃ præbendarum, sed etiam canonicorum: aliter canonici nõ dicerentur fregisse numerum præbendarũ: quia qđ nõ mutatur, stare non prohibetur, ut C. de appel. l. præcipimus. uel dic, q ideò hic utrunque intelligitur mutatũ: qa iustitia hoc suadet pp fructus, seu reditus
60 excrescẽtes & hæc uera. ¶ † Alia conclusio est, q laicus põt hr̃e pbendã. idẽ tamẽ nõ uocabitur ad electiones; & sic fit conuersus, nisi uocaretur de gr̃a, ut in c. ex eo, de elec. in fi. lib. 6. ¶ Quod dicit de præbẽda, debet intelligi, q conuersi laici possunt habere pbendas in ecclesia: sed laici, qui non sunt de corpore ecclesiæ, nõ possunt hr̃e præbendas stricto sumpto uocabulo, nec possunt interesse electionibus p̃latorum, nec aliis dispositionibus ecclesiasticis. j de elect. Cumana. Intellige, ut nõ participent in actu dispositiuo: sed tanq̃ testes, uel tabelliones bene possunt interesse, ut dicã, j
61 de iu. c. decernimus. † Alia conclusio, q canonici sub expectatione non sunt uocandi ad actus electiuos, uel solennes, nisi possessionẽ fuerint adepti, nõ per se, sed per illũ, cuius authoritate debent adipisci. allego Ar-
62 chi. in c. eum qui, de pb. lib. 6. ¶ † Alia conclusio est, q eo tpe, quo quis est receptus in canonicũ, debet habere partẽ de bonis cõibus, & de mensa cõi. & si tractet de eis alienandis: quia sua interest, debet uocari. j de
63 præb. c. dilectus, de elect. c. in Genesi, in fi. † ¶ Alia conclusio est, q si una pbenda tm̃ sit supernumeraria, & quatuor, pone, canonici sunt supernumerarij, non diuiditur illa præbẽda: quia esset ꝯ ius: sed dabitur prius recepto in canonicũ. nec põt capitulũ gratificari: quia gratificatio nõ hẽt locũ post, q̃ alteri ius est quæsitum rõne prioritatis, ut in c. duobus, de rescrip. lib. 6. adde, si esset dubiũ, quis primo esset receptus, locus esset gratificationi, arg. ff. de leg. ij. l. si qs seruũ. §. si inter duos. uel de concordia poterit sopiri ista q̃stio, ut ff. de usu-
64 fru. l. quoties. ¶ † Alia conclusio est, q præbenda adeò hẽt respectum ad canonicatum, quod collata præbenda, quæ consueuit assignari canonico, etiam canonicatus uidetur collatus esse 1. q. 3. si quis obiecerit. has si qdẽ superius cõclusiones examinauerã: sed ideò recẽsui, ne fama eorum, à quibus didicimus, supprimatur.
65 ¶ † Extra not. arg. quòd si principali doctori sunt deputatæ scholæ magis honorabiles, quòd assumpto ad principalem lecturam tacitè illæ scholæ debeantur: & si plures sunt assumpti loco eius, debeantur digniori & antiquiori prærogatiua uirtutis, & temporis, ut l. j. ff. de albo scrib. & l. semper. ff. de iure immu. saluo, si in eodem instrumento essent simul. nam tũc primo nominatus censetur dignior, uel saltẽ principalior apud mentem loquentis, ut ff. de hære. instit. qui soluendo non erat duos Apollonios; & mortuo primo statim succedit secundus in schola sine alia deputatione per eandem legem. ¶ Item si sunt duo officia unita, uel annexa duo salaria uni cathedræ, propter annexionẽ sufficit alterum nominari, ut leg. & not. in auth. iudices si-
66 ne quoquo suffr. §. illud. ¶ † Sed pone omnes canonici mortui sunt: deinde alij creati, nunquid est opus simul creari præbendas? Rñ. nõ: quia eadem corpora & limites perseuerauerunt, sicut ecclesia non indiget reparatione, licet reparetur prælatus, ut l. sicut, in §. fin. ff. quod cuiusque uniuer. no. Item si duo sunt præbendarij, & unus decedit, præbenda mortui alteri non ac-
67 cedit: quia uacat, & respicit successorem. † ¶ Porrò quælibet præbenda potest dici ager limitatus, & in agris limitatis non habet locum ius accrescendi, ut ff. de acquir. re. do. l. in agris: quia distantia corpora nõ possunt ad unum corpus uniri, nisi amotis terminis distinctiuis, ut ff. communia prædio. l. si quis duas.

SVMMARIVM.

1 *Causa ecclesiarum per constitutiones laicorum diffiniri non debent.*
1 *Libertati ecclesiæ contraria semper tendunt ad damnum ecclesiæ*
2 *Laici debent parere clericis, in eo, quod spectat ad iurisdictionem clericorum.*
3 *Processus, qui fundatur super statuto inualido, est nullus ipso iure.*
4 *Sententia erronea an sit ipso iure nulla.*
5 *Processum nullum qui dicit, debet probare causam, quare sit nullus.*

Laici

9 *Laici non possunt etiam in fauorem ecclesiæ, uel clericorum facere statuta disponẽtia de reb. uel personis ecclesiasticis.*

7 *Statutum, quòd minor 25. ann. non possit testari sine authoritate curatoris, non tenet in præiudicium Clerici cui minor, sine curatoris authoritate testatus, reliquit.*

8 *Statutum prohibens alienari in clericos, si principaliter in eorum odium, non ualet: si uero principaliter fauore reipu. ad hoc nè suis redditibus fraudetur, ualet tanquàm rationabile.*

9 *Laicus per statutum municipale si sit tutus contra creditorem præscriptione triennij, & factus sit clericus, an uirtute ipsius statuti poterit se tueri in curia episcopali.*

10 *Statutum æquiparatur sententiæ diffinitiuæ, quæ per mutationem fori uires non amittit.*

11 *Quæstio inter duos laicos si sit coram episcopo, an episcopus debeat sequi statutum laicorum.*

12 *Laico an possit dari ecclesia ad firmam.*

13 *Bona clericorum, si clericatus occasione quæsita, eodem iure censentur cum bonis ecclesiæ, secus si hæreditario iure sint quæsita.*

14 *Statutum laicorum super rebus ecclesiæ, uel clericorum per Papam confirmatum, facta speciali clericorum, uel ecclesiæ mentione, perinde seruari debet ac statutum Papale.*

15 *De eo, quod excipi necesse est, cogitatum non uidetur.*

16 *Iudicium ex parte antè citationem, ex parte post pronunciationem, in medio discussionem requirit.*

17 *Actor, si usque ad finem instantiæ stetit, quòd nihil fecit in causa, intelligitur non probasse. & reus diffinitiuè absolui debet si autem stetit per iudicem ualet absolutoria, tamen appellatur iuridice.*

18 *Præcepti sententia, lata causa non cognita, iustificata per clausulam & si senseris te etc. citato comparente, & cõtra dicente, resoluitur in simplicem comminationem.*

19 *Probationibus hinc inde omnino paribus insurgit absolutio uel ab obseruatione iudicij, uel diffinitiua.*

20 *Reconuentio in duplicibus iudicijs dicitur potius legis, quàm rei; quare in his, reus nunquam uidetur se astringere ad probandum.*

21 *Iudex, qui habet pronuntiare, nõ potest tenere neutralitatẽ.*

22 *Citari eodem modo quis debet in causa appellationis, quo in principali.*

23 *Appellationis nomine continetur & Nullitas. & Sententia nulla non ualidatur ob non prosecutionẽ appellationis.*

24 *Sententia contra possessorem, uel petitorem lata non factis probationibus, quando ualeat.*

25 *Ubi qui petat non est, nec iudex, etiam factis ex se conscius, condemnare debet.*

26 *Christus, licet esset iudex, & testis, non condemnauit adulteram.*

27 *Credulitas uana an obliget in foro conscientiæ.*

28 *restituere ex conscientia an quis teneatur non petenti, cui se non obligauit.*

29 *testis non est interrogandus de conscientia, quæ potest oriri etiam ex falsis causis.*

30 *Reus si, uidens se succumbere, transferat possessionem in clericum ad hoc ne iudex secularis possit exequi; Episcopi erit uel restituere in pristinam possessionem, uel eam pendente iudicio, sequestrare.*

31 *Clericus rem litigiosam scienter emens ad effectum impediendi executionem iudicis layci an & qua pœna puniri possit.*

32 *Populus Romanus an possit facere legem generalem sine authoritate papæ.*

33 *Statutum si fiat, quòd uendens clericis teneatur soluere in comuni nomine gabellæ unam magnam gabellam, puta decem solidorum pro libra, an sit contra eos.*

34 *Ciuitates quotidie statuunt, quòd non possit uendi non subiectis eorum iurisdictioni.*

35 *Statutum si inducit præscriptionem decem annorum, adijciens quòd obligatio tollatur ipso iure; an ecclesia debitrix laici poterit se tueri hoc statuto.*

36 *Statutum inter subiectos põt tollere naturalẽ obligationẽ.*

ECCLESIA sãctę. a ¶Causæ ecclesiarũ p ɔstitutiones laicorũ diffiniri nõ debẽt.

¶Vide omnino egre per dominum Ale. in consi. in 5. uol.

2 & diuidit in tres partes. In prima thema, quod tacite supponit. Scd'a ibi: nos, decisio qst onis. In tertia, ibi: qđ ergo, cõclusio. ¶Ex pdictis casus huius decretalis ponit in gl. nõ hic, sed ĩ, ut s. pẽdẽ. c. ecclæ. tu dic breuiter. pone, statutum populi Romani erat, ꝙ si reus alienaret possessionẽ li. pẽdẽ. de facto, & sine ullo iudiciorũ strepitu, ꝙ recipiẽs teneat restituere possessionem agẽti. accidit ꝙ eccl'ia sanctæ Mariæ egit ɔ̃ Io. đ Attegia corã iudice. Qui Io. fuit absolutus: a qua snia fuit appellatũ ad senatorẽ: appell. tione pendẽte dictus Ioãnes possessionẽ, sup qua cõueniebaẽ trãstulit in quoddã monasteriũ: monasteriũ locauit possessionẽ alteri. vñ senator ad q̃relã ecclesiæ sanctæ Mariæ dictã possessionẽ eidẽ ecclesiæ restituit, seruãdo ad literã formã dicti statuti. peruenit iste strepitus ad notitiã Papæ: Papa reuocauit ad se negociũ: q̃rebaẽ, qđ iuris. papa attẽdens, quòd laicis ẽt religiosis nulla est attributa facultas super personis, & reb. ecclesiasticis, ẽt in eorũ fauorẽ, qđ a dicto senatore factũ fuerat i p̃iudiciũ monasterij nõ cõuenti, nec ɔfessi uel cõuicti, in irritũ reuocauit, sniaẽr mãdãs dicto monasterio possessionẽ restitui.

1 ¶† No. ꝙ q̃dã fiunt ɔ̃ libertatẽ ecclesiæ, & ista semper tẽdũt ad damnũ ecclesiæ. q̃dã ẽt fiunt in utilitatẽ ecclesiæ, & tñ nõ ualẽt, ut hic. sed quare papa hic omisit facti narrationẽ? rñ. q. per rñsionẽ daẽ factum intelligi, nec oportet, quòd lõga facti series occupet mẽbranas. Ibi, Etiã religiosis. i. catholicis & honestis: q̃a non est quęstio de uita & moribus, sed de ptãte.

2 ¶† Ibi, Obsequẽdi, no. ꝙ laici debẽt parere clericis, s. in eo, qđ spectat ad iurisdictionẽ clericorũ, & sic clerici põt hẽre iurisdictionẽ in laicos. ¶Ibi, & Authoritas imperãdi, no. quòd in statuendo reqritur authoritas imperandi, sine qua statutum est ipso iure nullum.

3 †No. ꝙ ꝓcessus, q fundaẽ sup statuto inualido, est nullus ipso iure, qđ nõ reperiẽ alibi.

4 † & ꝙ erronea snia sit ipso iure nulla, no. ff. đ ar. l. q̃a arbiter, & l. j. C. de erro. calcu. p Cy. alibi no. ꝙ daẽ restitutio i iteg. ff. ad Tre. l. seruo inuito. § cũ ptor. dic, ꝙ est appellãdũ. Si tñ iudex ꝓnunciat ex abrupto, nõ ualet: q̃a omisso medio ordo seruari non potest. non dico, quòd probatio sit

b de substãtia ᵇ iudicij, ut. ff. de edẽ. l. argẽtarius. §. cũ aũt: sed dico, ꝙ media causæ debẽt interuenire saltẽ taliter qualiter, & eo ipso ꝙ ñ ẽ ꝓbatũ satisfactũ est ordini iudiciorũ. ff. đ arbi. l. si de meis §. si. & appellatio ẽ reparatio omissarũ ꝓbationũ. C. de tẽp. l. ꝑ hãc. si ẽ necesse appellari, ergo snia ualebat.

¶Ad eãdẽ materia an statutũ laicorũ sit seruãdũ cõtra clericos in foro ecclesiastico, uide Areti consi. xxv.

5 ¶† Qui dicit ꝓcessum nullũ, dẽt ꝓbare cãm, quare sit nullus, ut not. in l. imperatores. ff. de priui. credi. secundum Azo. sed Io. dicit non plurimi solennitatẽ: q̃a ꝓcessũ est in ɔ̃dictorio iudicio. ¶Si aũt

fit processum de concordia partiũ, præsumitur de processu. ut no. in l.j. C. de fi. instru. & iure hastæ fisca. li. x. ¶Quandoque dr sententia non ualere: quia non est cõformis libello. C. de fideicom. liber. l. fi. tñ iudex uidet cõdẽnasse ẽm formã petitionis, ut no. in Spec. de resti.
6 spoli. §. j. ff. fami. ercis. l. puto. §. j. ¶† Ibi, Cõmodum & fauorem, hoc ideo dicit, quia prætextu statuti ecclesia sanctæ Mariæ erat assecuta fauorem, & quia redundabat statutum ad commodum ecclesiæ, uidebat ualere. cõtrarium est uerum: quia laici non pñt ẽt in fauoré ecclesiæ, uel clericorum facere statuta disponentia de
7 rebus, uel personis ecclesiasticis. ¶† Sed ecce, q statutum disponit q minor. 25. annis non possit facere testamentum sine authoritate curatoris. de iure aũt cõi nõ requiritur in testamentis authoritas curatoris, ut. ff. de lib. leg. l. Aurelio. §. j. & ibi sing. no. Modo de isto testo est qstio corã epo: quia in eo fuit factum legatũ cuidam clerico. Quæritur nunquid sit standũ statuto, uel iuri cõi? & vr hic expssum, q statutum non ualeat quo
8 ad clericum, etiam si alteri clerico prosit. ¶† Idẽ uidetur dicendum, si statutum prohibet alienari in clericũ q non ualet statutũ, qd est uerũ, si principaliter sit factum in odium clerici: sed si in fauoré reipublicæ, ut non fraudetur suis redditibus. i. publicis functionibus, bñ ualet statutum ẽm multos magnos doc. qa sup proprio territorio fecerunt statutum, qd durat ꝓpriũ in suo uniuersali; sicut patet, qd de ꝯtractibus, & delictis ibidẽ factis habet iurisdictionem. de hoc alibi dixi. Et ꝯtractus facti in damnum, siue fraudem fisci non debent fisco nocere; nec minus fauorabilis vr respublica q ecclesia; ut. C. de sac. san. eccl. l. fi. de hoc sunt uariæ opi. quas non prosequor. alibi dixi. ¶No. tñ quod istud statutum non est nudum, i. sine cã. nã, si respublica fraudet in suis redditibus, nõ posset se tueri ab ho-
9 stibus. † Pone, laicus per statutum municipale est tutus ꝯ. creditorem præscriptione triennij, factus est clericus, nunquid uirtute istius statuti poterit se tueri in curia episcopali? Io. An. in c. 2. de excep. li. 6. dicit, q hæc quæstio disputata fuit Bononiæ, & determinatum,
10 q non debet ditari de alieno. † ¶ Tu dic, q clericus mutat forum, tñ non perdit, qd sibi est quæsitũ. s. ius uigore statuti, ut no. ff. de le. j. l. nemo potest, ubi est glo. sing. & dico, q statutum æquiparatur sñiæ diffinitiuæ, quę non perdit uires suas fori mutatione, ut. ff. de iur. om. iu. l. cũ quædã puella. Et est rõ, quia hæc exceptio in pteritum æstimat, i. anteq esset clericus, ar ff. si cert. pet. l. proinde, nisi forte quis diceret ex quolibet ꝯtu nasci non solum obligationem ciuilẽ, sed canonicam, quæ per statutum tolli non potest. sed de hoc non habemus aliquẽ text. q istæ sint duæ obligatiões: sed hęc est una utroque iure cognominata; & iõ una pscriptio sufficit, ar. ff. de tut. & ratio. distra. l. j. §. in tutela. quem
11 tex. pondera in rõne sui. ¶ † Sed pone, q est quæstio inter duos laicos coram epo, nunquid eps sequitur statutum laicorũ? rñdeo sic. nã & sñiam iudicis laici mandabit executioni, ut elegãter no. In l. ex ea. ff. de postu. ibi, in qua præses fuit, qui sñiam dixit. 96. dist. bene quidem. ¶Ibi, Quod, ergo nota tria motiua papæ. Primũ pp iudicis incompetentiam. Secundum pp statuti nõ ualentiam. Tertium propter inordinatum processum. ¶Ibi, Reuocantes, no. quod executio [a] male facta debet retractari. ¶Ibi, Sentẽtialiter diffinimus, no. reuocatoriam possessionis esse diffinitiuam, & sententialiter promulgandam. ¶Capio primã glo. & no. q laici de spiritualibus uel temporalibus ecclesiæ, uel clericorum nihil possunt disponere. Item non potest in eos compromitti per clericos, uel de rebus ecclesiarum. Ber. ergo nec de causis ecclesiasticis, ut de usuris, de qui-
12 bus dubitatur, an sint usuræ. ¶† Quærit hic collectarius, an laico possit dari ecclesia ad firmã ita, q percipiat oblationes fideliũ, uel relicta ecclesiæ pro aia? &
13 dic quod non ẽm Hosti. † ¶Secunda glo. dicit, q bona ecclesiarum, & clericorum censentur eodem iure. quod uerum puto indubitanter in rebus acquisitis occasione clericatus. Sin autem hæreditario iure successit, onera hæreditaria implere debet, de hoc in Spec.
14 de cleri. coniu. ubi uideas. ¶Tertia glos. dicit, quòd si papa approbat statutũ laicorum super rebus clericorum, & ecclesiarũ, q statutum est seruandum tanquam statutum papæ. quod intelligo, si noiatim est facta mẽtio de clericis, & ecclesijs: aliter non continentur in generali sermone, ex quo posset eorum libertas infrin-
15 gi. † Nam non vr de eo cogitatum, quod necesse est excipi, ar. ff. de fideic. liber. l. cum fidei, & quia pœnale est statuentibus, & pœnalia requirunt specialem mentionem, uel expressioné, ut l. 3. §. si procurator. ff. qd quisque iur. Item generalis locutio non tollit priuilegia specialia, ut sing. no. in l. decurio. C. de silen. li. 12.
16 ¶† Capio glo. quæ incipit, Bene dicit. & no. q citatio est principium, & fundamentum ordinis antæ iudiciarij. Adde. ¶Item monitio facta parti præsenti, ut dicit gl. cõis & notabilis. C. quõ & qñ iud. l. 2. Iudiciũ ex parte ante requirit citationem, ut insti. de pœna teme. lit. § fi. Ex parte post requirit pronuntiationem, ut. ff. de iu. l. de qua re. In medio requirit discussioné, & occasione discussionis requirit dilationes, testiũ productiones; & reliqua, quæ per ordinem ponuntur. j. de pba. c. qm ꝯ falsam. & si iudex non discusserit, aut stetit per partem; & imputet sibi pars, ut. ff. de eden. l. argen-
17 tarius. §. cum aũt. ¶† Et nota, q si actor usque ad finẽ instantiæ stetit, q nihil fecit in cã, intelligitur non pbasse, & imputet sibi: quia sciebat eius probationes nõ durare; unde reus est absoluendus non solum ab obseruatione iudicij, sed diffinitiuæ, ut no. per Bart. ff. de iureiu. l. admonẽdi. aut stetit per iudicem, quia noluit admittere testes, uel instrumenta; & ualet sñia: tñ põt iuridice appellari. ff. de peculio. l. eo tempore. j. de ap-
18 pe. c. interposita. † Vnum scias, q sñia præcepti lata sine causæ cognitione iustificata per clausulã. & si senseris te grauatum. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. meminisse, citato [b] cõparente & ꝯdicẽte resoluit in simplicẽ cõminationem, ut. C. cõmina. uel epist. l.
19 interlocutio. † Itẽ scias, q si vtraq; pars pbauerit, una unũ, & altera pars ꝯriũ, nõ tñ ita q altera pars pponderet alteri in pbãdo si quidem reus libellum suum formauit agendo, sicut actor, absoluitur hincinde uterque ab obseruatione iudicij, uel forte etiam diffinitiuè: quia actor, qui non probauit melius, quàm reus propter parem conflictũ probationum nil probasse uidetur, cum iura partium sint obscura. & cætera dicam. infra. de proba. ca. licet.
20 Tñ † ẽt illud no. quod in duplicibus iudicijs, ubi reus uidetur reagere ex quadam necessitate, nũquam reus vr se astringere: quia ista est reconuentio legis potius, quàm hominis; & ideo non est uoluntaria; qua pro-
21 pter reus absoluitur, ut. ff. de iudi. in l. in trib. † Porrò iudex

a ¶*Vide alle. per dom. Ale. et mod. in l. si pacto, quo pœnam. C. de pactis.*

b ¶*Vide omnino per de. Iaso. in l. nec quicquam. §. ubi decreto. ff. de o. pro. procon. & leg.*

iudex, qui hēt pronūciare, nō pōt tenere neutralitatē, sed habet se ad alterum declinare, prout rationabilis animi motus dictat, uel sibi, uel iuris priuilegiū, ut. ff. manumis. l. Iul. Item si plures sunt iudices, uel arbitri, & uni sit liquidum de causa, alteri non; unusquisque se quat cōscientiā suā, ut dicit lex illa nota. ff. de arb. l. si de meis. §. fi. & sic satisfaciēt statuto arctanti ad pronūciandū. nā debent obedire statuto etiā de facto. ¶ Opponit gl. quia hic eramus in causa appellationis; unde poterat ꝓcedi parte absente. ¶ Sol. illud uerum, si absens citetur: qa tunc hr̄ pro præsente: aliter secus. Ber.
22 †eodē modo qs debet citari in causa appellationis, sicut in principali; & sic requiritur trina citatio, uel peremptorium, quod debet uenire ad notitiam citati in hoc casu ſm Ber. quod est not. dignū, & menti tenēdū. ¶ Sed opponitur, hic non erat actum de nullitate, sed
23 appellatum; qūo ergo reuocatur in irritū. † Rñ. hęc est natura appellationis ꝓpter lites abbreuiandas, ut nomine appellationis contineatur nullitas, ut sing. not. in l. j. C. quando prouoca. non est neces. Et tñ si sñia est nulla, nō confirmatur per appellationem nō prosecutam: qa nō pōt transire in rem iudicatā; unde non inducitur desertio. Fatalia enim nunq̃ habent locum, nisi ubi sñia pōt transire in rem iudicatam lapsu tpis. Nam nullitas fomentum non recipit, ut ff. de app. l. si
24 expressim. ¶ † Oppono, dicitur hic, ꝙ nō ualuit, quicquid factum fuit ꝯ monasteriū, nullis factis probationibus ꝯ ipsum. imo ualet: qa lege cauetur, qđ in causa appellationis non probatū ꝓbabo.[a] C. de tēpo. app. l. per hāc. ff. quod cum eo l. fi. ergo licet deficiat probatio, tamen tenet sententia: aliter non fieret mētio de appellatione, sed de nullitate. Sol. lata contra possessorem, est etiam in possessorio ipso iure nulla, ut hic. lata contra petitorem ualet, si iurisdictio suffragatur. uel dic, ꝙ aut est processum cum ordine; & tunc ualet, licet probatio sit insufficiens. ff. de quæstio. l. maritus. ff. de eden. l. argentarius. §. cum autem. text. est no. aut sine ordine; & tunc non ualet, ut. ff. de re iud. l. si cum nulla, & not. in l. prolatam. C. de senten. & interlo. om. iud. ¶ Quò ad primum dicit Cassiodorus in libro uariarum, quicquid non discutitur, iustitia non putatur. Quò ad secundū dicit lex, si forma ordinis non seruetur, ipso iure nihil agitur per iudicē: sed si pars consitetur, ualet id, qđ agitur per partem, ut ꝯ de rest. spol. c. Pisanis. de forma ordinis est, ꝙ dentur dilationes ad liquidandum negotium, si petantur. & nota tria. s. citatū, confessum, uel conuictū. ex quo datur intelligi, ꝙ sufficit sola confessio sine aliis adminiculis tam in ci-
25 uili, q̃ in criminali 2. q. 1. nos in quenquam. ¶ † Nota, si nemo petat, nemo condemnat, etiā si iudex certus sit, siue habeat expressam & euidentē scientiā, siue cōscientiā. i. tacitā & occultā cordis scientiā, sicut accidit in secretis secretorū, quæ nemo nouit, nisi Deus, ipse, ut no. ff. de pact. l. iuris gentiū. §. pactorū. Iudex enim debet sequi publicam conscientiam, seu legis pceptū, non priuatam suam conscientiam: quia officiū suū est
26 publicū, non priuatū. † Vñ licet Christus esset iudex, & testis, non tamen condemnauit adulteram: quia nemo eam accusabat, nec erat in iudicio uocata, dicens: Mulier quis te accusat? quæ ait, domine nemo. tunc Christus, nec ego te condemno. Vnde, si nemo petat, siue qs non sit citatus, siue nō sit probatū, siue libellus, & tota forma peccet in forma, siue peccet in causa, non est cōdemnandus. Sed quid si reus dicat, ueritatem nescio, tamen conscientiam habeo? Respond. nō fatetur, nisi
27 dicat, credo, ꝯ de resti. spol. cum ad sedē. ¶ Sed nunqd uana credulitas obliget in foro conscientiæ? & uidetur ꝙ sic: quia iam est in corde suo mæchatus, licēt
28 actualiter non teneatur. ¶ Sed nunquid ex conscientia teneatur quis restituere non petenti, cui se nō obligauit? Respon. sic, si cōmode posśit restituere. i. absque suo dāno. secus, si incurreret damnū; ut qa pderet regressum contra suū authorem: qa ordinata charitas incipit à seipso; & ideo nemo tenetur magis diligere alium, quam se, ut C. de ser. & aqua. l. pses. ¶ Sed nunquid teneaſ seruare cautelā, q̃ hr̄ in l. at qui natura, in §. cū me absente. ff. de neg. gest. respō. nō qa ad illā uiā nō est obligatus, nisi administrator negotiorū absentis, nemo enim tenetur esse procurator alterius, ut ff.
29 ad Treb. l. postulante. ¶ † Et scias ꝙ testis non est interrogandus de conscientia, q̃ pōt oriri etiam ex falsis causis: quia nō pertinet ad testem scire nisi ueras causas, ut notabiliter dicit tex. in auſ. de consue. recti. feu.
30 §. fi. † Item no. quòd per istud c. vr̄ inuenta talis cautelatio, ꝙ reus, qui uidet se succumbere, transferat possessionem in clericū; & tunc iudex secularis non poterit facere executionem. Sed contra istam iniquitatem succurriſ: quia fiet per episcopum repositio possessionis in pristinū statū, & cogetur reus promittere de iterum non transferenda possessione in alium, ar. ff. de pet. hære. l. diuus. uel deponere possessionē apud sequestrū ita, ꝙ ad mandatum iudicis libera posśit fieri executio, ar. ff. de dolo. l. si oleū: qa reus facit se nō solū suspectū, sed ēt à possessione alienum, ar. ff. de aliena. iu-
31 di. mu. causa facta l. p. 96. dist. sed cū miles † an iste clericus punietur pœna seuerissima, non dico ultimi supplicij, sed ea, q̃ posśit sibi adaptari per similitudinem, siue cōparationē pęnarū, pro ut no. Inn. ꝯ de ac. c. qualiter? Quæstio stat in hoc, an simplex clericus, qui nō est in aliqua prælatura dicatur potētior ita, ꝙ habeat locū contra eum ille titulus, ne liceat potentiorib. & determinat Cy ꝙ nō, C. de procura. l. qui stipēdia, ubi uideas. Ibidē ait, ꝙ si clericus est coniuncta persona, non præsumitur fraus, quod intelligitur ex genere ꝑsonarū. sed ex genere causæ sic, q. efficitur durior cōditio actoris. Ibidem ait, ꝙ nobilior præsumptio debet[b] attendi. facit. ff. de excu. tut. l. tutor petitus, §. quæ tutoribus. nam si cœna[c] pōt duci sine crimine, nunq̃ præsumā delictū, ut no ff. pro so-
32 cio l. merito. ¶ † Quæro, nunqd sine authoritate papæ populus Romanus posśit facere legē generalem? respondeo non, primo propter iurisdictionem translatam in Cæsarem. secundò propter imperium translatum de Græcis in Germanos. tertio quia dictum statutum haberetur in contemptu, & non seruaretur. Igitur nec senatus populi Romani: quia in desuetudinem abijt, unde Roma habet senatorem, sed non habet senatum: sed legem municipalem in ipsa urbe bene facere posset, nisi esset contra clericos,
33 uel ecclesiam. ¶ † Sed nunquid est contra eos, si fiat statutum, quòd uendens eis teneatur soluere in communi nomine gabellæ unam magnam gabellam, puta decem solidorum pro libra? & uidetur quòd non, quia lex impon tur subdito. ¶ In contrarium uidetur: quia in fraudem libertatis, & in præiudicium ecclesiarū. ff. de con-

[a] ¶ Vide per Feli. ad ho: in c. ad audientiā, el q. infra de rescriptis.

[b] ¶ Nobilior præsumptio debet attendi.

[c] ¶ Si cœna potest duci sine crimine, nunquam præsumam delictum.

de condi. & demonst. l. hæres meus. §. fi. Pro prima parte facit, quia ecclesia non læditur in acquisitis: sed certa forma in acquirendis datur. ff. de cond. & demonst. l. Titio centum. § j. ille tamen. §. concludit circa causam lucratiuam, non onerosam. Item ciuitas potest iura fiscalia conseruare, nec tenetur pati quòd diminuãtur. quia uera & ordinata charitas incipit à seipso, &
34 est de iure naturali.† Nam quotidie statuũt ciuitates, ne possit uendi non subiectis. ff. de pig. l. in quorum.
35 ¶†Sed pone, statutum inducit præscriptionem x. annorum adijciens, q; obligatio tollatur ipso iure. nunquid ecclesia debitrix laici poterit se tueri hoc statuto? & uidetur quòd non, ut hic, & 96. distin. bene quidem. ¶Præterea agnitio [a] debiti interrumpit præscriptionẽ; sed ecclesia in conscientia sua cõtinuatiue agnoscit debitum; ergo nunquàm præscribit. Præterea, quod quisque iuris in alterum statuerit &c. Item contrariorũ eadẽ est disciplina. Item quod tibi nõ uis fieri, alteri ne feceris. Item secundum Iac. But contractus non præscribuntur; ergo nec obligationes ab eis radicatæ. Ergo impossibile est, q; cursus temporis tollat ipso iure. ff. de actio. & obl. l. obligationum fere. §. placet. & nunc intelligis rationem uiuam illius. §. Item bona fides non rapitur temporis cursu. Item naturalis obligatio est de iure naturali naturæ rationalis; er-
24 go non tollitur per ius municipale. ¶†Bart. dicit, q; inter subiectos statutum potest tollere naturalem obligationem, quia & pactum. ff. de usuca. l. sequitur. §. si uiam. ff. de ædil. edic. l. quod si nolit. §. si quid ita. intellige dictum suum in statuto populi, non in statuto prætoris, puta episcopi, uel rectoris Marchiæ Anchonitanæ: quia eius sententia non tollit obligationẽ naturalem. habes simile, quia facultas abstinendi data à prætore non potest tollere ipso iure existentiam sui hæredis. ff. de uulg. subst. l. filius, qui patri: quia existẽtia sui hæredis est de naturali instinctu, qui non potest ab ossibus separari. Bal.

a ¶*Vide omnino egregie per dominũ Ale. in §. uolum.*

SVMMARIVM.

1 *Actum de sui natura reuocabilem qui facit, siue reuocare teneatur, siue non, potest contra proprium statutum uenire. Item & qui irreuocabilem ubi error interuenit, & res nec sententia, nec iuramento, nec transactione decisa est.*
2 *Pœna priuationis à communione, quæ propter contumaciam per constitutionem infertur, intelligitur temporalis.*
3 *Mora purgari potest ad excipiendum, uel liberandum, non ad obligandum, uel agendum.*
4 *Magistri & doctores faciunt uniuersitatem, & legem sibi ipsis imponunt.*
5 *Magistri societatum possunt contumacem à matricula abolere.*
6 *Commonitio triplex fieri debet in criminalibus.*
7 *Rebellis dicitur, quisquis non paret magistratui.*
8 *Doctor extra collegium constitutus non potest aliquem doctorare.*
9 *Contumacia infamiam non irrogat.*
10 *Monachus propter contumaciam expelli potest à monasterio.*
11 *Pœnæ duratio regulatur à tempore expresso in impositione ipsius pœnæ, si adiectum sit; sin minus, ubi ordinarie processum, & diffinitiue pronunciatum sit, perpetua est, ubi uerò extra ordinem, & interlocutoriè, expirat cum iurisdictione pronunciantis.*
12 *Relegatio à populo ob delictum iniuncta perpetua est, à Iudice uerò iniuncta expirat unà cum ipsius imperio.*
13 *Bannitus elapso tempore banni adhuc se potest excusare, nisi statutum ex tunc habeat pro confesso & conuicto.*
14 *Mora purgari non potest elapso termino à lege ad purgandum præfixo.*
15 *Suspensus à communione uidetur suspensus ab ordine magistrali.*
16 *Bannitus in contumaciam an possit impune offendi positis duobus statutis altero, quòd contumax habeatur pro confesso, altero, quòd bannitus pro maleficio possit impune offendi &*
Contumacia an dicatur maleficium.
17 *Culpa commissionis maior est quàm omissionis.*
18 *Pœnæ qualitas delicti arguit qualitatem. &*
Sententia condemnationis spectari debet. in ea enim ius consistit, & uirtus.
19 *Contumaciæ inferentis confessionem delicti, uel augmentum, eadem pœna est, quæ & ipsius delicti. secus uerò est in ea, quæ solum iudicis contemptum inducit.*
20 *Canonica citatio, siue admonitio tunc est legitima, quando est trina.*
21 *Monitio trina aduersarij an requiratur in restituendo, sicut in priuando.*
22 *Positus ad confinium usque ad annum, si confinium seruauerit, potest redire, sine ulteriori iudicis declaratione, tutius tamen agitur si ea præcedat.*
23 *Tridui terminus à lege præfixus breuis non dicitur, secus si à iudice.*
24 *Dispositio simplex intelligitur perpetua.*
25 *Sententia si perpetuam de præterito causam habeat perpetuò afficit, si temporalem, & in futurum protensam, ut contumaciam, temporaliter.*
26 *Dictio. In perpetuum in statuto solam contumaciam puniente interpretatur, id est quandiu contumacia durauerit.*
27 *Tempus indefinite prolatum habet significare decennium, nisi temporis declaratio omissa sit per errorem, uel obliuionem formæ inter partes prius ordinatæ. quia tunc uitiaret.*
28 *Excommunicatio Doctoratum non eradicat, sed eius usum tollit.*
29 *Decreto domini ducis Mediolani si cauetur, quòd omnes banniti euntes in exercitum Mantuæ, in integrum restituantur, & accidat quòd bannitus pro furto qui iuit ad exercitum interim committat homicidium, an condemnatio furti debeat cancellari.*
30 *Vsurarius manifestus iuxta c. quanquam de usur. fideiussores dedit, ysque illico effectis non idoneis decessit, utrum ualeat eius testamentum.*
Et quid si dederit ab initio non idoneos, qui tamen postea ditiores effecti sint.
Et an, si post datos fideiussores aliquas usuras exegerit, pro ijs duntaxat cauere debeat, uel pro omnibus.
31 *Quod cessat per paupertatem, per contrarium uires assumit.*
32 *Cautio post factum reconciliat actum.*
33 *Detrusus per sententiam si quis sit in monasterium, an intelligatur detrusus in perpetuum.*
34 *Causa ab homine ex parte anteposita restringit ante causatum: sed causa ex parte post non restringit.*

Statutum

35 *Statutum dicens, quòd qui non soluit condemnationem. in-
fra. mensem, cogitur soluere cum quarto pluri: si alio
statuto caueatur, quod condemnationes pecuniariæ male-
ficiorum possint computari in apodixijs, excepto crimine
adulterij. an istud quartum plus possit computari, & an
istud quartum plus dicatur pœna adulterij, uel pœna
contumaciæ.
36. *Fideiussores dandi sunt de isto quarto pluri.*
37. *Statuto si caueatur, quòd in maleficijs reus debeat ter citari,*
an sufficiat unica citatio pro tribus.
38 *Bannitus in pecunia, si ex forma statuti possit impu-*
ne offendi an dicatur condemnatus de crimine capi-
tali.

X LITERIS. ¶Quædam sunt delicta,
in quibus admittitur purgatio, & ita lo-
quitur hic: quædam, in quibus non admit
titur purgatio; & ita loquitur. ff. de fur. l.
qui ea mente. quædam sunt, in quibus p-
acta pnia admittitur dispensatio, ut. infra. de iudi. c. at
si clerici. quædam, in quibus admittitur pœnarum cō-
pensatio. ff. de infami. l. quid ergo. §. pœna grauior.
quædam, in quibus admittitur delictorum confusio.
ff. solu. mat. l. utro atque uxore, & l. cum mulier, & C.
1 de inoffi. testa. l. in arenam. ¶† Not. quòd si facit ali-
quis actum de sui natura reuocabilem tenetur reuo-
care, & tunc potest uenire con-
tra statutum [a] suum, ut hic. Si ue
rò non tenetur reuocare, tūc aut
est talis actus, qui de sui natura
est reuocabilis, & idem, ut. l. qui
mortis. ff. de dona. cau. mor. nec
dicitur uenire contra statutum
suum: quia hæc potest extrinseca
natura actus, ar. ff. de uerb. ob. l.
qdā cū filiū. aut est actus de sui natura irreuocabilis? &
tūc nō pōt uenire ꝯ, nisi interueniat error, ut. ff. fami.
ercis. l. qui hīs erat. & hoc, si res nō est decisa per diffi
nitiuam sententiam, transactionem, uel iusiurandum,
quia tunc prætextu erroris non posset reuocare, ut.
2 ff. ad Treb. l. Lucius. §. fin. ¶† Pœna priuationis a com-
munione, quæ propter contumaciam per constitu-
tionem infertur, intelligitur temporalis, & habet duas
partes. Primo ponitur statutum, & factum, ex quo or-
tum est dubium. Secunda ibi, quia tamen, ponitur du-
bitationis diffinitio continens rationes tres. ¶Casus.
Magistri Liberalium artium Parisijs commorantes,
quia ab antiqua & laudabili consuetudine in quibus-
dam articulis deuiarant, uolentes ad laudabilem con
suetudinem redire, statuerunt interposito iuramen-
to, quòd si quis magistrorum uniuersitatis ordinatio-
ni ipsorum temere duceret resistendum ita, q tertiò
commonitus intra triduum uniuersitati magistrorū
non pareret, esset hoc ipso beneficio societatis eorum
priuandus. Ideoque unus, qui non obediuit, fuit pri-
uatus: tamen postea redit ad obedientiam, & ens ad
communionis consortium in magistralibus reintegra
ri. dubitabatur quid iuris. Nam quidam dicebant eum
perpetuò remanere priuatū, & q non poterat recipi
nisi per papam p p iuramentum. Alij dicebant, quòd
poterat recipi purgando contumaciam cum satisda-
tione condigna. papa mandat eum recipi tribus rōnib.
Primo, quia nō fuit priuatus in perpetuū, cum hoc nō
erat expressum in ipsa priuatione, nec exprimi debue
rit. Secundò, quia nec de iure, nec de more ecclesiæ, est
obstruere uiam uolentibus uenire, redire, & obedire.
Tertiò, quia natura contumaciæ est, ne ultra pro gre-
diatur pęna, quàm delictum: quia cessante contumacia
cessat & pœna. & ideo papa mandauit magistris, & uni
uersitati prædictæ, quòd non obstante quòd fuerit pri
uatus, in magistralibus admittatur. ¶ Ibi ex literis, u-
niuersitas magistrorū scripsisit papæ, quid haberent
3 agere: quibus respondet ibi, Deuotionis. ¶† Not. sty-
lum scribendi, qñ papa scribit uniuersitati. Ibi, fide p-
stita, idest iuramento præstito de non reuocando sta-
tutum uel dic de obediendo. nec obst. C. de trans. l. si
quis maior. ubi periurus efficitur infamis: quia ibi loq
tur respectu ꝯtus hic respectu
[b] iudicij. Nā i iudicijs benignius,
agitur quò ad purgationem mo
re: quia ēt ubi est dies & pœna ad
mittitur purgatio more, ff. si qs
cau. l. & si post tres. & quòd hic
sumus in iudicio, non in pleno
ordine iudiciario, tñ sumus in
iudicio qualiquali; quod osten-
dunt monitiones. ¶Adde, an pos
sit purgari mora? dic quòd sic ad
excipiendum, seu liberandum, ut
hic. sed non ad obligandum, uel
agendum. ff. de fideicom. liber. l. Thais. §. intra tale, qd
4 ualde no. ¶Ibi, Vniuersitatis ipsorum, scilicet docto-
rum. & sic no magistros & doctores facere uniuersita-
tem. de hoc. C. de iur. om. iud. l. fi. per quam imponunt
sibijpsis legem etiam pœnalem & priuationis. ergo pœ
na priuationis, uel dematriculationis non est meri im
perij: quia uniuersitas doctorum non habet merū im-
perium. ¶Vel dic, q imò habet merum imperium, si-
cut magister militū inter milites pro militari delicto.
5 † Ex hoc not. quod magistri societatum contumacē
6 pñt a matricula abolere. ¶† Ibi, Commonitus, no-
ta de triplici cōmonitione fienda. Sed vr̄, quòd suffi-
ciat una, ut not. C. quomodo & qñ iud. l. 2. Sol. ibi lo-
quitur quò ad processum causæ; non quò ad priuatio-
nem bñficij, uel matriculæ. unde in causis criminalib.
nunquam puto unicam monitionem haberi pro perē
ptorio. quia ubi maius periculum uertitur, ibi cau-
7 tius est agēdum, ut. C. de app. l. addictos † ¶Ibi, resistē
dum, rebellis dr̄ quisquis nō paret magistratui, ut no.
in l. si certarum §. ult. ff. de mili. testa. non tamen ex
hoc dr̄ esse rebellis reipublicæ, nisi sit hostis. ut. ff. de
capi. dimi. l. ambitione. §. qui deficiunt. Ibi, Intra tri-
duū quod incipit post tres monitiones secundum for-
mam istius statuti, arg. d. l. & si post tres. Ibi in magi-
stralibus, puta consilijs conuenientibus, & al'js ipsorū
8 libertatibus. ¶† Et no. q doctor extra collegium con-
stitutus non potest aliquem doctorare, quod uerū est
cum priuilegio illius uniuersitatis. tñ nō efficitur in
9 famis: † quia contumacia non irrogat infamiam, & qa
ista priuatio est quædam interlocutoria, quæ non in-
famat, ut. ff. de infami. l. quid ergo. §. quæsitum. si
enim infamia esset annexa priuationi, nunquam re-
10 diret ad ordinem, a quo priuatus est. ¶† Et not. hic
argum. quòd monachus potest propter contumaciam
expelli a monasterio: tamen si contumaciam pur-
gat cum satisfactione condigna, recuperat illud.
¶Ibi, Priuaretur, not. quòd contumacia non pri-
uat quem ipso iure, sed requiritur snīa. ff. de iure fisci.
11 l. eius, qui delatorem. ¶† Ibi, In ppetuū, no. tres casus.

[a] *¶Vide Barba. consi-*
lio xl. 1. libro. ui-
de etiam Bald. in ca.
nostri. de elect. &
aliquid per Feli. re-
missiue in c. 2. de exce
ptio.

[b] *¶Sed ultra istam so-*
lennem responsionem
Bald. hic ad istū tex.
bene considera quia
iste. M. G. non proba
tur in tex. quod fue-
rit periurus. Item no.
ista uerba Bald. hic
ad materiam, seu ad
limitationē. l. si quis
maior &c.

nam aut exprimitur tempus temporaliter, puta usq; ad animum: aut perpetualiter, puta in perpetuum: aut sine mentione temporis alicui interdicitur officium, uel militia. Primò casu stamus tempori designato, ut . ff. de postul. imperator. Secundo casu perpetuum est, id est sine temporis præfixione, ut not. in lege prima. C. de postulando. Tertio casu aut procediture ordinarie, & fertur diffinitiua, & est pęna perpetua, ut no. C. de pen. l. seruus: aut proceditur extra ordinē, & per modum interlocutoriæ; & tunc pęna nõ durat ultra iurisdictionem illius iudicis: quia istud est mandatum potius, quàm sententia, ut. l. fin. ff. de pœ-
12 nis, & no. ff. de iurisdic. om. iudi. l. & quia. ¶ † Ex prædictis collige, ꝙ positi ad confinia per populū, qui perpetuus est, sunt perpetuò confinati, si hoc accidit propter delictum, uel suspicionem forsitan seditionis. secus, si propter inobedientiam: quia tunc põt reparare statum suum obediendo. Sed si est confinatus per potestatem, expirant statim confinia, quando ille potestas deponit imperium, & est ratio, quia res peruenit ad casum, a quo non potest incipere. ff. de fideiussoribus. l. Vrannius, nec est omninò perfectum: quia contuma-
13 cia est actus successiuus. ¶ † Item prædicta faciunt in argumentum, ꝙ elapso tempore banni, adhuc bannitus possit se excusare. ff. de custo. reorum. l. diuus, & argumentum in l. j. §. si frater. ff. de collatione bonorum. quod est uerum ſm Bar. & notabile de iure communi: quod bannum est interlocutoria, nisi lex municipalis expresse determinet ↄ̃rium; puta si dicit, quod habeať pro confesso & conuicto. nam contra fictionem legis
14 non admittitur purgatio moræ. † ¶ Adde, quòd ubi lex statueret terminum ad morā purgandam, post istū terminum nulla esset reparatio, ut probat illa. l. notabilis. C. de fideiussl. l. sancimus. nā natura termini præiudicialis est. ff. de execu. tuto. l. scire oportet §. quo-
15 ties. ¶ † Not. quòd suspensus a cōione vř suspensus ab ordine magistrali, & a præbenda, siue canonicatu. solutio, ut no. insti. de test. mil. post prin. ubi glo. dicit cessante clerico ab ecclesia cessat præbenda Ibi, Quia tamen, not. quòd ubi non exprimiť, in perpetuum, censeť temporale, q̃n est talis culpa, quæ purgatur per obedientiā: quia talis pęna non imponitur pro actu alterius delicti, sed pro actu contumaciæ. l. j. ff. de in litem iuran. & condemnatus pro contumacia non intelligiť propterea confessus crimen, nec conuictus. ff. de euic. l. si ideo. ff. de custodia reorū. l. diuus, & l. j. ff. q̃n ex facto tuto. per Dy. ¶ Ibi, In perpetuū, id est, donec uiuit, etiam si uiueret centum annis. Ibi. & tam iuris canonici. No. quòd statuta recipiunt interpretationē ſm ius canonicum. ¶ Ibi, Moris, no. quòd statuta & sententiæ recipiunt interpretationem consuetudinis. ¶ Ibi, Propter contumaciam, quod est, q̃n contumacia est causa pęnæ mediata. ¶ Ibi, satisfactionē congruam, no. ꝙ peccatum inobedientiæ non purgatur sine satisfactione condigna. ¶ Not. in isto. ca. quod rectores non debent excedere terminos consuetos. ¶ Item quòd possunt facere statuta ēt pęnalia ↄ̃ inobedientes. Item quòd uerba statuti & snīæ debent benigne interpretari. Item quòd parcitur periuro. Item quòd pœna contumaciæ durat, nisi contumacia sit purgata. i. quia per sententiā
16 debet reponi in pristinum statum, non ipso iure. † Pone, duo sunt statuta, uno cauetur, quòd contumax habeatur pro confesso. alio caueť, ꝙ bannitus pro maleficio possit impune offendi. ¶ Quæro, nunquid contumacia dicatur maleficium? & ex doctrina tex. & gloss. istius capituli vř probari ꝙ non: quia contumacia non est maleficiū cū nõ in faciēdo, sed in omittēdo ↄsistat,
17 ar. ff. ad silla. l. 2. † Itē maior est culpa commissionis, & minor omissionis, ut no. ff. sol. ma. l. si mora, & ff. de usufru. l. si cuius, in §. de præteritis. In ↄ̃rium uidetur, quia interdum est fictum maleficiū, & ficta probatio, & iste casus non comprehenditur sub statuto loquente inspecta ueritate. Interdū est uerum delictum, & ficta probatio; & tunc non attendimus qualitatem probationis: qa pœna imponitur pro actu, non pro contumacia. & ista pęna est terminus pœnæ, & per eā purgatur maleficium, ut. ff. de actio. emp. l. Iul. §. si Titius. Interdum est uera probatio, & fictū maleficiū, ut quia ex uero facto unius gñris formæ, puta ex transactione pecuniaria, resultat pœna alterius speciei, puta infamiæ,
18 ut. ff. de infamibus. l. q̃n. † Sol. non curo de qualitate probationis, utrū in ueritate an in fictione cōsistat, sed de qualitate condēnationis, & pęne: quia pœna arguit delictum, & eius qualitatem ostendit, ut. ff. de publ. iudiciis. l. 2. u. de uerbi gratia dico condemnatum de homicidio eum, qui condēnatur ex pœna homicidij, ēt si ad hoc deueniatur per modū fictionis: qa ius, seu uirtus in sententia consistit. ut. ff. de penis. l. quod statum, & pęna ista corespōdet homicidio. non est. n. pœna contemptus, sed pœna homicidij, q̃n contumacia includit in se & confundit pęnam delicti, est eadem utriusque pœna. unde iste, de quo q̃ritur, poterit impune offendi. ad hoc optime facit doctrina glo. nostræ, q̃ incipit, dicit hic Inno. in illo uers. Sed circa talia consideranda est natura, seu eā cuiuscunque negotij &c. quā glo.
19 singulariter no. & tene menti † ¶ Dic, ꝙ aut propter contumaciā q̃s intelligiť confiteri crimen; & tunc est pęna delicti aut augeri crimen; & idē. aut solummodo contemptus prætoris, tunc secus: qa potest examinari seorsum a maleficio, l. j. ff. de in litem iurādo, per Bar. & me. hinc est, quod bannū est interlocutoria: quia nõ est terminus pœnæ, & ↄ̃rio imperio põt tolli, & imuta-
20 ri. ¶ † Modo capio primā glo. & nota, quòd canonica citatio, siue admonitio tunc est legitima, q̃n est trina. Itē quòd uindictam debet præcedere canonica monitio. Sed ↄ̃, & imò vř, quod non sit necessaria monitio: quia sic se habet executio statuti, sicut executio sententiæ: sed ibi non requiritur citatio, ut not. Inn. ĩ. de appellationibus. c. ex ratione. ¶ Sol. ibi iō, qa iā est cognitum esse, sed hic sumus in cognoscendo; non in cognito. ¶ † Sed nūquid trina monitio aduersarij requiratur in restituendo, sicut in priuando? & est argumentum
22 quòd sic. C. de nuptijs. l. si ut proponis. † Sed ecce positus est quis ad confinia usque ad annum, nunquid anno elapso potest sua authoritate redire ad ciuitatem; an uerò est necesse, quòd iudex declaret ipsum seruasse confinia anni? dic. quòd si re uera seruauit, non est necesse, quòd ante reditum suum iudex aliquid declaret, de condition. & demonstratio. l. multum interest. ff. de acquirend. hæredi. l. Pantonius. §. primo: quia cum fidem obedientiæ gerat, maximam habet securitatem. de hoc not. infrà de ætat. & qualit. capi. cum bonæ, ubi omnino uide in nouel. Scio tamen, quòd quidam fuit decapitatus eo, quòd non erat declaratum per iudicem, ipsum redire posse; & ideo optimum consilium est,
23 quòd prius fiat declaratio. ¶ † Capio. 2. glo. & opponitur, quòd triduū sit nimis breuis terminus, imò quasi nõ est terminus: quia triduum ponitur pro in cōtinēti, ut l. 2. C. de erro aduo. & l. pe. C. de indi. Itē lex dicit,

cit, quòd debet statui terminus decem dierum. ff. de iu
di. l. per interualla; & si terminus nimis breuis est, po-
test appellari, ut. j. de dila. c. 1. ¶ So. hic numerus die-
rũ erat p̃fixus, uel iussus præfigi à statuto; & ideo non
dicitur breuis, nec appellari potest, ut. l. 1. §. biduum.
ff. quando ap. sit. Præterea dilatio expectatoria. 10.
dierum reducitur ad arbitrium iudicis, ut. ff. de iudi. l.
24 si debitori. ¶ † Capio. 3. glo. super uerbo, In ppetuum,
& opponitur, q̃ dispositio simplex intelligitur perpe-
tua, ut. C. de pœnis. l. seruus. sed ibi loquitur in disposi
tione, quæ non habet dependentiam ab aliquo reme-
dio: secus est hic. Itẽ satisfactio est similis s̃niæ absolu-
toriæ. ff. de iure pa. l. diuus. imò potest iudex dicere,
condemno te; & si solueris, absoluo te; tex. ille non est
alibi. & facit ff. de excep. rei iu. l. si quis cum totum. §.
plenè. sic est hic, quia ecclesia misericors est, & semper
recipit pœnitentem: quia simplex oratio non debet re-
stringi, ut ff. de bo. auth. iu. pos. l. in uenditione. §. de tẽ
25 pore. † Sol. aut s̃nia habet perpetuã causam subsistẽdi,
q̃ in p̃peritũ æstimaĩ, & tũc intelligiĩ perpetuò: qa deli
ctum, ex quo sequiĩ, nõ põt purgari. aut habet cãm tẽ-
poralem, q̃ in futurũ prætendiĩ, ut cõtumacia, cui cor
26 respõdet pœna temporalis; & tunc loquitur hic. † imò
plus dicit Host. q̃ etiam si in sta-
tuto [a] fuisset dictum, in perpe-
tuum; tamen ex quo ꝓpter cõtu
maciam solam, dictio, in perpe-
tuum, intelligeretur. i. quandiu
fuerit satisfactum. nam terminus
culpæ dat intelligere terminum
pœnæ. sic dictio, in perpetuum, li
27 mitatur, ff. si ager. uect. l. 1. §. qui imperpetuũ. ¶ † Quid
si iudex dixit, relego, uel deporto te ad tempus ita, q̃
fecit mentionem temporis, non tamen quanti tempo-
ris? R̃n. tempus sine ulla decla-
ratione [b] prolatum decennium
habet significare, ut. ff. de pœnis.
l. sine præfinitione; & non est ali-
bi. & ratio potest esse, ut nec in-
telligamus de momẽto, nec è cõ-
tra de infinito: quia extremitates
sunt euitandæ, & in rebus obscu
ris eligenda est media uia, & per
theoricam illius legis dico, quòd
si apparet instrumẽtum feudi, vel
emphiteusis sub hoc tenore, ui-
delicet ad tempus, nec esset ali-
ter tempus declaratum, quòd in-
telligeretur de decennio: quia inter breue tẽpus & lõ
gissimum tenet mediũ decenniũ,
nisi declaratio t̃pis esset [c] omissa
per errorẽ contrahentiũ & obli-
uionẽ prius ordinatæ formæ in-
ter eos: quia tunc haberet uitia-
re, ut. ff. de verbo. ob. l. ita stipula
28 tus, el grande, & l. triticum. † Ex-
communicatio non eradicat do-
ctoratũ: qa dignitas doctoratus
habet characterẽ, sicut sacerdotiũ antiquorũ, & obli-
gatio. & iõ excõicatio non tollit fontẽ doctoratus, &
radicẽ, sed vsum eius. simile dicit gl. no. ff. de auth. tu-
to. l. si pluribus. ¶ Capio ultimam gl. & quæro, quid si
iste magister, qui fuit à magistralibus priuatus, t̃n ve-
niebat restituendus, commisit interim aliud delictũ,
propter quod deberet de nouo priuari? r̃ndet gl. cum
29 non restituendum, sed repellendum. ¶ † Istud est nota-
bile ad q̃õnem Decreto dñi Ducis Mediolani cauti,
q̃ oẽs banniti euntes in exercitũ Mantuæ, in integrũ
restituanĩ. accidit, q̃ bannitus ꝓ furto interim cõmi-
sit homicidium. Quæritur, vtrũ condemnatio furti de
beat cancellari? ex ista gl. vr̃ q̃ non: quia superueniens
delictum oẽm gratiam excludere consueuit, argu. in l.
30 1. C. ubi sena. uel clarissimi. † Ecce usurarius man fe-
stus dedit fideiussores, & satisfecit formæ canoni. cap.
quãq̃. j. de vsuris, lib. 6. isti fideiussores statim sunt fa-
cti pauperes, & sic cautio deuenit ad casum, à quo in-
cipere nõ potest, demum iste decessit alijs fideiussori-
bus, non datis; quæriĩ, an ualeat eius testm̃? & vr̃ q̃ nõ,
ar. in l. si uerò. §. 1. ff qui satis. cog. & l. 2. §. si mater. ff.
ad Tert. In contrarium vr̃, q̃ sufficit semel esse satisfa-
ctum legi, præsertim si principalis sit soluendo, ut no.
C. de iu. do. l. mulier, quæ optime facit ad hoc. quid è
cõtra si à principio fideiussores non erant idonei, po-
stea sunt facti locupletes, an reconciliaĩ satisdatio? vr̃
q̃ sic, ut. ff. de hære. insti. l. qui soluendo non erat duos
31 Apollonios. † & est simile, quia illud, quod p paupert
tatẽ cessat, p p̃riũ reassumit uires, ut no. in c. factũ, de
re. iur. li. 6. & ar. in l. si. ff. cõia p̃di. & ff de iniusto testa.
l. posthumus. §. idẽ & circa. ¶ Sed q̃d si post cautionem
exegit usuras uel ueteres, uel nouas, nunquid de nouo
est cauendum de omnibus, an solum de exactis, uel fa
ctis postea? ¶ Sol. sufficit, si de postea factis: quia nõ re
deunt impedimenta, q̃ iã absorpta sunt, ut no. in c. pec
32 cati uenia, de reg. iur. lib. 6. in gl. Ioan. An. ¶ † Ex prædi
ctis no. quòd cautio post factum reconciliat actũ. C.
de preci. impera. offe. l. vniuersa. quia est quædam cõco
33 mitantia, non forma substantialis. ¶ † Extra quæro, po
ne, q̃ p s̃niam quis est detrusus in monasteriũ, vtrũ in-
telligaĩ detrusus in perpetuũ? r̃ndeo aut est detrusus
propter solam contumaciã; & intelligitur, donec arbi
trio superioris egerit pœnitentiam. aut propter deli-
ctũ; & tunc aut est tale delictũ, quod requirit pœnam
perpetuam, & intelligitur in perpetuum. aut tempora-
lem; & intelligitur ad illud t̃ps, ad q̃d s̃nia iudicis de-
bet interpretari s̃m dispositionẽ legis, etiã si de lege
interpretante nulla fiat mentio in sententia. Casus est
unicus singularis in isto. c. nimirum, quia iudex iurat
obseruare leges, & etiam sine iuramẽto tenetur ad le
gũ obseruantiã, cũ sit obligatus facere iustitiam. Idem
in arbitrio, ut ĩ auth. iusiurandũ, quod præstaĩ ab his,
&. C. de pac. l. pe. Item in causa ordinatur ad pœnam.
nã in subordinatis causa ordinatur ad causam, & ordo
34 ad ordinem, ut. ff. de insa. l. ictus fustium. † Item cau-
sa ex parte ante posita restringit causatum: sed causa
ex parte post non restringit. ff. de usu & habi. l. habita
tio. uel l. sed & si sic. & hoc in causa adiecta ab homine,
sed si apponatur à lege, dic ut. ff. de acqui. pos. l. si is, q
animo. & adde quod no. Archi. de re iud. c. ad episco-
pale, & de pœnis. c. fœlicis, li. 6. & l. di. c. 3. de uita & ho-
ne. cle. c. clericos, & c. sicut. p Inn. & vide. j. de præb. et
de multa. hæc enim capitula allegat hic collectarius.
35 sunt hæc utilia ad quæstionẽ. † dicit statutum, q̃ qui
non soluit condẽnationem. j. mensem, cogatur solue-
re cum quarto pluri. alio statuto cauetur, q̃ condem-
nationes pecuniariæ maleficiorum possint computari
in apodoxijs, excepto crimine: adulterij. quæro, nun-
quid istud quartum plus possit cõputari? Quæstio stat
in hoc, an istud quartum plus dicatur pœna adulterij,
vel pœna contumaciæ? & videtur, quòd adulterij sicut
pœna quadrupli est propria pœna metus, licet non
apponatur

a ¶ *Si statutum utitur uerbo, in perpetuum, tamen propter contumaciam exponitur, quandiu fuit satisfactum.*

b ¶ *Quando in aliqua dispositione apponitur tempus, nec determinatur de quanto tempore, in quo tẽpore uerificetur dispositio, et adde pulchrũ positum per Petr. de Anch. in consil. 331. incip. nisi s d ligantur actus et actitatis, uer sic. 3. aduertendum.*

c ¶ *Vide omnino Bal. in l. 1. in princ. ff. si ager uecti. uel emphi. peta. do. Iaco. in l. 2 in uersic. septimo quæro, de iure emphi.*

apponatur à principio, sed ex post facto; & licet p accidens, tamé istud accidens inhæret originali delicto, ut. ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. quatenus, in uerbo propter facinus. Item quia hæc adiectio pœnæ procedit ex fonte eiusdem materiæ, & habet ue tustiorem causam, sicut actio. l. Aquil. quæ crescit per inficiationem, siue p repetitionem. 30. dierum, ut instit. ad l. Aquil. §. hoc autem capi. &. ff. de actio. & oblig. l. qui seruum, in. §. ulti. ¶ Item hæc pœna nó potest
36 examinari seorsum à principali. ¶ † Ité venit ex eadé. l. vnde fideiussores dandi sunt de illo quarto pluri. in contrarium uide, quia sicut se habet vsura [a] ad sortem, sic se habet hæc adiectio pœnæ: sed vsura venit propter morá, vt. l. lecta. ff. si cer. pet. l. cétum Capuæ. ff. de eo, quod certo loco. Item pro hoc videtur casus in l. 1. ff. de in litem iuran. ná id, quod uenit ex accidenti propter moram, non dicitur venire iure actionis, vel contractus; ergo nec iure delicti, sumpto argumento de contractibus ad delicta, ut. ff. de iudi. l. omnem. Præterea istud quartum plus proprie non est de condemnatione, sed de cópulsione posito casu formato. Sol. Din. dicit in. l. 2. ff. de pub. iud. quòd tota ista pœna est pœna maleficij. videtur eñ pœna originalis esse pęna primæ impositionis: secunda secundæ augmentata propter contumaciam. imò & sine contumacia, quia statutum non dicit, si contumax fuerit, sed dicit, si non soluerit. vnde cum statutum non requirat contumaciá, sed simplicem cessationem, vel non solutionem, meritò sequitur, quòd ista non est pœna contumaciæ. Non obstat nostrum. c. nam pœna contumaciæ cognoscitur per hoc, q in ius vocatus, etiam si non contraxerit, vel deliquerit, punitur, si fuit contumax, vt. l. 1. §. 1. ff. si qs ius dicenti nó obtemperauit; sicut & pęna cópromissi, quando compromittitur ex alio capite, quàm ex capite iudicatum solui, vt. ff. de arbitris. l. si quis rem. Ité non obst. d. l. 1. ff. de in litem. iuran. quia ibi loquitur in actione reali, vbi non crescit obligatio in reali iudicio, vt instit. de actio. §. 1. Solu. dic, q aut illud plus est in obligatione ex eadem. l. & est pęna delicti: aut diuerso iure, & causa; & non est pęna delicti, sed seor-
37 sum stat. † Item facit ad aliam quæstioné. statuto cauetur, quòd in maleficijs reus debeat ter citari. nunquid sufficiat vnica citatio pro tribus, & peremptorie ire respon. non, quia non est seruata forma statuti, & processus factus extra ordinem & extra formam statuti est irritus ipso iure. Nam oportet statutum ad literam seruari, casus notabilis huius. c. nec suppletur à lege, quod interlocutoriæ iudicis deest, quando for-
38 ma nó est seruata. j. de restitu. spolia. c. Pisanis. ¶ † Vnú non omitto, quia dicit Bart. in d. l. 2. ff. de publi. iudi. quòd bannitus in pecunia, si per formam statuti potest impune offendi, dicitur condemnatus de crimine capitali. Nam hoc falsum videtur. quia si hoc esset crimen capitale, etiam ante sententiam non posset interuenire procurator, nec deberet relaxari fideiussoribus. Nam licet semel comparuisset, tamen in quacunque parte iudicij posset contumax banniri: quia siue in extremo anteriori iudicio, siue in postremo, siue in medio litis oportet obediri prætori. ¶ Item ista pęna, quòd posset impune offendi, non pertinet ad officium iudicis principaliter, sed uenit in consequentiam lata sententia, & non ante. nec potest hoc peti in libello: quia conclusio libelli non potest fundari super eo, quod non est. propter quod dico, qđ crimen non est capitale. sed euentus bene potest esse capitalis, non necessitate, sed permissione: quia per statutum permittitur, sed non iubetur, vt singulariter no. C. qđ me. cau. l. accusatio. Item extra territorium illius iudicis non potest offendi. quia inde nó est proscriptus, sed stat quietus & securus, nec sortitur ibi forum iudicati. tamen propria ciuitas non faciet de hoc punitionem: quia est extra protectionem.

[a] ¶ *Sicut se habet vsura ad sortem, sic se habet adiectio pœnæ.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum, per quod diuinus cultus sine causa diminuitur, est inualidum.*
Causam statuti, vel ius quando non sit necesse probare.
2 *Canonia plus habet iuris, quàm facti: sed prabenda plus habet facti, quàm iuris.*
3 *Impetrans medio tépore uacaturá facta mitione numeri antiqui iuridici, & non noui minus iuridici, ualet impetratio.*
4 *Papa cum cassat statutum, accessorie cassat eius confirmationem.*
5 *Consiliario absente actus ritè non expeditur, nisi is interesse nolit, uel non possit.*
6 *Præsentia à statuto simpliciter requisita sufficit sine consensu, et si is qui interesse debet, recusat, sufficit requisitio etiam unica.*
7 *Statutum non debet fieri ad propriam vtilitatem statuentis, sed ad vtilitatem ecclesiæ. tuncq; successor tenetur habere ratum.*
8 *Numerus canonicorú, vel prabendarum non debet restringi.*
9 *Papa non intendit reuocare collationem prabendarum, quæ collatæ sunt tempore noui statuti per eum confirmati antè quàm declaretur inualidum.*
10 *Prabenda an sit collatiua sola uoluntate Papæ.*
11 *Papa si mandauit per capitulum mihi conferri prabendá, sed capitulum in fraudem meam contulit alteri, an teneat collatio.*
12 *Obligatus non prohibetur alienare etiam mota sibi lite personali iudicis officio.*
13 *Factum in fraudem legis uel rescripti ipso iure non ualet.*
14 *Reus alienans rem, lite super ea sibi iudicis officio, uel simili actione mota pendente, non incurrit uitium litigiosi: secus si reali actione.*
15 *Vitium litigiosi habet principium, & terminum.*
16 *Numerus prabendarum potest diminui, diminutis reditibus Canonia.*
17 *Aestimum, diminutis facultatibus, in communi diminui debet. Et Potestas tempore famis pót numerum familiarium minuere.*
18 *Confirmatio Papæ quando teneat. & quid operetur nu. 19.*
19 *Papa non intelligitur velle contra ius.*
20 *Quod de iure confirmabile non est, iniuria confirmatum non præsumitur.*
21 *Consilium alicuius qui tenetur requirere, an & quando habitum omnino sequi teneatur.*
Dictio, Cum, importat copulam.
Dictio uerò, De, importat substantiam.

EX PARTE episcopi. ¶ Non valet statutum, per quod diuinus cultus diminuitur siue causa. secunda pars, ibi. nolentes. ¶ Casus. canonici Eduenses propria commoda diuino cultui præferentes, antiquum numerum præbendarum absque eo, quòd essent diminuti reditus capituli, restrinxerunt. fuit hoc

hoc significatum domino papæ, per episcopum Eduen sem. papa nolens diuinum cultum diminui, sed potius augeri, mandat antiquum numerum seruari, & præbendas, quæ tempore ultimi statuti uacarunt, non ob stante constitutione canonicorum, & confirmatione papæ personis idoneis conferri cum consilio episcopi
1 supradicti. ¶† Ibi, Statutum, & seruatum & tunc nõ est necesse probare ius, uel causam statuti secundum Vincen. quia præsumitur pro factis antiquis, & ex consequenti præsumitur antecedens, & ex datione fideiussionis, quam facit reus, præsumitur debitum principale. de hoc not. ff. de uerb. obli. l. sciendum. accessorium non habet uestire, sed habet probare, ut. ff. de usu. l.
1 cum in rem uerso, & no. per Dyn. in regula, possessor, de reg. iu. li. 6. ¶ Ibi, Diminuti, quod esset, quia diminuto numero præbendarum esset diminutus numerus ca
2 nonicorum deseruientium in diuinis. ¶† Et no. ꝙ canonica habet plus iuris, quàm facti: sed præbenda habet plus facti, quam iuris: quia est quid corporale, non dico quòd præbenda sit seruitus: quia seruitutis esse, est subiacentibus corporibus inesse. Item res propria uel quasi nemini seruit, sed in quedam appropriat canonicatui, sicut dos est appropriata matrimonio, & se inuicem significant per modum suppositi, & appositi. ī. eo. c. cum M Ferrarien. ¶ Ibi, Authoritate nostra, sub hoc uerbo tacite continetur confirmatio
3 ueterum statutorum. ¶ † Ibi, à tempore ultimi statuti, non dicit tempore primi. dic à tempore ultimi statuti, s. inchoantis: quia ultimum statutum non tenuit. quare præbendæ, quæ interim uacarunt, adhuc uacant, & collatio earum erat deuoluta ad papam. dic ergo, nisi medio tempore aliquis impetrauit uacaturam, facta mentione numeri antiqui & non noui, ualet, enim impetratio: quia nouus numerus non est numerus iuris, sed facti, de quo non oportet facere mentionem. Si enim esset numerus de iure statutus, & facta esset mentio de antiquo numero, & non de nouo, impetratio esset subreptitia: quia id, quod ultimum est, inspicimus, ut. l. Mela. §. j. ff. de alimen. lega. & C. ne de statu defun. l. si mater. sic dicimus, ꝙ debet inspici id, in quo oratio residet, non id, in quo oratio incipit.
4 ff. si cer. peta. l. si tibi. ¶† Ibi, Confirmatione, no. cũ papa cassat statutum, accessorie sequitur, quòd cassat eius
5 confirmationem. ¶† Ibi, Cum consilio. No. aliqd debere fieri cum consilio. sed quid si consiliarius abest? Respon. est expectandus, nisi nolit interesse, uel nõ pos
6 sit secundum Io. And. facit c. j. ne se. ua. li. 6. ¶† Item si statutum disponeret de præsentia, sufficeret præsentia sine cõsensu, ut. ff. de arbi. l. sicuti. & si nollet interesse sufficeret requisitio ẽt unica, ut in c. ulti. de arbi. li. 6. ¶ Aut igitur quis est adiectus ad consilium, aut ad pͤsentiam, nam sufficit seruare uerba l. uel statuti, ut ff. de condi. & demon. l. Publius, & ff. de uer. obl. l. quidã cum filium. Dicit hic Inn. quòd si sine eius consilio conferant, non tenet collatio, ut infra de elec. c. cum in uteri. Et no. quòd licet consilium sit de forma, tamẽ ꝙ persona sit idonea, non est de forma, ut no. in cle. j. de offi. de leg. Et adde, quod no. Bar. in l. j. §. si plures. ff. de exercitio. in suo commento, & ff. de acqui. hær. l.
7 eum, qui duobus §. filius. ¶† No. quòd statutum nõ debet fieri ad propriam utilitatẽ statuentis, sed ad utilitatẽ ecclesiæ, quo casu successor tenetur habere ratũ, quando pro utilitate ecclesiæ est contractum, tenet successor soluere debitum, ut no. in c. rationi cõgruit,
8 de re iud. li. 6. No. † ꝙ numerus canonicorũ, uel pͥbendarũ non debet restringi, & si restringatur, pͥsumitur factũ ambitiose ꝑ priuata utilitate. secus, si ampliat. qa amplatio est fauorabilis ecclesiæ. unde pͥsumuntur auctæ facultates: qa nemo pͥsumitur studere dãnis. ff.
9 de prob. l. cũ de indebito. ¶† No. in isto capitulo, quòd tpe secundi statuti pͥbendæ, q̃ uacauerunt, non fuerunt collatæ. nã si fuissent collatæ, papa nõ intendit collationes reuocare, ne authoritate principis, q cõfirmauit statutũ collatores & receptatores decipiant. argu. C. de his, q ue. æta. impetrauerunt l. j. non. n. est, qđ imputetur eis ante, q̃ papa declaret collationẽ nõ ualere, cũ nemo alius posit hoc declarare, ut. ĩ. de iudic. c.
10 cũ uenisset. ¶† Quæro, an sola uoluntate papæ præbẽda sit collatiua, & vř ꝙ sic: quia ptãs & uoluntas dant actibus perfectionẽ. dic, ꝙ uoluntas dẽt esse concreta actui, qui dẽt perfici. abstracta. n. uoluntas, idest separata & per se, quæ reperitur in aĩa, non perficit actũ. uerbi gratia, si possum adire hæreditatẽ, & uolo, tamẽ istã, uoluntatẽ meã nõ applico alicui actui uerbi, uel facti nõ efficior hꝛs, ut. C. de iure delíber. l. potuit. sic dico in papa, ꝙ sola uoluntate in abstracto non confert pͥbendã, nisi ultra procedat & Transeat ad actum dispositiuũ. & adde qđ no. in proœmio sexti libr. Inn.
11 ¶† Quæro ulterius, papa mandauit per capitulũ mihi conferri præbendã. sed capitulũ in fraudẽ meã contulit alteri, nunquid tenet collatio. & vř ꝙ sic: quia
12 põt conferre iure ordinario † licet. n. qs sit obligatus, tñ alienare non pͪhibet, ut. ff. de Publiciana. l. siue aũt. § si duob. & C. de rei uin. l. quoties, ẽt si esset lis mota super officio iudicis personali, ut no Innoc. ĩ. eo. cum. M. Ferra. hoc dico pro tanto, quia est quoddã officiũ iudicis reale, ut nota. ff. de rei uin. l. q restituere. ff. de edend. l. quædã. §. his aũt, & ff. ut in poss. lega. l. is cui. §. q possessionẽ: sed hoc officiũ reale competit receptis, non recipiendis. ¶ In ꝯrium vř, ꝙ non ualeat collatio capituli, qđ tenebatur recipere authoritate papæ, & non propria: quia papa vř ad authoritatem suam re-
13 uocasse: † & quia factum in fraudem rescripti vř factũ in fraudem legis, qđ non ualet ipso iure, ut. ff. de iure patro. l. si libertus ff. de his, qui sunt uel alieni iur. l. ij. §. si. Item & si esset in fraudẽ hois quia tamen collatio est gratuita, deberet reuocari, insti. de act. §. si qs
14 in fraudem † No. n. Inno. in d. c. cum. M. ꝙ si aliqs mouit litẽ ꝯ aliquem intentans iudicis officiũ, uel actionem similẽ super aliqua re, si reus lite pendente rẽ ipsam alienet, non incidit in uitiũ litigiosi; secus aũt, si super ipsa ageretur actione reali; & hoc uerũ tam in cã principali, q̃ in cã appellationis, ut ibi dixi. ¶ Item in causa restõnis in integ. ut. ff. de in inte. resti. l. abstinendi. ¶ Idem ẽt in criminali. ff. de admi. tuto. l. chirographis. §. j. ff. de don. l. post ꝯtum, nisi res esset confiscata ipso facto: quia tunc iudicium sapit naturã realitatis, & uitium litigiosi contrahitur, ut. ff. de publi. l. commissa, & quod no. per Dy. in c. possessor malæ fi-
15 dei, de reg. iur. lib. 6. ¶ † Et not. quòd uitium litigiosi habet principium, & terminum, ut in c. fin. ut lit. pen. in cle. ubi ponitur de principio, & in aut. de litigiosis. § omnem. ¶ Terminum uero habet dupliciter, scilicet lite mortua, ut. C. de præscrip. lon. temp. l. j. uel per diffinitiuam sopita, ut. ff. fami. ercis. l. in iudicio.
16 ¶ † Capio. secundam glo. & uidetur, quòd numerus præbendarum posit diminui, ut. infra. de uita & hone. cleric. c. quoniam. ¶ Sol. illud, quando reditus sunt diminuti, uel propter graue æs alienum soluendum; sed in dubio non præsumuntur diminuti,

17 minuti, † & hæc faciunt ad quæstionem, quòd æstimum debeat diminui in communi diminutis facultatibus. Item ꝙ potestas non teneatur habere tot beruarios & residentes tempore famis, quot habere con
18 sueuit tempore ubertatis ¶ † Capio tertiam glo. & q̃ro, nunquid confirmatio papæ tenuerit? & dicit glo. ꝙ non si fuerit impetrata sub forma communi: quia talis confirmatio nil noui iuris tribuit. Item qui confirmat, non dat. Item quia papa confirmando non intendit no
19 uum ius tribuere. † Item quia papa non intelligitur uelle contra ius. ¶ Quæro ergo, ad quid ista confirmatio occupat membranas? Respondeo, confirmatio facit de aliquo ualidius, ut non possit reuocari per statuentes: sed de nullo non facit aliquod, nisi papa apponeret clausulam non obstantium, & ex certa scientia scriberet, uel in cõtradictorio examine decerneret, ut. ff.
20 ff. de ado. l. adoptio non iure facta, † & ratio prædictorum est: quia illud, quod non est confi. mab le de iure, non præsumitur per iniuriam confirmatum, ut l. 2.
21 §. ne quis a principe. ff. ne quid in loco pub. ¶ † Modò quæro, nunquid consilium, quod debet requiri, sit necesse sequi. Dicit Io. Andr. ꝙ aut consiliũ est q̃rendũ de cõsuetudine, uel statuto, uel ex forma mandati. Primo casu a nõ oportet ipsum sequi: quia consuetudo & statutum hoc non dictat. aut ex forma mandati, & tũc sic, ut l. Titium & Mæuium, in princ. ff. de admi. tuto. nisi forte consilium esset prauum & iuri contrarium: quia non uidet hoc fuisse de intentione mandantis, arg. ff. quæ in frau. credi. l. si pater. Alij, quòd aut uerba dicunt, cum consilio; & sufficit requiri. aut de consilio, & tunc aut consultor requisitus non uult consulere; & potest procedi ad actum sine consilio. aut consuluit; & tunc oportet
22 ipsum sequi: † quia dictio, cum, importat copulam, ut insti. de leg. §. si quis ancillas. fortius in dictione, de, q̃ importat substantiam, ut l. . § nunc uideamus, de con-
23 iungendis cum emancipato liberis. † Vel dic, quòd aut est talis actus, in cuius dispositione possit participare consiliarius; & tunc consilium est sequendum: aut non potest participare, ut frater minor, uel excommunicatus; & tunc non est sequendum, licet de facto sit requirendum, ut d. l. Titium & Mæuium. ff. de administ. tut. & l. quidam decedens, in prin. co. ti. Et adde, quod not. per Bart. & docto. ff. de hære. instit. l. illa institutio, &c. Bald.

a ¶ *Vide ad istam materiam tex in ca. abba. de uer. sig glo. & Car. Alex: in c. primi legia 3. dist.*

SVMMARIVM.

1 *Constitutio futura respicit, non præterita, nisi in ea de præteritis caueatur.*
2 *Statuta libertatis ecclesiæ respiciunt præterita. non tamen quò ad pœnam adiectam, nisi ea ab initio cohæsisset.*
3 *Statutum nouum puniens pœna certa delictum, quod per antiquum statutum arbitraria puniebatur, dicitur antiquum declarare.*
4 *Statutum, quòd contractus mutui summariè exequantur, trahitur ad contractus ante ipsum conditum celebratos.*
5 *Statutum ad ueteres contractus trahitur quò ad præparatoria iudicij, non quò ad decisoria.*
6 *Verbum fuerit, & uerbum uoluerit in statutis ubi præterita, & futura respicere possunt, intelliguntur secundum subiectam materiam.*
7 *Tempora uerborum adaptari debent & deseruire secundum subiectam materim.*
8 *Imperator an possit facere statutum, quòd malæ fidei possessor præscribat.*
9 *Res publica priuatæ præfertur.*
10 *Qui tacuit, rem silentio confirmasse uidetur.*
11 *Casus, qui suspendisset ab initio inchoandum, superueniens: impedit cõsumandum nisi lex contrarium expressè statuat.*
12 *Præscriptionis lucrum dicitur esse cum iniuria dominorum.*
13 *Lex debet esse certa. & statutum ambiguum non mertur in causis allegari.*
14 *Sententia lata contra statutum, de cuius intellectu probabili er dubitari poterat, non dicitur expressum errorem continere.*
15 *Statuta & constitutiones recipiunt interpretationem intrinsecam non extrinsecam etiam declaratiuam, nisi a conditore, & a iudice inter litigantes dumtaxat.*
16 *Tabellio, qui scripsit instrumentum ambiguum, potest illud declarare, corrigere non potest.*
17 *Statutum nouum si dicat, quòd homicida puniatur in centum, & quidam ante hoc statutum commisit homicidiũ, & illo tempore erat pœna mortis, quid iuris, si modò uelit soluere centum.*
18 *Verba legis ad præterita, & futura trahibilia, trahuntur ad illud tempus, quod negotij naturæ conuenit.*
19 *Trahere leges ad præterita est quædam calumnia.*

1 QVONIAM. † Constitutio futura respicit, non præterita, nisi de præteritis caueatur in ea. Dicit Host. quòd constitutio respicit præterita, quando concordat cũ iure antiquo, quod idem præcipiebat. Sed certè ista non potest dici noua constitutio, nisi interim esset sublata per desuetudinem, & postea renouata: sed nunc
2 non retrahere se ad mediũ temporis innouata. ¶ † Dicit Inn. quòd statuta libertatis ecclesiæ respiciunt præterita: quia ista libertas semper esse debuit. Tu dic, ꝙ si per adiectionem pœnæ cæpit esse nouum statutum, quantum ad pœnam non trahitur. ff. de iusti. & iure l. ius ciuile, nisi ea pœna cohæsisset a principio, ut pœna
3 nullitatis, ut in aut. cassa & irrita, † si antiquum statutũ puniebat pœna informi, id est arbitraria, & non pœna formi, idest certa, potest dici, quòd nouum statutũ declaret antiquum, & sic trahitur ad præterita. ar. ff. de hære. insti. l. asse toto. quasi lege arbitrante loco iudicis. ff. de uerb. oblig. l. stipulationes commodissimũ.
4 ¶ † Op. quòd constitutio trahatur ad præterita. v. g. statuto cautur, quòd instrumẽta mutui mandentur executioni summar. è. nam si ante statutum fuit factum instrumentum mutui, & post statutum petatur exequi, trahitur ad illud, ar. C. de iuramen. calum. l. 2. §. penul.
5 † Sol. dicit Iac. Bu. ꝙ quantum ad præparatoria iudicij trahitur ad ueteres contractus; quantum ad decisiua non. Ex hac theorica sequitur, quòd quantum ad exceptiones peremptorias non disponit in contractibus p̃teritis. puta, si nouo statuto cauetur, ꝙ non possit opponi exceptio, nisi de qua appareat instrumentam. Nã omnis exceptio peremptoria concernit decisionem litis: sed quantum ad modum procedẽdi super exceptione, puta ꝙ debeat probari intra tres dies, uel ꝙ nõ cõtestetur lis, trahitur ad ueteres contractus, de quibus
6 nunc in iudicio quæritur. † Item ait, ꝙ si uerbum, fuerit, uel uerbum, uoluerit, uel similia, quæ possunt adaptari præteritis & futuris inueniuntur in statuto, ꝙ talia tempora ibi debeant intelligi secundum subiectam

ctam materiam.ergo distinguendum,an referantur ad
præparatoria iudicij, an ad decisionem litis; ita not.
7 ipse.C.eo.l.leges, & sunt uerba no. digna. ¶ † Ex hoc
nota, quòd tempora verborum adaptari debent & de-
seruire secundum subiectam materiam: aliàs neces-
se est, q ponatur tps pro tempore.quælibet enim pars
orationis debet adaptari materiæ subiacenti, ut not.
in l.2.ff.de offic.proconsul. & leg. ¶ Casus. Papa Gre
gorius fecit quandam constitutionem in ecclesia san-
ctæ Mariæ maioris de vrbe, in qua dicitur,quòd pre-
sbyteri primum locum obtinent: diaconi secundum:
& subdiaconi tertium &c.dubitabatur, an ista consti-
tutio traheretur ad præterita? Papa præmittit, q cō
stitutio sedis apostolicæ omnes astringit,& q nihil de
bet obscurum, uel ambiguum continere; & decla-
rat, quòd ipsa cōstitutio super prælatione perceptio-
num, & seruitijs exhibendis non trahatur ad præteri-
ta, sed ad futura: quia forma debet dari futuris, nisi
de præteritis caueatur expresse. ¶ Ibi, Omnes, scili-
cet subditos. nam, si Papa statueret super temporali-
bus imperij,non valeret statutum Papæ, nisi forte ra-
tione peccati secundum Ber. ¶ † Ego quæro, nunquid
8 Imperator possit facere statutū, quòd malæfidei pos-
sessor præscribat? quidam dicunt q sic in suo foro:q a
licet non possit tollere ius naturale,potest tollere ef-
fectum eius,sed non in foro ecclesiæ. Ideò verò,quia
mundi dominus,vt.l bene à Zenone.C.de quadri.pr æ
script.& no.ff.de reg.iur.l.id quod nostrum, & patet.
C.de præscrip.30.ann.l.si quis emptionis. & idem pos
sunt ciuitates, quæ habent fiscalia, seu regalia: quia
in suo territorio vice principis funguntur, ut not. in
authenti. de defen.ciui.§.nulla. Item potest hoc Pa-
pa in suo territorio, vt no. Innoc.j. de iure pa.c.cura.
ergo & Imperator in suo foro per regulam genera-
lem,quam tradit glo.in c.possessor malæfidei, in pri-
ma gloss.& præsertim quia.l. ipsi præscribenti conce-
dit ius utilis dominij, quod potest in temporalibus
9 suis. † Item quia ista constitutio publice interfuit,
arg.ff de vsuca.l.iusto, in prin. & res publica priuatæ
præfertur,ut.l.utilitas de primipilo, & not.ff. de hæ-
red.insti.l.testamento domini. & si tu dicis, quòd hoc
est peccatum, rñdeo, non est peccatum acquirendo,
10 sed in modo acquirendi. † Item dominus, qui tan-
to tempore tacuit,rem silentio confirmauit, ut.l.fi.C.
de his,qui à non domino. Item authoritas legis tol-
lit peccatum,ut.ff.qui satisda.cog.l.qui iurato. ¶ Itē
Iustinianus est approbatus ab ecclesia tanquàm ca-
tholicus princeps, ut in epistola inter claras, de sum.
tri.& fi.catho. Porrò ipse fecit legem,si quis emptio
nis; & non fecisset, nisi facere potuisset. Item mor-
taliter peccasset fauendo his,qui delinquunt.i.malæ-
fidei possessoribus.Nam maius peccatum est in.l.con-
ditore, quàm in subdito. Item simplices homines
credunt,q statuta valeant, & credere hoc non est hæ
reticum. Item hic non est dolus, & mala conscien-
tia non potest esse sine dolo. & de primo ad ultimum
concludendo sequeretur ex illo, quòd Iustinia. esset
damnatus;quia mortuus est in peccato mortali. Præ
terea Imperator in temporalibus habet plenitudinē
potestatis. Vnde prædia aliena dat militibus suis ex
ore Dei,ut no. in procemio digestorum. Item ex quo
emptor soluit pecuniam,& transtulit dominium pre-
cij,iniquum esset,q res bona fide empta & tradita,p-
pter superuenientem conscientiam etiam deberet ab
eo tolli post longissima tempora, cum interim for-
te rem auxerit,& meliorationes fecerit,arg.ff. de mi-
no.l.intra vtiles.§.vendentibus. Item non omnis con-
scientia est obligatoria ad mortale peccatum:quia nō
omnis est contra legem. Item antè, quàm sanctum
sanctorum factum sit dominus, Imperator liberam iu
risdictionem habet,ut.ff. ut in pos.leg.l.fi. Item præ-
tor facit statutum, quòd ex momentanea possessione
cum titulo acquiratur Publiciana; ergo & vsucapio,
vt. ff. de contrahen. empt. l. clauibus. Item sufficit
bona fides momento,vt no.ff.de vsucapio.l.Celsus.sed
contrarium determinatur.j.de præscri.c. quoniam o-
mne,ut no. in l.1.C. de usucap. transformanda, & in
auth.vt ecclesia Romana.§.fi. quia fides est de iure na
turali,quod non potest tolli: sed certe potest tolli ef-
fectus eius;& distinguendo dic, vt ibi dicam, & not. p
11 Dy.in c.malæfidei possessor,de reg.iur.lib.6. † Ta-
men caue tibi,quia quando Dy. dicit,q etiam secun-
dum punctum rationis, qñ factum non est perfectum
in suo effectu,casus superueniens, qui impedit inchoā
dum, impedit processum eius nondum consumatum;
& sic sequiritur principium iustum. Ita & terminus,&
medium: quia integritatem desiderat. sed illud est ve
rum, nisi lex statuat contrarium expresse, videlicet
quòd inspiciatur certum tempus. quicquid sit de iure
ciuili, in foro conscientiæ oportet culpam purgare se
cundum theologos. Sed dices, quòd non est culpa,si
possidet de iuris licentia domino sciente & patiente,
cum in possidendo habuit canonicum ingressum p ti-
tulum & bonam fidem, & in prosequendo patientiam
domini,vt no.in d.c.possessor,in glo.fin. & quia te pa-
tiente absque tua iniuria possi-
12 deo rem tuam. † lex tamen di-
a cit, quòd lucrum [a] præscriptio-
nis est cum iniuria dominorum.
ff.de fur.l.si quis vxori.§.fi.in gl.
¶ Item fauore liberationis præscribitur ex titulo.ff.
de vsucap.l.sequitur.§.si via. etiam expulso iusto pos
13 sessore. ¶ † Vlterius not. quòd lex debet esse certa
& non ambigua. nam statutum,
b quod est ambiguum, [b] non me-
retur in causis allegari secūdum
14 Bart. † ¶ Vnde sententia lata
contra statutum, de cuius intel-
lectu probabiliter dubitatur,nō
dicitur continere errorē expres-
sum,vt no. Bar.ff. de re iud.l.cū
15 prolatis. ¶ † Vlterius no. quòd
statuta & constitutiones non re-
cipiunt interpretationem extrin
secam, sed intrinsecam sic, nisi ab earum conditore,
etiam loquendo de interpretatione declaratiua. qd
verum est generaliter in omnibus causis. sed in causa
uertente in iudicio iudex potest interpretari, non
quòd sit interpretatio generalis,sed inter litigatores
tantum, vt.ff.de legibus.l non possunt, &.l.ideoque.
16 ¶ † Quæro, nunquid tabellio, qui scripsit instrumen
tum ambiguum,possit illud declarare,dum uiuit? Io.
An. eleganter tenet hic quòd sic.tamen corrigere nō
posset,ex quo ipsum redegit in publicam formam,ni-
si iudicis authoritate,ut.ff.de statu hominum.l. Impe
rator,per Cy.& l.si librarius,ff.de regu.iur.per Bart.
sicut iudex & arbiter non potest corrigere suam diffi
17 nitiuam.ff. de arbi. l. qui arbiter. ¶ † Quæro, ecce
dicit statutum nouum, quòd homicida puniatur in cē
tum. Quidam ante hoc statutum commisit homici-
dium.

a ¶ *Lucrum præscriptionis est cum iniuria dominorum.*

b ¶ *Vide per Ias. in l. admonendi, in lect. in fin. gl. 2. ver. sed considera quō, Bart. & doct. ff. de iureiu. & Alex. consi. 8. 2. volu. Felin. in c. 1 de cōst. aliquid in c. delicto. e. tit. 1.*

dium, & illo tempore erat pœna mortis: modo vult soluere centum; quæritur quid iuris? & videtur q trahatur retro: quia disponit super naturali materia, vt.j.de usu.c.cum tu. Et est ratio, qa ius naturale fuit ante, quàm redigeretur in corpus iuris ciuilis uel canonici, ut insti.de rerum diui.§. si quis à non domino. ¶ In contrarium, quia hæc pœna non est naturalis, sed positiua: quia non procedit per semitas naturales; & hæc est uera, ut l.1.ff.de pœnis. ¶ Idem è conuerso, si ex noua lege esset maior pœna, quàm ex ueteri: quia pœnæ habent concomitantiam loci & temporis, & inde formam & originem sumunt. & adde quod no. Cy. C.de legi.& consti.l.leges & constitutiones, &.ff.eo.l.
18 cum lex in præteritum. ibi etiam uide per Cy. † si lex loquatur uerbis trahibilibus in præteritum, & futurum trahitur ad illud tempus, quod consonat naturæ negotij, ut indulgentia ad præterita, pœnæ & statu-
19 ta ad futura, ibi &c. uide per Cy. ¶ † Vltimo no. q trahere leges ad præterita est quædam calumnia, ut l.pe.C.de decu. lib.10. Et adde, quod no. in auth. de filijs ante dotalia instrumenta natis.§. fi. & inde collige, quòd nouæ leges & glossæ possunt allegari in factis antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum concernit ius impetrantis, & ad ius refertur. ideò ipsius verba legum, & canonum interpretationem recipiunt, quod secus est in priuilegio.*
2 *Modi quibus Papa rescribit.*
3 *Vis maior in omnibus praeceptis excepta censetur.*
4 *Collatio beneficij an poßit probari per testes.*
5 *Pars an sit citanda in collatione benefitij.*
6 *Legitimatio facta per rescriptum comitis, non citatis agnatis, an valeat.*
7 *Impetrari si qua possint sine partis citatione, debent in prosecutione iustificari.*
8 *Rescriptum non valet, vbicunque prohibetur impetrans ab impetrando.*
9 *Rescriptum, si sit suspectum de falsitate, non valet.*
10 *Rescriptum, quo cauetur, quòd interpretari non poßit, licet non recipiat interpretationem, recipit nihilominus intellectum trifariam.*
11 *Rescriptum quando impetratur, an aliqui sint citandi.*
12 *Citare non oportet eos qui casu, vel in consequentiam lædi poßunt.*
13 *In executione contractus concessa neminem citare oportet, secus in concedenda.*
14 *Episcopus mutus an poßit beneficia conferre.*
15 *Impetrans rem illicitam an puniri debeat.*
16 *Naturaliter vnusquisque id quod agit valere vult, & de opposito contristatur.*
17 *Stilus in rescriptis qualiter accipiatur.*
18 *Verba, simpliciter, & de plano, in rescriptis Papa inferunt dilationum abreuiationes.*
19 *Rescriptum, quod non est secundum stylum Romanæ curiæ, emanans à Roma.cu. est suspectum.*
20 *Quod fit interdum per instrumentum, cum quo fit, repræsentatur.*
21 *Rescriptum, cui inest causa implicans contrarietatem, falsum dicitur.*
22 *Clausula, ubi oratio imperfecta dicitur, est modificatio quadam principali disposito adiacens.*
23 *Rescriptum nihil operatur nisi integrum producatur.*
24 *Integrum dicitur quod ex omnibus suis partibus constat.*
25 *Rescriptum triplex est. odiosum, gratiosum, medium.*
26 *Princeps si dedit quandam formam procedendi, & indulgendi super maleficijs commißis in turba, an extendatur ad ea, quæ sunt commissa.*
27 *Mitius sæpe punitur ubi multorum salus periclitatur.*
28 *Ordo rescripti seruandus est, & quid sit ordo.*
29 *Literæ secundæ concessæ ad interpretationem primarum, ad eas restrictiua relatione restringuntur.*
30 *Rescriptum vnius principis an recipiat interpretationem à rescripto alterius principis.*
31 *Prærogatiua an tollatur per rescriptum de soluendo creditoribus pro rata, vel de stando maiori parti creditorum. & quid de hypotheca quam quis habet ex propria prouidentia.*
32 *Principe rescribente, quòd omnibus creditoribus fugitiuorum soluatur pro rata, inter creditores priuilegia cessant. Hipotecarij nihilominus chirographarijs etiam priuilegiatis præferentur. & procedunt prædicta etiam in clerico creditore. ut nu. 34.*
33 *Lex suum, non tuum tibi denegat beneficium.*
44 *Princeps non intelligit rescribendo tollere iura realiter acquisita, & radicata tollere.*
35 *Actio datur ex rescriptis principis, & rescripta habent uirtutem interpretandi.*

De rescriptis. Rubrica.

1 RESCRIPTVM † proprie concernit ius impetrantis, & ad ius debet referri. Et ideò uerba rescriptorum recipiunt interpretationem legum & canonum: secus in uerbis priuilegiorum, ne priuilegium reddatur inutile.2.q.7.sicut.j.eod.tit.c.causam, per Innoc. & Ber. &
2 text. ¶ † Papa interdum rescribit formaliter.j.eod. cum dilecta.j.de resti.spo. Pisanis, ut quando dat ordinem substantialem. Interdum causaliter, ut quando considerat radicem causæ producentis.j.eod.superliteris. Forma est obseruantia statuti saltem in ordine. Quãdoque papaliter, ut quando apponit illa uerba, ex certa scientia & de plenitudine potestatis. quæ tamen uerba contra ius naturale non ualent, ut in cle. pasto.j. de re iudi. Priuilegia etiam ex superuenienti casu, & contraria æquitate mutantur, ut dicit illa.
3 l.no.ff.de uulg.subst.l.ex facto, in prin. † Item ab omnibus præceptis uis maior excipitur.ff. de publi. l. Cæsar.& omnes leges & rescripta recipiunt interpretationem naturalem & necessariam, ut.l.2.de ordi. iu.ff.de in ius uo.l.quamuis.ff.de excu.tuto.l.scire, o-
4 portet.§.sufficit. ¶ † Nunquid collatio beneficij possit probari per testes? uidetur distinguendum, aut est magnum beneficium, & non possit: aut modicum, & tunc possit. & sic distinguimus in matrimonio carnali, ut.C.de nup.auth.Maximis. Idem ergo uidetur dicendum in spirituali, arg.in l. Deo nobis, de episc. &
5 cleri. Andre. de Pisis. ¶ † An in collatione beneficij pars sit citanda? Respondeo, si beneficia, uel rescripta conceduntur ad lites, si præsens est pars aduersa, debet requiri: si absens, debet citari.C. de iudi. l. obseruandum. Si uerò conceditur ad gratiam in alterius præiudicium, si cuidem modicum est præiudicium, potest etiam concedi incitata parte, ut.l. quoties.C.de preci.impe.offe.&.l.2.§. si quis à principe.ff. ne quis in loco publi.cum simi. Si aũt multũ alij nocet, debet requiri, ut l.nã ita diuus.ff.de adop. And.de Pi.

6 ¶ † Ex

6 ¶†Ex hoc uidetur, quòd legitimatio facta per rescriptum comitis, non citatis agnatis, non ualeat, uel saltem debeat rescindi tanquam ambitiosa, ut l. fi. de na-
7 talibus restituendis, per Iac. de Are. † Quædam tamé impetrantur etiam sine citatione aduersarii: tamen in prosecutione debent iustificari, ut egregiè not. ff. de
8 bon. pos. l. 3. §. si causa. ¶†Et not. quòd rescriptum non ualet, ubicunque prohibetur impetrans ab impetrando, siue prohibeatur ratione personæ, siue ratione rei, siue propter turpitudinem finalis causæ, siue qa res impetrata fit publicè sine aliquali ratione specifica in lege, siue ubicunque non potest consensu partium roborari, ut C. si nuptiæ ex rescripto petantur l. 1. C. qui militare non possunt l. eis. C. de sacrific. paganorum l. sicut C. de peti. bon. subla. l. 1. Et ubicunque lex ultra procedit annullando, ut l. præscriptio, de operi. publicis. C. de aquæ ductu. l. omnes, & l. dili-
9 genter, lib. 11. †Item si rescriptum sit suspectum de falsitate, ut infra e. c. ex parte conuen. quo casu nihil operantur illa uerba, de plenitudine potestatis: quia per hoc magis suspectum præsumitur: quia stylus scribendi præuaricatur, arg. illius singularis glo. quæ est in l.
10 6. ff. de condi. insti. ¶†Quæro, nunqd rescriptũ, quò caueẽ, ꝗ interpretari non possit, recipiat aliquã interpretationẽ?[a] & uidetur quòd sic. C. de adulte. l. ita pudor, & ff. de in ius uoc. l. ꝗ̃uis. respondeo hoc tantum est dicere, quantum quòd non recedatur a uerbis. i. quòd nõ liceat offendere uerba, ut ff. qui & a qui. l. prospexit, & ff. sol. ma. l. si uerò §. de uiro. tamen bene recipiunt interpretationem secũdum subiectam materiã, ut ff. loca. l. si uno, & ff. de usu. l. si stipulatus. Item ut aliquid operentur, ut l. 1. ff. ad municip. & l. si quando. ff. de leg. 1. Item sensum attributum uerbis ab intellectu & animo significandi recipiunt de necessitate. ff. de liber. & posthu. l. Gallus, in §. 1. nec dicitur propriè ista interpretatio, sed intellectus. Nã quod intellectu caret, nihil est, ut s. titu. j. c. fi.

a ¶*Vide Barb. in consi. 2 in 33.*

11 † An quando impetratur rescriptum, aliqui sunt[b] citandi? uerba Iac. de Are. sic dicunt. ff. de adop. l. ita diuus. aut impetratur rascriptum ad lites, ut cum delegatur iudex; & tunc non oportet aduersarium requiri, si non fit in curia, ut no. ff. de iudi. l. obseruandũ. salux enim sunt exceptiones contra rescriptum, ut C. si ꝯ̃ ius, uel uti. pub. l. præscriptione. C. de dila. l. si quãdo, aut impetratur ad ius aliquod obtinendũ: & tunc aut nullum lædit, uel parum; & tunc idem: quia nõ est necesse uocari aliquem, ut C. de preci. impe. l. quoties, & ff. ne quid in loco publico l. 2. §. si quis a principe, & arg. ff. de fideicom. liber. l. ergo. §. illud. aut multum lædit alium; & tunc ille, qui principaliter læditur, & contra quem nominatim hoc rescriptum impetratur, debet requiri, ut l. fin. ff. de manu testa. Ia. de Are. ¶Hoc non est necesse, si in rescripto committitur alicui causæ cognitio. Nam cum per illum debet fieri citatio, non est necesse, quòd fiat per rescribentem: quia satisfacit, qui per alium committit, ut in regula, qui per alium. hoc probatur. ff. de in ius uoc. l. libertus aduersus, & per glo. notabilem, quæ est in l. 3. §. si quis causa cognita. ff. de bonorum pos. & facit l. 1. in fi. ff. de uen.
12 inspicien. † Vbi dicitur, quòd illi, qui casu, uel qui in consequentiam lædi possunt, non sunt citandi, quia tractus futuri temporis non spectat ad iudicem, & qa nondum habent aliquod ius in processu causæ, argum. ff. de leg. 2. l. si ita. §. si sub conditione: quia nondum habent aliquod ius aptum præsenti tempori. ff. quod cuiusque uniuersi. nomine. l. item eorum, & per Cyn.
13 C. de distra. pign. l. creditor, †ubi dicitur, quod in executione contractus nemo citandus est, si executio est concessa & aperta: secus, si concedenda, uel acquirenda, & illa uerba etiam ad propositum trahe.

b ¶*Vide Barb. in consi. b 43. ubi pulchre loquitur circa hoc, an in rescripti, uel priuilegij concessione pars sit citanda quò ad impugnandum multa rescripta.*

14 ¶†An episcopus mutus possit beneficia conferre? & uidetur quòd non, quia collatio est authoritas & plus, quàm authoritas; ergo debent interuenire uerba, ut l. prima, ff. de autho. tut. & ubi sunt necessaria uerba, non sunt sufficientes actus. ff. de regulis iuris l. ubi nõ uoce. ff. de adop. l. si pater naturalis, dic contrarium, quia potest fieri absenti; ergo non est authoritas, ut
15 in ca. si tibi absenti, de præbenda lib. 6. ¶ † Quæro, nunquid debeat puniri ille, qui impetrat rem illicitã? & si quidem lex ultra procedit puniendo, punitur. Sin autem non procedit ultra imponendo pœnam, uidetur quòd satis sit pœna ipsa nullitas, ut ff. de contrahen. emp. l. senatus, & C. de posthu. hære. insti. l. fin. in fi. Nam ubi lex ultra non procedit, nec nos debemus ultra procedere: sed contenti esse debemus pœnis l. contentis, ut ff. de uerborum obliga. l. si ita stipulatio facta. ¶ In contrarium uidetur, quòd eo ipso, quòd quis attentat prohibita, delinquit; ergo debet puniri pœna arbitraria, ut no. C. de sacrosan. eccle. l. nemo martyres, ubi gl. singularis. Sed dicas, ꝗ ibi actus prohibitus sapiebat sacrilegium: sed ubi non continet in se delictum, satis est pœna ipsa inualiditas, quæ est
16 afflictio intentionis. †Nam naturaliter unusquisq; qđ facit, uult ualere, & de opposito contristatur, ut legiẽ & no. in l. 2. C. de condi. inser. & ff. ad l. Fal. l. in ratione
17 §. cum quidam, & l. 3. ff. de mili. test. ¶†Quæro, qualiter accipiẽ stylus in rescriptis? Rñd. stylus est forma rite, recteq; scribendi consuetudine Romanæ curiæ approbata; quod dic, ut in Spe. de rescr. præsentatione. §. ratione formæ, in prin. & ꝑ totũ, & ibi Speculator tractat notabiliter de quibusdam formis & intellectibus ipsis appropriatis a iure, ut scias ꝗ nulla dictio dẽt in rescripto uacare, de ma. & obe. c. solitæ. Item quòd uerbum, iniquitas, significat ordinem iudiciariũ, de iudi.
18 c. exhibita. †Item quòd uerba, simpliciter & de plano, significant abbreuiationem dilationũ, de accu. c. olim, ꝑ Inn. Itẽ quandoq; adponitur clausula, siue debito. s. in tẽporalibus, aliquando, siue canonico, s. in spiritualibus, de rest. spo. c. ex conquestione. Item uerbũ, causa, in rescripto criminali. lis, in ciuili apponitur secundũ
19 stylũ curiæ, ut ait Spe. per l. causas. C. de transf. & rescriptum, qđ non est secundũ stylũ Romanæ curiæ, emanans a Romana curia, est suspectum, de sent. excõ. c. ad hæc, secundum Inn. & dr stylus quasi calamus: quia
20 olim stylo scribebatur. †Vnde per instrumentum, quò aliquid fit, repræsentatur id, quod fit. dicit lex, quod liber est stylus testandi, quod significat testamentum in scriptis, & licitum, quod iterum non reddit, arbitrium, qđ significat testm̃ nuncupatiuum, ut C. de sac.
21 san. eccl. l. j. †Item quando in rescripto est causa implicans contradictionem, ut quando in contentiosis causę cognitione remota, istud rescriptum est falsum, ut infra c. ex parte conuen. ¶Suunt & nonnullæ aliæ clausulæ, ut illæ, ueritati & iustitiæ non præiudicantibus, quæ clausula etiam tacite uidetur inesse, ut infra de confir.

22 confir. uti. uel inuti. c. bonę. ¶ † Dicitur autem clausula quandoque oratio perfecta, quandoq; imperfecta, & tunc est quædam modificatio adiacens principali disposito. ff. de leg. 1. l. talis scriptura. ȷ̄. de appe. c. 2. requiris. Exemplū in clausula, si est ita, quæ nil significat, nisi iungatur cum præmissis. sed iuncta cum eis facit ipsam significare. C. si contra ius uel uti. pub. l. fi. facit ȷ̄.
23 de uer. sig. c. Abbate. † & scias, quòd rescriptum nil operatur, nisi integrū producatur, ut no. in Spe. de rescripti præsentatione, in prin. uer. sed obiicitur, & arg. ff.
24 de legi. l. inciuile. ¶ † Integrū autem dicitur, quod ex omnibus suis partibus constat ita, quòd totū legi possit de uerbo ad uerbum. C. de præci. impera. offeren. l.
25 fi. & ȷ̄. de fide instr. c. cum contingat. † Item no. quòd triplex est rescriptū, scilicet odiosum, quod restringitur, arg. ff. de lib. & posthu. l. cum quidam. gratiosum, quod ampliatur, arg. eo. tit. l. placet, & mediū inter hæc duo, arg. ff. de in ius uoc. l. sed si hac. §. fi. quod nec restringi, nec ampliari debet nisi quò ad ea, quæ sunt consecutiua rescripti, ut no. ff. de procur. l. qui procuratorē dat.
26 quod dic ut no. Inn. ȷ̄. de præben. c. cum olim. ¶ † Pone, princeps dedit quandam formam procedendi & indulgendi super maleficiis commissis in turba, nunquid extenditur ad ea, quæ sunt commissa, sed nō in turba? & uidetur quòd sic: quia duo sunt præcepta, scilicet ꝙ cognoscat de maleficiis, & quod cognoscat de maleficiis in turba, arg. ff. de arbi. l. Celsus, & ff. de lega. j. l. quidam testamento, in prin. dic contra; quia turba est quædam qualitas, ut l. prætor. §. docere. ff. de ui bo-
27 no. rap. † & sæpe punitur mitius, ubi multorum salus periclitatur, ne forte propter unum homicidium multa gens pereat, ut l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis. Non obst. l. Celsus. ff. de arbi. quia ibi est duplex ratio, & consideratio diuersa, quarum una respicit debitum, scilicet obligatio, alia terminum, scilicet miseratio. ff. de compensa. l. si cum mihi. §. j. ¶ Præterea, si ibi non essent duo præcepta, uitiaretur sententia diffinitiua, & accessoriū uitiaret principale, & id, quod est appositum ad differendum, ueniret ad perimendum, quod est absurdum. hanc rationem ponit glo. in c. nemo potest ad impossibile obligari, de reg. iu. li. 6. Si autem sub una consideratione adijceretur impossibile tempus, tunc haberet uitiare, quia ei cohæret. Sed contrarium ȷ̄. de do. & contu. c. cum dilecti, ubi etiam sub una non uitiat. ¶ So. aut dies habet præcedentem obligationem, uel dispositionem de per se subsistentem, & non uitiat; & ita est ibi. Nam si præcedat obligatio ad obtemperandum præceptis quandocunque, a qua non liberat tempus incongruum. secus, ubi dilatio non haberet seorsum præcedentem obligationem, quod unum est, diuidi non potest; & tunc intelligis dictum c. similis consideratio fit
28 C. de legi. l. quod fauore, per Pe. & Cy. ¶ † Ordo rescripti est seruandus. Est autem ordo, quando principi placet, quòd sit ordo, etiam si præposteret ordinem solitum. quia ipse rerum formas potest immutare expres-
29 se & tacitè. † Item scias, ꝙ si princeps concessit duas literas, & secundæ ueniunt ad interpretationem primarum, secundæ literæ restringuntur ad primas per relationem restrictiuam: quia relatiuum requirit antecedens, ut in auth. de filiis ante dotalia instrumenta natis. §. fi. ubi hæc singulariter not. facit. ff. de liberatio.
30 leg. l. Aurelius. §. testamento. ¶ † Sed nunquid rescriptum unius principis recipiat interpretationē a rescripto alterius principis? Respondeo sic, quia sicut prōptum est leges legibus concordare, ut l. 1. C. de inoffi. don. ita rescripta rescriptis, ut. ff. de pac. l. rescriptum,
31 ibi, & repeto &c. ¶ Sed nunquid per rescriptum de soluendo creditoribus pro rata, uel de stando maiori parti creditorum tollatur prærogatiua, siue priuilegium ita, quòd reducatur ad ius commune? Respondeo sic, tamen non tollitur hypotheca, quam habet quis ex ꝓ
32 pria prouidentia. ¶ † Vnde, si princeps rescribit, quòd omnibus creditoribus mercatorum fugitiuorum soluatur pro rata, cessabunt priuilegia: tamen creditores hypothecarij præferentur chyrographariis tā simpli-
33 cib. ꝗ priuilegiatis; † & hoc est quod dicitur, lex suū & non tuum tibi denegat beneficium, ut no. C. qui po. in
34 pig. habe. l. assiduis. ¶ † Quid si inter istos creditores unus est clericus? Videtur in eo non habere locum lex ciuilis. sed contra est, quia tibi clerico lex suum & nō tuum tibi denegat beneficium, seu priuilegium, quod facere potest: sed tuam prouidentiam super hypotheca auferre non potest, nec uult: quia princeps non intelligit tollere iura realiter acquisita & radicata, ut
35 d. l. rescriptum, in fi. principij, ubi est tex. no. ¶ † Adde, quòd ex rescriptis principis datur actio, ut. ff. de pign. actio. l. eleganter, in prin. Item rescripta habent uirtutem interpretandi, ut ff. de pecu. lega. l. si peculium, §. si cui uiua uox principis, & ff. de legatis 2. l. unum ex familia. §. item imperator Marcus, & ff. de legi. l. licet
36 imperator. ¶ † Et no. quòd rescriptū dicitur proprie, quando rescribitur absenti. Nam cum absente loquit̄ qui scribit epistolam, uel mittit nuncium, ut ff. de constitu. pecu. & l. licet, & ff. de acq. pos. l. qui absenti. gratia autem dicitur, siue præsenti, siue absenti fiat, ut ff. de iureiur. l. Labeo.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio generali secundum ius commune obtento obstat rescriptum etiam de illo non faciens mentionem.*
Clausula appellatione remota, & appellatione concessa quid operentur.
2 *Species derogat generi. siue in eadem dispositione, siue in diuersis.*
3 *Appellatio est de iure naturali.*
4 *Dictio, al era, ponitur inter duos.*
5 *Restitutio qualibet dicitur indulgentia, sed non è contra.*
6 *Libere, aduerbium quid significet.*
7 *Ex generali Sed. Apostolicæ ind. licto, quòd libere appellare liceat, non poterat impetrans appellare in causa momentaneæ possessionis; si sit uerus contumax: ab interlocutoria sine scriptis, uel sine causæ assignatione: contra propriam deliberatam, & spontaneam confessionem; & post decem dies.*
8 *Princeps uno uerbo non uult totam machinam iuris subuertere.*
9 *Præsumitur pro appellante in ipsa appellationis introductione, in fine pro sententia: in medio ueritas inquiritur.*
10 *Iudex, ad quem, debet de meritis appellationis discutere, & eam introducere, quamuis iudex a quo eam non approbet.*
11 *Species, si omnino a genere se iuncta sit, ei derogat, si generi coniuncta remanet, & in sermone ea præmittitur genus uerò subsequitur sui generis naturam retinet. nu. 16. aut è contra & limitat.*
12 *Genus, species, & qualitas non possunt esse sine substantia.*
13 *Dispositio coharctatiua non suscipit generis ampliationē.*
14 *Indiuidua de ipsismet duntaxat prædicantur.*

15 *Locutio discreta dicitur species, indiscreta dicitur genus.*
17 *Species in adversatiuis orationibus derogat generi, item in se iunctis si una ad unam personam, alia ad aliam refertur. Si ambae ad eandem personam sub diversis considerationibus, utraque debetur.*
18 *Causa certa quantitati, u. l rei adiecta non restringit secus si incerta adiiciatur.*
19 *Qualitas ubi de necessitate inest civilibus de genere non restringit, aliàs secus.*
20 *Statutum tribuens iudici liberum arbitrium in omnibus delictis tam procedendo, quàm condemnando, restringitur per aliud statutum in casu homicidij poenam capitis imponi mandans, quamuis, etiam in homicidio quò ad processum, arbitrium illaesum remaneat.*
21 *Lex una an deroget alteri sine clausula non obstante.*
22 *Rescripti, quod nihil iuris confert, sed in iuris dispositione remanet, impetrans mentionem facere non tenetur.*
23 *Privilegij, praesertim in corpore iuris redacti, impetrans debet omnino mentionem facere saltem implicitè.*
25 *Concessio liberè appellandi ex rescripto si detur personae prohibitae appellare, ius commune restituit: si personae non p̄ohibitae, facultatem appellandi in casibus quibuscunque, dum tamen non existenter iniustè, nec euidenter inualidè appelletur. & nu. 28.*
26 *Intellectus ad l. non eò minus. C. de procurato.*
27 *Clausula, appellatione remota, non remouet legitimam appellationem.*
28 *Veritati, & iustitiae princeps derogare uelle non censetur.*
29 *Restitutio ad ius commune, & remotio irrationabilis odij, non est privilegium.*
30 *Mentio de statuto municipali per omnia idem quod ius commune continenti, an debeat fieri in rescripto contrario iuri communi.*
Odium irrationabile est, ubi quis prohibetur, quod de iure communi conceditur.
31 *Ex statuto continente idem quod lex 12. tabula. oritur conditio ex lege.*
32 *Princeps, qui concessit mihi immunitatem, si postea generali statuto imponit onera, an intelligatur tollere meum privilegium.*
33 *Generale statutum, nisi cum derogatoria mentione, non tollit privilegium: nec specialem consuetudinem, non illicitam, nec à iure improbatam.*
34 *Privilegium tempore prius, caeteris paribus, posteriori praefertur.*
35 *Compassibili non fit mutatio, aut novatio.*
36 *In literis iustitiae inspicitur tempus praesentationis, in gratiosis, & beneficialibus tempus datae, nisi expresse conditio adiecta sit.*
37 *Genus specificatum tantum ualet, quantum species declarata.*
38 *Species declarata in individuis derogat declarandae, secus in dividuis.*
39 *Prius tempore dicitur quod prius est perfectionis soliditate.*
40 *Protestatio requiritur ad diligentiam ostendendam, & moram non praesumendam.*
41 *Appellare an possit impetrans, cum clausula appellatione remota.*
42 *Appellationi in causis pecuniarijs renunciari potest, in causis sanguinis non potest.*
43 *Rescripta, & iudicia paritatem desiderant.*
44 *Recurrendum aliquando non est ad generalem providentiam, nisi prius defecisse providentia speciali.*

SICUT Romana. Privilegio generali secundū ius commune obtēto obstat rescriptum * speciale etiam de illo nō faciens mentionem. secunda pars
1 ibi, inquisitio. ¶† Not. in isto c. duas clausulas contrarias. una est, Appellatione concessa, & quid operetur, quod non reperitur alibi, quam hic. Alia est, Appellatione remota; & ista est uulgaris formula, quae ut plurimum apponitur de stylo Romanae curiae, & aliquando apponitur de inferiorum iudicum cōsuetudine, habentium tamen merum imperium, & nihil operat̄, nisi quando appellatur ab interlocutoria; & loquor, quando ista consuetudo est praescripta de principis conscientia, de qua habemus unicam l. tantum. C. de senten. & interlo. l. cum solitum. ibi etiam tractatur de clausula, Recusatiōn remota. dic, ut ibi dixi in lec. C.
2 ¶† No. q̄ species derogat generi siue in eadem dispositione, siue in diuersis, & siue in eodem rescripto, siue in pluribus ab eodem emanatis. ¶ Casus s̄m Ber. in suffragio sic ponitur. Quidam propter culpam suam, quia saepe deliquerat in appellando, priuatus fuit generaliter beneficio appellationis p̄ papā. Iste postea impetrauit indulgentiam generalem, ut libere sibi liceat appellare. demum quidam alius, tacito de ista indulgētia, impetrauit contra istum cum clausula, Appellatione remota, tandē lata sententia contra istum, qui sententiā meruit, appellauit. queritur, utrum suę appellationi sit deferendum? & uidebatur quòd sic ex generali clausula, & quia est primus impetrans, ḡrium determinatur: q̄a
3 specialis p̄hibitio derogat p̄missioni generali. ¶† Ibi, Sublato, haec uerba operantur, ut iudex non teneatur appellationi deferre: t̄n non eradicant beneficium appellandi: quia appellatio est de iure naturali, sicut q̄libet alia defensio; quòd dic ut ī de appella. c. ut debi-
4 tus, & ī eo. tit. c. j. lib. 6. ¶† Ibi, Altera, haec dictio, altera, ponitur inter duos, ut not. C. de furtis l. ancillae.
5 ¶† Ibi, indultū, male uidetur dicere: q̄a q̄d de iure cōmuni conceditur, indulgentia non uocatur, ut in l. j. C. de thesau. lib. 10. Solu. patet: q̄a iste iam erat ab appellando interdictus s̄m Ber. unde restitutio fuit indulgentia: quia omnis restitutio est indulgentia, licet non omnis indulgentia sit restitutio, ut C. de aboli. l.
6 indulgentia. ¶† Ibi, Liberè, istud aduerbiū, liberè, quādoque significat libertatem etiam in causa, ratione, solennitate, & legibus, ut C. de sacrosanc. eccl. l. j. & ': generali. & aliquando significat uoluntatem absolutā, ut quando nemini praeiudicatur, ut ff. ad Treb. l. quia poterat. hic autem sumitur in primo modo significan-
7 di, † nec enim per hoc concederetur ei appellare in causa momentaneae possessionis, nec si esset uerus contumax: quia iurisdictionem contemnit, qui se à praetore facit alienum, nec audiri desiderat. Item nec ab interlocutoria sine scriptis, nec contra propriam confessionem sciētēr & sponte factam, nec post x. dies, nec etiam ab interlocutoria sine assignatione
8 causae: † quia non uult princeps uno uerbo totam machinam iuris subuertere. C. de inoffic. testamen. l. si quando. non obst. l. j. ff. de testa. mili. quia illud indultum non continet alterius detrimentum: alias secus, ut. ff. de adminis. tuto. l. impuberi filio centu-
9 rio. ¶† Ibi, Deferri, pondera hoc uerbum, & dic pro

¶ *De ista materia, an per rescriptum speciale tollatur generale, licet de eo non fiat mentio, & quid in privilegio, uide Aret. in cons. 76. inci. diligenter uisis.*

appellante[a] præſumitur in intro
ductione appellationis, niſi ſit
clauſula, appel. re. ſed in medio
cauſæ appellationis non præſu-
mimus, ſed ueritatem inquiri-
mus. at in finali calculo ꝓ ſen-
tentia præſumimus, ut j. de re-
nuntia.c.in præſentia, niſi in actis

a *¶ Vide gl.or.in l. qui a reſtituere, quam ibi commendat Ang.dicens a ibi ita bene nõ reperiri ff de rei uẽ. & Phil. de Peruſio in rub.de appel.*

appareat contrarium, ut j.de reſt.ſpol. ca.cum ad ſe-
10 dem. ¶ † Ibi, Admitti, & quando appellatio non debet
admitti, ideſt approbari per iudicem, a quo, tamen iu
dex, ad quem, debet diſcutere de meritis appellatio-
nis, & eam introducere, ut ff.de appella. recipien. l.ſi
11 cuius. ¶ † Ibi, Speciale, no. quando ſpecies euellitur de
corpore generis, ſ. quòd ſeparatur ab integritate ſui
generis, & tunc derogat generi, nec cõtinetur ſub eius
prædicamẽto; ſicut ſi unus oculus euelleretur de uno
corpore, iam non eſt de corpore, arg.ad iſtam doctri-
nam.ff.de pec.lega.l.cum dominus.§.ſi. & ff.de auro &
12 argento leg.l.apud. † Vbi etiam probatur, quòd neq;
genus, neque ſpecies, neque qualitas poteſt eſſe ſine
ſubſtantia. Interdum uerò non euellitur de corpore,
ſed remanet ipſi generi iuncta; & tunc non derogat ge
neri, cum diſtinctione tamen. Nam aut præmittitur
ſpecies, & ſequitur clauſula generalis; & tunc retinet
naturam ſui generis ampliando, ut ſi teſtator dixerit
relinquo Titio talem & talem fundum, & omnes fun-
dos meos. Aut primo præmittitur genus, poſtea ſequũ
tur ſpecies declaratæ; & tunc reſtringitur genus per
ſpecies limitando, ut ff.de rerum ſigni. l.ſi cum fundũ.
ff.de fundo inſtru.l.quæſitum.§.fin.ff.de ſup.lega.l.ſu-
pellectili.ff.de penu.leg.l. nã quòd liquide.§. ſi cui.ff.
13 de uino lega.l.fin.§.cui dulcia, † ut tamen ſcias, quòd
coarctata diſpoſitio non ſuſcipit generis ampliatio-
nem.ff. de legat.iij.l.hæres meus.§. duæ ſtatuæ. Si po-
nas, quòd illud uerbum, duæ, ſit uerbũ teſtatoris: quia
dixit duas lego ſtatuas, & omne marmor. Nam uerba
taxatiua diminutionem important. ff. ad Trebellia.l.
Lucius.§.quæ habebat, & non eſt recedendum à limiti
bus diſpoſitionis.ff.de neg.geſt.l.qui alienum.§.liber-
14 tos. † Item indiuidua non prædicantur niſi de ſeipſis.
quia ſunt ſpecies ſpecialiſſima d.§.duæ ſtatuæ, ſ̃m
Dyn.aliquando, quod uidetur limitare, ampliat.ff.de
15 uſufruc.l.Proculus. ¶ † Et no. quòd diſcreta locutio di
citur ſpecies, indiſcreta dicitur genus, ut ff.ex quib.
cau.maio.l.j.ff.de poſthum.l.j.§.deinde.ff.de uer. obl.
l.ſtipulationes cõmodiſſimũ, & ff. ſi quis cautionibus l.
16 & ſi quis, §.quæſitum. ¶ † Et ex prædictis apparet, quòd
ſpecies antepoſita non reſtringit generis prædicatum,
ſed poſtpoſita reſtringere cõſueuit. nam antepoſita eſt
principium ordinis postpoſita terminus, ut not.Cyn.
17 C.de leg.l.cum quæſtio. † Ibi, Derogat generi. hoc ſi-
ne dubio eſt uerum, quando orationes ſunt aduerſati
uæ: qa ſpecies, quæ aduerſantur generi, derogant, ſed
quando orationes nõ ſunt aduerſatiuæ, ſed ſunt diſſe-
parate & ſolutæ, & tunc ſiquidẽ referatur una ad unã
perſonã, & alia ad aliam, ſpecialis oratio derogat ge-
nerali, ut ff.de ali.lega.l.alimenta.§.baſilicæ, & l. Sti-
chus.ff.de leg.ij.l.legatorum.§. ſi plures.ff.fami. erc.l.
quoties.ff.de uulg.ſubſt.l.cohæredi.§.qui diſcretas, &
l.ex facto.§.itẽ q̃ro. ¶ Si aũt circa eandẽ pſonã ꝓferan
tur, ſi quidem ſub diuerſis cõſiderationib. & finalib.de-
monſtrationib. & cauſis, utrunque debetur, ut ff.de an.
lega.l.qui Marco, & l.ſi ſeruus cõis, de ſtipul.ſeruo. &
ibi per Bar. & ar.per l.tutorem.ff.de his, qui ut indig.
Si aũt ſub eadẽ cõſideratione, uel ſub contẽplatio-
ne alicuius conſiderationis, iam dictum eſt ſuperius,
an ſpecies reſtringat genus, & facit.ff.de probat.l.quin
quaginta.ff. de adimen.le.l.cum centum.C. de lega.l.
18 filia legatorum. † ¶ Ecce dictum eſt, an ſpecies reſtrin-
gat generis prædicationem. ſed quid dicam? R̃ndeo
aut cauſa adiicitur certæ quantitati, uel rei determi-
natæ, & non reſtringit.ff.de adimen.leg.l. Lucius.ff. de
leg.ij.l.Lucius.la prima.ſ̃m Old. Aut adiicitur quan-
titati incertæ; & tunc reſtringit. ff. de acq. poſſ.l.his,
19 quæ animo. ¶ † Quid de qualitate, an reſtringat? ſi qui
dem ineſt de neceſſitate cuilibet de genere, nõ reſtrin
git: aliter ſic ſecũdũ Bar.in l.cun
b ctos populos, in ſuo cõmẽto.[b] † Et
20 prædicta faciunt ad quæſtionem
datum eſt arbitriũ poteſtati ge-
nerale & liberum in omnibus de
lictis tam in procedendo, quàm
in condemnando. reperitur ta
men ſtatutum in homicidio, ꝙ

b *¶ Vide oĩno Barba. conſi.6.uol.ij.& uide etiam eũdem Barba. hic & latius in lectura ſua, uer. & inducit.*

debet imponi pœna capitis. nam ſiue hoc contineatur
in eodem ſtatuto, ſiue in alio, pro homicidio debet im
poni pœna ſpecificata, ut eſt tex.not.ff. de re mili.l.q
cum uno.§.qui poſt deſertionem. ibi, dum dicit, receſ-
ſum &c. & nõ habet locum arbitrium in puniẽdo: ſed
bene habet locum in procedendo & diſceptando; & ſic
poterit procedi de facto, iudiciorum ordine non ſer-
uato, tamen ueritate inſpecta. quia ueritas non eſt de
proceſſu, ſed de iuſtitia eius: quia ſtatutum ſpeciale
non loquitur de modo procedendi, ſed de pœna. ergo
quantum ad modum procedendi ſumus ſub lege arbi
trij: quia ſola loquitur. ſed quantum ad pœnam, ſumus
ſub ſpeciali clauſula, ut ff.de pœ.l.ſanctio legum. & li-
cet ſint diuerſa ſtatuta, tamen unum diſtinguitur per
aliud, niſi forte ſtatutum de arbitrio ſit poſtea condi-
tum cum clauſula, non obſtante aliquo alio ſtatuto in
contrarium loquente, ut not.C.de teſta.aut.hæc inter
21 liberos. ¶ † Dicit aliquis, ꝙ una lex derogat alteri ſi-
ne clauſula, non obſtante, ut in c.j. de conſt.lib.6. Re-
ſpondeo illud uerum, quandò loquitur in eodem ca-
ſu: uel utrumque loquitur generaliter. Sed ſi unum lo
quitur generaliter, alterum ſpecifice, tunc genus non
trahitur ad ſpeciem niſi per clauſulam non obſtantiũ.
22 ¶ † Nunc capio unũ notabile, uidelicet ꝙ qñ per re-
ſcriptũ nihil iuris cõfertur, ſed relinquit̃ reſcriptũ in
diſpoſitione iuris cõis, nõ oportet impetrantẽ facere
mẽtionẽ de ipſo reſcripto, ſuper quo uide qđ not.j.c.
nõnulli, eo.tit. & de capel.mo.in c.ex parte, & j eo.tit.
23 c.cum ordine, † ubi patet, quòd de priuilegio redacto
in corpore iuris debet fieri mentio, nec ſufficit, ſi fiat
mẽtio de priuilegiato.i.de pſona, puta de Petro, non
exprimẽdo qualitatẽ religionis eius, niſi fiat mẽtio de
eius priuilegio, & tenore priuilegij explicite, uel im-
plicite, puta faciendo mentionem ordinis, cui priuile-
giũ eſt cõceſſum: qa quomodocunq; cõſtet de cõſciẽtia
principis p q̃cunq; uerba oratiõis, ſatis eſt, ut l. certũ.
24 ſi cer.pet. † & ſi priuilegiũ eſt conceſſum clerico, qa ui
detur conceſſum eccleſiæ, ut not.C.de ſacroſ.eccl.l.q
ſub ꝑtextu, ſufficit, ſiue dicatur, nõ obſtãte priuilegio
conceſſo clerico: ſiue dicatur, nõ obſtãte priuilegio cõ
ceſſo eccleſiæ, arg.ff.de annuis legatis l.annua, in prin.
§.j. Imo etiam ſi non eſt uerus clericus, ſed putatiuus,
priuilegium ei conceſſum contemplatione eccleſiæ
uidetur ipſi eccleſiæ eſſe collatum, arg.ff.de le.ij.l.pe-
to.§.mater. ſed in cõtrarium facit ualde.ff.de uſuca.l.
iuſto

25 iusto errore, in prin. ¶† Capio primam gl. & uidetur, quòd libera cõcessio appellandi nihil operetur: quia de iure communi hoc est, quòd quilibet grauatus potest appellare. 2. q. 7. ad Romanam. ff. qui satis. cog. l. arbitro. ff. de mino. l. ait prætor. §. permittitur, ubi appellatur ab inordinato processu. Nam cum deberet primò dari curator, non fuerat datus, ualet tñ processus, ubi non requiritur litis conte. quia statim sequitur, quòd non requiritur ordo iudiciorum, ex quo non requiritur fundamentum totius ordinis iudicia-
26 rij, id est contestatio litis † sed uidetur, ꝙ ibi non possit appellari. C. de procu. l. non eo minus. sed ibi nõ fuerat proposita exceptio ætatis. sed si fuisset proposita & per iudicem neglecta, bene posset appellari in casu dictæ. l. non eo minus. quam. l. nunc intelligis. facit. l. intra utile. C. de appella. l. & in multis. l. quoniam. in quibus legibus cauetur, quòd potest appellari ab interlocutoria lata super articulo, qui debet de necessitate ordinis præparatorij litis examinari seorsum a principali. Idem, si sit lata super principali articulo. De diffinitiua non est dubium, quia sufficit, quòd legislator nõ uetat appellari, ut eleganter no. ff. de rei uind. l. qui restituere. nec refert, utrum sententia sit lata per uerba iuris, an per uerba facti, licet secus in testibus, ut singulariter no. ff. de arbi. l. diem proferre. §. si plures. ¶Sol. fateor, quòd ista clausula affirmati-
27 ua, ut possit appellari libere, nihil operatur, † sicut nec est uis ꝯtria, s. appellatione remota: quia non remouet legitimam appellationem: quia uerba debent ciuiliter intelligi, ar. ff. de ser. l. si cui. & quia ueritatis inquisitio, quæ fit in cã appellationis, ut. C. de temp. ap
28 pel. l. j. per hanc non intelligitur tolli. † Nam ueritati & iustitiæ princeps non intelligitur uelle derogare ut. j. de confir. uti. uel inuti. c. bonæ. uel distingue, aut erat interdicta appellatio, & postea princeps permisit appellare, & tunc oportet appellari ẽm ius cõe, ut. C. de inof. testa. l. si qñ. in prin. Aut non erat interdicta, & tunc ut aliquid operetur indulgẽtia intelligimus, quòd possit appellari in quibuscunque casibus dumtñ appellatio non sit existenter iniusta, & apparenter inualida quia licentia non debet trahi ad occasionẽ delinquendi, ut. l. officium regentis. ff. de re mili. & dic, ꝙ gratuita permissio ampliat, nisi inueniat præcedentẽ prohibitionem in subiecto in persona: quia tunc reducit ad ius commune, C. de inof. test. l. si quando, in princ. Ista est distinctio Bernhaldi notabilis ualde. facit quòd not. Iac. de Are. ff. de ope. no. nun. l. j. §. item nunciatio omnibus, & Bar. in l. j. C. de sac. sanct. ecclesi. in suo commento. ¶Op. si prima fuit indulgentia, ergo gratiosa: & tunc priuilegium non tollitur per rescriptum, cum ex priuilegio oriaẽ ius, qđ debet seruari in
29 quocunque iudicio. †¶ Sol. restitutio ad ius cõe non uocatur priuilegium, ut hic. Item remotio irrationabilis odij non est priuilegium. irrationabile aũt odiũ est non posse, quod de iure cõi potest, puta non posse appellare, licet quandoq; propter delictũ alicui claudatur iudiciorum copia. ff. qui. ex cau. ma. l. & si ꝑ pre
30 torem. §. sed & si dum decreto, ubi gl. sing. ¶† Sed nũquid in rescripto contrario iuri cõi debet fieri mẽtio de statuto municipali, qđ continet ꝑ oia idẽ, quòd ius cõe. Io. An. dicit, ꝙ non in c. j. de ꝯsti li. 6. Sed Io. de Ligna. dicit ꝯtrium, ar. ff. de ser. ur. præ. l. si domus. Itẽ qa prætor qñque statuit idẽ, qđ ius ciuile, & tñ est ius ꝑtoriũ: quia dat nouum remedium. & interdum statuit idem, sed non per idem remedium, sed per diuersum, ut per bonorum possessionem, ut insti. de bo. poss. §.
31 quos autem. † Item oritur condictio ex. l. ex statuto, qđ idẽ continet, quod. l. 12. tab. & tñ ex. l. 12. tab. non datur condictio ex. l. ff. de condi. ex lege. l. j. Sed pro Io. An. facit, quia tale statutum est superfluũ, ut hic nota: & quia princeps scit effectum statuti: tñ non curamus de modo sciendi, arg. ff. de testa. mil. l. qu iure. & si potestas iurat seruaret statuta, tenetur hoc tanquã statutum seruare: aliter est periurus, & punitur pena statuti, & sic istud est statutum secundum quid, & ẽm a aliud est ius commune.ᵃ ¶† Po-
32 ne, prrinceps concessit mihi immunitatem, postea generali statuto imponit onera; an intelligatur tollere meum priuilegium? rñdeo non text. est
33 cum gl. C. de silen. C. de decurionibus, li. 12. †¶ Et cõclude, quòd generale statutũ non tollit priuilegia, nisi de ipsis fiat mentio derogatoria. Itẽ nõ tollit spẽles consuetudines, nisi essent inductæ ꝯ ius. Itẽ ꝙ essent il
34 licitæ, ut. l. 3. §. diuus. ff. de sepul. uio. † Item priuilegium non tollit priuilegium quò ad ordinem prælationis. Nam primum priuilegium præfertur posteriori, cæteris alij paribus, ut. C. qui po. in pign. ha. l. assiduis. §. exceptis. & habes simile in legatis, utrum unũ legatum tollat aliud. am aut posterius legatũ uenit ad diminuendum, aut ad ampliandum, aut stat per se, quòd dic, ut. ff. de condi. & demon. l. non ad ea. In ꝯtractibus dic, ut. ff. si cer. pet. l. lecta ff. loca. l. in operis ff. de uerb. obl. l. qui usumfructum. ff. de. acq. pos. l. si quis
35 ante † ¶ Et dic, quòd a compassibili non fit mutatio, nec nouatio, sed ab incompassibili sic, ut. ff. loca. leg. cum plures. §. dicta, & solenniter no. ff. de prætor. stipu. l. Valerianus. Capio aliam gl. magnam, quę sic incipit j. c. & ista gl. primo ponit duas concordãtias, s. ꝙ specialis prouisio derogat generali, siue indefinitæ, ut. j. eo. tit. c. pastoralis, & j. de officio delega. c. studuisti. Secundò tractat materiam quadruplicem, prima pars est de rescrip. ad iustitiam in causa principali. secunda pars in causa appellationis. tertia tractat de priuilegijs, quarta tractat de literis ad ecclesiastica beneficia impetratis. secunda ibi, In literis. tertia ibi super priuilegijs, quarta ibi, in beneficijs, & est gloss. ma-
36 gistralis. † Quæro ergo quatuor principaliter: primò quod rescriptum alteri derogat, & usque quo in causa principali? Secundò quid in causa appellationis? tertiò quid in priuilegijs? quartò quid in literis beneficialibus? & in omnibus istis cadit distinctio, ut patet in gl. ¶Et conclude, ꝙ in literis de iustitia inspicitur præsentatio. quia nec actu, nec habitu iudex habet iurisdictionem efficacem ante præsentationẽ: quia tacita inest conditio, si literæ præsentantur. sed in gratiosis, & beneficialibus inspicitur tempus datæ literarum: quia in illo instanti est ius quæsitum, nisi in sit alia conditio, ut conditio acceptationis, uel electionis, de rescrip. c. tibi, & j. de præbend. c. cum cui, de conces. præbendæ. c. si soli, li. 6. ff. de lega. j. si ita legatum. §. illi si uolet. ff. de hære. instit. l. Cornelius, & l. iam dubitari. & uide. j. de præben. cum dudum, & ca. quamuis, lib. 6. & ꝙ no. 25. q. 2. in summa, & infra de regu. iu. c. gñri, & plenius per Bar in l. quæsitum. §. ulti-
37 mò. ff. de fun. instru. ¶† In gl. ibi specificatio, no ꝙ genus specificatum tantum ualet, quantum species declarata. sed antequam sit declaratum, habet in se obscuritatẽ. ff. de leg. 2. l. Meuius. §. duobus. ff. qui. & a q.
38 l. si optio. ff. de leg. j. cum incertis. † tñ lex dicit, ꝙ quã do le-

ᵃ ¶Vide omnino Feli. hic circa istud dictũ.

do legatur uni species declarata, & alij species declaranda, q. declarata non derogat declarandæ. ita dicit illa lex notabilis. ff. de leg. j. si domino Stichus. Caue tibi, quia ista l. loquitur in re diuisibili, ut si impetraretur a principe fundus uel castrum: secus in præbenda, quæ est indiuisibilis. Vnde in præbenda potior est
39 species præbendæ, quam generalitas declaranda: † quia præualet id, quod de posse nihil exigit declarandum. argumen. ff. de pig. l. potior, & l. qui balneum. Nota. enim quòd illud est prius tempore, quod est prius soliditate perfectionis. In gloss. ibi secuta citatione, nota quòd præsentatio rescripti non inducit præ-
40 uentionem, nisi secuta citatione. ¶ † In gl. ibi, Protestatus, nota protestationem requiri ad diligentiam ostendendam, & moram non præsumendam, sic. C. de an. excep. l. ut perfectus, & ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. si is qui prætori, & C. de his, qui per metũ iudicis non appellauerunt. l. fi. hæ protestationes debent fieri in publico, non clam, ut dicit ista glo. & dictis legibus comprobatur. Ibi, usque ad annum, nota, quando impetrans est expectandus per annum, quod dic,
41 ut. j. eo. tit. c. plerũque. ¶ † Extra quæro, nunquid ego, qui impetraui cum clausula Appel. remota, possim ap
42 pallare? vr̃ quòd non: quia me astrinxi. † Item quia appellationi renunciari potest in causis pecuniarijs, ut C. de temp. appel. l. fi. in fi. secus in cã sanguinis uel status, ut. ff. de appel. l. non tm̃, & no. ff. de pac. l. pactum inter, ubi est gl. sollennis. & ideo in causis sanguinis non debet apponi uulgaris clausula, Appellatiõe remota. Præterea, qui impetrat rescriptum, tenetur stare re-
43 scripto, ut. C. de li. cã. l. cum precũ. † ¶ Sol. dico, quòd rescripta, & iudicia paritatem desiderant. & ideo, quicquid licet aduersario meo, licet & mihi. C. de fructi. & litis exp. l. fi. & C. de proximis sacrorum scriniorũ. l. sacris, li. 12. & j. de mutu. peti. c. prudentia, nisi de iure singulari, uel odio speciali aliquorum statuatur, ut. ff. de leg. j. l. fi. & ratio ibi redditur, quia tutor præsumitur decepisse, & supplantasse puellam: non e contra: Ille
44 tex. est multum notabilis † Itẽ extra not. [a] q. aliquando ad generalem prouidentiam non est recurrendum, nisi prius discussa prouidentia speciali dicit illa l. unica in iura. C. de pig. l. quamuis.

a ¶ *Aliquando ad generalem prouidentiam non est recurrendũ nisi prius discussa prouidentia speciali.*

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum causæ cognitionem prohibens est nullum.*
2 *Papa mandato, si quis soluere cogi debeat, isque ob infortunium, puta maris, nequeat, satisdando satisfiet.*
3 *Clausula, si ita est, in Rescriptis subintelligitur natura. non tamen facit conditionem, ut commissio propterea suspendatur.*
4 *Sententia, ac Iuramento quæ conditiones uel insint, uel incidant.*
5 *Rescriptum si duo copulatiue exprimat an utrumq; probari necessariò debeat.*
6 *Copula posita inter duo extrema, quorum, ex iuris dispositione, non est concursus, alterius existentia contenta est.*
7 *Copula posita in libello, uel positionibus an requirat probationem utriusque copulati.*
8 *Qualitas proposita ad intentionem, quæ ex ipsius qualitatis defectu cessaret, necessariò probanda est. secus si deuiaxat ad duplicationem effectus.*
9 *Vbi duo copulatiue in Rescripto continentur. Si de iure utrũque uerum esse requiratur, utrumque probari conuenit. si de iure quodlibet per se sufficit, sufficiet alterius probatio. & nu. v.*
10 *Nisi alterum ueniret ad informationem alterius.*
11 *Item Nisi quis se sponte astrinxerit ad duo probanda, quorum unum facit transire alterum in aliam, speciem, uel formam uel iudicis motum, ul illud qualificat.*
12 *Assumere non potest quis nouam formam probandi.*
13 *Forma ea non dicitur, quæ nec inest nec informare potest.*
14 *Qualitas illa probanda est, per quam actio, uel exceptio uires assumit.*
15 *Probanda sunt ea quæ sunt edenda. & quæ sunt edenda ad intentionem fundandam.*
16 *Intentantem possessorium qualificatum, uel iustificatum dominio aduersarius, si de consensu admissus, probet se dominum, superat exceptione Dolo factis &c. sibi actu, & habitu competenti.*
17 *Copulatiua probatio non requiritur, ubi iuris dispositio est contenta de altero extremorum.*
18 *Mens potius inspicienda est, quàm uerborum copula.*
19 *Papa si mandet sententiam confirmari, intelligetur causa cognita.*
20 *Ex mandato Papæ iudex confirmare debet sententiam, si inuenerit confirmandam, sin minus infirmabit.*
21 *Executio Iudici commissa, si aperta est ex sententia in rem iudicatam transacta, retardanda non est. sin minus, procedi ad eam debet cau. cognita.*
22 *Causam an quis perdat ex præsumpta falsitate.*
23 *Possessio in coloratè data an possit reuocari sine ordinario processu.*
24 *Statututum si sit, quòd reformationes debeant præcisè seruari, quomodo debeat intelligi præcisè.*
25 *Dictio præcisè non excludit legitimas defensiones.*
26 *Verba præcisa distinctionem, & determinationem legalem recipiunt.*

1 EX PARTE. † Rescriptum causæ cognitionem prohibens nullum est. uel sic. In rescriptis intelligitur clausula, si est ita; & si causæ cognitionem uetat, est de falsi-
b tate [b] suspectum, uel sic, clausula non discussa ueritate reddit rescriptũ falsum. h. d. secunda pars ibi, uerum. Casus. quidam clericus. G. nomine impetrauit literas ad episcopum Cõuentrensem cõtra quẽdam aliũ n. noie. F. super præbenda de nouale sub hac forma, ut si constaret ipsum. F. de periurio esse cõuictum, uel perpetuo illi renuntiasse præbendæ remoueretur ab eadem, & adiudicaretur ipsi G. quo. F. conuicto de periurio dicta præbenda fuit data dicto. G. F. appellauit, & impetrauit literas a papa, q. absque causæ cognitione dicta præbenda restitueretur eidem per Cantuariensem Archiepiscopum. Conuentrensis episcopus significauit hoc papæ. papa rescribit, quòd non credit sic præcisè literas emanasse. Item quòd subintelligatur clausula, si est ita; unde mandat eidẽ archiepiscopo, ut inspiciat dictas literas: & si inuenerit secundum prædictum modum ei scripsisse, & non facta mentione priorum literarum, sententiam episcopscopi confirmet, & ad præsentiam papæ dirigat impetrantem.

b ¶ *Vide Bal. consil. 44. wici. do. Bailardinus, primo nolu.*

2 ¶ † Pone, papa mandat aliquem cogi ad soluendũ. Iste propter

propter infortunium maris nō potest soluere, sed uult satisdare. dico sufficere. ff. de re iudi. l. iiij. §. ait ꝑtor, tex. ualde notabilis. ¶Ibi, de noualibus, proprium nomen loci. Ibi, Cognoscens, scilicet episcopus. Ibi, Legitime, quò ad ordinem iuris ex forma rescripti. ¶Ibi, constaret, ex forma rescripti. ibi, & perpetuò, ponitur, &, pro uel, quòd alterum sufficit. ¶Ibi, Eo cognito. s. per iudicem. & ibi, & probato, s. per partem. ¶Et not. quem non remouendum sine causæ cognitione. ¶Ibi Abiudicasset. i. abstulisset. ¶Et no. ꝙ clarius alibi non reperitur, ꝙ propter periurium clericus à beneficio remoueatur. ¶Ibi, ꝑcisè, no. quid significat dictio, ꝑcisè. ¶Ibi, hæc conditio, per istam subauditam conditionē non excusatur impetrans à suspicione falsitatis. ¶Ibi, scripserimus, subaudi & ipse processit secundum eundem modum. ¶Ibi, Literarum, nec de processu habito per easdem, ĩ de sen. & re iud. c. inter monasterium. ¶Ibi, confirmes, sicut fuerit confirmanda cognitione præmissa, ĩ de appel. c. oblatæ. & habes simile. s̃ de cō stit. c. cum M. in fi. per Inn. & Compostel. ¶Ibi, Nostris i. sub nomine nostro impetratis producens rescriptū suspectum capitur, & sub fida custodia remittitur ad
3 locum, ubi creditur falsum fabricasse. ¶†Not. quasdā conditiones subintelligi nam conditio, si est ita, subintelligitur de natura rescriptorum, ut C. si contra ius uel uti. pu. l. fi. Tamen ista clausula non facit conditionem, quia est de præsenti, & non de futuro, & non suspendit actum commissionis. Item intelligitur tacite
4 ex actis. ff. de re iudi. l. ait prætor. in §. fi. †sententia recipit conditionem temporis pręsentis, & pręteriti imperfecti, si ex actis apparet probatum, ut cum iudex dicit, uti ante litem contestatam possidebatis: quia est incerta de futuro. ita singulariter not. ff. de re iudi l. ait prætor. § fi. ¶Item in iuramento intelligitur conditio naturalis. C. de non nume. pecu. l. fi. item quandoque intelligitur conditio, si res in eodem statu permanserit, ut ff de cond. ob causam l. quid si seruus dicit l. ꝙ conditio raró subintelligitur, persona nunq̃. ff. de uer. obl. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ¶Sed not.
5 ꝙ papa hic duas conditionis coniunxit ¶†Quærit gl. utrum requiratur, ꝙ utraque cōditio sit uera, & uidetur ꝙ sic, propter copulam. ff. de condi. insti. l. si hæredi plures. contrarium determinauit gl. quòd qualibet
6 per se sufficit.† Vnde copula hic non ponitur proprie. s. pro coniunctione copulatiua, sed pro disiunctiua. non obst. l. si hæredi plures: quia ibi loquitur in actu, qui recipit dispositionem a sola uoluntate disponentis. hic autem loquimur in actu, qui disponitur secundum dispositionem legis. nos a habemus, ꝙ quandoque copula ponitur inter extrema, quorū non est concursus ex iuris dispositione; & tunc copula non requirit existentiam utriusque extremi, ut dicit illa l. nota-
7 bilis, C. de sen. & interlo. l. cum solitum. ¶†Et hæc faciunt ad quæstionem, utrum copula posita in libello, uel positionibus requirat probationem utriusque necne, & præmitto, ꝙ qualitas & subiectum sunt duæ res: tñ una. s. qualitas adiacet alteri, i. substantiæ: quia qua-
8 litatis esse est inesse, †& si per qualitaté narratur, & sine ea cessat remedium intentatum, oportet qualitatē probari, ut ff. ui bono. rap. l. prætor. §. docere. sed si per eam geminatur effectus, non est necesse eam probare, nisi quis uelit utrunque cōsequi, ut patet in furto manifesto. Nam manifestum est qualitas, per quam pœna geminatur. Si ergo probatur furtum, sed non probatur manifestum, non tamen absoluetur reus, sed cōdemnabitur in minus: & tamen si iudex condemnaret ultra probata, sententia esset aliqua, dum modo libellus hoc patiatur, ut dicit l. illa notabilis. ff. de infamibus l. quid ergo. § pœna grauior. apparet ex ꝑdictis, ꝙ non uitiatur principale, licet accessorium non probet. Et adde, quod not. in c. j. sup uerbo, defecerit, de elec.
9 lib. 6. † Et iuxta notabilem theoricam istius gl. not. ꝙ aut de iure requiritur, quòd utraque pars sit uera, & oportet utrumque probari, aut quodlibet per se suffi
10 cit; & sufficit alterum probari. ¶†Et ego addo, ꝙ si unū uenit ad informationem alterius, oportet probare u-
11 trumque, ut l. habeat ff. de institoria.† Item si quis se astrinxit sponte ad duo probanda, quorum unū facit transire alterum in aliam speciem, uel figuram, uel iudicis motum, uel habet ipsum qualificare, utrumq; est probandum, ut ĩ de probat. c. licet causam. & adde,
12 ꝙ not. Bar. in l. diuus. ff. de re iu. ¶†Et nota, quòd nouam formam probandi non potest quis assumere: sed oportet, quòd ipsa forma sit adiacens & consentanea ipsi iudicio ex iuris dispositione, ut ff. de appel. l. scio.
13 †Non enim dicitur forma illa, quę nec inest, nec informare potest. ff. de contrah. emp. l. pacta conuenta. aptis enim & restrictiuis qualitatibus astringuntur ad probandum, non ineptis & ad rem non pertinentib. puta, ꝙ qñ contraximus, erat tēpus nebulosum: uel, & rex
14 erat in Francia, no. ff. de excep. do. l. ij. §. circa.† Illa uerò qualitas est probanda, per quam actio, uel exceptio uires assumit, uel ueritatem. ff. de neg. gest. l. Pom
15 ponius, in negotiis, in fi. C. de sportulis l. j. ¶†Et not. quòd ea sunt probanda, q̃ sunt edenda: & ea sunt edenda ad intentionem fundandam, q̃ respiciunt fundamētum, & ea coadunanda, q̃ respiciunt iuuamentum. ¶Ex quibus conclusio sequitur, ꝙ omnia uerò alia sunt superflua, licet narrata sint: b quia superflua & inania figuram iudi-
17 cij non ingrediuntur.† si quis intentauit possessorium qualificatum, uel iustificatum dominio, si non habet probare dñium, nisi possessor ū iuris, ut no. in l. ij. § q̃dā. ff. de interdictis. Tñ si aduersarius ꝑbat se dñm ad missus de cōsensu partiū, ꝑbato dñio uincit ĩ de rest. spo. c. j. cuius rō est, qa dñs hēt exceptionē, dolo facis habitu ex uirtute dñij: actu uerò & exercitio ex uirtute ꝯsensus, seu patiētię aduersarij; & sic actu & postea habitu cōcurrētib. necesse est ēt spoliatorē uincere, ut no. ff. de iudi. l. deniq;. Et no. hæc uerba. qa sūt
17 noua & subtil ia. † Itē apparet ex ꝑdictis, ꝙ copulatiua ꝑbatio nō requirit, ubi iuris dispositio est ꝯtenta de altero extremorū, ut ff. de ap. l. appellāti. §. nō solere.
18 † Itē ꝙ potius est inspicienda mēs, quā uerborū copula. Nimirū, qa cōiunctiones & aduerbia sępe ponunt improprie, & un ꝑ altero, ut no. sing. r. ff. ū cód. & de
19 mon. l. has cās. ¶ †Quæro, papa mādat sniam cōfirmari, utrū hoc intelligat leuato uelo, an cā cognita? Rñdeo, cā cognita: q. iudiciū nō ꝑcedit sine cāe cognitione, ut l. in cāe. §. co gnita, & l. ēt. §. fi. ff. de mino. & ff. de
20 in inte. rest. l. oēs. † Confirmatio ergo fit, si iudex inuenit cōfirmandā: sed si inuenit infirmandā, dēt cā in-
21 firmare fm. Inn. & Host. ¶†Si cui aūt mandat exceptio, aut talis executio est aperta ꝑ diffinitiuā, q̃ transiuit in rē iudicatā; & sic quia iam est cognitū esse, non dēt amplius frustra cognosci, ut no. Inn. ĩ. de app. c. in rōne. Si aūt nō est aperta, cognosci oportet, ut ff. de mino.

a ¶ *Vide late scripta per Iasonem May. in l. j. ff. de iust. & iure.*

b ¶ *Superflua & inania figurā iudicij nō ingrediuntur.*

no.l. minor. 15. annis, cui fideicommissum, & not.ff. de inoffi.test.l. qui de inofficioso, & C. si ꝗ ius, uel utili. pu
22 bli.l. & si nõ cognitio. ¶ † Quæro, nunquid ex præsumpta falsitate quis perdat causam? & uidetur ꝙ sic, ut ff. de iure fisci l. in fraudem. §. quoties. In contrarium uidetur per id, quod supra dixi per Inn. quod est uerum, si falsitas concernit apparatum iudicij: secus, si probationes substantiales: ita tamen si acta iudicij falsificata sunt, ut ff. de fal.l. qui obrescerit, puta interli-
23 neata, uel falsò fabricata. ¶ † Quæro, utrum possessio incoloratè data possit reuocari sine ordinario processu? respondeo sic, si reuocatur incidenter officio iudicis mercenario. Et ideo si iudex circunuentus est, hoc comperto statim debet reuocare, quod fecit, ut no.ff. de euict. l. minor. §. si. ubi ē bona gl. & est tex. ual de not.l.j. in §.j ff. si mulier uētris nomi. ibi cum dicit, debet enim prætor, quemadmodum facilis &c. ¶ Vlti-
24 mo induc. istud c. in ar. ad quæstionē, statutū est, † ꝙ reformationes debeant p̄cisè seruari, quō debeat intelligi [a] p̄cisè? & potest argui ex ista litera, quòd sine causæ discussione. sed hoc falsum est, ut litera dicit.
25 † Nam hæc dictio, p̄cisè, non excludit legitimas defensiões. ff. de uerb. obl. l. stipulatus sum Damā:
26 per Iac. de Are. † Verba præcisa recipiunt distinctionem & determinationem legalem. C. de adul. l. ita pudor. Et ideo dic p̄cisè, id est ad literā, prout iacet, & si opus est etiam manu militari. Item & remedio carceris, ut l. sacrilegij. §. si ff. ad l. Iul. peculatus ff. de rei uin. l. qui restituere, & quod no. ff. de no. ope. nun l. stipulatio de operis. §. siue, & ff. de procur. l. sed. & hæc. §. prætor, &c. Bald.

a *Not. tamē, quòd licet lex dicat aliquem p̄cisè cogi ad aliquid, tamē subintelligitur, nisi iusta excusatione cās allegat, l. art. per illū tex in l. filius. §. fi. ff. de prob. & de iudice, qui per statutū astringitur p̄cisè ad terminū, uide Bal. in l. j. C. qui accu. non possunt.*

SVMMARIVM.

1 *Prior, qui est in impetratione, potior est in iurisdictione: quod limitat.*
2 *Protestari qui non potuit per paupertatem, uel metum tyranni, habetur pro protestante.*
3 *Temporis lapsu non læditur qui non fuit negligens.*
4 *Clausula, non obstante, licet non adyciatur, sufficit mentionem fieri de primo rescripto.*
5 *Duo diuersi iudices in eadem causa ab utraque parte ex diuersis rescriptis impetrati, si duas ferant sententias inuicem contrarias prius lata præualebit.*
6 *Mandatum finitur ipso iure per reuocationem, nedum expressam, sed tacitam.*
7 *Expensarum refectio oritur ex malitia, & potest peti principaliter.*
8 *De duobus Rescriptis in eadem causa à diuersis impetratis & eodem tempore præsentatis, cæteris paribus, præualet prius obtentum.*
9 *Prioritas in nominatione generat priuilegium prælationis.*
10 *Actor & reus si concurrāt in data & in præsentando, & citando, potior erit actoris conditio.*
11 *Rescriptum legitimum non perditur per excommunicationē superuenientem, sed differtur.*
12 *Statutum dicens, quod bannito nō reddatur ius, si cessa sunt ea iura tempore banni, nunquam cessio conualescit, secus si ante bannum.*
13 *Casus quibus Rescriptum perditur.*
14 *Mentio si sit facta de primis literis, sed non de consensu partium, literæ sunt obreptitiæ.*
15 *Iudicium sine labore & expensis non potest fieri.*
16 *Malitia præsumitur in eo, qui uenit contra factum proprium.*
17 *Iuramentum quando excuset, uel non.*
18 *Consultor, cui est transmissus articulus consulendus formatus de partium uoluntate, nullum alium articulum debet admittere.*

b CAETERVM. [b] Si in secundo rescripto de primo rescripto aduersarij eiusdē causæ non fiat mētio p̄mi, ualet primum: aliàs ualet secundum: & si primum fuit communi consensu partium obtentū, non ualet secundum hoc tacito impetratum, & talis impetrās condemnatur in expensis. ¶ Casus. quædam controuersia erat inter duos, unus impetrauit literas ad quosdā iudices, alius ad alios. quæritur, utrum debeāt cognoscere primò impetrati, an secundò dati? Respondeo, ꝙ primi, nisi in secundis literis fiat mentio de primis: quia tunc iurisdictio priorū iudicū est reuocata. ¶ Sed pone, ꝙ iudices primi sunt impetrati de consensu partium, & secundæ literæ fuerunt impetratæ hoc tacito, respondetur, quòd secundus impetrans debet condēnari in expensis. ¶ Et no. quòd istud c. loquitur, qn̄ utræque literæ sunt speciales: idem dicendum est, qn̄ utræque literæ sunt gn̄ales. Si uerò alteræ sunt gn̄ales, alteræ speciales, p̄ualent speciales, ut plenissime not. s̄.
1 co. c. j. ¶ † No. quòd qui prior est in impetratione potior est in iurisdictione; qd' intellige, si literas præsentauit, uel aduersarium citari fecit sed si non præsentauit, uel aduersarium citari non fecit, aut per negligentiam, & perdit cōmodum literarum, si aduersarius p̄sentauit, & citari fecit eum. Sed si primus non potuit præsentare, aut non fuit protestatus publice, & tunc
2 expectatur per annum, ut not. in ca. j. s̄. co. ¶ † Adde, ꝙ si per paupertatē, uel metum tyranni non potuit protestari, habetur pro protestante: qa negligens non censetur, ar. ff. mandati l. idemque. §. si ignorantes, & j̄ de
3 appell. c. ex ratione: † quia non læditur temporis cursu ille, qui negligens non fuit. ut not. in aut. de app. §. j.
4 colla. viij. tamen ultra annū nunq̄ expectatur. ¶ † Not. ꝙ sufficit fieri mētionem de primo rescripto, licet nō adiiciat clausula, nō obstāte: qa nihil ob. ex quo facta est mētio. ¶ Ibi, Sed firmitatē. sed nūqd secūdæ literæ sunt nullæ ipso iure, an ope exceptionis? dic ꝙ ope-
5 exceptionis s̄m Inn. Gof. & Ab. ¶ † Quid ergo, si primi iudices & secūdi c̄trias sn̄ias ferāt? uī p̄ualere sn̄ia pri-
6 mò lata, ut C. qn̄ p̄uo. nō est neces. l. j. ¶ † Ibi, Exēpta, s. ope exceptionis. uel dic ipso iure, ꝙ per reuocationē nedū expressam, sed tacitā ipso iure finit̄ mādatū ff. de sol. l. si cū Cornelius. ff. de iur. om. iud. in l. & qa. ¶ Ibi, De assensu, not. ꝙ cōsensus partiū reddit literas ualidiores.
7 † Ibi, Dolo, no. ꝙ per malitiā uenit refectio expensarū; & forte p̄ iuris actionis cōdictionē ex hac decretali; & sic poterūt peti expēsæ principaliter, & p̄ se, ut no. in aut. de iudici. §. oportet. Glossæ istius c. sūt faciles. ¶ Opp. j̄. de app. c. ut debitus. Sol. ista decretalis dirigitur ad illā: qa hodie non attenditur t̄ps datæ, sed præsen-

b *¶ Ista dictio, cæterū secundū imo hic stat pro certe. adde tex. cū gl. in uerbo, cæterum, in l. pen. in prin. ff. de usu. tri. alteq; lega. uide omnino imo. in simili in c. si autem. infra eod.*

8 præsentationis, & citationis. † Sed quid si uterque si-
mul præsentet? Respondeo, inspicitur tempus datæ, ar
gu. C. de rei uindic. l. quoties, ubi Iaco. de Are. dicit,
quod præsumitur prioritas traditionis ex prioritate cō-
9 tractus: ita hic a simili dicam. † Item quia prius no-
minatus præfertur, ut. ff. de hære. insti. l. qui soluendo.
& adde quod no. j. de uer. sig. c. ex parte eius, el. 2. i ul. gl.
¶ Oppo. quòd neutræ literæ ualeant, ut j. eo. c. ex teno
re. Solu. ibi fuerunt impetratæ ab eodem, hic a diuer-
sis, facit C. de asser. tol. l. j. in fi. & quod no. Cy. C. de iu
10 di. l. nulli. † Quid si concurrunt actor & reus in data
& in præsentando, & citando? Rñdeo, potior est condi
tio actoris. quia sumus in limine iudicij, ut no. j. de re
11 sti. spo. c. cum ad sedem. ¶ † Capio gloss. quæ incipit,
sic patet, quæ ponit casus, in quibus rescriptum legiti
mum perditur. Et est unus casus, in quo non perditur,
sed differtur, puta per excommunicationem superue-
nientem. adde, quòd si erat excommunicatus tempore
impetrationis, nunquam conualescit, ut in c. 1. de re-
12 scrip. libr. 6. † Et est arg. ad quæstionem, dicit statutū
quòd bannito non reddatur ius. nam si cessa sunt ei
iura tempore banni, nunquam cessio conualescit: se-
cus, si antequā esset bannitus: quia cessio tenuit, quod
exemptus à banno postea impetrat, ut in cap. hic finit
13 lex. c. dño gueram. † Et huic glo. adde alios casus, & si
est impetratum rescriptum sine mandato. j. eo. c. non
nulli. Item si taceatur nomen dignitatis, ut. j eo. c. ad
aures. Itē si non facit mentionem de appel. j. eo. ca. ex
parte. infra. de confir. uti. uel inuti. c. bone. Item in qua
tuor casibus. infra eo. c. sedem, & in casibus, quos ha-
bes. infra. eo. tit. c. ulti. Pet. de Sansonia, & Abbas, plu-
res alij casus not. per Gof. eo. tit. in summa §. tollitur.
14 † Capio aliam gl. & quæro, quid si est facta mentio de
primis literis, sed non consensu partium? respondeo,
15 obreptitiæ sunt. † Capio glo. pe. & quæro, quomodo
potest fatigari in expensis: quia non potest in ius uoca
ri? respondeo, imò iudicium sine labore & expensis
non potest fieri, sicut patet per experientiam, ut no. ff.
de iureiuran. l. alias, & ff. de liberatione lega. l. potior.
16 † Vltimò not. quòd malitia præsumitur in eo, qui ue-
nit contra factum proprium, & adde quod no. Cy. C.
de fruc. & lit. expen. l. litigator, ff. de leg. 3. l. si mulier.
17 § si rem. ff. de rei uin. l. non solum. † Et iuramentum
calumniæ, uel malitiæ, id est doli & fraudis cessantis
non excusat: quia non succedit loco alicuius probatio
nis. habemus enim, quod qñ succedit loco qualisqua-
lis probationis, excusat ff. de iureiu. l. 3. §. erit, & l. j. §.
j. ff. si mulier uen. nomine. & quando defertur a parte
parti. aliàs iuramentum calumniæ nunquam habet
usum alicuius probationis. adde quod no. ff. ad exhib. l.
18 thesaurus. † Extra uo. in hoc. c. quòd consultor, cui est
transmissus articulus consulendus formatus de par-
tium uoluntate, nullum alium articulum debet ad-
mittere, uide. ff. de iureiur. l. iusiurandum, & ad pecu-
nias. §. si de qualitate.

SVMMARIVM.

1 *Ad ueritatem disiunctiuæ nō requiritur copulatiua probatio.*

2 *Disiunctiua interdum pro coniunctiua ponitur.*

In dubio semper ad intentionem disponentis recurrendum est.

3 *Disiunctiua in contractibus inter personas quibus acquiritur, an & quando in coniunctam resoluatur.*

4 *Papa si mandat aliquam prabendam conferri mihi, aut Titio, an ualeant literæ?*

6 *Liberalitas, & consequenter literæ gratiæ æquiparantur ultimæ uoluntati.*

In ultima uoluntate in alternatiua personarum, ubi dispositum non recipit communionem, electio est debitoris.

7 *Alternatiua quandoque ponitur inter res, & tunc quid in ultima uoluntate, & quid in contractibus. remissiuè.*

8 *De alternatiua cadente inter iurisdictiones, item inter remedia.*

9 *De Alternatiua cadente inter speciem, & arbitrium.*

10 *Pars una alternatiuæ, si est possibilis de iure & de facto, altera impossibilis, utile per inutile non uitiatur, sed accrescit tantum capaci.*

11 *Alternatiua ubi cadit inter quantitates minor debetur, ubi inter dilationes, longior expectatur, & quare.*

12 *Papa mandante collationem primæ uacaturæ curatæ, uel non, si & Curatum, & non curatum simul uacent, potest curatum eligi.*

13 *Testator si ita dicat Lego Sempronio equum meum album, seu nigrum, an uterque debeatur.*

14 *Dictio seu est indifferens ad coniunctam, & disiunctam.*

15 *De similibus ad similia, idem est iudicium.*

16 *Similia non sunt, quorum diuersa est ratio.*

17 *Argu. a simili locum habet in casibus omissis, secus in expressis, item, ubi tractatur de legum correctione itē in priuilegijs in dulctis contra ius commune. nu. 19.*

18 *Omne tacitum est ex coniectura, cui in certis locus non est.*

20 *Similitudo est in pluribus terminis eadem æquitatis ratione.*

1 INTER cæteras. † Ex disiunctiuè narratis in rescripto sufficit impetranti alterū probare. ¶ Casus, Ecce papa mandat aliquem remoueri ab ecclesia, siue sit filius proxime ministrantis in ea, siue de facto se intruserit occupando. modo impetrans probat, quod est filius, sed non quod sit intrusus. Quæritur, utrum ille, contra quem alterum est probatum, debeat remoueri? Respondetur quod sic, quia sufficit ad ueritatem alternatiuæ, quòd altera pars sit uera; nec uitiatur eo, quod altera pars falsa sit; & idem est in similibus obseruandum. ¶ Not. quòd alternatiua non uitiat rescriptum No. quòd dixi, quod ad ueritatem disiunctiuæ copulatiua probatio non requiritur. Nam alternatiua ue-
2 rificatur de sui natura ex aliquo extremorum: † aliquando tamen disiunctiua ponitur pro coniunctiua. ff. de uerb. sig. l. sæpe. C. de uerb. sig. l. cum quidam. C. de insti. & substi. l. generaliter. & tene pro firma regula, quod semper ad intentionem disponentis est recurrendum, ut solenniter not. per Ber. suprà eo. c. ex parte, & est tex. not. ff. de uerbo. signifi. l. alienationis. §. oratio.
3 † Et no. casus, in quibus disiunctiua ponitur pro coniuncta: primus in ultima uoluntate, quando ponitur inter personas honoratas, ut. d. l. cum quidam. Secundus in l. generaliter, C. de institu. & substi. §. quando si non poneretur copulatiuè, resultaret iniquitas. Tertius in d. l. sæpe. ff. de uerbo. signific. quando sequeretur iniustitia, ut in interdicto, quod ui aut clam, nō comprehendit casum. de propria autem significatione disiunctiua uerificatur ex aliquo disiunctorum, ut. ff.
4 de uerb. fig. l. sæpe. ¶ † Sed nunquid in contractibus ponitur eodem modo inter personas, quibus acquiritur?

ritur? & uidetur quòd sic, ut d.l.cum quidam,§.si omnibus potest acquiri obligatio: sed si uni potest acquiri obligatio, alteri,nõ,ille, cui non potest acquiri censetur additus solutioni, & non obligationi. ff. de uerb. oblig.l.eum qui. §. qui sibi Sed lex vr̃ dicere, ꝙ ubi utrique potest acquiri obligatio, neutri acquirit. ff.de stip.ser.l.proinde,& l. sed & si ita, & l. sed & sibi. & rõ ibi redditur,s.quia incertum est, cui potius acqratur,nec est qui eligere possit alterum ex reis credẽdi. Nam debitori non debet conferri electio, quis sit eius creditor.Item nec creditoribus: quia unusquisq; eligeret seipsum: sed illæ leges sunt correctæ per dictam.l.cum quidã:quia ne stipulatio uitiaretur. disiũ
5 cta resoluitur in coniunctam s.m Pe. & Bar. ¶† Pone, papa mandat aliquã ꝓbendã conferri mihi,aut Titio, nunquid ualeãt literę?& vr̃ quòd non: quia ista alternatiua ponitur inter honoratos, nec põt accipi ꝓ con
6 iuncta:quia præbenda non põt diuidi. † In ꝯriũ uidetur,quia liberalitas,equiparatur. ultimæ uoluntati, in qua in alternatiua personarum electio est debentis, si tale est dispositum, quod non recipit cõtionem cum alio hoc probat tali rõne. Ista alternatiua locutio est indeterminata, quia incerta;ergo competit electio ei cui uerba executiua diriguntur,ar.ff.de le.2.si qs seruus.§.inter duos, literas ergo gr̃æ ult mæuoluntati eqparo,& non ꝯtractibus.& uide quod no.in c.j.§ ſed ex
7 titit,in fi.ĩ.de conces.præben.li.6. ¶† Porrò alternatiua qñque ponitur inter reos.tunc in ultima uoluntate dic,ut no.ff.de leg.2.Lucius.in ꝯtibus dic, ut.ff. de ꝯhen.emp.l.si ita distrahatur,&.ff.de iur.do.l. plerun
8 que.§. fi. † qñque alternatiua cadit inter iurisdictiones,& dic ut l. non utique.ff. de eo quod cer. loc. & in aut.habita, ne filius pro pa. qñq; cadit inter remedia,
9 & dic ut.ff.de pac.l.rescriptum.§.si ex pacto. † ¶Et no. ꝙ alternatiua qñque cadit inter speciem, & arbitriũ. C.de ser.fugi.l.si fugitiui serui,& ibi per Iac.Bu.& tũc arbitrium non vr̃ datum apsolute,sed iuxta similitudi
10 nem speciei.Cy. ¶† Illud scias, ꝙ si una pars alternatiuæ est possibilis de iure & de facto, altera impossibilis, ꝙ utile per inutile non uitiatur.sed tñ accrescit ei, q capere potest, ut.ff.de contrahen.empt.l. fundus ille. & adde quod habes.C.de consti.pecu.l.si quando,& ff.
11 de leg.3.l.ille aut ille † & uolo,ut unum scias, ꝙ si alternatiua cadit inter quantitates, minor quantitas debetur:sed si inter tempora,siue dilationes, longior dilatio expectatur,ut.ff.de uerb.ob.l.si ita stipulatus fuero.x.aut.xv. Nam dilatio longior dispositum minuit, & quod minimum est,inspicimus,ut.ff.de reg.iu.l.sem
12 per stipulationibus, † & tñ si papa mandaret mihi cõferri primã uacaturã cũ cura, & sine cura, & simul uacarent curatum,& non curatum possum curatum eli-
13 gere,ut.ff.de consti.prin.l.beneficium. ¶† Pone, testator dicit ita lego sempronio equum meum album,seu nigrum Iste petit ambos equos quæritur quid iuris?
14 & vr̃,ꝙ debeat hr̃e utrumq;† quia dictio,seu,est indifferens ad disiunctam & coniunctam:imò lex interpretatur,ꝙ coniungat & connectat res, inter quas ponit, ut.ff.de auro & argen.leg.l. si quis ita legauerit uxori Cõtrariũ credo, qa est usus uerbo singularis numeri, urñ nõ vr̃ sẽsisse de plurib.sed de uno:qa licitũ ẽ arguere a numero,ut.ff.ad Tre.l.Iulius,al's Lucius Phebus,
15 q est finalis in gl.forte.† Ex ista gl. collige,quis dicatur intrusus,in gl.ordi.Ibi,Mancipiorum,ibi loquitur de termino iudicis.Item in termino legis.l.fi.§.j.communia de lega. Deinde glo.collegit no. quòd de similibus ad similia idem est iudiciũ & hoc ex ui regulæ, quæ dicit,a ꝙ de similibus ad similia est procedendum.ff. de legi. l.non pos
16 sunt.C.de fur.l.si qs seruo.† tamen non sunt similia illa, quorũ rõ est diuersa, ut not. ff.de iurisdi.om.iud. l.si familia,& facit C.de reuo. donat. l. is solus, & quod not.ff. de leg. l.de qnibus.
17 ¶† Et no.quòd ar a simili habet locum in casibus omissis,ut.ff.de le.l.de qbus,in prin. & non in casibus de per se expressis in iure: quia expressum facit cessare ta-
18 citum † quia omne tacitum est ex coniectura,ut.ff.de le.j.l.licet imperator, & uo C. de fur.l.apud antiquos. & in incertis, non certis locus est coniecturis. ff. de uerbo. obliga. l. continuus. §. j. & facit.ff.de lega. 1. l. talis scriptura, & ff. de uulga. sub.l.cum ex filio. §. filio, & l. ex facto. §. item quæ-
19 ro. † & scias, quòd istud arg. a simili, non habet locum, ubi tractatur de legum correctione, & no.C. de sacro. sanct. eccle. authen.quas actiones. l.hac ratione. nõ habet locum in priuilegijs indultis contra ius commune, ut. ff. solut. matrimo. l. si uerò.§.de uiro.
20 ¶† Et no. ꝙ differentia rationis constituit speciem aduersatiuam, sed differentia terminorum subiectorum prædicamento eiusdem rationis constituit similitudĩnem,ut.ff. depo. l. quod Nerua. Similitudo est in paribus terminis eadem ratione æquitatis. Et nota locum a sufficienti enumeratione similium, ut. ff. de inreiu.l.tutor.§ prodigus,& uide, quod no. per Cy. C. qui da tuto.pos.aut.minoris debitor, in 3.q. C.quæ sit lon.consue.l.j.per Cy.

¶Et istã regulã, quando procedatur de similibus ad similia, ponit latè Felin.in c.cũ ... lato, & fi. suprà de consti. Corse.in singulari suo in litera extẽsio, la prima. & quãdo in pœnalibus fiat extensio de similibus ad similia, Bar. consi. ult.j uol. & consi.xj. & pe.uer. multa similia de extẽsione.eo.uo.

SVMMARIVM.

1 *Super sedendum est aliquando in executione mandati papæ, & expectanda secunda iussio.*
2 *Causa debet esse rationabilis, cum idem sit causa, quod ratio.*
3 *Præcepta nuda, quæ sunt sine causa, non ualent.*
4 *Testis an debeat reddere causam.*

SI QVANDO. Is, ad quem rescriptũ papæ dirigitur, debet illi parere, aut iustam causam ostẽdere, quare non pareat. hoc dicit. ¶Casus. Papa scripsit archiepiscopo Rauennati super obtinendo beneficiũ in ecclesia Rauennatensi,habebat ĩpetrãs & alia beneficia,de quibus non fecit mentionẽ: archieps de hoc fuit turbatus.papa respondet,quòd non debet turbari, sed diligenter considerare mandatum papæ, & aut obedire, aut rescribere, cur mandatum implere non debeat, uel non possit: quia papa patienter substinet, si non fit, quod ei est praua insi-
1 nuatione suggestium. ¶† Not. bonum capitulum, quòd aliquando est supersedendũ in executione mandati papæ, & expectanda secunda iussio, ut in auth. de manda. principium.§. de inde competens,ubi glo. dicit not. argu. contra miseros prælatos, qui statim mandant executioni literas papæ iniustas. Ibi, non possis. scilicet, de iure, uel de facto. infra. eod.cap.
2 scisc itatus. uel etiam non debet. ¶† Ibi, Rationabi-

tionabilem causam, nota, quòd causa debet esse rationabilis: quia idem est causa, quod ratio. ff. de transac. l. cum his. §. in causa. C. de prædijs curialium, l. 1. lib. 10. Et licet in mandato superioris non semper requiratur causa; tamen si contra rationem, non est ei obtemperandum.
3 ¶ † Sunt etiam quædam [a] præcepta nuda, quæ sine causa non valent, vt. ff. de leg. 1. l. filius. §. diui, &. ff. de aur. & arg. lega. l. medico. §. fi. &. ff. de condi. insti. l. quidam in suo, &. C. de institutionibus & substitutionibus. l. reprehendenda.
4 ¶ † Glo. hic tangit de teste, an debeat reddere [b] causam: dic quòd non debet reddere causam actus: sed debet reddere causam scientiæ. Vnde, si super stipulatione, quæ non habet causam, interrogetur, debet reddere rationem causæ scientiæ, sed nõ de causa stipulationis, super qua nõ interrogatur. apponere enim causam contractus, qui se habet indifferenter ad multas causas, est contrahentis, non testificantis, vt. ff. de excep. doli. l. 2. §. circa. & adde quod no. Inno. in c. 1. de iudi. lib. 6.

a ¶ *Vide remißiue Fe li. in c. ecclesia sancta Mariæ, versic. & de præcepto, de consti. ponitur in l. nec quemquam. §. ubi decretũ, secũdum unum intellectum, & ibi post cæteros uide Ias. ff. de offi. procon & leg.*

b ¶ *Vide Felin. in c. cum causam, extra de test. & Felin. in c. sicut, de re iud. et Barba. cõsi. 30. ad fi. vol. 2. & car. Flo. consi. 85.*

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum, per quod vulneratur priuilegium ordinis, nisi de ipso ordine faciat mentionem, ipso iure non tenet. & num. 6.*
In generali sermone exempti non comprehenduntur.
2 *Litera impetrata contra priuilegiatos, vt contra Cistersienses & similes non valent, si non fiat mentio de ordine ipsorum.*
3 *Genus idem est, quod terminus communis, qui verificatur in pluribus.*
4 *Rescriptum speciale non derogat priuilegio contrario generali.*
5 *Rescribens non censetur velle cuiquam priuilegium adimere.*
6 *Priuilegiati contra quos producitur rescriptum obtentum non facta mentione ordinis. an teneantur allegare eorum priuilegium.*
7 *Excipi non oportet de priuilegio clauso in corpore iuris, sicut nec de dispositione legali.*
8 *Priuilegium personale habentes citati debent eo vti se defendendo.*
9 *Inualiditas rescripti, ex suppressione contrarij priuilegij resultans, intelligitur per sententiam & nu. 31.*
10 *Iudicium nihil aliud est quàm vsus actionum, vel defensionum.*
11 *Priuilegium perditur per consensum.*
12 *Rescriptum super feudo impetratum non facta mentione feudi non valet.*
13 *Natura est dispositio rebus ipsis per se, non per accidens, inhærens.*
14 *Rescriptum non est efficax, si non fiat mentio qualitatis ordinis.*
15 *Iurisdictio prorogatur per solutionem partis.*
16 *Compromitti de, vel super iure tertij, in eius præiudicium, non potest.*
17 *Euictionis regressus non datur compromittenti. Item nec prorogandi, nisi probet sententiam iustam fuisse.*
18 *Papa si contulit beneficium curatum cum clausula residentiæ, & promotionis ad ordines, an Episcopus poterit dispensare? & nu. 45.*
19 *Sacris apicibus nihil est addendum, minuendum, interpretandum, siue glossandum.*
20 *Expressum magis vrget quàm tacitum.*
21 *Vox priuilegiata potior est voce simplici.*
22 *Episcopus stante collatione cum clausula, de qua suprà, poterit dispensare cum causa.*
Causa est ratio naturalis, vel ciuilis.
Occasio est leuis ratio mouens affectum, sed effectum non tribuens.
23 *Expreßio eius, quod tacitè inest, eatenus operatur, quatenus iuris ratio patitur.*
Expreßio simpliciter relatiua nihil operatur, dispositiua autem sic.
24 *Ademptio expressa bonorum in deportatione, vel relegatione vtrum aliquid operetur.*
25 *Cistercienses non possunt conueniri per rescriptum, in quo non sit mentio ipsorum.*
Suppreßio dignitatis, vel ordinis vitiat rescriptum.
26 *Priuilegij, quod habet inductum excludere, suppreßio rescriptum vitiat. Secus priuilegij quod actionem perimere habet, & nu. 30.*
27 *Exempti in eo, in quo priuilegiati non sunt, uti debent iure communi.*
28 *Mentio de priuilegio aduersarij si non fiat in rescripto, ipsum rescriptum est inualidum. Si compareatur, & excipiatur. alioquin est efficax.*
29 *Priuilegiatus conuentus an, & quando teneatur comparere, & excipere contra rescriptum ex aduerso obtentum suppresso suo priuilegio. & nu. 34.*
30 *Impetratio facta contra priuilegium fori suppressa dignitate, vel ordine, non valet. Si ita sit tenor priuilegij, aliàs valet: sed obst. exceptio.*
31 *Verbum, Non valeat, vbi in iure reperitur, intelligitur per sententiam. & nu. 9.*
32 *Iurisdictio inualida ope exceptionis, lata pro exceptione sententia, ipso iure nulla efficitur.*
33 *Impetratio facta contra priuilegium causæ principalis, eo suppresso, ualet. & quare.*
34 *Impetrans an, & quando debeat facere mentionem de priuilegio aduersarij distinct.*
35 *Mentio de peremptoria quare non debet fieri in rescripto.*
36 *Impetrans in feudum castrum tanquàm emptum per quendam monachum Cisterciensis ordinis, non expresso aliter, quòd illud castrum esset acquisitum ordini, an valeat impetratio.*
37 *Impetratio in feudum facta de re in emphiteusim per impetrantem tenta, suppressa census quantitate, licet expresso quòd res erat emphiteutica, an valeat.*
38 *Certitudo consistit in substantia, qualitate, & quantitate, quæ vbi simul iuncta non sint, res dicitur incerta, & informis.*
39 *Impetratio iudicum super re feudali, non facta feudi mentione, an valeat.*
40 *Dominus iudicat inter pares curiæ: Pares, & in eorum defectum arbitri, & tandem ordinarius loci, inter feudatarium, & Dominum.*
41 *Lineæ appellatione in feudi concessione uenit propriè recta.*
42 *Impetrans super feudo non habet necesse facere mentionem de consuetudinibus feudorum, nisi sit consuetudo exorbitãs à generali consuetudine recti feudi.*

43 Rescriptum

43 *Rescriptum non derogans his, quæ concernunt causas causæ, an det iurisdictionem implicitam ad derogandum.*
44 *Scientia certa principis an firmet gratiam, quæ aliàs esset nulla.*
45 *Papa si contesserit mihi beneficium cum clausula, ut deberem facere residentiam, vtrum diœcesanus poterit super residentia dispensare.*
46 *Papæ mandatum semper admittit exceptionem nouæ causæ.*
47 *Rescripto quod deest à lege suppletur.*
48 *Priuilegio decimarum non soluendarum collato ordini in eius præiudicium renunciari non potest, in præiudicium renunciantis potest.*
49 *Impetratio ad certam speciem an deroget priuilegio communi ordinis Cisterciensis.*
50 *Priuilegium habetur pro specie specialissima, proptereaq; non tollitur etiam per generalem constitutionem sequentem.*
51 *Species an deroget generi, & quando ab eo separata dicatur.*
52 *Intellectus ad l. si alij. ff. de vsufr. lega.*
53 *Fundus est quoddam integrale & materiatum quod intellectu distinguitur in duas qualitates proprietatem scilicet, & vsumfructum.*
54 *Adiectiuum si adijciatur substantiuo, copula interposita, habet ampliare, non interposita autem habet restringere.*
55 *Verba generalia, quandoque effectu sunt singularia.*



CVM ordinem. † Non tenet rescriptum, puta contra regulares impetratum, quod non facit eorum ordinis mentionem. h. d. non tenet rescriptum, per quod vulneratur priuilegium ordinis, nisi de ordine faciat mentionem: non tenet rescriptum vbi supprimitur ordo Cistercień. per rescriptum, quo non fit mentio de ordine eorum, conueniri non possunt. Præmitte ad euidentiam, quòd ordo Cisterciensis habet priuilegium non soluendi decimas: dicitur hic, quòd si impetratur contra eos super decimas, non facta mentione ordinis, rescriptum est inualidum. Item præmitte ad euidentiam, q; Cistercień. sunt priuilegiati super quibusdam rebus, ne soluant decimas, & super quibusdam non. Item sunt priuilegiati, ne possint conueniri per literas Papæ non facientes mentionem de eorum ordine, & tunc casus clarus: quia non valet rescriptum, si non fiat mentio de ordine eorum. Et intellige, quòd non valet ipso iure, si non est facta mentio de ordine: quia in generali sermone non includuntur exempti, ut C. quando prouo. non est ne-
1 cesse. l. veteranus. † Sed de decimis non est necesse, quod fiat mentio, hoc est si literæ non faciunt mentionem de decimis, tenent; sed per exceptionem possunt elidi: quia non faciunt mentionem de priuilegio; & dico, quòd possunt elidi ipsæ literæ, vt non contestetur lis super eis: quia priuilegium habet vim sententiæ, quæ parit exceptionem contra processum: secus autem, si exceptio veniret de iure communi, & nō de priuilegio: quia tunc literæ obtentæ in forma communi non possent elidi: sed in modum peremptoriæ posset elidi ipsum ius agendi, ut in c. 1. de lit. contest. lib. 6. ¶ Alij dicunt, quòd vbi est priuilegium, surgit exceptio peremptoria, & non declinatoria; quod ex forma priuilegij patere potest: quia nunquàm in literis de iustitia, quæ habent formam communem, est necesse fieri mentionem de priuilegio, quo minus procedatur, & sine debito termineur, sicut & in alijs peremptorijs secundum Inno. ¶ Considera, quatenus literæ sunt concessiuæ noui iudicis contra priuilegium, sapiunt gratiam; & ideo obreptio reddit literas nullas. Sed quandoque ad decisoria non sapiunt gratiā, sed iustitiam; & ideo valent, vt procedatur per illas,
2 non secundum illas nisi quò ad ordinē iudicij. ¶ † Not. quòd literæ impetratæ contra priuilegiatos, ut contra Cistercień. & similes non facta mentione de ordine ipsorum, non valent. ¶ Opponitur, priuilegium eorum est generale: rescriptum speciale, ergo species derogat generi, ut s. eod. c. 1. Sol. ibi fuit sufficienter expressa, hic non: genus & species erant eiusdem ra-
3 tionis & conditionis; hic non. ¶ † Genus idem est, qđ terminus communis, qui verificatur in pluribus, non tamen includit species limitatas. ff. de lega. 3. l. vxor. §. concubinæ. Et hæc vera sunt, siue priuilegium reclusum sit in corpore iuris, siue non, vt in prima constitutione codicis. §. fi. & no. in l. decurionibus. C. de silētia.
4 lib. 12. † Et conclude, quòd rescriptum speciale non derogat priuilegio contrario generali, ut no. j. eod c. pastoralis, super verbo, speciale. Et per Io. Mo. in regula, generi, & etiam in rubrica de rescrip. & per Archi. de elec. c. licet canon, in fi. Et not. quòd aliquando priuilegium est minus potens quam ius commune, ut dicit illa l. notabilis. ff. de cond. & demon. mulieri
5 & Titio. † Et ideo rescriptum non derogat priuilegio: quia non est intentio scribentis adimere alicui priuilegium collatum, siue scriptum sit ad vniuersitatem causarum, & vt ita dixerim inter cæteros, siue ad certam speciem, vel controuersiam, vel personam. casus est hic: de hac materia vide. 25. q. 2. in summa, & quòd no. Abbas. j. de priui. c. ex parte abbatissæ, &
6 j. de verb. sig. c. abbate. ¶ † Sed nunquid isti priuilegiati teneantur venire, & allegare eorum priuilegium? glo. dicit quòd sic. Hostien. contra, arg. j. de præben. c. vlt. Ipse enim tenet, quòd rescriptum sit ipso iure nullum, vbicunque non fit de ordine mentio; verbi gratia, impetraui contra fratrem Petrum rectorem ecclesiæ sanctæ Mariæ, sed non dixi, quòd esset de ordine Cistercień. hic siquidem feci mentionem de priuilegiato, id est de persona, quæ re vera habebat priuilegium sui ordinis, sed non de priuilegio, de quo non constabat papæ, cum non esset facta mentio ordinis: pro eo etiam facit, quia de stilo curiæ est etiam facere mentionem de ordine, & de qualibet professione secundum Hostien. ergo literæ non seruato stilo sunt
7 nullæ. † Item illud priuilegium Cistercien. est reclusum in corpore iuris; & ideo non oportet excipi de ipso, sicut non oportet excipi de dispositione legali. ¶ Item non est priuilegium personæ, sed totius ordinis; & ideo nec remitti nec omitti potest; vt. j. de iud.
8 c. at si clerici, & de fo. compe. c. si diligenti. ¶ † Habentes autem priuilegium personale debent eo vti: quia ex quo sunt citati, debent se defendere: quia lex non supplet de facto. l. 1. §. quærit, & §. accidentis. ff. ad Turpil. & si non utuntur, nō prodest eis sicut clipeus [a] in bello vel dic secundum Innocen. quòd imò potest renuntiari tacitè & expresè, ex quo procedit iudicium: aliàs iudicium esset sine effectu, quod est absurdum, quod est de re familiari, s. super decimis. imò secundum Inno. valet rescriptum ipso iure, sed eliditur per peremptoriā exceptionem actio, non rescriptum. unde de priuilegio nō debet

a ¶ *Clypeus in libello non prodest habenti, sed vtenti.*

debet fieri mentio, quòd habeant priuilegium super
decimis, sed de ordine: quia ordo habet priuilegiũ su-
per iurisdictione, ne trahi possit. Ad beneficia uerò nõ
ualerent literæ non facientes mentionem de priuile-
9 gio. † Itẽ ꝙ non ualeant, intelligitur ꝑ sñiam, non ip-
10 so iure. unde opus est exceptionem opponi. † Item ꝙ
oĩa iudicia consistunt in facto, i. in allegatione & pro-
positione. Nam iudicium non est aliud, nisi usus earũ,
quæ apud aliquẽ sunt, actionum,
a seu defensionum. [a] unde habi-
tus similis est theoricæ, usus simi
lis est practicæ. Ergo habens pri
uilegium, si eo non utitur, nihil
sibi patrocinatur, ut. ff. de pro-
cu. l. si filius. §. milites, nisi ad-
uersarius sit interdictus ab agen. ut. ff. de postu. l. quos
prohibet. Item eo saluo, quòd priuilegiatus non in-
telligitur in mora: quia exceptionem habet, ut. C. de
leg. l. ab administratore, &. ff. iudi. solu. l. uir bonus, &
arg. ff. si quis in ius uo. non ierit. l. 2. in fi. quãuis posse
dici, quòd in d. l. uir bonus, fuit impeditus comparere.
Et adde, quòd not. C. de restit. mi. l. ignorare. uel dic;
ꝙ præsens tenetur allegare priuilegium suũ: absens
uerò non, quando erat priuilegiatus in non ueniẽdo,
11 ita quòd exemptus, ut l. 2. ff. de in ius uoc. † Item not.
quòd per consensum perditur priuilegium; ita, quòd
si iudex esset datus de consensu partium, non esset ne
cesse fieri mentionem de qualitate religionis, argum.
ff. de iudi. l. sed & si susceperit,
b in princ. quia uoluntas, [b] & iuris
authoritas facit ratum, quod ge
ritur. C. de dona. ante nup. l. si fi-
liæ tuæ, in gl. Et est simile, quia
se diuestit, qui de sua ueste alium consentit inuestiri,
puta de feudo, ut ff. de ædil. l. quæritur. §. si uenditor,
12 & habes in c. 1. præterea, qui mo. feu. colla. 10. ¶ Istud
c. est argumen. quòd non ualet rescriptum super feudo
impetratum non facta mentione feudi. licet enim re-
scriptum ex forma sui non sit priuilegiatum; tamen
est priuilegiatæ rei datum. Nam feudum habet iudi-
ces priuilegiatos, non solum, scilicet dominum feudi,
pares, & arbitros, & iudicem communem, puta pote-
statẽ terræ, non simul, sed quẽlibet in suo casu, ut j. de
iud. c. cæterum. Item ipsum feudũ aliquando est priui
legiatum, ut feudum marchiæ, ducatus, & comitatus:
13 aliquando naturale, ut regulare. ¶ † Est. n. natura ipsis
rebus inhærẽs dispositio ꝑ se, non per accidens ortũ
habens: aliqñ est feudũ irregulare, siue singulare, ut
14 d. c. j. de feudo guardiæ. ¶ † Reuertor ad propositũ, &
dico, quòd rescriptum non est efficax, si non fit mentio
qualitatis feudi: qa est suppressa causa. In contrarium
suadens arg. ff. de in ius uoc. l. sed si hac. §. patronũ. Est
enim feudum aliud paternum, quod recta linea & nõ
inflexa descendit in posteros, puta a patre in filium. &
si ego dixi superius, quòd ubi de consensu res agitur,
ibi ualet rescriptum, licet non fiat mentio de rei qua-
15 litate. † Nimirum, quia & iurisdictio prorogari po-
test, & per solutionem partis prorogatur, ut no. in l. j.
ff. de annuis lega. & est ualde notabile: & etiam com-
promitti non facta mentione de ordine: quia compro
missum fit ex consensu. tamen interdum per compro-
missum datur qualis qualis iurisdictio, quæ postea per
omologationem laudi inexpugnabile robur assumit,
ut C. de arbi. l. peti. ff eo. l. 2. de re iudic. l. ait prætor.
dicit Barto. quòd compromittere in arbitrum non est

a ¶ *Habitus similis est theoricæ, usus similis est practica.*

b ¶ *Voluntas & iuris authoritas facit ratum quando geritur.*

contractus: sed compromittere in arbitratorem est cõ-
tractus transactionis, uel finis, sicut refutatio, ut ipse
no. ff. de ope. no. nun. l. 1. §. & post operis. arbitratus ꝓ-
prie non est pactum, sed ei similis: quia aliquando suc-
cedit pro mera absolutoria, aliquando pro mera con
demnatoria; & tale aliquid esse censetur per similitu-
dinem, quale adaptatur. ff. de iureiur. l. tutor. §. j. & etiã
in feudis potest prorogari iurisdictio absque domino-
rum præiudicio, ut not. in c. 1. §. præterea, si de feu. de
prohibita alienatione feudi per Federicum. nam & trã
sigi potest bona fide, ut in c. si uasallus de suo, si de feu
16 do fuerit controuer. † uel dic, quòd de, uel super iure
tertij nunquam potest compromitti in illius præiudi-
cium, ut ff. de usufr. leg. l. is qui. nam qui in arbitrum
sponte compromittit, est in culpa. ff. de euic. l. si dictũ,
§. si compromittere. ff. de mino. l. si minor. §. minores.
Item qui non habet plenam & insolidum rei admini-
strationem, non potest compromittere nisi in sui præ
17 iudicium: † hinc est, quòd compromittenti non da-
tur regressus euictionis. Idem de prorogante dico, ut
non habeat regressum de euic. nisi probet sententiam
iustam, quod non potest sufficere in sententia arbi-
tri: quia est uilis & abiecta, nec habetur pro ueritate,
quare nõ transit in rem iudicatam. C. de arbi. l. j sed ui
detur, quòd quis possit compromittere super eo, qđ
tangit ius alterius, ut ff ad Treb. l. cum hæreditas ex
fidei. dum ibi textus dicit, quòd compromittere est in
administratione, si compromittitur bona fide; & est
res ualde notabilis. Sed respondeo, quòd hæres an
te restitutam hæreditatem habet plenum dominium,
& plenam administrationem, & ideo compromittere
18 potest, ar. C. de transac. l. præses. ¶ † Modo iterum re-
uertor ad c. nostrum, dicitur hic, quòd rescriptum in
forma communi obtentum non derogat priuilegio:
quia plus potest homo priuilegiatus, quàm homo sim
plex, ut ff. de leg. 2. l. cum patronus. ¶ Pone ergo, pa-
pa contulit beneficium curatum cum clausula residen
tiæ & promotionis ad ordines: nunquid episcopus po
terit dispensare? & uidetur quòd non, quia manda-
tum papę est reseruandum, ut supra eodem si quando.
19 & infra de restitutione spoliato. cap. Pisanis. † nam sa-
cris apicibus nihil est addendum, uel detrahendum,
uel interpretandum, uel glossandum, ut C. de leg. l.
fina. nam & si testator mandat residentiam, debet fie-
ri, quantum requirit materia, uel forma dispositio-
nis, ut ff. de manumis. testa. l. Mæuia. ff. de leg. 3. l. qui
concubinam. §. uxori. ff. de legat. seruo ad custodiam
20 templi. ¶ † Præterea & si hoc tacitè inesset, tamen
expressio multum operaretur: quia magis astringit
expressum, quam tacitum, ut ff. de arbi. l. Celsus, qua-
si bis repetita iussio semel facta de lege, & iterum fa-
cta a ministro legis. Sed contrarium determinat Ar-
chi. tali ratione, priuilegium episcoporum est, quòd
possint dispensare, ergo tali priuilegio non deroga-
tur per rescriptum, quod exprimit ius commune,
21 † quia uox priuilegiata potior est uoce simplici, ut
22 not. ff. de hæred. instit. l. testamento domini. † Epi-
scopus igitur poterit dispensare ex causa: causam au-
tem uoco rationem naturalem, uel ciuilem, ut in ca.
1. §. item si delator, quæ fuit prima causa benefic. amit.
leues enim occasiones non sunt ad statutum iuris tra-
hendæ, ut in cap. Obertus de Horto. §. si quis, inqui.
ex qui. cau. feud. amit. col. 10. occasio enim dicitur le-
uis ratio, quæ mouet affectum, sed non tribuit effectũ.
¶ Concludo ergo cum Archidiacono, quòd dispensa-
tio sub-

tio sublata non est per illam notabilem l. si hominem. ff. mand. hoc tenet Archid. in cap. licet canon. in fi.
23 de elec. lib. 6. † Ad illud autem brocardum, quod expressio debet aliquid operari, respondeo, uerum est, si iuris ratio patitur: secus, si non patitur, ut quia inest de necessitate & in quolibet contingenti illius generis. Si iudex dicit, assigno tibi terminum legis ad petendum apostolos. iste terminus non est terminus iudicis, sed legis. Refert enim legem, sed non statuit de nouo diem, ut in clementina secunda, de appellatione, & sic ista expssio relatiua legis simpliciter nihil operatur: sed expressio dispositiua bene operatur in dicta l. Celsus, & hoc ideo, quia arbiter poterat minuere, nec lex suppleret in arbitro, licet suppleat in iudice, ut ff. de arbitris l. diem proferre. §. stari. quia etiam iniquum arbitrium tenet. Vel dic, quod etiã arbitrium, non dico arbitramentum, recipit tacitam suppletionem temporis. snia uerò iudicis suppletur in omissis, q̃ tacitè insunt, ut l. 4. §. si quis condemnatus. ff. de re iu. & facit ad istud brocardũ, quod no. p Cy. in
24 l. 3. C. si penden. appella. mors interue. ¶ † Vtrum expressa ademptio bonorum in deportatione, uel relegatione aliquid operetur necne: & communiter dicimus, quòd in relegatione operatur, quia uolũtaria; in deportatione autem & damnatione in metallũ non operatur, quia necessaria, ut. ff. de capi. dimi. l. tutelas. §. si libertate, & C. de sent. pas. l. fi. quicquid dicat gl. in l. si qua militi. §. 1. ff. ex qui. cau. maio. quæ dicit, ꝙ in deportato possunt reseruari bona. Nam illud non est uerum, nisi fieret per principem, uel nisi fieret militi
25 cõdemnato de militari delicto. ¶ † Præmitte ad euidẽtiam, ꝙ Cisterc'en. sunt priuilegiati, ne soluant decimas possessionum ante generale concilium acquisitarum. Item sunt priuilegiati, ꝙ per literas non possunt trahi ad iudicem, nisi fiat mentio de ordine ipsorum. Cistercienses ergo non possunt cõueniri per rescriptũ, in quò non fit mentio ipsorum. Casus. impetratum fuit contra quendam abbatem, uel priorem ordinis Cistercien. super decimis, uel aliis, quæ sedes apostolica eorum ordini indulsit, nec fuit facta mentio ordinis in rescripto: tandem fuerunt citati uigore rescripti: quęritur, utrum teneãtur respondere? respondetur, ꝙ nõ. ¶ No. ꝙ suppressio dignitatis, uel ordinis uitiat rescri-
26 ptum. ¶ † Opponitur, & imò uidetur, ꝙ possint conueniri per tale rescriptum, licet non faciat mentionẽ de priuilegio: quia intelligitur concessum, saluo priuilegio, ut C. de emancipa. liber. l. nec auus, & etiam saluo iure communi, ut ff. de uulg. substi. l. ex facto, in princ. ¶ Solu. hic duplex est priuilegium, peremptorium, qđ respicit decimas, & exclusorium litis & disceptationis, quod respicit uacationem in ius, propter primum non uitiatur rescriptum: quia non est exclusorium iudicij, sed actionis: quia exceptio peremptoria respicit merita causæ, non merita iurisdictionis: sed propter secũdum uitiatur rescriptum. quia priuilegium ᵃ est prohibitoriũ, uel consutatorium præcum, ne in ius trahatur, argu. ff. iudi. sol. l. uir bonus, secundum Innocen.

a *¶ Priuilegium est prohibitorium, uel consutatorium præcum, ne in ius trahatur.*

27 ¶ † Sed pone, ꝙ trahuntur super rebus, super quibus non habent priuilegium, nunquid efficax est rescriptum? respondeo sic: quia in eo, in quo non sunt priuilegiati, debent uti iure communi, ut infrà de deci. capit. nuper, secundum Ber. ¶ Vlterius opponitur, quòd imò debent compare-re. ᵇ Nam quilibet citatus corã iudice, qui habet aliquam iurisdictionem, debet comparere allegaturus suum priuilegium, ut. ff. de iudi. l. si quis ex aliena, & ff. si quis uocatus in ius non ierit l. ex quacunque. ¶ Sol. concedo, & ideo si citatus non comparet, tenet sententia contra eum, ut j. de appel. si duo
28 bus, secundum Ber. ¶ † Ex quo sequitur talis cõclusio, ꝙ si in rescripto non fit mentio de priuilegio aduersarij, rescriptum est inualidum, si compareatur, & excipiatur. alioquin est efficax. & dic quod speciale est in Cistercien. & aliis habentibus speciale priuilegium fori concessum ipsi religioni, & hoc fauore religionis, ar. ff. de usufr. locum in prin. ¶ Et ex hoc concluditur, ꝙ non solum in Cisterciensibus, sed etiam in similibus est idem obseruandum. arg. de neg. gest. l. ex facto, se-
29 cundum Ber. ¶ † Distingue, aut conuentus per literas non includitur in literis, & hoc constat, & non tenetur comparere, ut j. de priui. c. fi. C. de manda. principum. l. j. de iuris. om. iu. l. in priuatorum. aut includitur in literis, & hoc constat, ꝙ includatur, tamen potest declinare; & tunc tenetur comparere & excipere. nam si nõ excipiat, ius excipiendi perdit. ff. de iudi. l. sed & si susceperit, in prin. aut est dubium, utrũ includatur, nec ne, & tunc aut oportet ipsum probare aliquam qualitatem, qua probata non includ tur, ut quando est exẽptus, & tunc tenetur comparere, & docere; aut nihil est ab eo probandum coram eo, ut quia clericus citatur a iudice seculari, coram quo non oportet probare de clericatu; & tunc processus non tenet, siue compareat, siue non infra de iudi. c. si clerici, & error iudicis secularis non facit processum ualere, ut C. si a non comp e. iudi. l. prima. ¶ Ex his apparet, ꝙ ᶜ aliud est dicere, non includor, & aliud est dicere, sum exẽptus, uel habeo declinatoriã fori.
30 † Item ex prædictis habes duas conclusiones. prima est, ꝙ impetratio facta contra priuilegium fori suppressa dignitate, uel ordine, non ualet; quod est uerum, si ita dicat tenor priuilegij: alioquin ualet:
31 sed obstat exceptio declinatoria fori. † Nam quando in iure reperitur hoc uerbum, non ualeat, & nihil ultra cauetur intelligitur per sententiam: quia cum sup hoc debeat cognosci, ergo & pronuntiari, arg. C. de p-
32 ci. impera. offeren. l. uniuersa. † Tamen ad unum aduerte, ꝙ iurisdictio, quæ est inualida ope exceptionis, lata pro exceptione sententia, efficitur nulla ipso iure, ut j. de offi. dele. c. significantibus & ff. de fideiu. l. si plu
33 res, in prin. per Pe. & Bar. ¶ † Si autem impetratio facta sit contra priuilegium causæ principalis, tale rescriptum bene tenet: quia nemo agens tenetur facere mẽtionem de iure aduersarij, argu. ff. de libe. agno. l. j. in prin. ne tanquam fatuus impetret contra ipsum, ut C. de lib causa l. cum præcum, C. de reuo. dona. l. cum ꝓ
34 fitearis. † Et ut liqueat dictus articulus, an de priuilegio aduersarij mentio sit fiẽda, distingue, aut impetratur rescriptum secundum ius commune in uim iustitię contra priuilegiatos, aut in uim indulgentiæ siue priuilegij. Si in uim iustitiæ, aut impetratur contra Cistercienses, uel alios religiosos; & tunc necesse est, ꝙ de ordine faciat mentionem, non de priuilegio; quia litera dicit, ordinis, non dicit, priuilegij. aut impetrat contra alios priuilegiatos, ut pone exemplum j. de priuil. c. ex

b *¶ Vide Barba consi. 1. uol. 1. & Alex. consil. 1. uol. 5. & Anto. de Prato in consi. Barb. uol. 1.*

c *¶ Ista sunt diuersa dicere, non includor, & dicere, sum exemptus uel habeo declinatoriam fori.*

uil.c.ex parte,el primo, & tunc non est necesse, quòd
de priuilegio faciat mentionem, & est ratio, quia per
rescriptum nihil detrahitur priuilegio. Nam erit
iuxta priuilegium pronuntiandum, & rescriptum est
æquale ad iustitiam, & non claudicat: aliter sequere-
tur, q de qualibet peremptoria esset fienda mentio
35 in rescripto, quod est falsum, † quia de peremptoria
non potest disputari in litis ingressu. sed solum unà cũ
principali, ut in l.j.C.de ordine iudiciorum; & sic non
posset pronuntiare se iudicem, uel non iudicem, quod
debet ante omnem aliam pronuntiationem fieri, ut
no.ff qui satisd.cog.l.arbitro. Item ideo non debet fie
ri mentio de peremptoria: quia aut fieret mentio ad
coadunãdam peremptoriam, & contradiceret sibiipsi;
aut ad excludendam, & tunc alia ratione esset rescri-
ptum nullum; q perimere ius uideretur alterius, ut
C.de preci.impe.offe. l.rescripta. Si uerò rescriptum
impetratur in uim indulgentiæ, tunc necesse est, q de
priuilegio faciat mentionem in rescripto. quia dicat,
non obstante tali priuilegio: aliàs ei non derogaretur
j.eo.c.constitutus, & j.de re iud.c.inter monasterium,
secundum Compost. quod intelligo, si istud priuile-
gium non est in corpore iuris clausum: aliàs facien-
do mentionem de ordine intelli
geretur obstatiuo priuilegio [a]
derogare, arg.ff. de execu. tuto.l.
idem Vlpianus.&.ff.de re iudi.l.
quidam consulebat, secundum
36 Hostien. ¶ † Et prædicta faciũt
ad quæstionem. impetraui in feu
dum castrum tanquàm emptum
per quendam monachum Ciste
ciensis ordinis, non expresso ali-
ter, q illud castrum erat acqui-
situm ordini, nunquid valet im-
petratio. & uidetur q sic: quia
ex quo per monachum de neces-
sitate acquiritur monasterio, &
quod inest necessariò & non con
tingenter, non oportet exprimi:
quia satis est demonstratũ, quid,
& quale quantumq; sit, ut.C. de
iur.delibe.l.cum aliquis.ff.de cõ
di.& demon.l.filio.19.q.1.c.sta-
tutum. unde sententiam princi-
pis non fefellit. imò plenarie in-
trusit. sic igitur uoluntas principis adest. & potestas
37 subest. † ¶ Sed quid dices, impetraui in feudum rẽ,
quam tenebam in emphiteusim, & feci mentionẽ, quòd
res erat emphiteutica; non tamen expressi quantita-
tem census; & uidetur dicendum, quòd incerta sit in-
38 terpetratio, & ideo inualida: † quia certitudo con-
sistit in substantia, quantitate, & qualitate. Nam istæ
tres distinctiones simul iunctæ faciunt rem certam:
aliter dicitur incerta & informis. ff. de uerbo. oblig.
l.ubi autem. & incertitudo tanquàm captiosa frangi-
tur, ut.ff.de transac.l. cum Aquiliana, nisi forte serui-
tium esset æquiualens, uel maius, quàm esset cẽsus an-
nuus. hoc quoque committitur iudicis arbitrio, arg.
ff.de transac.l.cum hi.§.modus, &.ff. de annuis lega.l.
Mæuia.§.fi. sed certe lex dicit expresè, q fundi tem-
plorum emphiteutici non possunt concedi dẽpto ca-
39 none consueto. † ¶ Sed quid dices, impetraui iudices
super re feudali non facta mentione feudi, an ualeat
rescriptum? Respondeo sic, si impetraui in forma me-
rę iustitiæ, coram quibus poterit opponi exceptio de-
clinatoria ueniens ex natura feudi, ut.j. de iudi. c. cæ-
terum: quia feuda proprios habent iudices, s.dominũ,
40 pares curtis, & arbitros. † Dominus enim iudicat
inter pares curtis. pares autem iudicant inter feuda-
tarium, & dominum. arbitri iudicant, ubi deficiunt
pares. his omnibus deficientibus, à iurisdictione iudi-
cat ordinarius loci, ut dicam in c. cæterum. j. de iudi.
& hoc in omni feudo, siue sit nouum feudum, siue re-
cta linea descensum, siue per obliquum i. transuersa-
41 le, † & si concessum sit tibi & lineæ tuæ, semper intel-
ligitur de linea recta, & non de obliqua: quia obliqua
linea est anfracta, non in directum producta. arg.ff. si
ager uec.uel emphi.per.l.1.§. qui in perpetuum.ff. de
42 uulg.substi. l. qui liberis.§. hæc uerba. ¶ † Vt scias,
impetrans super feudo non habet necesse facere men
tionem de consuetudinibus feudorum, quæ in rescri-
pto non comprehenduntur, quia certæ sunt. & quod
certum est, expressione non indiget, ut.l.1. in fine.ff.
de dote prælega. Sed si esset consuetudo certi loci ex-
orbitans à generali consuetudine recti feudi, tali con
suetudini non derogatur per rescriptum: imo nec p
priuilegium non faciens mentionem de ipsa: quia cõ-
suetudo æquiparatur pacto; & hæc probant. j. de de-
cimis.c.ex multiplici, coniunctis his, quæ no.C.de de-
cretis decurionum in rubrica.ff. de reg. iur.l. nec ex
43 prætorio. ¶ † Sed ecce rescriptum non derogat his,
quæ concernunt causas causæ. sed nunquid det iuris-
dictionem implicitam ad derogandum? respõdeo sic:
quia dat causæ cognitionem, ergo & potestatem pro-
nunciandi. Vnde licet rescriptum non deroget pacto,
uel consuetudini per se; potest tamen derogare senté
tia mediante: quia ualet sententia contra priuilegium
lata non expresso errore iuris in sententia. si enim es-
set error expressus, non ualeret propter uitium, & ui-
tuperationem pronunciationis, argu.ff.de execu. tuto.
l.qui testamento, &.C.de iur.& fac.igno.l.1. ibi enim
bene ualet sententia: sed de iure speciali reseruatur
exceptio post sententiam. sic.C. quando prouoc. non
44 est neces. l. Veteranus. ¶ † Quæro, nunquid certa
sciẽtia principis firmet gratiam,
quæ aliàs esset [b] nulla? & uide-
tur quòd sic, ut.ff. de excu.tu. l.
idem.C. de testa. l. sicut certi, &
l.si cum uel in utero, sic quòd de
certa scientia plene & clare fiat
mentio in literis, ualet rescriptum: aliàs non: quia non
transit in uigorem literarum. Nam Papa non utitur
in literis sua scientia, nisi formaliter seu causaliter fa
ciat mentionem de ipsa: quia extra literas nihil subin
telligi potest, ar.ff.de lib.& posthu.l. Gallus.§.1. ibi,
dum dicit, ex uerbis concipi possit, &.C.de fide instru.
45 l.contractus. ¶ † Quærit hic collectarius; Papa conces-
sit mihi beneficium cum clausula, ut deberem facere
residentiam: nunquid poterit diœcesanus super resi-
dentia dispensare? & uidetur quòd non: quia fines man
dati sunt diligenter custodiendi, ut.j. eo.c. cum dile-
cta.ff.mand.l.diligenter.ff.de uerb.obli.l. qui Romæ.
§.Callimachus.ff.de manu.testa.l. Mæuia.ff. de leg.3.
46 l.qui concubinam.§ uxori. † Archi.dicit, q ex causa
superuenienti potest dispensare: nec facit contra man
datum Papæ à quo mandato nouitas causæ semper ui-
detur excepta, ar.optimum.ff. man. l. & hominem, &
ff.de solu.l.si cum Cornelius; allego Arch. qui ita no.
in c.licet canon, i fi.de elec.lib.6. Et ratio est, qa posse
dispensare

[a] ¶ *Vide Alex.consi. 277. 2. vol. item vide alium casum, quẽ ponit Ioan. de Ana. in consil 14. quòd si episcopus fecerat constitutionem, ut non posset aliquis ad beneficia ordinari, nisi seruata certa solennitate, si ipse episcopus postea ordinat, non seruata illa solennitate, uidetur dispensare, et derogare, tali constitutioni quantum ad ualiditatem illius actus. vide quæ ibi allegat ad propositum doctor Bal. hic, & bene nostrum casum.*

[b] ¶ *Vide Felin. in c. cum inter priorem. j. ubi latissimè de excep.*

dispensare priuilegium est episcoporum, cui priuilegio non intelligitur derogatum per rescriptum: dūtamen
47 ista dispensatio fiat cum causæ cognitione: †quia quod deest rescripto, suppletur à lege, arg. ff. de re iudi. l. 4. §. si quis condemnatus. ¶Præterea causa de residentia inest de iure communi in beneficialibus curatis, siue habeant curam spiritualem, siue temporalem alicuius plebis, uel populi cum alicuius potestatis, uel iurisdictionis exercitio; ergo expressio non auget man
48 datum. † Sed nunquid priuilegio de decimis non præstandis potest renunciari? & videtur quòd non: quia est concessum ordini, arg. j. de fo. compet. c. si diligenti. ¶Et ideo unus abbas Cisterciēs. vel prior conuentus super decimis videtur non posse renunciare huic priuilegio. ¶In contrarium videtur. C. de his, qui sponte munera suscipiunt. l. 1. lib. 10. dic quòd in præiudicium ecclesiæ non tenet renunciatio: sed in præiudiciū personæ ipsius renunciantis tenet. Non ob. c. si diligenti, allegatum: quia ibi non potest valere renunciatio, quin præiudicaretur dignitati ordinis clericalis. Nam qui tangit unum clericum, tangit clericatum; sicut q tangit auriculam, tangit totum corpus, & propter colligantiam membrorum totum corpus sentit tactum, ut no. ff. de furt. l. uulgaris, in prin. ¶Item scriptum est nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari, ut no. in authen de non alie. §. 1. uel aliter ad c. si diligenti, responde, quòd ibi fieret præiudicium alterius iurisdictioni, & ideo non tenet consensus, ut no. Io. Mona. in c. accusatus, de hære. libr. 6.
49 ¶ † Denuò oppono. nam dicitur hic, quòd impetratio ad certam speciem non derogat priuilegio communi ordinis Cisterciēn. certe imò uidetur, quod deroget: quia species derogat generi, ut s̄ eo. c. 1. & de offi. de-
50 leg c. studuisti. † Sol. illa regula non habet locum in priuilegijs quia priuilegium eo, quòd continet ius singulare, semper habetur loco speciei specialissimæ, ut no. ff. de legi l. ius singulare; & ideo non tollitur nedū per rescriptum, sed nec per cōstitutionem generalem sequentem, ut sing. no. in l. decurionibus. C. de silentia
51 rijs, lib. 12. † Regulariter autem species, quæ euellitur de corpore sui generis, minuit genus, s. ei detrahendo, & aliter disponendo, quàm sit dispositum de genere; & hoc quando præcedit genus, & sequitur species restrictiua, ut. ff. de leg. 3. l. hæres meus. §. duæ statuæ: uel translatiua, ut. ff de alimen. lega. l. alimenta. §. basilicæ, & l. Stichus. Sed si præcedat species, & copulatiuè subijciatur genus, hic nō euellitur species de corpore generis, sed ex abundanti exprimitur, ut. ff. de supel. leg. l. legata supellecti. & hæc distinctio, quid præcedat, uel quid sequatur, habet locum in specie, non in genere, & indiuiduo: quia indiuiduum ampliationē non recipit, ut d. §. duæ statuæ, & ar. ff. de usuca. l. rerū mixtura. habet enim fines proprios. ff. de lega. 2. l. Mæuius. §. duobus, & no. ff. de leg. 1. l. legato generaliter, quibus finibus circūscribitur. Sed opponitur, & uidetur, quod species non deroget generi. Nam appello genus id, quod continet plus: speciem uerò uoco par-
52 tem illius pluris. † unde dicit lex, q̄ si testator legat uni fundum, alij usumfructum eiusdem fundi, quòd legatarius fundi concurrit in eodem usufructu tanq̄ coniunctus; & sic ei non derogat species expressa, sed coniunctio facit partem, ut. ff. de usufruct. leg. l. si alij, nisi testator dixisset expressè, quòd legabat totum usumfructum: uel hoc probatur ex aliquibus coniectu-
53 ris, ut ibi patet. ¶ † Sol. fundus non est genus, sed est quoddam integrale & materiatum, quod intellectu distinguitur in duas qualitates, scilicet proprietatem, & usumfructum: quia ergo in eadem integritate corporali uterque legatarius concurrit, cuius integritatis, id est fundi nomine uterque continetur, meritò concursu legatarius fundi facit partem legatario ususfructus formalis. Idem esset, si uni legaretur domus, alij usufructus ipsius, ut. ff. de usufruct. leg. l. Sempronio; & facit quod no. ff. de lega. tertio. l. Iulianus.
54 ¶ † Quid si adijciatur adiectiuum substantiuo? Respondeo, aut est interposita copula, [a] & habet ampliare: aut non est interposita; & habet restringere, ut. ff. de lega. 3. l. ea tamé adiectio. & inter adiectiuum & substantiuum non cadit punctus, qui habeatur pro copula; quod dic, ut. ff. de uerbo. signi. l. alienationis.
55 §. fi. ¶ † Adde, dicit Ioan. Mona. quòd quandoque [b] uerba sunt generalia, & tamen effectu sunt singularia, ut quia non possunt comprehendere nisi unum indiuiduum, ut ipse no. in c. si absenti, de præben. lib. 6. & ideo statutum, cum non potest comprehendere nisi unam personam, siue quod sumitur ex aliquo, & non ex uniuerso, non ualet: quia statutum debet esse generale uerbis & effectu, seu adaptatione, ut. ff. qui & à quibus. l. priuatus. quod teneas menti: quia quotidie occurrunt.

a ¶ *Vide latissimè per Felin. in c. 2. in 7. col. cum seq. s̄. eo.*

b ¶ *Quandoque uerba sunt generalia, & tamen effectu sunt singularia.*

SVMMARIVM.

1 *Præsumitur quis memor eorum, quæ fecit.*
2 *Natura nominis collectiui quæ sit.*
3 *Præceptum strictius est mandato.*
4 *Authoritas capituli absorbetur per creationem episcopi.*
5 *Papa si mandauit mihi conferri præbendam tanti reditus, licet non sit probatus reditus ad vnguem, iudex æstimabit illud.*
6 *Præsumitur conuentualis scire ea, quæ fiunt in conuentu.*
7 *Ex dispensatione potest quis in vna, & eadem ecclesia habere dignitatem, canonicatum, & præbendam.*
8 *Restitutus ad famam si impetrant dignitatem, non oportet, quòd faciant mentionem de defectu antiquo, nec de restitutione in integrum.*
9 *Rescripta & literæ Papæ edendæ sunt integraliter cū die. Secus in alijs instrumentis, nisi ad instruendam falsi accusationem, vel nisi quis vtatur extra iudicium.*
10 *Represalyæ concessæ contra Perusinos, tempore quo Titius erat de numero Perusinorum, si postea fiat hostis, & desinat esse ciuis, an possit capi pro represalijs.*
11 *Conditiò quando retro fingat, vel non. &*
Prius tempore dicitur quod prius est diei cessione.
12 *Literæ non vitiantur eo, quòd impetrans si alterius generis, quàm confratres.*
13 *Collatio si spectat ad episcopum tantum, & sede vacante scribatur capitulo, vt recipiant aliquem in canonicum, tales literæ valent, & si vacante sede executa non sint, episcopus postea creatus exequi tenetur.*
14 *Licitum est arguere de re ad personam.*
15 *Papa mandatum capitulo, sede vacante, directum transfertur in episcopum postea creatum iuris interpretatione, & no. 22.*
16 *Episcopus, & Capitulum sunt quodammodo vnum corpus.*

17 *Capitulum*

17 *Capitulum an possit episcopo creato exequi mãdatum, quod pertinet ad episcopum.*

17 *Priuilegium non porrigitur ad eum, ad quem uerba priuilegij non porriguntur.*

19 *Militibus, qui praeest, non propterea habet priuilegium militum.*

20 *Sede uacante in capitulo est plena ecclesia. ipsum enim est caput, & membra.*

21 *Collatori an debeat scribi, quando scribitur ad collationem puta.*

22 *In collatione ad episcopum pertinente capitulum, sede uacante, non succedit.*

23 *Ex potestatibus appropriatis, & omnino separatis, non fit deuolutio, uel subrogatio.*

24 *Mandatum, quod dirigitur uniuersis solus an possit episcopus implere.*

25 *Generis natura diuisa genus non est, sed differentia.*

26 *Mandatum papae directum capitulo, an, & quando quemlibet de capitulo singulariter respiciat.*

28 *Iudicium inchoatum a pupillo cum authoritate tutoris potest solus tutor perficere.*

29 *Relatio ad factum indiuidua est, & ea de re ad partem trahi nequit.*

30 *Vniuersitatis debitum singuli soluere non compelluntur: coguntur tamen pro soluendo collectam facere.*

31 *Capitulum an poterit inuestire aliquem absente episcopo, si in rescripto mandetur, quòd episcopus & capitulum inuestiant.*

32 *Mora capituli eius ad episcopum deuoluit potestatem; quae ex Episcopi subsequuta mora ad capitulum non redit.*

33 *Mens loquentis praeualet naturae sermonis.*

34 *Literae, sede plena, uel uacante, ecclesiae, uel capitulo directè an, & quando ualeant, ipsarumq; implementum ad capitulum, uel ad episcopum pertinent doctri. magistri a.*

35 *Literae papae de recipiendo aliquem in canonicum, episcopo directa, per ipsum, uel eius successorem adimpleri debent non autem per capitulum, etiam sede uacante uel per Vicarium quamuis generalem.*

36 *Mandatum dignitati non expirat morte personae tunc in dignitate constitutae.*

37 *Dignitas iudicis ante sententiam aucta, maiorem tribuit sententiae authoritatem.*



AM TE. Et j.no.ꝙ hic non est mutatio personarum, sed intellectus, ar. ff. de contrahen.emp.l.cum seruo: quia intelligitur episcopus tacite ex natura rei mandatae. ¶Mandatum factum capitulo sede uacante episcopus de nouo creatus adimplere tenetur. hoc dicit secundum Inno. Vel sic. si collatio praebendarum pertinet ad epm, & sede uacante scribatur capitulo ꝓ receptione alicuius in canonicũ, eps postea creatus tenetur prouidere, & ualet rescriptũ. Primò ponit mandatũ papae, & eius tenor. secundò allegatoria excusatio capituli. tertiò ptẽsa excusatio epi quartò reprehensio papae. quinto remotio cuiusdam tacitae oppositionis. secunda ibi, ipsi uero. tertia ibi, cum itaq;. quarta ibi, ꝙ nullatenus. quinta ibi, pro eo. ¶Casus quidam. P. quodnam Iudaeus ad fidem conuersus ecclesia Tornacensi uacante impetrauit literas ad decanum & capitulum, quòd ipsum reciperent in canonicum, & ꝓbendam eidem conferre deberent. tandem ante, quàm mandatum esset adimpletum, archidiaconus dictę ecclesiae creatus est episcopus. modò dictus petebat recipi in canonicum, & praebendam sibi conferri: capitulum obiiciebat, quòd non poterat recipere: quia non pertinebat ad ipsum receptio, sed ad episcopum. Episcopus uerò dicebat, quòd nõ tenebatur recipere, nec conferre: quia mandatum non erat directũ ei, cum non esset nominatus in rescripto, & quia tempore datae nõ erat eps: & data est fundamẽtũ lrarum. papa dicit epm teneri; nec posse ignorãtiam simulare, cũ tempore datae literarum esset unus de capitulo, & tps datae literarũ sit diligẽter attẽdendũ. Deinde rñdet tacitae oppositioni, qa posset qs dicere iste impetrãs originaliter est de gente Iudaeorũ, unde eps vr hre iustã causam indignationis. adhoc rñdetur, ꝙ ex quò conuersus est ad fidẽ, nõ dẽt indignari eps, uel canonici, si recipiat in confratrẽ, & ꝓbẽda sibi cõferat. h.d. Et est rõ, qa nemo oritur Christianus, sed ꝑ baptismũ fit. aliter sequeretur, ꝙ nemo posset hre ecclesiasticũ
1 bñficiũ. ¶†Ibi, Si bene ª memini-a
2 mus. ꝓsumitur qs memor eorum, q̃ fecit. sic. C. de contrah. & cõmit. stip. l. magnã, & tñ qñq; qs ignorat factũ ꝓpriũ, ad suũ tñ damnũ, nõ alterius l. is ꝗ usũfructũ. ff. qb. mo. usus fr. amit. & interdũ nec ad suum, nec alterius. ff. de acq. pos. l. ꝑ egre. ¶Ibi tex. ꝗ tunc eras archi
2 diaconus, nũc eps. ¶†Ibi, decano, de archidiacono nõ fuit nominatim expressum; & ideo prima facie uidebat omissum, ar. ff. de le. 2. l. Celsus. §. qđ alicuius, sed hoc nõ obstat: qa licet nõ nominatim, tñ inter caeteros, sicut dicimus in simili, ꝙ qdã non nominant, tñ inter caeteros includunt. ff. de lib. & posth. l. Titius. nã natura nominis collectiui est sua indiuidua qñq; simul, qñq; seorsum ꝑ se significare, ut l. si chorus. ff. de leg. 3. & quãdoque significat cõplexiue, qñq; distributiue, ut l. ciuibus. ff. de re. dub. ff. de leg. j. l. ciuitatibus. C. de
3 Iudae l. 1. ¶†Ibi, Mandatum dedimus, & praeceptũ. haec uerba geminata significant pcisam intentionẽ papae. i. praecipiendo mãdamus: qa strictius est pceptũ, q̃ mãdatũ, ut no. ff. de off. ꝑsi. l. saepe. ¶Ibi, de gente. no. ꝙ nomẽ gentis significat originem. ¶Ibi, Ipsi uerò, scilicet decanus, & capit. ¶Ibi, quia donatio, ista allegatio erat uera: quia ex quò translatum est mandatum ad episcopum creatum, ergo capitulum est liberatum a
4 mandato, arg. ff. de adi. le. l. translatio. ¶†Ibi, ad te solum; & ideo non poterat adimpleri per capitulum, ut infra ne sede uacante cap. 1. lib. 6. & quia per creationem episcopi absorpta est in hoc authoritas capituli: quia capitulum, quod fungebatur sede uacante loco episcopi, nunc desiit fungi, argu. optimum. ff. de fideicom. li. l. Lucius, & C. de inoff. testa. l. fi. in fin. ubi mutatio appellatiui uitiat substantiuum. ff. quib. mo. usufruct. amit. l. si cui. ¶Ibi, Inde receperas non tanquam episcopus, quia non eras: nec tanquam archidiaconus, quia de archidiacono non erat facta mentio, sed de capitulo, & decano, argu. ff. de leg. 2. l. legatorum.

a ¶Vide unam gl. quae docet modestiam loquendi in similibus uerbis, quam ibi multum notat Decius in l. lecta, alias, in l. si. ff. si certum pet. & ibi adde istum tex. in istis uerbis, si bene meminimus. item in quibus praesumatur, uel tollatur obliuio, uide per Barb. consi. 32. col. pe. uol. 1. & consi. 25. col. 2. eo. uolu. quanto aũt tẽpore inducatur obliuio, uide remissiuè Ia. in l. 1. col fi. C. de ser. fu. Itẽ adde, quòd in papa non praesumitur memoria, sed bene ꝓsumitur obliuio c. ex parte, el primo, de of. dele. quod not. ad istum tex. qui uidetur cõtra in istis uerbis. sed est ꝓpter multitudinẽ causarũ secundũ Barb. ibi, quia ut plurimũ quis creatur papa ĩ senectute.

gatorum.§. qui plures.C.fami.ercis.l.quoties. ¶Ibi, si datam.i.mentem papæ, in qua consideratur tempus datæ: quia tunc oritur & initiatur gratia formaliter, ar. 5 ff.de reb.dub.l.si cognatis. ¶ †Si papa mandauit mihi conferri præbendam tanti reditus, licet non sit probatus reditus in iudicio ad unguem: tamen iudex æstimabit illud.ff.de leg.2.l.si quod ex pamphila, & quod ibi per Bar.¶Si rex cõcessit mihi ultimam excidentiã, oportet me probare de tempore.ff.ad Treb.l.cum,qui 6 nouissimus.¶†Ibi,de capitulo, propter quod præsumitur scire, maxime quia erat archidiaconus. nam præsumitur conuentualis scire ea, quæ fiunt in conuentu, ut in auẽ.de mona.c.cogitandum,& no.j. de testi.c.ueniens.C.de repudiis l.consensu, & quod no.ff.de regu. 7 iur.l.non potest dolo.¶†Ibi,canonicus, not.quòd quis potest habere in una ecclesia dignitatem, canonicatũ, & præbendam,quod uerum est ex dispensatione,ut in c.1.de consue.li.6.¶Ibi,Nec esses: quia eras tunc canonicus,nec eras tunc episcopus consecratus, supple nec confirmatus:quia sola confirmatio dat potestatẽ cõse 8 crãdi,ut j.de elec.c.transmissum.†Ibi,Extiterit,s.quõdã:tñ illud fermẽtũ fuit purgatum p baptismũ;& ideo de eo nõ dẽt fieri mẽtio.Et est bene notandum,quòd restituti[a] ad famam, si impetrant dignitatem, non oportet quòd faciant mentionem de defectu antiquo, nec de restitutione i integrum: quia beati, quorum remissæ sunt iniquitates,& quorũ tecta sunt peccata.tene menti. Inanis gloria & memoria præteriti non corrumpit statutum de præsenti. ¶†Ibi, 9 si datam, not. rescripta & literas papæ edendas integraliter cum die.secus in aliis publicis instrumentis: quia dies non debet edi nisi ad instruendam falsi accusationem;& tunc ita demum,si petẽs edi offerat se paratum inscribere ad pœnam talionis.C.de fide instru.l.fi.quod dic, ut dicam j.de proba.c.1.quod no.j. de re iud. in c.abbate,in nouella,ubi omnino uide. ¶ Si quis extra iudicium utetur instrumento,ut in protestationibus, debet solenniter edere cum die & consule.ff.depositi.l.si quis inficiatus,& no.ff.de oper.no.nun. in rubrica per 10 Bar.quod est no.†Item collige arg.ad quæstionem, cõcessæ sunt represaliæ contra Perusinos, & tunc Titius erat de numero Perusinorum; postea est factus hostis, & desiit esse ciuis.ff.de capi.dimi. l.amissione.§. qui deficiunt.demũ captus est pro represaliis.quæritur, utrũ potuerit capi:& uidetur quòd sic, attento initio & data represaliarum,ut hic,& ff.de reb.dub.l.si cognatus. In contrarium uidetur,quia est sortitus aduersatiuum statum, & quia finita est causa finalis ante, q̃ existeret conditio capturæ: quia sententia non uerificatur, nisi capitur prius,ut ff.de acqu.re.do.l.in laqueum.nec trahitur retro,ut no.j. de app. c.præterea requisiti. facit quod no.in c.1.ne se.uac.lib.6.in nouel. & j.e.ti.& lib. 11 c.ex parte †Conditio tunc fingit retro, quando ipsius implemento non requiritur factum nouum contrahentis,uel disponentis:alias non,quia ex pluribus debentibus concurrere substantialiter non sufficit alterum ꝑuenire in tempore: quia illud dicitur prius in tempore,quod est prius in cessione diei,& quod est perfectè consumatum.ff.de leg.1.l.quæsitum.§.præsenti; quod est uerius:quia conditio necessario subintellecta ex natura rei,scilicet si capiatur, non potest uerificari ante, q̃ capiatur, tanquam conditio mixta retrò non fingit, ut ff.qui.po.in pign.ha.l.potior,& l. qui balneum, & l. 12 1.§.serui.ff.ad Silla.¶†Redeo ad notabilia, & no.primò,quod literæ non uitientur eo, quod impetrans sit alterius gentis,q̃ confratres,siue alij canonici, ut hic, & j.e.c.si proponente.Nam omnes gentes Dei sunt, cuius est terra,& plenitudo eius facit.ff.de leg.3.fideicõmissa,in prin.& in aut.de quæstore, post princ. & j. de 13 iudi.c.cum deputati.¶†Secundo no.casum peregrinũ, qui non est alibi, quod si collatio spectat ad episcopũ tantum,& sede uacan.scribatur capitulo, ut recipiant, aliquem in canonicum & confratrem ipsorum, quòd tales literæ ualent: & si non sunt executæ uacan.se.eps de nouo creatus teneẽ adimplere mandatũ. ¶Sed contra hoc[b] oppo.nam mandatum debet adimpleri authoritate mandantis, ff. de of.eius,cui man.est iurisdi.l.j. in §.fi.& in forma ita, quòd nec recedatur a persona. unde nõ est solum considerandum,quod scribitur:sed cui mandatum dirigitur,& in quem,ut ff.de condi.& demon. l.q hæredi,in prin.Item unus pro alio non tenetur implere mandatũ, nec potest:quia personalis commissio est ff.de legatis.2.l.si alterius,& l. 1. in fi.ff.de leg. 3. quia ubi est certa persona pro forma, non debet recedi a persona,ar.ff.de curato.furio.l.cum in bonis.ff. de statu libe.l.seruus si hæredi, ibi, duo sunt enim &c. & est 14 notabilis.hoc probo, † quia licitum est arguere de re ad personam.Sed res,quæ non est in rerum natura, nõ includitur in dispositione uoluntatis, ergo nec persona,arg.ff.de contrahen. emp. l.Rutilia, & l.in lege, & 15 arg.ff.de testa.tu.l.si quis inte.†Sol.aut loquimur q̃tum ad uerba,aut quãtum ad mentem,primo casu certum est,quòd non continetur episcopus,maximè nondum creatus. aut loquimur quantum ad mentem, & interpretationem iuris,& tunc mandatum factum capitulo transfertur in episcopum tanquam in successorem ordinis & honoris,arg.ff.de fideicom. l. cũ quasi, in prin.& ff.de leg.3.l.a patre,uel domino.nam, ut ait Inn.quando scribitur capitulo super eo,quod pertinet ad episcopum,& episcopatus uacat, uidetur scriptum capitulo tanquam uices gerenti. nec enim alij magis 16 aperte scribi poterat,uel congruentius mandari. †Itẽ episcopus & capitulum sunt quodammodo unum corpus,ut no.Io.Mo.in c.1.ne se.uac.li.6. sed istud est uerum,quando inter eos est aliqua iuris communio; sed hic nulla est,ar.ff.de sti. seruo. l.si cum duorum. Item sede uacante capitulum est,sicut mulier prægnans,q a episcopum parere speratur eligendo. Concludo igiẽ, quòd mens latior est,q̃ uerba. Item q, hic est quædam fictio,ut C.de impu.& ali.sub.l.fi.uel uerius interpretatio summi pontificis,ut ff.de uer.sig.l.Neratius, & l. 17 3.C.de inof.te.¶†No.tamen,q, creato episcopo capitulum non posset exequi istud mandatum:quia superueniente ueritate,fictio cessat, ut ff.de libe. & posthu. l.filio quem,& cum possumus ueritatem amplecti, nõ debemus inhærere fictioni,ut ff.de condi. & demon.l. Iulianus ait,si hæredi,in ratione literæ, ibi, nam dicit no.quasi dederit;quia hæc esset fictio,sed quasi per hæredem stet;& hæc est ueritas, & ideò amplectenda. 18 †De uno opponitur, ad quem casum uerba priuilegij non

[a] ¶Vide And.de Iser.in tit. quæ fuit prima causa beneficij amit. in usi.feu.& uide extense de isto dicto Bal. hic, quæ scripsi in consilio per me edito in fauorem nobilium de Folpartis, & super testamento quondã bonæ memoriæ magnifici militis doc. Ardenghi de Folpartis, et de restitutione facta per principem hæredibus suis &c.Fran. Pa.

[b] ¶Vide Barb. in consi. 44.col. 3.in 1.uol.secũdo aliquid per Ias. in l. non solum, pen. col.ff.sol.ma.

non porriguntur, nec ipsum priuilegium porrigitur,
19 ut.ff.de testa.mili.l.quòd constitutum,& ibi gl. † Not. ꝙ qui præest militibus, non habet propterea priuilegium militum.So.in c.nostro hoc est statutum,ne gratia papæ uitietur,ar.ff.de fundo instr.l.fundus,qui lo-
20 catus,†& quia sede ua.plena ecclesia est in capitulo. nã ipsum capitulum tunc est caput, & membra: sed postea reparato pastore,capiti debetur, quod est capitis, & membris quod est membrorum, & plerunque plus est in sensu,q̃ in uoce,ut ff.de leg.iij.l.fideicommissa.l. plerunque. Duo enim sunt sensus, s. sensus a intellectus, & sensus corporis.primum ratione concipitur: secundum auditu sentit, & semper preualet intellectus,ut ff.de leg.ij.l.cum pater. §. cũ imperfecta,& de leg.iij.l.cum filio. & q̃nque ex pluribus sufficit unũ significari uerbis.uerbi gratia, si princeps significat se scire,uidetur etiam ultra procedere obstãtiis derogando,ut singulariter no.ff.de excu.tut.l.idẽ Vlpianus.arg.contra.ĩ eo.c.quis,lib.6.ubi papa præsumitur scire factũ proprium;& tamen non derogat gratiæ medianæ: sed ratio est per l.rescripta.C.de preci. imper.of.& quod no.ff.de lib.& posth.l Gallus.§.& qd
21 si tantum: quia ius erat alteri quæsitum. ¶†Vlterius opponitur,quando scribitur ad collationẽ, debet scribi collatori.non enim intendit papa conferre potestatem de nouo in conferendo, sed necessitare concessam à iure. Sed ita est,quòd hic papa scribebat non colla-
22 tori,ut conferret.†qa in collatione,q̃ pertinet ad solũ ep̃m,sede uacante non succedit capitulum:qa conferre est donare, & capitulum non succedit in donando, ut in c.j.ne sede uacante, lib.6.& ar.ff. de pact.l. cõtra iuris.§.fin. & quia quæ sunt separata in potestate, non debent cõiungi in executione potestatis,& quia ex diuerso capite edicti,siue statuti non procedit ius accrescendi. ff. de bonorum pos. l. sed
23 cum patrono.†Nam c ex potestatibus appropriatis & penitus separatis nulla fit deuolutio, nec subrogatio.ff.qui.mo.usufr.amit. l. si sub conditione, & non debet unus tangere officium alterius, ut l.ij.C. de exec. & apparitorib. lib.12. ¶Tunc ultra,si ad capitulum non pertinebat iure ꝓprio, ergo nihil poterit nisi authoritate papæ,ut ĩ eodem c.cum aliquibus,libro sexto: qa qui mandatã iurisdictionem exequitur,propriũ nihil habet: sed authoritas papæ non deuoluitur ad episcopũ: qa maior non deuoluitur ad minorem, & quia nulla iuris communio est inter eos, & ex differentibus genere non fit transitus.ergo male dicit litera.Solue,ut supra: quia hic est speciale inspe-
24 cta mente s̃m Inn. & Host. ¶†Tertio not.ꝙ mandatũ, q̃d dirigit̃ uniuersis,põt unus solus,puta ep̃s solus implere.& facit.ff.ad leg.Fal.l.ꝙ fundũ.§.si tu ex parte,& ff.de leg.j.l.si duobus.§.hæres.ff.de hære.inst.l.quo loco.§.iam mortuo,& c.fi.de testa.lib.6. ¶Sed ꝯ hoc oppo.qa q̃n scribit̃ uniuersis,scribit̃ uniuersitati:sed unus solus nõ est uniuersus,nec uniuersitas,nec cõgregatio, ut.ff de usuca.l.rerũ mixtura,& no.in l.sunt.ff.ꝙ cuiusque uniuer.no.& aliud quò ad essentiã, & quò ad efficientiã:qa in appellatione & designatione est diuersitas.ff.de usufr.l.quid ergo.§.sed quod dicitur.uñ aliud est dicere,lego usumfructum gregis:aliud est dicere lego usumfructum decem ouium:& aliud sunt singuli, & aliud uniuersi;& quod debetur uniuersis,non debetur singulis,ut l.in tantum.§.uniuersitatis.ff.de rerum diui.ff. de ser.rust.præd.l. per fundum.ff.cõia præd.l.re-
25 ceptum,†quia natura generis diuisa non est genus,sed est differentia.ĩ de elec.c.in Genesi,de uerb.obl.l.scire debemus. ¶Sol. hic ep̃s non tenetur implere mandatum de simplici natura uerborum, sed de natura intellectus,& interpretationis sumptæ ex ipsius rei natura,quæ est optima uerborum interpres.ff.de uer.obli. l.in illa stipulatione. §. Sabinus. Item non est nouum, quòd unus nominetur,& alius intelligatur,qui inclusus est in litera.ff. de leg.iij.l.fideicommissa.§.plerunque.hinc est, quòd nomen proprium aliquãdo sonat in appellatiuo.ff.de no.ope.nun.l.j.§.nuntiatio, per Bar. Item facit.ff.de le.ij.l.cum pater.§.donationis. ¶Quarto no.ꝙ id q̃d quis debet facere, tenetur facere ipse solus,si põt;& sic ambulatoriũ est mandatũ & potestas, & mouetur motu intellectus,facit.ff.de stip.ser. si seruus
26 cõis Meuij,& castrensis peculij,in fi.†Item dicit gl.collige argumẽtum,ut dixi, quòd si aliquid mandatur capitulo, cuilibet de capitulo, cui potest s̃m subiacentẽ materiam mandatum adaptari.i.ei qui illud facere potest,intelligitur esse mandatum. hoc non placet Inn.& Compo. nisi dirigatur mandatum tanq̃ singularibus. Tale est mandatum de recipiendo inuestitum à papa. nam tunc quilibet potest singulariter recipere talem, arg.ff.de acq.pos.l.prædia, & ff.si cer.pet.l.eius qui, in fin.ff.commodati.l.iij.§.hæres,ibi, certe restitutio rei commodatæ in facto consistit; & ideo ille,qui habet facultatẽ c restituendi, potest & debet restituere etiam aliis inuitis; sicut dicimus e contra.ff.de solu.l.si stipulatus.§. si lancẽ. itẽ sicut dicitur, isti sunt duo rei debendi, ita dicere possumus, isti sunt plures rei obediendi, etiam si capitulum contradicat: qa iussio cõfertur in inuitũ:qa hæc receptio cõsistit in facto,nec tribuit ius.facit de immu.eccl.c.decet,lib.6. secus si mandaretur capitulo,ut talẽ eligeret: qa tunc quilibet insolidũ nõ eliget, cum ex tali receptione ius quæratur,nec debet sic fieri,ĩ de elec.c.qa propter, & c.in Genesi,& 63.di.c.j.& ij.Itẽ electio pertinet ad ius, receptio ad factũ s̃m Io.An.& est differentia, qa receptio solius facti nemini præiudicat;& ideo facilius fieri potest,& quia nõ est data ei certa forma à iure, quã oportet sequi,& qa est negotiũ omnium, ipso gestu debet haberi ratum,arg.ff.de contrah. emp.l.fistulas.§.si fundum,& ff.de ne.gest.l.Põponius scribit,& ff. quẽad mo.ser.amit.l.q̃situ.ibi,dũ dicitur,ꝙ naturaliter fit, re-
28 presentat hominis factũ. ¶†In executione ergo quilibet uidetur assumptus, ut facilior sit execu.q̃d est no. ergo,quod unus cœpit,alter perficere potest.dicit lex, quòd iudiciũ inchoatũ à pupillo cum d authoritate tutoris potest perficere solus tutor. ff. de euic. l.si ideo,uer. ut puta, nec est ali-
29 bi.† Item ubicunque fit relatio ad factum continet indiuiduũ; & & ideo non habet locum relatio ad partem, ut. ff. de usu & ha. l. usus pars. Item non refert à quo fiat, sed propter quid, & qualiter fiat. ff. de uerb. oblig.l.cum
30 seruus. † ¶Sed nunquid si mandatur ciuitati,quilibet de ciuitate potest capi pro debito? respondeo, tota ciuitas,

a ¶*Duo sunt sensus, scilicet sensus intellectus, & sensus corporis.*

b ¶*Ex potestatibus appropriatis & penitus separatis nulla fit deuolutio,nec subrogatio. sic alibi in simili habemus, quòd ex separatis non fit bona illatio l. Papinianus exuli. ff. de mino.*

c ¶*Qui habet facultatem restituendi, potest & debet restituere, etiã aliis inuitis.*

d ¶*Iudicium inchoatũ à pupillo cum authoritate tutoris potest perficere solus tutor.*

ciuitas, & unum capitulum est unus reus debendi, & non plures rei; & ideo singuli ad soluendum non compelluntur: tñ cogentur facere collectam, ut no. in l. j §. 4. ff. quòd cuius. uni. no. & l. iiij. §. actor, de re iud. per
31 Bart. ¶ † Sed quid si mandatum est epo, & capitulo, q̃ inuestiãt aliquem, nunquid capitulum absente epo poterit inuestire? arg. q̃ non, ut. ff. de arb. l. sicut: sed eo præsente & contradicente sic, ut no. in c. j. ne se. ua. lib. 6. ¶ No. per hoc, q̃ procedit in inuestitura, quæ dicitur collatio: sed in illa, q̃ est possessionis traditio iam promisso, absenti alterius non impedit inuestituram. Io. An. itẽ facit. ff. man. l. creditor, in §. duobus. ff. de cura. furio. l. consilio. §. fi. ff. de of. cõsu. l. j. ff. de exer. l. ij. §.
32 si plures. ff. de arb. l. Pedius. † ¶ Pone, capitulum fuit in mora, & ideo fuit deuoluta potestas capituli ad episcopũ: deinde eps est in mora; utrũ de nouo deuoluatur ad capitulũ? Rñdeo nõ: qa p morã epi non purgatur mora capituli, & quia ius accrescendi semel abolitum nunq̃ resurgit. ff. quib. mo. usufr. amit. l. si cũ in annos, uersi. neque enim. Item opponitur, mandatum fuit directum decano, & ecclesiæ. i. capitulo; ergo mediã uocem habet decanus, mediã capitulũ. i. capitulũ integrũ, uel maior pars adeò, quòd decanus cũ media parte capituli nihil posset ordinare, ut. ff. de usufru. accres. l. si quis Titio, & consueuit notari. C. de epi. & cle. aut. causa, q̃ fit cum monacho. Tunc arguo sic. illa forma non est de iure communi, sed de speciali mandato; ergo in
33 ea non succedit episcopus. † ¶ Sol. uerum est ex natura sermonis. sed mens loquentis præualet, ut ff. de uerb. sig. l. quisquis mihi, & l. Nepos Proculo, & l. Neratius.
34 ff. de re iudi. † Et conclude in ista materia, quòd aut sede uacante sunt directæ literæ ipsi ecclesiæ, seu capitulo, & si receptio pertinebat ad eos, ualent literę, & tenentur adimplere mandatum quãdocunq;: sed si nõ pertinebat ad eos, sed ad epm, & in literis non est facta mẽtio uacationis, eps creatus, ad quem solum tunc pertinet de iure, implebit mandatum. sed si papa ignorabat sedem uacare, literæ non ualerent: qa subreptitiæ, uel quia ineptæ, cũ non possint adaptari ei, cui scribitur, & qđ nullum est, interpretationẽ nõ recipit: quia quod caret essentia, caret intellectu, ut. C. de proba. l. cũ precibus, & ff de usufru. leg. l. cum plures, in fi. ¶ Si autem sedes non uacat tempore datæ literarũ, aut scribitur ecclesiæ, & intelligitur scribi episcopo: quia ei soli potest adaptari mandatũ, ex quo ad eum solum pertinet receptio. Si uerò scribitur capitulo, non ualent literę.
35 † Si autem expressè scribitur episcopo, ipse tenetur adimplere; & si moritur interim, expectatur successor, qui implebit, ut. ff. de acq. pos. l. fundi. §. item si amicus. & not. ff. de iurisdi. om. iud. l. & quia Capitulum enim non posset implere mandatum, quod non est sibi dire
36 ctum. † Item nec expirat istud mandatum morte episcopi: quia directum est dignitati, quæ non moritur. ff. de le. ij. l. quod principi. ff. de annu. lega. l. annua. §. fi. & argumentum. ff. si cer. pe. l. eius, qui in prouincia §. quòd si stipulatus. nec etiam uicarius generalis posset hæc supplere: quia non intelligitur constitutus ad beneficiorum collationem, ut in c. ult. de offi. uica. lib. 6. ¶ Deinde no. hic fuit mutatus status, & officium qa hic archid. fuit factus eps, & tamen non finitur, imò de nouo incipit mandatum. sed contra. ff. de solut. l. sed cum Cornelius, & d. l. eius qui. Sol. hic superuenit causa confirmans, ibi infirmans. Item quando mutatio status nõ facit pro, uel contra, similiter non finitur mandatum, argu. ff. de condi. & demonst. l. falsa. §. j. Item no. inspicimus tempus datæ; quod est uerum, ut sciamus de intentione scribentis: sed quantum ad executionem intentionis, inspicimus tempus præsentationis, ut j̃ de appel. c. ut debitus. nec enim semper perspicimus principium, sed terminum, ut ff. de leg. j. l. cætera. §. j. & ff.
37 de leg. præstan. interuenit, † & tamen aliter dicitur, quòd dignitas accrescens iudici ante sententiam facit, q̃ sententia est maioris authoritatis. C. de appel. l. præcipimus. §. sanè. ¶ Ultimo scias, q̃ plurimæ quæstiones possunt huic c. adaptari, quæ sunt utiles ualde, quas uide j̃ de conces. præben. c. quia cunctis, lib. 6. in nouella. Et an per literas facultatis imponatur necessitas, est argumentum q̃ non. ff. de le. j. l. nam nec emancipatus. quod dic, ut j̃ eo. c. cum aliquibus, libro sexto, & facit. ff. qui & à quo appella. §. fina. si scis inducere cum intellectu.

SUMMARIUM.

1 *Rescriptum ad beneficium, in quo tacetur dignitas impetrantis, non ualet. & Dignitatis nomen quid significet. nu. 2.*
3 *Negare interdum intelligitur, qui non dicit.*
4 *Principis intentio præsumitur esse, ut nemo grauetur, uel patiatur iniuriam, etiam si in rescripto apponatur clausula, motu proprio.*
5 *Pluralitas in beneficijs ecclesiasticis reprobatur.*
6 *Causæ plures lucratiuæ in ultimis uoluntatibus reprobantur.*
7 *Pauper ecclesia quando dicatur.*
8 *Facilius tollitur, quod in suspenso retinetur, quàm quod radicaliter est firmatum.*
9 *Expectans an expectatum beneficium amittat, ob preces super nouo beneficio frustrà pontifici porrectas?*
10 *Mandatum speciale an requiratur ad impetrandum beneficia.*
11 *Relegatus potest per amicum impetrare restitutionem.*

1 AD AURES. † Non ualet rescriptũ ad beneficium impetratũ, in quo tacetur dignitas impetrantis. Secunda ibi, consultationi tuæ. ¶ Casus, quidã habentes dignitates, uel personatum impetrant literas ad beneficia minora, non facta mentione de sua dignitate: quæritur, an ualeant literæ? & respondetur q̃ non: quia nõ est intentionis papæ, q̃ habentes dignitates, uel personatũ pauperes clericos inquietẽt. ¶ In tex. ibi, Decani, no. decanatus, archidiaconatus, præcentoria, & similes prælationes uocantur dignitates; & sic no. dignitatem sumi pro personatu secundũ colle. Super minoribus, scilicet maxime. Ibi, Supprimũt,
2 id est tacent. ¶ † Ibi, Dignitatis, [a] istud nomen, prout refertur ad dignitatem ecclesiasticã, significat honorem cum administrationis gradu: aliter ponitur pro quadam excellentia status, quæ cadit etiam in seruum. ff. de usufru. ct. l. & si quis, uer. sufficienter. Ibi, & simplici. i. sine qualita-
3 te. ¶ † Ibi, tanquam non habeant. nota, quòd ille, qui non dicit, intelligitur negare. C. unde liberi l. qui se patris. & istæ sunt dictiones, quæ important aliquid non esse, seu priuationem: tamen ex ipsis resultat aliquid esse, id est malus habitus mentis, puta dolus, fraus, & ambitio. ¶ Ibi, Aliquem personatum,

a ¶ *Dignitatis nomen quomodo capiatur.*

4 tum, quem supra uocauit dignitatem. ¶ † Ibi, intentionis nostræ, not. ad principis intentionem [a] recurrendũ, quæ talis esse præsumitur, quod alius non grauetur, nec iniuriã patiatur. Sed quid si est clausula motu proprio? respõdeo ista gratia similis est testamento, quòd semper, uel saltem ut plurimum fit motu proprio, & tñ tstator nõ præsumitur uelle iniuriam facere, ut. ff. de admi. tul. l. impuberi.

a ¶ *Ad intentionẽ principis recurrendũ, quæ talis esse præsumitur, quòd alius non grauetur, nec iniuriam patiatur. uide eundem Bal. & moder. in l. ex facto. per illum text. ff. de uulg. & pupil.*

¶ Ibi, Super minoribus, multo fortius super maiorib.
5 cum maior fraus ibi committatur. ¶ † Et no. quòd beneficia ecclesiastica non debent cumulari, & quòd in
6 beneficijs pluralitas reprobatur † simile est in ultimis uoluntatibus, ubi taxantur plures causæ lucratiuæ, ut ff. de leg. 2. l. Meuius. §. duobus, nisi rõ diuersitatis sit euidens. ff. de adi. le. l. qui Marco, & no. in aut. ut iudi. sine quoquo suffragio. § illud. Ibi, Pauperes clericos. idest pauperes ecclesias, in quibus sunt pauperes cleri
7 ci. Inno. ¶ † Et nota pauperibus ecclesijs per pauperes clericos deseruiri. & probatur, quòd ecclesia sit pauper: quia forte sacerdos non habet ad commedendum nisi de pane milij, uel de alio uili pane, nec ad bibendum nisi aquam. ff. de lega. tertio. l. seruis urbanis, in princip. ibi Autor, id est impetrator. ibi supprimit, id est celat: quia celans uerum, non habet animũ rectum, ibi nolumus, quod uerbum nolumus, significat ipso iure, id est non uolumus, licet interdum significet quoddam medium, ut. l. j. §. sciẽtiam. ff. de tributoria, Ber. in suffragio hic colligit duo notabilia. primum est, quòd ad intentionem mandatis est recurrendum. ff. de fundo. instruc. l. cum de lanionis. §. asinã. ff. de testamentaria tutela. l. si quis ita. ¶ Secundo no. ꝙ posteriores literæ non ualent ad beneficia, sed priores. ¶ Contra hoc opponitur de. c. gratia, de rescriptis, in clementin. Solutio. ibi prima gratia erat pendens, & non erat sortita effectum; & ideo uidetur ei tacite renuntiatum: sed hic gratia prima erat fundata & ius
8 radicatum in re erat quæsitum † ex ea enim facilius tollitur, quod in suspenso retinetur, quàm illud, quod radicaliter est firmatum, ut. l. receptum. ff. communia prædiorum. & dic, ut. j. eodem. c. ad audientiam. p Innocen. & in d. c. gratia. per Guil. de monte Lau. † Item
9 plus uidetur, quòd expectans eoipso, quòd supplicat super nouo beneficio, licet non obtineat, quia papa noluit concedere, amittat expectatum, argumentum. ff. de diuor. l. quod ait lex tamen in contrarium uidetur, quia actus inutilis non derogat actui efficaci, ut. ff. de auro & ar. leg. l. medico. §. fi. & ff. de leg. 3. l. si iuris facto, nisi esset deuentum ad eius executionem, ut. ff. de pecu. legato. l. cum dominus. §. fi. nam interdum ex nullo sequitur [b] aliquid, id est adẽptio, ut. ff. de testamen. milita. l. militis codicil. §. ueteranus, & ff. de adimen. leg. l. & ideo, & C. de donatio. inter uirum & uxor.
10 l. si maritus. † ¶ Sed quæro, nunquid ad impetrandum beneficia requiratur speciale mandatum? glo. dicit hic, quòd non: sed sufficit generale mandatum ad impetrandum beneficium ecclesiasticum alibi, sicut generale mandatum ad nogotia, ut. ff. de iniur. l. sed si unus. §. procurator, & ff. ad
11 municipales. l. Titio, cum esset. † Item habemus, ꝙ relegatus potest impetrare restitutionem per amicum suum. ff. de reb. dub. l. quidam relegatus, quæ lex est notabilis ad hoc.

b ¶ *Ex nullo aliquando aliquid sequitur: adde tex. not. in l. fin. ff. de rebus eorum. Aret. in l. diuortio, in 4. col. ff. solu. mat. Relegatus potest impetrare restitutionem per amicum suum.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio, prima trahit reum ad iudicium.*
2 *Copia iudicis ubi horis congruis ab fuerit, protestandum est.*
3 *Banni terminus non currit ei qui legitima hora ad se excusandum comparuit, licet iudicis non potuerit copia habere si eius si non comparuerit.*
Omne, quod non audit, inexorabile est.
4 *Compromissum natura perpetuum est, cepto tamen iudicio, expriat triennio.*
5 *Tutor finita tutela an possit petere refutationem generalem sibi fieri.*
6 *Creditor recepta confessione spe futura numerationis ex tacita conuentione naturaliter obligatur uel numerare, uel liberare.*

I AVTEM aliquis. Excipit reus contra rescriptum, quòd de suo primitus impetrato non fecit mentionem, nisi reus per dolum, uel negligentiam suo rescripto priori non fuerit usus. secunda pars, ibi, si autem. ¶ Casus. aliquis impetrauit literas contra aduersarium suum super aliqua causa: post modum aduersarius illius super eadem causa ad alios iudices literas impetrauit, in quibus de prioribus literis mentio non fiebat, & cepit conuenire aduersarium: quæritur quid iuris? respondet, ꝙ secundæ literæ possunt elidi, nisi prior impetrans fuerit in dolo uel negligentia. quia tunc posset conueniri per posteriores. Non autem dicitur negligere, qui delegati iudicis copiam
1 non potuit habere. ¶ † Ibi. Tractus, not. quòd etiam per primam citationem dicitur quis trahi ad iudicium. ¶ Ibi, Negligentia. no. quòd sibi imputet, qui ius suum proponere negligit. C. de his qui a non dño
2 manumittuntur. l. fin. Ibi, Excusari, a damno. ¶ † Ibi, Copiã, no. quòd non semper habetur copia iudicis; & super hoc est protestandũ & congruis horis. C. de anna. excep. l. ut perfectius. ff. de no. ope. nun. l. de pupil-
3 lo. §. si quis ipsi. C. de tempo. appel. l. fin. §. illud. † ¶ Et not. arg. quòd terminus banni non currit ei, qui legitima hora comparuit ad se excusandum, sed iudex noluit interesse. ff. quando appel. sit. l. j. §. quid ergo. Sed quid si non comparuit; tamen si comparuisset copiam iudicis nequiuisset habere? uidetur quòd non currat terminus. ff. de nautico fœnore. l. Labeo. Quid enim obfuit reipublicæ negligentia, si diligentia non habuisset effectum? ut. ff. si quis in ius uoc. non ierit. l. ex quacunque, in fin. dic non excusari, nisi protestetur: quia saltem debuit comparere apud tribunal, licet tribunal sit mortuum, persona ibi non præsidente. Omne enim, quod non audit, inexorabile est, ut. l. temperent. C. de uestibus oloberis. Nota in cap. isto, quòd dolus & negligentia sunt paria. ¶ Opponitur, quòd rescriptum perpetuò durat, ut. C. de diuer. rescrip. l. falsa. Solu. illud est uerum, nisi duo concurrant in ꝯrium. s. nouel-

Ia impetratio,& anni cursus. ¶Opponitur, quod non durat ultra triennium,ut.C.de iudi.l.properandum. Solutio illa l.nihil facit, quia ibi loquitur de ætate iudicij, non de ætate rescripti † sic & compromissum perpetuum est, nisi ad iudiciũ sit uentum: quia tunc finit triennio etiam de iure canonico, cum non inueniatur coram arbitro correctum ius ciuile, ut no. ff de arbi. sed si cõpromissum,& l.item si unus,& §. si multo post & tene menti. ¶Oppo. nam si reus impetrat, ergo ad excipiendum impetrat,& quæ annua sunt ad agendũ, perpetua sunt ad excipiendum,ut.l.purè, in fi.ff.de ex ce.doli,& C.de tempo.in inte.resti.l.petendæ,& C.de excep.l.licet. Solu.quędã exceptiones sunt perpetuę: quædam temporales,ut insti.de excep. §.temporales, ff.de inoff testa.l. Papinianus.§.si filius,ff.de iureiur.l. nã si postea.§.& minor, postquã actio est in iudiciũ deducta omnis exceptio est temporalis.C.senten.rescin. non pos.l.peremptorias. Item ubicunque excipiens pt ad iudicium principaliter prouocare.uel dic, q illud. c.intelligitur, qñ reus impetrat in reali iudicio, nel in duplicibus iudicijs,uel in interdicto, uti possidetis.In simplicibus.n. iudicijs non potest reus trahere actorẽ ad cãm,nisi ipse reus primò esset tractus forte coram ordinario: uel forte nisi controuersiam extra iudiciũ pateretur super qua potest petere imponi silentiũ diffamatori, ut. C.de ingen. & manumis.l. diffamari, & gl.ff.de lib.leg.l. Aurelius.§.centum.super receptione etiam testium pt reus impetrare.j.de testi.c. significauit. ¶† Et prædicta faciunt ad quæstionem de tutore, qui finita tutela petit sibi fieri refutationem gñalem. nam hoc non põt neq; tanq actor:quia debitor rationum reddendarum:neque tanquam reus.quia nullum iudicium incipit a reo;nisi dicas,quòd modus est iste, q reus offerat se paratum reddere rationem de uniuersis, qua reddita petit declarari se ulterius non teneri:quia in generalibus iudicijs procedit sententia tã condemnatoria,quàm absolutoria generalis: tamen, ut fiat sibi confessio,uel pactum, non potest petere de solutis,ut.l.quid ergo,uer.& nemo dixit.ff. de ꝑrio iudi. tutelæ,& no.per Bartol. ff.de transac.l.cum Aquiliana:quia nemo cogitur [a] in nube. j. in obscuritate ꝑhere, uel distrahere, ut de noua forma fidelitatis.c.j.¶Dic quòd iudex debet dare calculatorem, qui reuideat rationem.C.de usur. pup.l. fi.& adde,quod plenè dixi in d.l. diffamari,in lectura. Itẽ Petrus & Cy.C.de nõ nu.pec. aut hanc querelam,dicunt, quòd exceptio non põt principaliter intentari,nisi datur exceptio ex eo,quia sibi competit actio in exceptione non nu. pe. & non nu. dotis, & bene dicunt per id,quod no.in l.3. C. de dotis promis.& illa non est propriè exceptio,sed querela,& qrela est nomen conueniens utriq; parti.ff de inof. test. l. Papinianus.§.si filius.ff.de mino.l.præses. sic enim lex eã uocat † & creditor, qui recipit confessionem spe futuræ numerationis naturaliter est obligatus ex tacita conuentione,quòd aut numeret, aut liberet facit. ff. si cer.pet.l.qui pecuniam,& quod no.per Cy. C.si cert. pet.l.si non singuli,dic ut ibi dixi.

a ¶Vide text. & ibi Bal. multum no. in l.3.§. per contrarium.ff.de contra ind. tute. & Roman. consil. 155. Vel.in ca. significauit infra. de testa.

S V M M A R I V M.

1 Generalitas,quia parit confusionem,reprobatur.

2 Causæ cognitionem etiam uoluntariam quæ desiderant,ad futuras causas non extenduntur.

3 Rescriptum, ut impetratum ad iudices incertos non ualet: ita ubi impetrator est incertus.

4 Vnum, & idem censeri non potest tanquam præteritum, & tanquam futurum.

5 Papa certa scientia in rescripto quos defectus suppleat?

AD HAEC sumus. Non ualet rescriptum, per quod incerti iudices dantur, uel per quod futura negocia committuntur: secunda pars ibi, nos igitur. ¶Casus, quidam impetrabant literas a sede apostolica,in quibus continebantur omnia negotia ipsorum tam præsentia,quàm futura:& quidã impetrabãt iudices: papa decernit has literas carere uiribus tribus rationibus:prima,quia eneruant examen ordinarij:secunda, quia dant materiam impetrãdi suspectos & tertia est certitudo generis, seu alternationis.

1 ¶† Nota, quòd generalitas reprobatur: quia parit b confusionem [b] alibi autem approbamus, siue agamus de iurisdictione conferenda, siue deneganda.ff.de aleatoribus. l.j.§. quòd autem. sed ibi ideo est quia natura legis est generaliter determinare.

b ¶Alex.cõsi.68.ult. col.in v.no. Barb.consi. 16.2.colu.secundo libr.

2 † ¶Adde quòd quæcunque causæ cognitionem desiderant etiam uoluntariam, non extenduntur ad futuras causas.ff. quod cuiuscunque uniuersitatis nomine. l. item eorum. §. si decuriones: quia futura non possunt cognosci per suas causas: quia nondum sunt in rerum natura. ¶Ibi, De cancellaria, not. quòd cancellaria non dat uires literis inualidis. ¶Ibi, Negotia, sub hoc etiam uocabulo iniuria continetur, ut. ff. de iniur. l. si unus. §. procuratorem. ¶Ibi, Elegerunt, quando plures sunt impetrantes existentes in curia. idem, si 3 unus. ¶† Et uota, sicut non ualet rescriptum impetratum ad iudices incertos. ita non ualet, si impetrator est incertus. ¶Opponitur quòd uniuersitas causarum bene potest delegari, ut. ff. de iuri. omn. iudi. l.solet,& l.prætor. Sol. hoc est uerum, nisi generalitas sit nimia: quia continet præsentia & futura, & separata: quia futura nunc intelligi non possunt, quæ nondum sunt,argu. ff.de tutelis. l. quod dicitur, & ff.de iure fisci. l. ita fide,& cap.literas, de rescrip. in 4 cle.† ¶Aliquando habemus quòd consensus super pręsentibus excludit eadem futura, ut. C. de remis. pigno. l.solita:quia unum & idem c non potest [c] censeri tanquam pręsens & futurũ nec tanquam extinctum & resuscitatum.ff.de solut. 5 l.qui res.§. aream. † Quæro, qd si papa ex certa scientia facit istã commissionem,nunquid ualet:dicit gl.q sic, quia papa habet plenitudinem potestatis, & certa scientia supplet omnem defectum procedentem ex interpretatione legum, uel ex iuris apicibus, hanc glossam tene menti perpetuo?

c ¶Vnum & idem nõ potest censeri tanquã præsens & futurum, nec tanquam extinctum,& resuscitatũ.

S V M M A R I V M.

1 Latinitas falsa uitiat rescriptum Papæ.

2 Litera apostolica debent esse omni uitio purgatæ.

3 Grammaticalis defectus non debet esse in literis apostolicis.

4 Verba in dubio debent intelligi ità ut excludatur error in constructione.

5 Litera

5 *Litera unius defectus generans notabilem scripturæ defectum, uitiat Papæ rescriptum. secus superfluitas etiam sillabæ, uel uerborum inculcatio.*

6 *Latinitas mala non uitiat testamentum, uel alia instrumenta &*

Testamentum fieri potest partim uulgari; partim latino, seu græco sermone.

7 *Statuta terrarum an uitientur propter malam latinitatem.*

8 *Mala grammatica, ubi post per figuram saluari, non uitiat legalem dispositionem.*

9 *Scriptura sollemnitatibus, contractus substantialibus, acta iudicij sine Regestis debita forma si careant, etiam quòd Tabellionis imperitia sit in causa, non ualent.*

10 *Mala grammatica processum non uitiat.*

11 *Defectus numeri testium cur institutionem hæredis uitiet omnino, legata autem ciuiliter dumtaxat.*

12 *Error notarij qualiter probetur.*

13 *Error incertæ grammaticæ an sit error iuris, uel facti.*

14 *Error in re naturali ut boue scripturam uitiat, in geometria, uel mensura non uitiat.*

15 *Grammatica falsa an uitiet rescriptum continens plura capitula separata, in quorum uno continetur falsa grammatica.*

16 *Vitiato accessorio non uitiatur principale, secus è conuerso, & ubi deest forma respiciens totum dispositum.*

17 *Particularis detractio per promittentem facta de generaliter interrogatis uitiat stipulationem.*

18 *Masculinum an concipiat fœmininum in priuilegijs.*

19 *Masculinum, in officijs, fœmininum non concipit.*

1 AD AVDIENTIAM. † Falsa latinitas uitiat rescriptum papæ. secunda pars ibi, quibus. ¶ Casus. quidam impetrauit literas super sua absolutione ad ordinarium: modò ordinarius inuenit in literis malam grammaticã: quæritur quid iuris? respondetur, lite-
2 ras non ualere. ¶ † Not. quòd literæ apostolicæ debẽt esse omni uitio purgatæ, & deficiendo in figura literarum deficiunt in figura substantiæ, arg. eorũ, quæ notã-
3 tur. ff. de act. o. & obli. l. non figura. ¶ † Not. q̃ in literis apostolicis non debet esse grammaticalis defectus: & sic scribæ cancellariæ debent esse ualde periti in arte
4 grãmaticæ. † ¶ Sed quid si potest esse defectus, & nõ defectus? in illo, uerba in dubio debent sic intelligi, q̃ non sit in constructione peccatum, ut ff. de auro & argento legato. l. Plaucius ubi est tex. not. quia ordo cõuersus non uitiat rescriptũ, sed reducitur ad iuris ordinem, ut ĩ eo. ti. c. causam, ar. ff. de pec. leg. l. quidam. Nã ordo uerborũ reducitur ad ordinẽ intellectus, &
5 rõnis. ff. de hære. insti. l. talẽ. ¶ † Sed, quid si nõ est defectus in constructione, sed deficit quædã litera? uidetur non nocere, ut ff. de manumi. test. l. qui habebat. Contrarium est uerũ, si ex hoc surgit notabilis defectus in arte scribendi: qa grammatica est ars recte loquendi, recteque scribendi. No. in spe. de rescrip. p̃sentatione. §. j. igitur. ¶ Sed quid si est superfluitas in una litera, uel in una syllaba, uel uerborum inculcatio? dic non uitiari rescriptum, ut ff. de aur. & arg. le. l. pediculis. §. Neratius. ff. de pec. leg. l. si peculium. §. j. siue sermo excedat naturã actus, siue natura excedat sermonẽ, non debet attendi: qa potentissima est & in omni re obti-
6 net principatum. ff. de usu. l. si stipulatus. ¶ † Quæro, nũquid testamentum, uel alia instrumẽta uitient p̃p malã latinitatẽ? dic quòd nõ, ut C. de formulis l. j. & C. de test. l. quoniã indignũ. ¶ Itẽ potest testm̃ pro parte fieri in literali sermone, & pro alia parte in uulgari loquela, nec per hoc uitiatur. Itẽ pro parte in Græco,
7 pro parte in Latino. ff. de excusa. tut. l. j. ¶ † Quæro, nũquid statuta terrarum uitientur propter malam latinitatẽ? uidetur q̃ sic, quia statuta & rescripta sunt paria, nisi forte essent statuta rusticorum, quia nõ cognoscunt literas, arg. C. de testa. l. fi. † ¶ Mala grammatica
8 non uitiat dispositionem legalẽ, si potest per figuram saluari. C. de fideicom. l. eam quam. C. familiæ erc. l. fi-
9 lium. ¶ † An autem error tabel-
a lionis [a] uitiet contractum, scripturam, uel testamẽtũ, dic quòd si scriptura caret solennitatib. nõ ualet scriptura: si contractus caret substantialibus, non ualet cõtractus. si acta iudicij, uel regesti carẽt debita forma, similiter nõ ualent, licet ex imperitia tabellionis uitium natum sit: quia nõ nunquam imperitia uitiare consueuit. ĩ eo. c. super literis ff. de iurisdi. om. iudi. l. si per errorem ff de appel.
10 l. j. §. ij. † Sed propter malam grammaticam non uitiatur processus. ff. de re iud. l. actorum uerba: qa ius nostrum uadit ad realitatẽ. C. de testa. l. ambiguitatẽ, p Cy. Per imperitiam impeditur, ne res producatur in esse de nouo: sed non resoluitur, quod productum est,
11 ff fam. ercis. l. si filia. † ¶ Sed quare institutio hæredis, si deficit solennitas assertoria testium, non ualet ullo modo, & legatũ ualet naturaliter? Respondeo, legatũ est obligare ualens, sed nõ hæredis institutio l. Quintus. §. j. ff. de an. leg. Item quia ubi maius periculum, solemnius est agendum, dixi. C. de iuris & facti. igno. l. fi
12 post diuisionem. ¶ † Quæro, qua-
b liter probetur error [b] notarij? respondeo per testes legitimos & numeri sufficientis dicentes rem aliter se habere reddendo causam scientiæ. non enim sufficit ad reprobandum tabellionem testimoniũ sine causæ redditione, ut l. optimã, in fin. C. de contrahẽ. & cõmit stipu. & si error supponit aliã dispositionẽ i. alterius incõpatibilis formæ, tot testes requiruntur in probando errore, quot exiguntur in probãda dispositione, de leg. ij. l. cum quæritur. Si autẽ non implicat aduersatiuam dispositionem, sed simpliciter negat, quòd scriptum est uerum, tunc loquitur l. j. in fi. ff. quemadmodum test. ape. & ĩ de fid. instr. c. cum Ioã-
13 nes. ¶ † Quæro, an error incertæ grammaticæ sit error facti, uel iuris? neuter est, sed potius æquipollet iuri, quia deprehenditur error sine adminiculo alterius
c probationis. ¶ Vnde omnis [c] regula cuiuscunque artis etiã mechanicæ potest appellari ius, ut l. j. l. C. de errore calculi: quia ius nostrum approbat scientias oẽs ueras. ff. de iniur. l. Item apud §. si
14 quis astrologus. ¶ † Quid si est error in re naturali, ut in boue, & asino? respondeo, uitiat, ut. ff. de leg. j. l. si quis in fundi uocabulo. sed error in geometria, uel mensura non uitiat scripturam, sed reduci debet ad bonum & æquum. ff. de action. empt. l. Iulianus. §. si Titius. integra præbenda non continet dimidia

a ¶ *Vide omnino scripta latissime per insignem doctorẽ d. Vitalẽ gambanis olim regni Siciliæ uice protbonotarium in suo sollenni tractatu clausularũ fol. 37. & 38.*

b ¶ *Vide eundẽ Bald. in l. cũ proponeretur. ff. de le. ij. & oĩo scripta profunde per d. uitalem in tractatu clausularum. fol. 29 ij. colum. in fi cũ se in uer. restat uidendũ qualiter error notarij probetur.*

c ¶ *Omnis regula cuiuscunque artis etiã mecanicæ potest appellari ius.*

dia præbendam: quia non sunt hic totum, & pars, sed omnino disseparata, ut.ff.de aur. & arg.leg.l. qui lancem,& ĵ c.cui de non sacerdotali,de præben.li.6.Quæro,nunquid unus & idem contractus,seu unum intellectuale,ut no.in l.j.ff.de testa.possunt fieri in scriptis?dicit Iac.de Are.q fic,ut.C.de testa.l.hac consultissima.
15 §.fi. per Cy. ¶†Sed quid si rescriptum continet plura capitula separata,& falsa grammatica est in uno capitulo,an aliud uitietur? & uidetur quòd non: quia utile per inutile non uitiatur,sed illud est uerum, quando utile stat per se in essentia, & fide ueritatis. sed hic deficit authoritas & fides, ideo non ualet: quia fides eiusdem scripturæ est indiuisibilis in litera.hic dicit fidem nolumus adhibere, ad hoc ix.dist. si ad sacras, &
16 c.pura & simplex. ¶†Ex his conclude,quòd licet uitiato accessorio non uitietur principale: quia stat per se, tamen e contra uitiatur utrunque.Idem,ubi deest forma,quæ concernit totum dispositum l. Pedius, de arbi.de usu & habitatione l. per seruum.ff.si. usufru.pe-
17 ta.l.j.†¶Si stipulor hoc modo, Promittis mihi omnes seruos tuos? & tu respondes, Promicto omnes præter talem,in nullo ualet stipulatio. Sed si nominatim dico promittis duos,puta Damam,& Crotem,& tu dicis promitto Damã, non Crotẽ, bene ualet in Dama, ut eleganter no.ff.de uer.obl.l.j.§ cum adiicit, detractio ergo particularis quandoque totum uitiat, ut.ff. qui & à qui.l.si optio: quia cum iuris rationibus non
18 concordat. ¶†Quæro, nunquid in priuilegiis masculinum [a] concipiat fœmininum?& uidetẽ quòd non: quia non est oĩno congrua grammatica, quæ fit per figurã conceptionis generum, nec naturalis significatio sermonis: qa si esset naturalis, semper idem significaret; quòd falsum est l.j.§.quare.ff.de uen.inspi.mir. ¶In contrariũ uidetur: quia usu ueterum masculinum concipit fœmininum,si potest adaptari.ff.de le.iij.l.Lucius.§. quæsitum.ff.de pac.l.tres fratres. ¶Adde,si neutri generis supponit pro utroque sexu, nõ est mala grammatica;
19 si adaptari potest,ut no.in l.j.C.si seruus extero.†¶Sanè in officiis masculinum non concipit fœmininũ, unde si testator dixit,relinquo fratres meos executores mei testamenti, non intelligitur de sororib.ff.de cur. fur.l.cuius bonis: quia fœmina habet inualidum consilium;sicut nec de pupillo, qui habet consilium imperfectum,ut l.fi.C. de legitima tute. ¶Mulieres præeminentiam gradus in administratione non habent; quod dic,ut not.Io.An.in no.de pœñ.& remis.c. noua quædam.Bal.

a ¶*Vide scripta per d. Baptistam de sancto Seuerino in l. si quis id quòd. ff. de iu.om. iud.*

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitas primi rescripti, quòd impetrauit appellans nõ facta mentione de sua appellatione, non potest opponi contra rescriptum secundum.*
2 *Restituendum ecclesiæ potest restitui prælato.*
3 *Exceptio appellationis deserta,est exceptio rei finita.*
4 *Positio, quando fit de facto aduersarij, potest alternatiue fieri secus,si de facto proprio.*
5 *Et procedit positio alternatiua, quando contractus est alternatiuus.*
6 *Articulus dubius debet declarari.*
7 *Positiones & articuli assumi debent de corpore libelli, & fieri debent post litem contestatam. Interrogationes uerò nec de petitione assumi oportet, & quandocunque fieri possunt.*
8 *Appellatione pendente quicquid per appellantem innouatur, absque eo, quòd aliud probetur, reuocatur in irritum.*
9 *Super desertione appellationis non est necessaria pronunciatio.& nu.17.*
10 *Appellationem deserens condemnatur in expensis.*
11 *Expensæ ratione appellationis deserta quæ actione ueniant.*
12 *Renuntiare an uideatur qui sententia pro se lata non defert.*
13 *Temporis lapsus inducit doli præsumptionem,& ueram negligentiæ probationem.*
14 *Contumax semper debet in expensis condemnari.*
15 *Appellationis frustratoria,uel cui renunciatum fuit, taciturnitas contrarium rescriptum non uitiat.*
16 *Appellationi propriæ an teneatur quis deferre.*
17 *Appellatione deserta, quando patet ex actis iudicij,nõ oportet super desertione expresse pronunciari.*
18 *Tempus ad prosequendum ut appellantis fauore statutum est,ita appellati fauore labitur.*
19 *Iudicialis termini lapsus interdum omnino iudicij copiam eripit, interdum reparationem admittit, re, scilicet integra, & saluo partis aduersariæ interesse.*
20 *Lapsus temporis ad prosequendum non obest appellato prosequi appellationem uolenti.*
21 *Appellationem non prosequens debet condemnari in expensis.*
22 *Sententia appellationis deserta est diffinitiua processus, sed respectu causæ principalis est interlocutoria.*
23 *Expensæ iudicij quando ueniant, etiam quòd pars eas non petierit.*
24 *Renuntiari appellationi an possit sub conditione, uel modo.*
25 *Impedito una die anni primi, an secundus annus integer, an sola deperditi temporis restauratio dari debeat.*
26 *Renuntiare appellationi an possit procurator.*

1 EX PARTE S.† Non potest contra secundum rescriptum opponi taciturnitas primi,quod impetrauit appellans de sua appellatione mentione non facta. Et sunt tres partes. In prima tangit quæstionem, diffinitionem, appellationem, & impetrationem. In secunda unius partis prosecutionem,& alterius negligentiam], & dolositatem. In tertia finalem determinationem.secunda ibi,cumque.tertia ibi,ideoq;. ¶Casus,põmitte, quòd capella de Empton suberat matrici ecclesiæ de Tarento. Item q Stephanus erat persona, idest rector dictæ matricis ecclesiæ, qui in dicta capella tenebat capellanum.Item q Otto diaconus egit coram ordinario ad dictam capellam, & cum succumberet, appellauit, & iudices impetrauit de sua appellatione mentione non facta. Ioan. An. Et demum spoliauit dictum Stephanum, & dictum capellanum, & tandem stetit per biennium, quòd dictam appellationem non fuit prosecutus. Post impetrationem autem dicti Ottonis dictus Stephanus alios iudices impetrauit, coram quibus petebatur innouata rescindi, & capellam sibi restitui. Sed Otto dicebat, quòd istæ secundæ literæ non ualebant: quia non faciebant

bant mentionem de primis literis impetratis ab ipso Ottone. papa mandat dictis iudicibus impetratis per dictum Stephanum, quod faciant dictam cappellam restitui matrici ecclesiæ, & dictum Ottonem condemnet in expensis: non enim oportuit fieri mentionem de primis literis dolo & negligentia ipsius Ottonis non prosecutis. ¶Ibi, Ex parte. s. Stephani. Ibi, Personæ. idest rectoris, quia quilibet rector potest dici persona ecclesiæ largo modo: aliter sumitur. suprà eo. c. ad aures. s. pro dignitate, & dicitur persona. idest per se sonans. i.
2 præminens, siue regens. † Dicit Io. An. in c. sciant cuncti, de elect. li. 6. in nouel. quod illud quòd est restituendū ecclesiæ, potest restitui personæ, siue prælato. minister est. n. ut. ff. de euict. l. si ideo, in §. j. ff. de annu. leg. l. annua. §. j. ¶Ibi, Prædictam ecclesiam, s. de Tarento. Ibi. O. i. Ottonnem. ¶Ibi, Iam. i. nunc amoto cappellano. ¶Ibi, Nomine ipsius, s. unde ipse. s. per dictum capellanum ministrabat. s. quondam. ¶Ibi, Quam, s. appellationem. ibi, Prosecutus, s. plebanus, id est rector matricis ecclesiæ. ¶Et sic no. superiorem agere de expulsio ne inferioris. Nimirum, quia eius nomine possederat C. si per uim, uel alio modo. l. j. ff. de acqui. poss. l. si quis
3 ui. §. differentia. † Item nota super appellatione deserta appellatum impetrare posse; & quod sit officiū iudicis, ponitur hic. appellans autem non posset impetrare appellatione deserta: quia exceptio appellationis desertæ est exceptio rei finite, nisi esset dubium. ff. de condi. inde. l. eleganter. §. si post. ¶Ibi, Non curauit. s. coram iudicibus a se impetratis: quia non erat eis usus. i. suffultus possessione facti, cogitās quasi frustra peteret, quòd ius habet, ut insti. de leg. §. si res. & l j. §. interdictum. ff. uti possi. Ibi, Prædictorum iudicum i. secundorum. ¶Ibi, Vocatus. s. Otto. Ibi, Vsque. inclusiuè, uel exclusiuè, non est uis. ¶Ibi, Dixit excipiendo uerbotenus, & sic declinatoriam posse opponi sine scriptis. ¶Ibi, Dolo, uel negligētia. ista erant uerba Stephani, uel sui cappellani contra Ottonem. Et not. quod dolus, & negligentia quantum ad refectionem expensarum idem operantur, nec prodest iuramentū calumniæ desertori. ¶Et not. posse sumi argumentū
4 ex præsumptione alternatiua. † Item no. arg. quòd positio potest fieri alternatiuè, cum quis ponit de facto aduersarii secus, si de suo proprio, concor. j. de restit. in integ. c. constitutus, & j. de præscrip. c. audi. secundum Inn.
5 ¶† Adde, quod procedit positio alternatiua, quando actus est alternatiuus: quia sumitur de eius corpore, nisi actor
6 teneatur eligere, ut no. ff. de tributo. l. quod in hæredem. §. eligere. † Item adde, quòd articulus dubius debet declarari, ut. not. ff. de iureiur. l. iusiurandum, &
7 ad pecunias. §. pen. † Positiones, & articuli debent assumi de corpore[a] libelli, uel de coherentibus ei. Sed interrogationes non oportet oriri de corpore petitionis: quia plerumq; fiūt non oblato libello, & ideo positiones debent fieri post litem cōtestatam: interrogationes ante sententiam, & ubicunque locorum. Ibi, Cum biennium. no. moram & dolum præsumi temporis lapsu. Item no. quòd biennium
8 dicitur diu. ¶† Ibi, Reuocatis. no. innouata per appellantem appellatione pendente absque eo, quòd aliud probetur, in irritum reuocari, siue appelletur a diffinitiua, siue a grauamine, ut patet in prima glo. & est ratio: quia ex quo appellatum. appellatio est communis, quasi uterque appellet, quatenus sua interest altero appellante, ut. C. de appel. l. ampliorem, in princ. & arg. C. de tem. in integ. rest t. l. petendæ. ¶Ibi Constiterit, quod probatur solo cursu biennij, ut no. Host. infra de renunc. ca. in præsentia, statim quod est elapsum biennium absque alia causæ cognitione debet fieri executio,[b] & præsumitur pro sententia secundum Host. & Ioā.
9 An. Item no. quòd non est necesse, quòd super desertione appellationis pronuncietur, ex quo constat de cursu bienij, uel de tacita renuntiatione, ar. C. de pac. l. postquam liti. C. de fide instru. l. 3. facit quod no. C. de appel. l. eos, in prin. & ff. de execu. l. scire oportet. §. consequens ff. de mino. l. intra utile tempus, & arg. ff. de tut. & cura. da. ab his. l. seiæ egressæ. Item not. quòd super libello rectoris fertur sñia pro ecclesia, & ualet absque commemoratione rectoris in uerbo, ecclesiæ. ¶ Ibi, Restituere, id est restitui facere: uel quòd iudex potest restituere inuito detentore, ut. ff. de acquir. poss. l. qui uni-
10 uersas. §. item cum prætor. ¶† Ibi, In expensis. no. quòd ille, qui non prosequitur appellationem propriā, sed eam deserit, condemnatur in expensis, etiam si est de-
11 serta temporis cursu † & sic remanet officium iudicis in accessorio. i. in expensis, licet finitum sit in principali. & est ratio, quia accessorium erat iam deductū in iudicium & perpetuatum, ar. ff. de rei uin. l. utrique. non ob. C. de fru. & litis expen. l. terminato: quia ibi iudex erat omnimodo functus officio suo plenè per diffinitiuam: hic non. & sic no. quod temporis cursus non habet uim diffinitiuæ. Sed Hoc. dicit, quòd expensæ ratione appellationis desertæ ueniunt per condictionem ex canone: quia ius dicenti non est obtemperatū; & ideo possunt peti de per se iuxta no. in aut. de tu. §. oportet, & ff. si quis ius dicenti non omptemperauer. l. j. §. si. No. in isto. c. quòd maior, siue minor ecclesia potest defendere & agere pro capellis suis, dicut. infra de iud. c. cum deputati. Item no. quod ille qui extra iudicium appellationi suæ non defert, uidetur appel
12 lationi renunciare. ¶† Quæro de eo, qui non defert sententiæ pro se latæ, utrum uideatur renuntiare, sententiæ? Rñdeo non, si iusta est, tex. est unicus in iure. ff.
13 de au. & ar. leg. l. Titiæ amitæ. † No. ex cursu temporis dolū præsumi, & negligentiā uerè probari, & sic surgunt duo sub quadam alternatione, s. præsumptio doli, uel probatio culpę. No. quod in oīno negligente semper præsumitur dolus. ¶No. in cā appellationis uenire refectionem expensarum rōne appellationis desertæ. nec distinguo, utrū appellans habeat iustam cām
14 appellandi, necne † quia contumax semper debet condemnari in expensis. C. de iudi. l. properandum §. si autem, & l. sancimus, & C. de fruc. & lit. expen. l. non ignorat. Si autem appellans succumbit, quia non potest iustificare appellationem, tunc condemnatur in expensis: quia frustratoriè appellauit, & iniustè. idem in causa nullitatis. & adde, quod no. in ca. præsumitur, de re iud. libr. 6. & quòd dixi in l. generaliter. §. si & iu-
15 dex. C. de rebus credi. in lect. mea solenni. ¶† Not. insuper, quòd de appellatione frustratoria, uel cui est renuntiatum, non oportet, quòd in contrarium impetrans faciat mentionem: quia talis appellatio non potest nec rationabiliter mouere principem ad scribendum, nec dicitur supprimi illud, quòd non est necesse exprimi: quia suppressio uitium notat, & hic nō est uitiū. j. de resti. spol. c. ex cōquestione, secundum Ber. Bal. super primo decret.

a ¶*Vide scripta per frāciscum Curtiū in tractatu suo positionū post tit. C. de iura calum.*

b ¶*Adde Bar. & que ibi scribuntur in l. j. in fin. ff. nil. no. appe. pen.*

¶Quærit prima gloss. super quo appellatum fuit? respondet, super diffinitiua, uel interlocutoria lata sup aliquo articulo, olim poterat appellari a motiuo iudicis comminato, uel patenti. hodie non, nisi instet periculum puta torturæ, uel maius eo. C. de appel. l. si qs
16 prouocatione. ¶† Secunda gl. quærit, an teneatur qs deserere propriæ appellationi? & dic quòd sic: alio qn vr renuntiare appellationi; & eoipso iudex, à quo, pòt procedere, & dicit, quòd raro hoc alibi inuenies, nisi hic, Ber. Sed imo vr casus in l. chirographis. §. j. de admi. tuto. ubi si appellans alienet pendente sua appellatione, reuocatur; licet non per uiam attentati, sed in fin. causæ: sed ibi appellatio fouebat alienationem. hic nõ, ar. ff. de infa. l. furti. §. j. & facit. ff. de mino. l. si filius: quia contrarietas, siue incompatibilitas sui officit appellationi: sed non officit illud, quod appellationem non habet impugnare: Tertia glossa quærit, sup quo fuerunt literæ impetratæ? & demum dicit, quòd appellatio ab initio præsumitur frustratoria, si non est prosecuta, quod est notandum. Quarta glossa dicit, & ponit quasi formam libelli. & subdit, q literæ impetratæ in forma communi non impediunt restitutionem spoliati. ¶Alia glossa dicit, q qui appellat, si impetrat, debet facere mentionem de sua appellatione, & aduersarius eodem modo. de hoc etiam no. j. de appell. c. oblatæ, in fi. & facit in aut. in medio litis nõ fieri sacras formas, & in aut. ut cum de app. cogno. in prin. sed ibi non loquitur in impetratione iudicis, sed in nouo iure ꝓmulgato. ¶Alia gl. dicit, q qui non prosequitur appellationẽ ullo modo, nisi habeat iustum impedimentũ reputatur desertor elapso anno: aliàs requiritur bien-
17 nium. † Item collige hic, quòd deserta appellatione non oportet super desertione expresse pronuntiari, qñ patet ex actis iudicij: uide Bar. in l. cum quærebat.
18 ff. de re iud. demum. j. subdit † quòd annus & bienniũ ad prosequendum appellationem statuit fauore appellantis, nõ appellati; qđ est uerũ, dũ pẽdet. sed post eius lapsum est fauor appellati: quia pendentia termini, & lapsus eius sunt contraria effectiuè. ff. de leg. 2. l. statu
19 libe. §. Stichum. † & interdum terminus iudiciorũ est decisiuus, siue diffinitiuus. & tunc ꝑꝑ rigorẽ iudiciorũ seruandorum irremediabiliter clausa est iudiciorum copia. interdum habet uim interlocutoriæ, & tunc re integra & saluo interesse aduersarij auditur quis post terminum: aliter non, quia non est ei clausa iudiciorum copia, qui lege permittente purgat moram. C. de iud. l. sancimus, de constitu. c. ex literis, & ff. de optione legata. l. mancipiorum, & ibi melior tex. de hoc, q
20 sit in iure. † ¶Demum opponit, q post lapsum biennium neuter posset appellationem prosequi: qa debẽt ambo eodem iure uti. Soluit, q non ui appellationis, sed ui spoliationis, tu dic, q ui appellationis, quã appellatus pòt prosequi ẽt elapso biennio, licet appellãs nõ prosequat: quia iste terminus concludit appellanti, non appellato, argu. C. de integ. restit. l. petendæ.
21 ¶† Vltima gl. dicit, q ille, qui non prosequitur appellationem, debet condemnari in expensis: quia impediuit iudicis officium primi processus, ut. C. de fruc. & li.
22 expen. l. litigator, & ibi per Cy. ¶† Sententia appellationis desertæ est diffinitiua processus; sed respectu causæ principalis est interlocutoria, & pedissequa seu mercenaria. quia non fertur directè super libello causæ, sed processu. C. quomodo & quando iud. l. si præses, quare nec de per se libellum requirit, ut not. ff. de inter. acti. in rubrica. ¶Item tempus fungitur uice arbitri. ff. de excus. tuto. l. scire oportet. §. consequens. illud est certum, q non debet claudi iudiciorum copia ei, qui negligens non fuit, C. de appel. l. præses. Item not. quòd decisum tacitè solo temporis cursu, adhuc deciditur expressè per sententiam declarantem, Simile not. ff. ad Treb. l. apud Iulia-
23 num. §. 1. † ¶Item not. quòd hic fit condemnatio expensarum; & tamen non apparet, quòd fuerit petitum hoc in iudicio. de hoc in l. 4. §. hoc iudicium, de dam. infect. per Dyn. quia post litem contestatam sumus: sed ante litem contestatam non ueniunt expensæ, nisi petantur expresse, de dam. infect. l. si quis missum. §. iudex. & si non sunt ad unguem probatę expresse, iudex taxabit eas proprio motu. ff. de lega. 2. l. si quod ex pamphila, & quod ibi not. per
24 Barto. ¶† Quæro, nunquid possit renuntiari appellationi sub conditione, uel modo? respondeo sic.
25 ff. de pact. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ¶† Quæro, an impeditus in una die anni primi habeat secundum annum integrum, an uero habeat solam restaurationem deperditi temporis, sicut quando quis de iure speciali iuuatur per restitu. in ing. ff. de mino. l. fina. Solu. aut fuit diligens in principio, & negligens in fin. aut e contra. Primo casu, si non profuit ei diligentia propter casum impedientem, & tandem fuit in mora, quia restabat idoneum tempus ad totum explicandum; & dicunt quidam, quòd sibi imputet: quia non qui incœperit, sed qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit, & quia tempus negligentiæ corrodit tempus impedimenti, quòd fuerat. ff. ex qui. cau. ma. l. non enim negligentibus, & quia ultima mora cuilibet est nociua. ff. de acti. empt. l. si per emptorem. ff. de arb. l. Cælsus. ff. de ope. no. nunt. l. prætor. §. si aliquando, & omnis laus, & blasmum in fine cantatur, & facit. ff. de lib. agn. l. 1. §. eleganter. Si autem non restabat idoneum tempus explicandæ litis, totus secundus annus datur. C. de tempo. appel. aut. ei qui, & argumen. in l. 2. ff. de annu. leg. ff. de uerbo. obliga. l. & ideo hæsitatur. ¶Secundo autem casu, quando in principio negligens, in fine diligens fuit, tunc secundus annus integrè datur indistinctè pro secundo & ultimo tali. in-
26 fra de appellationi. ca. ex ratione, per Inno. ¶† Sed an procurator pòt renuntiare appellationi? dic q sic tacitè cursu temporis. C. de usu. l. aduersus, & argu. C. de his qui ut indig. l. Polla. & istud est uerum, ubi tenetur prosequi: secus, si non tenetur prosequi C. de procura. l. inuitus. expresse autem potest renuntiare appellationi a se interpositæ. sed non interpositæ per dominum. ff. de nou. oper. nuntiat. l. procurator. ¶Tu dic cum causa posse, sed absque causa non posse: quia est domino ius quæsitum. ff. de procur. l. ignorantis. ff. de contra tabul. si post mortem, in fin. ff. manda. l. si hominem.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, quòd si non potuerit interesse, de qua impotentia intelligatur.*
2 *Impotentia duplex, s. iuris, & facti. item naturæ, officij, de meriti, secundum bonos mores.*
3 *Meritum præsumitur nisi probetur offensa.*
4 *Verba, pro bonis meritis, & seruitijs, in instrumentis donationum quomodo intelligantur.*

5 Verbum,

5 *Verbum, poteſt, affirmatiuè, aut præmiſſa negatiua, prolatum, quid importet.*
6 *Infamis ſi ſit delegatus, an poterit ſe excuſare allegando ſe infamem.*
7 *Exauthoratus ab una militia, uel dignitate, intelligitur exauthoratus ab omnibus.*
8 *Veſtitus ita miſerabilis, vt veroſimiliter eo indutus in publicum prodire non audeat, aquè interdum excuſat ac corporale impedimentum.*
9 *Iudex imperitus debet iuris peritum, non ſuſpectum, aut inimicum partibus, conſulere.*
10 *Verba præceptiua in alicuius fauorem directa, potius conſilium ſapiunt, quàm mandatum.*
11 *Verbum, ſi non poterit, importat conditionem, de cuius exiſtentia, vt proceſſus valeat, iudex debet eſſe certus.*
12 *Verbum, nolo, ſignificat liberum arbitrium.*
13 *Infamia ſuperueniens iudici poſt litem conteſtatam an ſuſpendat proceſſum, & an valeat proceſſus, ſi non eſt oppoſita exceptio infamiæ.*
14 *Exceptio, Tu es homicida, vel adulter, an poſſit opponi ordinario.*
15 *Degradatus ab officio ſemper repellitur.*
16 *Impotentia verbum in materia fauorabili includit voluntatem; ſecus in ſtricta, ſeu odioſa.*
17 *Conditionis pendentis potentia nunquid puram inducet obligationem.*
18 *Neceſſarium de iure an ex poſſibili de facto ſequatur? & num. 23.*
19 *Ius dicens di nullum ciuile remedium eſt, & perpetuum transmittitur; à ſuo hærede etiam non agnitum.*
20 *Ad l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. intellectus.*
21 *Subſtitutio vulgaris expreſſa an poſſit fieri filio præterito.*
22 *Filio præterito nec ſecundum tabul. nec b. de edict. diu. Adriani beneficium competit.*
23 *Duo poſſibilia ſimul incompatibilia, ſi ab vnico verbi actu tota oratio complexiuè determinatur, in contractibus non reddunt diſpoſitionem conditionalem. Secus in vltimis voluntatibus.*
24 *Oratio futuri temporis, in vltimis voluntatibus, ſemper ſapit conditionem.*

SCISCITATVS. Reſcriptũ, quo ſcribitur pluribus cum clauſula, ꝙ ſi duo, uel tres, quibus literæ diriguntur, ipſis exequendis ſimul nequiuerint intereſſe, reliqui exequantur, intelligitur tam de impotentia iuris, quàm facti; & antequàm procedatur, debent hoc canonicè notificare collegis, ſi notificari poteſt: alioquin procedere non poſſunt. Item ſi quis eorum nõ vult intereſſe, & prætendit impotentiam, ᵃ non excuſatur, imò punitur, niſi in reſcripto poſitum ſit verbum, noluerint. vide Bart. in l. ſi vni. ff. de re iud. Caſus patet. ¶ † Quæritur enim, de qua impotentia intelligitur, cum apponitur illa clauſula, nequiuerint intereſſe; & reſpondetur de impotentia iuris, vel facti: de iure eſt exemplum, quando non eſt capax iuriſdictionis, vt quia ſeruus, infamis, uel excommunicatus: de facto ponitur exemplum, cum eſt impeditus morbo, vel neceſſitate alterius caſus. ¶ Secundò quæritur, vtrum reliqui poſſint procedere, ſi eis non notificatur excuſatio abſentis? Reſpondetur, quòd non, ſi notificari poteſt; & ſi nolit notificare, non excuſatur, 1

a ¶ *Vide Panor. in c. prudentiam, col. 4. de offic. deleg. & in cõſi. 33. coiũ. 3. in 2. dub. vo. 1.*

niſi in reſcripto ſit verbum, noluerit, appoſitum. An proceſſus ſit ipſo iure nullus? & videtur quòd non. ff. de acqui. hære. l. ſi quis extraneus. §. ſciendum, in fi. text. notabilis. dicit Cyn. quòd de iure canonico non quæritur iuriſdictio ignoranti, ſed tunc cum literæ ſunt præſentatæ, ſed de iure ciuili non requiritur ſciẽtia. C. mandati. l. mandatum, in 3. q. Cy. ¶ Ibi, Petitorio, id eſt ſcriptura, quia interrogans. Ibi, Aut plures
2 ſcilicet alij. † Ibi, Tam de iure, quam de facto, no ꝙ duplex eſt impotentia, ſcilicet iuris, & facti: ſed videtur, ꝙ ſint plures impotentiæ, ſcilicet de iure, de natura, & de facto, ſecundum bonos mores. Item de officio. Item eſt impotentia demeriti, vt in iuribus allega-
3 tis in gl. ¶ † Nota tamen, ᵇ quòd
b quilibet præſumitur meritus, niſi probetur offenſa. ff. de leg. 2. l.
4 cum pater, §. rogo filia. † & ſic in inſtrumentis donationum accipiuntur illa verba, Pro bonis meritis & ſeruitijs, nec eſt donatio falſa, licet merita non interuenerint. ff. de condi. & demon. l. demonſtratio falſa: tamen certã qualitatem meritorum verba generalia non probant, ſed ſpecialia probant. ff. de dona. l. Aquilius, & ſi pater. C. de colla. l. ſi nouatione. ff. de caſtren. pecu. l. ſi for-
5 te. ¶ So. concedo: † & quãdo uer-
c bum, ᶜ poteſt, profertur præmiſſa negatiua ponitur neceſſario. i. præciſè, vt no. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. & ff. de condi. inſti. l. filius. ſed ſi profertur affirmatiuè, quãdoque intelligitur. i. poſſibile erit. quandoque. i. rebus ſic ſe habentibus, vt ff. de condic. ob cauſam. l. qđ ſeruus. quandoque. i. habile & facile fuerit ff. de hære. inſti. l. ſuus. §. puto, de verb. ſig. l. Nepos Proculo. quandoque verbum, poterit, ſignificat actum perfectum. i. fiet. ff. de ſtatulib. l. ſtatuliberos. §. ſi quis. ¶ Item aliquãdo, quod non poteſt fieri de iure, debet fieri de facto, non tamen contra ius, ſed præter ius, vt. ff. de condit. & demon. l. Mæuius. ff. de verb. ob. l. quidam cum filiũ. & adde l. penult. ff. de condi. inſti. & l. 1. ff. de iniuſto teſt. ¶ Ibi, Seruum, niſi publice pro libero habeaт, & reputetur, ut. C. de ſen. & interlocu. omn. iud. l. 2. ¶ Ibi, Infamem, hoc intelligitur, quando eſt publica vox & fama, ꝙ eſt infamis, vt no. ff. de teſta. l. cum lege, vbi eſt optima gl. difficile cognoſcitur infamis à contrario. ff.
6 de interro. actio. l. quia. ¶ † Quæro, ſi infamis ſit delegatus, an ipſe poſſit ſe excuſare allegando ſe infamẽ? dicit Inn. quòd non. Sed contra videtur, quia eſt ei infeſtum comparere in publicũ. ff. de excu. tuto. l. ſed & milites. § ſed ignominia. ff. de infa. l. 1. lib. 10. de ſenato. l. Caſſius. C. ſi ſeruus, vel libertus ad decurionatũ aſpirauerit. l. 1. & 2. ¶ So. ſi habet collegas, qui poſſunt ꝓcedere abſque eo, poteſt ſe excuſare; aliter non, qa non eſt, corã quo poſſit allegare hoc, ut. l. 2. C. de ſtip.
7 ſeruo. † ¶ Ibi, Impedimento, vt quando aliàs eſt remotus à iudicando, vt. ff. de ſenatoribus. l. Caſſius, vel exauthoratus ab aliqua militia: qa exauthoratus ab vna militia, vel dignitate itelligitur exauthoratus ab omni, ac ſi nominatim ab omni dignitate eſſet degrada-
8 tus, vt. ff. de infamibus. l. 2. §. miles. † ¶ Ibi, Neceſſitatis, vt quia in vinculis detinetur à latronibus, vt. ff. de nego. geſt. l. nam & Seruus, in prin. qui tex. non eſt alibi, vel eſt ita male veſtitus, quòd non audet in publicũ comparere,

b ¶ *Quilibet præſumitur meritus, niſi probetur offenſa, vide Ia. in l. 1. C. de ſer. fugi. & vide Bedam in homilia ſuper illo Lucæ, Eſtote miſericordes.*

c ¶ *Adde Bart. & ibi plenè ſcribentes in l. Gallus, in princi. ff. de lib. & poſth.*

comparere, vt no. ff. quibus ex cau. maio. l. in eadem. vel est omnino illiteratus, & natura causæ requirit pe ritiorem. Si autem sit habitus peritus, & discretus, be ne potest esse iudex: quia debet inquirere ab alijs, qd & qualiter eũ loqui oportet, vt no. in l. 2. C. de sen. ex
9 periculo recitan. secundum Bar. † ¶ Et no. hic, ꝙ cum sapientibus iuris debet habere consilium, si iudex indiget: aliàs non oportet. ff. de his, quæ in testa. delẽ. l. proxime: non tñ à suspectis & inimicis, vt no. in authẽ. de triẽ. & semis. §. quod sæpe. facit quod no. ff. de here.
10 insti. l. illa institutio. † & no. verba præceptiua [a] directa in alicuius fauorem sapere consilium, & non mandatum. ff. de le. 2. l. cum pater. §. mando, vbi de hoc. Item no. ꝙ iudex debet eligere sapientiorem. [b] C. de inge. & manu. l. si
11 auiam. ¶ † Ibi, Destinare, & est ratio, quia uerbum, si non poterit, importat conditionem, de cuius existẽtia iudex debet esse certus: aliter non tenet processus, vt no. Barto. ff. de cond. & demon. l. multum interest. Ius etiam facto explicari potest: sed factum potestatiuum non potest explicari facto. oportet enim scire ea, quæ sunt fundamenti. ¶ Ibi, Excusari, no. non excusari eum, qui prætendit excusationem, quam re ve
12 ra non habet. † Ibi, Noluerint, no. quòd verbum, nolo, significat liberum arbitrium. ff. de le. 3. l. fideicommissa. §. quãquã. ff. de hære. instit. l. Cornelius, & l. iam du bitari, ff. de leg. 1. l. si ita legatũ. §. illi si volet. Quia prima glossa
13 est recitata. ¶ † Capio glo. super uerbo, infamẽ, & quęro, nunquid infamia superueniens iudici post lit. contest. suspendat processum? glo. dicit quòd sic: tamen si restituatur ad famam, redit ad eum iurisdictio in eo statu. ¶ Sed contra hoc opponitur. ff. de condi. & demon. l. intercidit, vbi irritum factum per restitutionem nõ reconualescit: sed illa lex intelligitur in indulgentia, non restitutione plena, ut. ff. de manu. test. l. Aristo: quia in indulgentia remanent reliquiæ condemnationis, & infamiæ. ¶ Quæro, an valeat processus, si non est opposita exceptio infamiæ post litẽ contest. rñdeo sic, vt. ff. de proc. l. filiusfa-
14 milias. §. veterani. ¶ † Quæro, an ordinario possit opponi exceptio, ꝙ est homicida, vel adulter? rñdeo, nõ ſm Inn. qa authoritas ordinarij officij nõ excluditur ꝑ solam infamiã facti superuenientẽ officio iã radicato. sed si esset ad officiũ promouendus & nõ ꝓmotus, bene repelleretur ꝓpter infamiã facti, vt d. l. Cassius.
15 † Degradatus autẽ ab officio semper repellit̃, ut d. §. miles, & l. iudices. C. de dignitatibus, lib. 12. nec põt de nouo assumi ad idẽ officiũ, vel aliud publicæ authoritatis, vt no. in auth. de armis. §. fi. colla 6. Reliquas gl.
16 vt iacent, expone ꝑ te ipsum. † ¶ Extra opponitur. hic

a ¶ *Verba præceptiua directa in alicuius fauorem sapere consilium, & non mandatum, vide omnino Decium in l. age cum Gemmiano. C. de transacti. & vide apostillam, quam scripsi super Panormi. in c. quanto, in 4. colũ. ꝫ. de consue. & vide etiam aliquid per Felin. in c. si pro debilitate, prima colum. ꝫ. de offic. dele. & adde etiam quæ scripsi super Paulum de Castro in l. Paul. ff. quod iussu. Franciscus Parona.*

b ¶ *Iudex debet eligere sapientiorẽ. adde singulare dictum Ang. in l. plagij. C. ad l. plag. de plagiar. quòd iudex, qui consuluit doctorem, qui non erat de peritioribus ciuitatis, nõ excusatur, & extollit Iaso. May. in l. iuris ignorantia, in vlti. co. C. qui admitti, dicens se alibi non legisse, & tu poteris addere ista verba Baldi hic.*

dr̃, ꝙ clausula de impotentia non includit uoluntatẽ, ꝫ. C. de hære. insti. l. cũ proponas. Sol. aliud est in substitutionibus, q̃ sunt fauorabiles: aliud in rescriptis, q̃ debent restringi, & facit. C. de inst. & substi. l. fi. ¶ Item si hæredibus ex ꝑpetua uoluntate adeundi statim sequitur impotentia adeũdi, ut. C. de repu. hære. l. sicut: secus in rescriptis, quia nolens fieri iudex cogit̃. ff. de iuri. om. iu. l. eum qui, arg. ff. ad Treb. l. facta. §. si quis,
17 & C. ad Treb. l. non iustam. † ¶ Quæro, an per potentiam pendentis cõditionis innouetur obligatio pura? rñdeo non; sed interdũ suspendit̃ interim, si sint eiusdem generis, vt duo cõtractus circa idẽ itã, quòd ultimus sit ꝯctus stipulationis. Nã ꝑ nullum aliũ ꝯctum fit nouatio ipso iure, nisi per cõtractum [c] stipulationis, ut. C. si cer. pe. l. si ex precio, ff. de pactis. l. si vnus. §. pactus, & ff. pro socio. l. duo. dico ergo, quòd in suspenso retinetur interim: sed existente cõditione fit ꝑfecta nouatio, vt. ff. si cert. peta. l. pecuniã. nec ob. ff. de cõdi. & demonstra. l. nã ad ea, vbi sunt eiusdem generis; & tñ non fit nouatio. ibi enim vtraq; erat vltima uolũtas, & sic in eodem genere dispositionis. Solutio. ibi erat implicita dispositio ad vlteriorẽ prouidentiã, ut ibi nota. si aũt non sunt eiusdẽ generis, & ultima uoluntas & ꝯctus, pendẽte conditione nõ fit
8 suspẽsio, ut. l. pure, in prin. ff. de exceptio. doli. † ¶ Quæro, utrũ ex possibili de facto sequatur necessariũ de iure? hic uolet intellectus ext̃ capitulum. Rñdeo, uł ꝙ sic. nã si testator instituit in primo testamento hæredẽ purè, in secundo testamento sub conditione possibili, necessariò sequit̃, ꝙ primũ testamentũ est sublatũ, ut. ff. de iniusto testamen. l. cum in secundo. dicit ibi gl. dũmodò sit possibile in cõditionis euentu adiri hæreditatẽ de iure ciuili. nõ eñ sufficit, si possit bono. posses. peti. & uerũ dicit, si talis bonorũ possessio sit apta rescindi ꝑ querimoniã, seu impugnationẽ filij præteriti, ut. ff. de liber. & posthu. l. si filius, q in potestate, cõiuncta. l. filio præterito, de iniusto testamen. declaro: quia si præteritus. ꝫ. annũ non irritat testamentum, potest institutus elapso anno petere bonorum possessionem secundũ tabulás, si dubiũ erat de statu, i. an præteritus esset filius, necne, ut. ff. ad Carbonia. l. si impubes. §. quæsitũ. qui text. nõ est alibi. Tũ constito postea, ꝙ est filius, & ꝙ dicit nullũ, illa bonorũ possessio ſm tab.
19 euanescit. † ¶ Porrò ius dicendi nullum est perpetuũ: quia ciuile remediũ est. C. de iure delib. l. suũ hæredẽ. & suus hæres illud transmittit ẽt nondum agnitũ ꝓpter existentiã sui hẹredis ab ĩtestato, ut. C. de posthu.
20 hær. instit. l. uxoris abortũ. † ¶ Existentia enim sui hæredis parit nullitatem. ergo præcedit eam, sicut causa præcedit effectum etiã concretum sibi in eodem institu. de liber. & posthu. l. in suis. Nũc intelligis illam legẽ. ¶ Item dicta g. quæ est in d. l. cũ in secũdo, quæ est no. ualde, nõ intelligitur, nisi in secũdo testamẽto sint instituti uenientes ab intestato: quia tunc primũ testamentũ rumpit̃ omnino. ff. de ꝯ tab. l. si duabus. §. prius. uel ibi loquitur in defectum testium, non in defectum præteritionis: qa ibi loquitur in filio emancipato præterito, cuius præteritio nõ reddit testm̃ nullũ iure ueteri, ut. ff. de iniusto testa. l. posthumus, uersi. idem & circa. ¶ Et fauore uenientium ab intestato etiam statuitur aliud, ꝙ secundum testamentum carens debito numero testiũ rumpit primũ, licet istud ultimũ non dicatur propriè testm̃, sed generali & innominato uocabulo

c ¶ *Vide diffuse scripta per Alexan. & Ias. Ma. in l. singularia. ff. si cer. pe.*

bulo dicatur ultima uoluntas; nec succedit ex ea hæres secundus tanquam ex testamento, ut C. de testa. l.
21 hac consultissima. §. pe. ff. de iniusto testa. l. 1. ¶ † Adde, quòd substitutio uulgaris expressa potest fieri filio præterito: quia non dicitur præteritus, cum sit prælatus, & habet ius anteferri. unde non est passus iniuriam, sed tacitam prouidentiam. ff. de lib. & posthu. l. Gallus, in princ. & secus esset in tacita uulgari, quæ uitiatur propter præteritionem l. si quis eum. §. fi. & l. 2. §. prius, de
22 uul. sub. † uel dic. quòd semper præteritus iniuriam patitur, id est non plenam prouidentiam patris, quia præteritus non habet secundum tab.

a *¶ Filius præteritus nō habet remedium l. fi. C. de edicto di. Adr. tol.*

Item non habet [a] beneficium legis de edicto diui Adria. tol. & ideo etiam expressa uulgaris nō potest fieri filio præterito. ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. in omni
23 bus; & ita tenet Accur. ¶ † Ex quibus concluditur, quòd interdum ex possibili interim sequitur necessarium propter incompatibilitatem actuum. Item ex duobus possibilibus aliquando sequitur necessarium, ut in illa propositione prolata in uno & eodem contractu, siue nauis ex Asia uenerit, siue non, promicto; ita, quòd unus actus uerbi determinet complexiuè totam orationē, nam obligatio est pura, ut ff. de condictio. indebiti. l. Iulianus. §. j. secus, si diceretur sic, Promitto, si nauis ex Asia uenerit. Item promitto, si non uenerit: quia sunt duo uerba, & quodlibet regit suam orationē conditionaliter: non est obligatio pura, quia quælibet oratio habet suum determinabile argumento. ff. de hæredib. instituend. l. liber homo. § si Titius. ¶ Sed contra prius dicta de l. Iulianus, uidetur obstare. ff. quando dies legati cedat l. huiusmodi. Sol. aliud est in contractu, aliud in ultima uoluntate: quia uerba conditionalia de futuro indistinctè suspendunt; quia non cedit dies conditione pendente, cum non transmitta-
24 tur ad hæredem. † unde si testator dicit, Lego, si nauis ex Asia uenerit, siue nō uenerit, futuri temporis oratio semper conditionem sapit, licet necesse sit alterū futurum: quia tñ tunc pro tunc non est certum, conditio est primo ad transmissionem quod ēt in contractibus non transmissibilibus haberet locum. ff. quando dies ususfruct. legati cedat l. j. in fi. q. tex. nō est alibi. Quapropter in ultima uoluntate omnis incertitudo conditionem sapit: sufficit hoc dixisse, quātum ptinet ad legistas: quia puri canonistæ non possunt hoc studere.

SUMMARIUM.

1 *Facti quæstio probationibus dirimi debet, easq; hinc inde recipit, secus iuris quæstio.*
Dubitatio, quemadmodum & error, duplex datur facti scilicet & iuris.
2 *Statutum, quòd causæ dubiæ compromittantur, intelligitur etiam si inter imperitos uersetur dubium.*
3 *Testes deponere debēt de rebus sensatis, nō de animi cōscientia.*
4 *Quæstio iuris per leges dirimitur.*
5 *Iudices, qui cognoscunt ex delatione, an sint ordinarij, uel delegati.*
6 *Iudices simul procedentes an possint unus alteri deferre, & an ab eorum delatione possit appellari. nu. 8. & nu. 23.*
7 *Potestas, & capitaneus ubi ex eodem delicto procedūt, unus alteri deferre potest; inhibere non potest, nisi praeueniens, & tunc non ut inferiori, sed ut exercitii iurisdictionis turbatori.*
8 *Iudices diuersorū rescriptorum non faciunt unum corpus.*
10 *Numerus maior ibi praeualet, ubi ex plurium cumulo unum corpus resultat & nu. 21.*
11 *Tertius arbiter a partibus eligitur, electus uerò a primis arbitris dicitur bonus uir assitus ad sedandam eorum discordiam.*
12 *Papa est iudex iudicum.*
13 *Consensus cessat oppressione durante.*
14 *Iure cogente quod fit, metu factum non dicitur.*
15 *Viarum Dei principium est ueritas, & conscientia.*
16 *Imperium est patronus ecclesiæ.*
17 *Omnes Reges, qui unguntur ab ecclesia sunt quodammodo eius uasalli.*
18 *Ius non potest mutari consensu iudicum.*
19 *Dubia res fit per affirmationē, & negationem concertātiū.*
20 *Dubitans de iurisdictione delegati an possit citare partes.*
21 *Maior pars numeri tunc praeualet, cum maiorem partem quota efficit.*
22 *Concordiæ maioris partis iudicum utriusque rescripti standum est iuxta co. opi.*
23 *Iudices an possint inuicem deferre inuitis impetrantibus.*
24 *Actus deferendi est uoluntariæ iurisdictionis, proptereaq; per iudices potest quocunque tempore, & loco expediri.*
25 *Quæstio, cuius nam rescripti iudices praeualere debeant, ad iudices ne ipsos, an uerò ad partes pertineat.*
26 *Plures iudices ordinarij si procedunt criminaliter, & dant diuersas sñias super facto principali, statur primæ sñiæ.*

PASTORALIS. In quæstione reuocationis rescriptorum recurritur ad arbitros, si iudices ipsorum rescriptorum sibi non deferunt, nec inuicem concordant: hoc primo. Secundò dicit, quòd per generalem clausulā positam in rescripto, uidelicet quosdā alios, & quibusdam aliis rebus, delegatus ante expressionem personarum, uel rerum in eos iurisdictionem non exercet. Tertiò dicit, quòd ualet ēt speciale rescriptum, quod ante expressionem prædictam conueniendus per clausulam generalem eo tacito impetrauit, & sunt duæ partes principales. secunda ibi, quoniam autem. & illa secunda pars subdiuiditur in duas quæstiones, & responsiones. secunda secundæ ibi, nos igit. ¶ Casus, quæritur, quando est concertatio de reuocatione literarum, utrum iudices, primæ datæ, uel primæ præsentationis, an secundæ debent anteferri? & an per secundas literas sint literæ primæ reuocatæ? papa respondet, quòd nisi posteriores iudices deferant prioribus, uel è contra, quòd utrique cognoscant, cuius sit iurisdō. Instat qrens, qd si non cōcordant in unā sententiam interlocuriam super iurisdictione? rñdet, quòd debent eligi arbitri a partibus, quamuis sint plures iudices numero dati in uno rescripto, q̄ in altero. hoc dicit usq; ibi, quoniam aūt. ¶ Expediam primò istam primam partem. ¶ In tex. ibi, de reuocatione, quia primus impetrans rescriptum fecit citari aduersariū coram iudicibus, & secundus impetrans fecit è contra citari primum coram aliis iudicibus à se impetratis uigore suarum literarū, unde occurrit qō sup reuocatione rescripti, & p consequens sup iurisdōne, uidelicet
1 quorū sit iurisdictio. ¶ † Ibi, Ambigit, ad intelligentiā huius uerbi scias, quòd quādo est quæstio facti, quæ probationibus mediantibus debet dirimi, ut. ff. de sta. ho. l. Aretusa, in fi. cum l. se. & ff. de pe. le. l. uxori, quæstio facti recipit probationes hinc inde: sed quæstio iuris non. textus est ibi ualde notabilis. ¶ Sanè ubicunque

quæ cadit error, ibi potest cadere dubitatio. Et sic duplex est error, s. iuris, & facti. & ita duplex est dubita-
2 tio, de qua loquitur litera nostra secundum Inn. ¶ † Et facit ad statutum, quo cauetur, quod causæ dubiæ[a] debeant compromitti. Nam dubium intelligitur, siue est inter peritos, siue inter imperitos, dumtamen imperitia non fingatur, nec sit supina, ut not. ff.

a *Vide doct. nouissimos a in rub ff de re. du.*

3 de transa. l. post rem. ¶ † Testes autem habent deponere de rebus sensatis, non de conscientia animi, ut in c. 1. §. fi. de consue. recti feudi, col. 10. facit. c. cum causam
4 j. de testi. † Quædam est quæstio iuris, quæ dirimitur per ll. uel cõstitutiones, quæ potest esse dubia propter obscuritatem legis, uel cõstitutionis, uel propter diuersas opi. doctorum, uel propter imperitiam secundum Inn. inst. de ob. quæ ex quasi maleficio, in princ. uel quia forte est extrauagans, ut ff. de ori. iu. l. 2. §. deinde. ff. de re iud. l. cum prolatis. Quædam est quæstio, quæ a prin. est facti, sed in fine est iuris, ut quæstio de consuetudine: quoniam an sit cõsuetudo inducta factis & téporibus, indiget probationibus facti: sed postquã hoc est probatũ, si dicitur consuetudinem non ualere, ista est quæstio iuris, ut in c. j. de consti. li. 6. & l. 3. §. diuus. ff. de sepul. uio. ¶ Et no. ꝙ hic assumo ius pro iure legis, uel consuetudinis, ut insti. de iure naturali. §. ex nõ scripto. alibi sumitur pro iure obligationis prouenientis ex contractu, uel quasi, ut insti. de ob. §. sequens, & l. fi. ff. de iureiu. ¶ Itẽ pactum dicitur duobus modis,[b] scilicet pactũ nudum, ut ff. de pac. l. si unus. §. pactus, ne peteret. Item stipulatio, ex qua nõ resultat ius. etiam facit. ff. de tutori. & cur. da. ab. his l. tutor si petitus. ff. de excu. tu. l. qui testamento, in prin. & ff. de uer. ob. l. quidam cum fili. ¶ Ibi, debeant, scilicet de articulo reuocationis, siue de iuribus rescriptorum. ¶ Ibi, reuocare, scilicet per secundas. ¶ Ibi, posteriores, id est posteriorũ literarũ iudices. ¶ Ibi, deferendum, scilicet in cognoscẽdo, cuius sit iurisdictio. nam si certum esset, cuius sit iurisdictio in principali

b *¶ Vide repetentes, max. Ias. May. ibi latius in rub. ff. de uer. obli.*

5 causa, non possent sibi deferre. ¶ † Quæritur secundũ Inn. an isti cognoscentes ex delatione sint ordinarij, an delegati? & dicit, ꝙ sunt ordinarij, licet ad unam speciem, siue articulum tantum: quia habent iurisdictionem a canone secundum Inn. nam aliud est delegare: aliud deferre. Ego dico, ꝙ sunt analogi, & magis accedunt delegatis: quia eorum iurisdictio subsecu-
6 tiua est delegationis, arg. C. de iudi. l. pen. in fi. ¶ † Not. hic ratione dubitationis possunt iudices simul procedentes deferre unus alteri. Idẽ puto in ordinariis, qui præsunt uni & eidẽ territorio insolidum. secus, si unus
7 præsidet uni territorio, alter alteri, ut j. dicam. † Si potestas, & capitaneus procedunt ex eodem delicto, ꝙ unus possit deferre alteri: quia nõ debet per utrumq; procedi, arg. ff. de usufru. l. quoties, de leg. 2. l. si quis seruum. §. inter duos. Inhibere autem unus alteri non põt: quia par in parem non habet imperium, nisi præueniret: quia tunc potest inhibere alteri non tanquam inferiori, sed tanquam turbatori exercitij iurisdictionis, ut colligi potest hic ex dictis Inn. ¶ Ibi cognoscant, s. cuius sit iurisdictio. & hæc authoritas est eis attributa per istud capitulum, & non prisco iure. ¶ Ibi, In unam sententiam, scilicet interlocutoriam, cuius sit iurisdi-
8 ctio. † Sed pone, quòd concordant, & pronunciant, cuius sit iurisdictio, nunquid ab ista interlocutoria possit appellari? & uidetur ꝙ non ratione concursus. Item a forma iuris non potest appellari. Item si non potest appellari a delatione, quando unus defert alteri, nec hic. in contrarium facit gl. quæ est, ne filius pro patre, auth. habita. ibi, quamuis plures, scilicet numero. Nam illi iudices unius rescripti pro uno reputãtur a papa, & si unus solus esset in alio rescripto, similiter repræsentat papam. unde ex uirtute repræsentatiua tantum ualet unus, quantum mille, ut ff. de condi. & demon. l. cui fundus, in fi. hanc rationem notabiliter assignat hic
9 gl. † Item isti iudices aduersorum sescsiptosum non faciunt unũ corpus; ideo non præualet numerus.[c] † tunc enim
10 præualet maior numerus, quando resultat unum corpus ex plurius, ut unum collegium, uel unum corpus creditorum, quasi unus aceruus eorum ex iuris dispositione, quia ius iubet eos facere corpus, id est congregationem & cumulum, ut ff. de pact. l. maiorem, & l. si plures, &
11 l. final. C. qui bo. ce. possunt. † Ibi, A partibus, not. quòd tertius arbiter est a partibus eligendus; & iste est uerus arbiter, argum. ff. qui satisda. cog. l. arbitrio: quia lex ita eum uocat arbitrum. idest adiectum cum hac adiectione. s. tertius. quæ adiectio significat, quòd est adiectus de necessitate. Sed quandoq; tertius eligitur a primis duobus arbitris; & tunc tertius arbiter nõ est propriè coarbiter, neq; collega, sed est quidam bonus uir superpositus ad sedandam discordiam arbitrorum potius, quã litigatorum, cuius authoritati debent acquiescere primi arbitri, & litigatores, ut no. ff. de arbi. l. item si unus. §. principaliter, & no. in l. quod si forte. §. j. ff. de solu. p Iac. de Are. & facit. ff. de tuto. & cura da. ab his. l. tutor. si petitus. ff. de excus. tut. l. qui testamento, in princ. Et no. quòd ista faciunt ad quæstionem præsentis schismatis orti ex dubitatione potentũ cooperante lucifero, qui est princeps superbiæ & monarcha superborum. huic morbo, qui per superbiam natus est, sola humilitas potest mederi de facili, scilicet ut posit deferre unus alteri, & hoc est potestatis, ut hic patet in uerbo, duxerint. Item non coguntur renunciare: quia nemo cogitur renunciare iuri suo. Item quia ordinata charitas incipit a seipso. Item quia semel acceptauit de consensu suorum eligentium. Item quia est ius publicum. Item papa est iudiciorum, uigor, & iuris publici tutela. C. de iudi. l. nullus. Itẽ esset iste modus posterior peior priore, & caderet mundus in Scyllam cupiẽs euitare Cha-

c *¶ Vide pulchre per Lo do. R. o. in consi. 59. in ci uiso proposita quæstionis themate circa id, quod quæritur, quod notes &c.*

12 rybdim. † Item papa[d] est iudex iudicum, ut C. de decu. l. 1. unde nemini subalternatur, nisi se submitat ex iusta causa. ff. de iurisd.
13 omn. iudi. l. est receptum. † Item quia durante oppressione cessat consensus; unde ad ius ordinarium recurrendum est, id est ad concilium, & deinde si ad cõciliũ esset quasi impossibile, in subsidiũ ad arbitros communiter eligendos, quorum authoritati, uel maiori parti ipsorum pareatur. ¶ Ad hoc quidem, scilicet ad arbitros eligendos possunt cogi per subditos. id est per principes, quorum interest non cõstare in dubio status sui, præsertim spiritualis. nec dicitur factum metu, quod fit iure cogente, ut l. 4. ff. quod metus causa. Item concilium forte possent congregare cardinales, si essent duæ partes omnium concordes, sicut

d *¶ Papa est iudex iudicum. adde Inno. in c. 1. & ibi plene Moder. supra de const.*

sicut doctores in materia huius capituli.hic tamen perfunctorie tango.remaneat enim hoc tantum negotium
15 ei,qui est ueritas,& uita. † ¶ Porrò principium uiarum Dei est ueritas, & conscientia. nam ueritas est strata ampla,per quam oẽs transeunt:conscientia [a] autem est semita arcta nimis: quia uia est, q̃ ducit ad uitam æternam.¶Sed in materia schismatis ueritas sepulta iacet usque nunc.
16 Surgat igitur Imperator,imò tota sedes imperij †Nã imperium [b] est patronus ecclesiæ:quia dotauit ecclesiam. Quãdocunque Imperator facit aliquid in perpetuum ualiturum,ipsa sedes imperialis cum persona
17 Imperatoris concurrit. † ¶ Item omnes reges, qui unguntur ab ecclesia, sunt quodammodo eius uasalli:quia iurant Papæ fidelitatem, ut.j. de iureiuran.c. intellecto,& maxime reges Franciæ.j.de fo. compe. c. quod clericis. ¶ Ad hos pertinet requirere istos duos sedentes in solio,quòd sibi inuicem deferant.& si nolint hoc facere, q̃ conuocent concilium. & si nolunt conuocare, quòd compromittant, ne ecclesia uim & deformationem patiatur. & si nolunt infirmitati mundi adhibere remedium uoluntarie, compellantur gladio manuali adhibito. ¶Quòd autem cedãt iuri suo, cogi nequaquàm possunt,ut dictũ est,& ar.ff.de auth. tuto.l.tutor pupillo. ¶ Schisma [c] est unum monstrum in natura, sicut quãdo unum corpus habet duo capita.& si non potest aliter fieri,utrunque amputandum est:quia utrunque fœtet. In tanta materia ego sum nimis modica formica. ¶Et sciendum est,q̃ uia [d] quandoque dicitur prælatus, qui debet nobis dare exemplum, unde uiæ Syon lugent eo, q̃ non sit, qui ueniat ad solennitatem. ¶Item uia dicitur lex diuina,p̃ quam incedere debemus.unde beati immaculati in uia. ¶Item diuinũ præceptum, uel bona operatio; unde iustum deduxit dominus per uias rectas. ¶ Item iter rectitudinis, ut ibi,si declinauerit gressus meos de uia. ¶ Item latitudo primę libertatis.unde intrate per angustam portã: quia lata est & spatiosa uia.s.liberi arbitrij, quæ ducit ad perditionem. ¶Item uia dicitur mundus. unde Beatus uir,qui non abijt in cõsilio impiorum,& in uia peccatorum non stetit. ¶ Item uia dicitur uerus prædicator,qui uiam sapientiæ docet, & facit, quòd intellectus sapientiæ ad cor uenit. ¶ In omnibus istis uijs deprauatum est cor schismaticorum. Qui autem sint schismatici, sub mundo lis est, donec Deus illuminet abscondita tenebrarum. ¶Modò redeo ad glo.& præmitto,quòd duplex potest esse dubiũ.primò an rescriptum ualeat,primo alio circũscripto. secundò de concertatione rescriptorum quod præualeat.prima materia non est hic,sed.j.eo.c. ex literis. secunda materia est hic;& uidetur,quòd non possit esse dubium: q̃a aut secundæ literæ non faciunt mentionem de primis; & tunc præualent primæ:aut faciunt mentionem;& præualent secundæ,ut.s.eo.c.cæterum. Sol. ista distinctio non est perfecta: quia illæ literæ præualent, quæ sũt primò p̃ntate,& secuta citatio ex eis,ut.j.de appell.c. ut debitus.Porrò data officij non inducit prioritatem iudicij, sed citatio s̃m Innoc. & ideò iudicio nondum cœpto per citationem,adhuc cadit dubitatio,quæ p̃ualeant,quæ interim pendet:sed postquàm est facta p̃sentatio, & emanata citatio & ita q̃ citatio ualeat.C. ne de statu defun.l.si pater,& no.j.de app.ut debitus.debet enim eis inesse iuris ualiditas,ut aliquid iuris operetur,ut no.C.de litis conte.auth.offeratur.alteræ sũt literæ inanes ope exceptionis,non ipso iure s̃m Inno. ¶Ista denique iurisdictio licet possit elidi, tamen põt prorogari s̃m Inno.& non debet formari exceptio ex hoc capite,quod aliæ literæ non ualent, sed aliæ quæ præoccupauerunt, præualent s̃m Innoc. ¶Sed ꝯ istud obijcitur.nam in isto.c.certum est, quòd utræque erãt præsentatæ,& tamen potest esse dubium. ¶Item opponitur,quòd nõ potuerit emanare citatio: quia dubius de iurisdictione non potest citare,ut.ff.de eo, qui pro tutore.l.quæro,&.ff.de condi.& demon.l. multum interest.Sol.dicunt quidam, quòd hic potest esse dubiũ in facto:quia forte secundæ literæ non eduntur, licet quondam fuerint præsentatę,ar.C. de fide instru.l.fin. Item quæstio temporis est quæstio facti, & potest de tempore dubitari,puta si concurrunt in data,& in citatione,& est quæstio puncti.quòd autem quæstio temporis sit quæstio facti,patet.ff.de neg.gest.l. cũ actũ, & ff.ad Trebel.l.cũ,q̃ nouissimus,&.ff.de sta.homi.l. Aretusa. Scias tamen,quòd si in literis fiat mentio reuocationis,semper istæ literæ præsumuntur posteriores, ut no.C.de codicil.l.cũ proponas. Sed istud dictũ, q̃ hic esset dubiũ in facto,non placet glo.quia Papa non dat responsum ad q̃onem facti, sed committit iudici, ut.l.1.§.calumniatoribus.ff ad Turpi.&.C. de fideiu.
18 l.uoluntatis. † & ideo alij dicunt,quòd hic erat quęstio iuris.sed certe,cũ ius sit certum, [e] non põt mutari consensu iudicum,ut.l.1.§. fin.ff. de ferijs.
19 † Quia istæ sunt truffæ:quia per negationem & affirmationem cõcertantium fit res dubia,ut.C. q̃bus ad libertatẽ proclamare non licet.l.fina.& nota.C.de procura.l.1.Itẽ si secundæ literæ sunt impetratæ per surreptionem, licet de primis literis faciant talem qualem mentionem,si hoc obijciatur contra secundas literas, statim sub iudicibus lis est. Opp.glo.de.c.cum contingat.j. eo.sol.ut in gloss. Item opponitur de.c.dilectus filius,
20 sol. ut in gloss. † Modò reuertor superius, & quæro, nunquid dubitans de iurisdictione delegati possit citare partes?& uidetur quòd non,quia dubitat, an sit iudex. In contrarium, quia ratione dubij habet iurisdictionem super isto articulo,an sua sit iurisdictio, ut.ff.de iudi.l.si quis ex aliena: sed ibi loquitur in iudice ordinario, qui habet iurisdictionẽ uniuersalem. Solu.si literæ sunt præsentatæ,potest citare:aliàs non. Non obstat.l.2.secundo respon.ff. de iud. ubi non requiritur iudicis scientia: quia ibi loquitur, quando prorogatur ordinaria iurisdictio, ubi non deficit sciæ fundamenti. Illud est notandum, [f] quòd si iudex scit factum,licet erret in iure,ualet citatio: quia, ut dixi, habet sciẽtiam fundamẽti, ut dicit illa lex singularis, ff. de condi.& demon.l.multum interest. Ecce procurator ad unam causam citatus, ad aliam t̃n non tenetur cõparere,ut.ff.de administra.tut.l.si duo. Sed quid si dubitet,an sit procurator?R̃ndeo,idem:secus in iudice,cui ratione dubij lex dat potestatem:quia iudex nõ grauatur

a ¶ *Conscientia est semita arcta nimis.*

b ¶ *Imperium est patronus ecclesiæ: quia dotauit ecclesiam.*

c ¶ *Schisma quid sit, adde eundem Bal. in consi. suo,quod diuinum appellamus, posito post ru.C.si quis alicui.test. probi.*

d ¶ *Via multis modis hic studiose interpretatur. à Bal.*

e ¶ *Ius, quia certũ, non potest mutari cõsensu iudicum.*

f ¶ *Vide Fran. de Aret. consil. 68. & Barb.consi.44.*

grauatur per necessitatẽ cauendi de rato. sed procurator dubius non est idoneus sine cautione, nec tenetur præstita cautione se obligare, arg. ff. de in litem iur. l.
21 videamus. † ¶ Denuo opp. & imò uidetur, quòd stetur maiori parti, ut. l. quod maior. ff. ad munic. &. ff. de re iudi. l. duo ex tribus. ¶ Solu. maior pars numeri, si facit maiorem partem quotæ, præualet: sed si non redigitur ad intellectum quotæ partis, sed sunt duo integralia, non præualet, ut hic. uel dic quòd maiori parti tunc statur, quando in maiori parte includitur minor pars iuris artificio repræsentata: aliàs nõ nisi lex hoc, quod singulariter interest, maiori parti committat; & qui procurat ꝯ alium, quandoque procurat cõtra se-
22 ipsum. ff. de admi. tut. l. cum hæredem. † ¶ Quid ergo si sunt tres iudices delegati in primis literis, & quinq; in secundis, & de illis quinq; duo accedunt illis tribus in deferendo, uel concordando? quidam dicunt, quòd iste accessus facit maiorem partem. Alij dicunt ꝯriũ: quia non sunt de eodem corpore literarum, & quia cũ agatur de iurisdictione fienda, quod oẽs tangit, debet ab omnibus cõprobari, ut. l. fi. C. de ann. præsta. & arg. ff. de arbi. l. sicut. ff. de ser. rust. prædi. l. per fundum. Sed si maior pars utriusque rescripti concordat, puta duo ex tribus simul cum tribus ex quinque, standum est cõcordiæ ẽm Innocen. & communem opi. doctorum, li-
23 cet quidam ꝯ. ¶ † Quæro, utrum iudices possint inuicem deferre inuitis impetrantibus? & certum est, ꝙ non, si iudices sint suspecti: alioquin uidetur quòd possint: quia litera nostra non requirit consensum partiũ nisi in electione arbitrorum, & ideo partes debent habere ratum & firmũ: quia nihil eis nocet, ar. ff. de aqua plu. arcen. l. 2. §. inde Neratius: quia non possunt iniuriam [a] dici fecisse, qui iuris formam ad unguem obseruant, & legi obediunt. & ideo à tali delatione non potest appellari: quia nõ tangit ius partiũ in aliquo se-
24 cundum Inn. † Et quia hoc est uoluntariæ iurisdictionis, nõ præcise, & potest expediri quolibet tempore & loco etiã à non sedentibus ꝓ tribunali. ff. de interrogactio. l. noluit. §. fi. nec est in hoc necessarius consensus, uel scientia litigatorum, licet honestius sit hoc facere de conscientia partium ẽm Ber. & puto, quod partes possunt compelli ad consentiendum, ut not. de admin. tuto. l. cum hæreditas, & quod nota. in l. itinere, de serui. rusti. prædio. ff. mandati. l. si fideiussor. §. quædam, & hoc ad maiorem roboris firmitatem, ut. l. si ego. §. 1. ff. de iure do. qđ est notandũ, & nũ interest partiũ, utrũ iudicẽ habeant Petrũ, uel Bernardũ, uel Inno. Itẽ iurisdictio non tangit interesse iudicũ, nisi cõpetat rõne dignitatis; & ideo iudex, qui excluditur, nõ appellat, ẽm Inno. quod no. Et tñ interlocutoria super iurisdictione nõ põt ferri parte nõ citata, & peremptorie, de officio. deleg. c. cõsuluit, ꝑ Inno.
25 ¶ † Quæro, nunquid ista cõcertatio, qui sint iudices, pertineat ad ipsos iudices, an ad litigantes? & uĩ ꝙ nõ pertineat ad iudices: qa eorum non interest. Item quia non debent se ingerere, ut. ff. de procura. l. quæ omnia. nisi ergo litigatores excipiant, non pertinet ad iudicẽ declinare iurisdictionẽ suã. In ꝯrium uĩ, qa põt defendere honorem suum; nec dicitur ingerere: quia nõ ingerit se contra dominum. Item quia non incipit cum iam ingestus sit sed prosequitur alterius factum. So. nisi excipiatur, non possunt se pronunciare non iudices, uel deferre, ut sentit hic Inn. & facit. ff. de iud. l. sed & si susceperit, &. ff. de mune. & hono. l. munerum. §. iudicandi. Et licet Innoc. uideatur dicere, ꝙ nec partiũ interest declinare forum, si potest. unde, qui opponit, declinatoriam fori, non habet probare de interesse, ut ff. mand. l. si fideiussor. §. quædam: quia reorum est fugere. ff. de iudi. l. si quis intentione. ff. de uerb. obl. l. in-
26 ter stipulantẽ. §. 1. ¶ † Sed pone, quòd plures ordinarij iudices procedunt criminaliter, & dant diuersas sñias in negotio principali, quæritur quid iuris? & uidetur, ꝙ prima sñia ualeat, & non secunda, ut. C. quando ꝓuo. non necesse. l. lege: sed ibi loquitur, qñ sñiæ ferunẽ super eodem libello, nõ qñ super diuersis. Item qñ ex eadẽ instantia, non qñ ex diuersa. Breuiter dic, ꝙ primæ sententiæ standum: quia & si de delicto eiusdẽ hominis sæpius quæri possit ante sententiam: secus tñ est lata sententia, ut no. in c. per hoc, de hære. lib. 6. ubi est glo. no. ualde: quia illa imponit finem liti, ar. C. de asse. tol. l. 1. in fi. & C. de iudi. simili, &. ĵ. de re iud. c. inter monasterium, &. ff. de noxa. l. si quis multis: qa occupantis ꝑ sñiam melior est cõditio. nihil enim restat fiendum. quia sopitum est, & materia iudicij est abolita. Quærit gl. ecce ꝙ arbitri iudicant primos esse iudices, q non sunt, nunquid ꝑ hanc pronunciationẽ acquirent iurisdictionẽ? Rñdet glo. ꝙ sic. No. ꝙ ꝑ arbitros iurisdictio daĩ, uel coadiuuaĩ; & istud est notandum, etiam si ista iurisdictio esset meri, uel mixti imperij: quia Imperator, & lex potest delegare ẽt indelegabilia. C. qui pro sua iurisdictione. l. penultima.

a ¶ *Qui iuris formam ad unguem obseruat, non dicitur iniuriam facere, sic alibi not. in l. serui electione. ff. de legat. 1. quod nemini iniuriam facit, qui utitur iure suo: imò alibi tex. in l. fi. C. de compensat. dicit, quòd index debet uti stricto iuris rigore in admittendis, uel reijciẽdis exceptionibus, & ibi Baldus multum not.*

S V M M A R I V M.

1 *Declaratione indigens, antè quàm declaretur, non meretur executionem.*
2 *Delegatus sub clausula generali potest, ante specificationem, in totum delegare.*
3 *Delegatione facta sub clausula generali, an iurisdictio in specificatis perpetuata intelligatur etiam in non specificatis?*
4 *Vniversali iudicio delegato, iurisdictio in una re perpetuata, censetur & in omnibus alijs eiusdem iudicij rebus nominatim non exceptis perpetuata.*
5 *Idem etiam delegato generali iudicio.*
6 *Secus multitudine causarum omnino inuicem separatarum delegata. quia separatorum separatum est iudicium, & separata ratio.*
7 *Cumulare non cogitur, qui de pluribus rebus habet actionem.*
8 *Declaratio retrò non fingit, vbi obstaculum impediens superuenit.*
9 *Iurisdictio potest esse absque exercitio.*

QVONIAM autem. Casus: Papa concessit literas cum illa clausula generali, i. incerta respectu personarum, & quosdam alios. uel respectu rerum, & quibusdam alijs rebus. quæritur, an uigore dictarum literarum iudices habeant ante specificationem potestatem procedendi? & in fine determinat quòd non licet iurisdictio sit concessa in nube. Secundo quæritur si de

si de dicta clausula generali, in secundis literis cõcessis in specie oporteat fieri mentionẽ? & respondetur ꝙ non: quia species derogat generi quantum ad ea, quæ specialiter exprimuntur. In tex. ibi, talis, puta Petrus contra Ioannem. Ibi, Alios, non nominatos, sed postea nominandos. Ibi, A lus, scilicet rebus. Ibi, Se habere, ui debatur, ꝙ hoc si esset certa clausula pro relatione ad acta, ut. ff. de re iudicata l. ait prætor, in fi. & de re iudicata l. in summa. C. de err. aduo. l. fi. sed hoc non est uerum: quia indefinita iuncta signo particulari parit incertitudinem, donec declaretur. ¶ Et est ista litera in argumentum, quòd ualeat ista commissio circa Titium & aliquos alios, quos tibi Seius nominauerit, & idem in rebus, ut mitte Titium in possessionem talis fundi, & aliarum rerum, quas tibi Seius demonstrabit. ¶ In tex. ibi, potestatem, hæc quæstio determinabitur infra scilicet, quòd nõ habet potestatem exercitij: quia non est apta ad procedendum in causa, tamen iurisdictionem habet causalem & in habitu. licet non formalem in actu. & si uis rationem, considera, quòd iurisdictio datur a delegante; sed specificatũ, siue demonstratio fit a litigante: exercitiũ autem procedit ab utroque coniunctim. ¶ In tex. ibi, Speciales literæ, puta Caius, qui poterat specificare, interim specialiter impetrauit contra primum impetrantem.

¶ Ex hoc no. ꝙ incertitudo non ligat manus postea specificè impetrantis. ¶ † Not. quòd omne declarandum ante, quàm sit declaratum & incertum & non liquidum, non meretur executionem. ff. de uerborum obl. l. hoc iure. C. de compen. l. fi. & hic in fi. quia est potius in potentia, quàm in actu. Item not. ꝙ est aliquando iurisdictio initiata, non tamẽ plenè formata: quia res, uel personæ non sunt adhuc specificatæ: quandoque est plene formata per specificationem, quæ potest fieri etiam parte absente & non citata secundum Ioã. And.

2 ¶ † Sed, an delegatus potest ante specificationem subdelegare in totum. Respondeo sic: quia subdelegare non est procedere secundum Bern. & omnes; quod est

3 notabile. ¶ † Sed an perpetuata iurisdictione super specificatis intelligatur perpetuata etiam super non specificatis, uidetur ꝙ sic, quia super eadem causa complexiuè se habent l. j. ex quibus rebus ad eundem iudicem eatur: secus, si sint omni modo causæ separatæ. ff. de excep. rei iud. l. cum quæritur. Inn. super hoc

4 dicit pulchra uerba, & Cy. C. man. l. mandatum. ¶ † Cõsidera, ꝙ interdum delegatur iudicium uniuersale, ut petitionis hæreditatis. tunc perpetuatum super una re est perpetuatum super omnibus rebus eiusdem hæreditatis, & accessoriis tam præsentibus, q̃ futuris: qa propter naturam uniuersalis iudicij omnia ueniunt etiam minima repetita: quia una actio est inspecto iure, quod metimur ex persona agentis, ut ff. de petitio. hæred. l. licet minimam, & ff. si pars hæred. petatur l. j. in principio. Et tunc uerificatur regula, quæ dicit, ꝙ omnia ueniunt in iudicium, scilicet uniuersale, nisi sint

5 nominatim excepta, ut ff. de iudiciis l. solemus. † Interdum delegatur iudicium generale, ut negotiorum gestorum, uel tutelæ. nam tũc cum pro qualibet eius specie sit necesse eundem iudicem adiri, ut l. j. & 2. ex quibus re. ad eundem iu. ea. perpetuatũ in uno capitulo perpetuatur in omnibus, ne causæ continentia diuidatur,

6 ut C. de iudiciis. l. nulli. ¶ † Interdum delegatur multitudo diuersarum causarum, quæ se inuicem & iuris dispositione non contingunt; & tunc quia prorsus separatorum separatum est iudicium, ut no. C. de temp. ap. l. per hanc, & ff. de excep. rei iudi. l. ge, sed si ante, perpetuatio iurisdictionis in uno non inducit perpetuationem iurisdictionis in altero: quia separatorum separata est ratio, ut C. de don. inter uirum & uxo. l. si maritus; ff. de mino. l. Papinianus exuli. ff. de calum-

7 niatoribus. l. hæc actio. ¶ † Et no. secundum Inn. quòd qui habet actionem de pluribus rebus, non cogitur cumulare; sed põt de una re age-

a re, & de alia supersedere, [a] uide omninò Bar. ff. de uerborum obl. l. scire debemus. non ob. ff. de actio. emp. l. non est nouum: quia ibi sunt actiones eiusdem generis, & formæ, & super eadem re una est euictio, & non plures, licet purgetur pluribus modis: uel ibi cogitur cumulare nõ ꝑse, sed causatiue, si uult consequi integralem effectũ utriusq; iudicij, & hęc uera. ante enim aditã hæreditatem non potest cumulare hæreditariam actionem, quæ hæreditati nata est, sed hæredi ante aditam hæreditatem non competit; sed adita hæreditate potest edere unam actionem pro formali cõclusione ambarum actionum dicendo, & adhoc propono actionẽ ex empto, quia una est actio in genere, licet duæ in spe cie; & sic sufficit in libello generalis expressio actionis, & expone literam ibi, Mouere potest, non dicit ꝙ necesse habeat; & sic non facit contra Inn. Est igitur actio diffiniens quoddam mere intelligibile; sed actio diffinita est in materia sua, ut actio ex empto, & cæ-

8 teræ speciales. ¶ † Deinde no. secundum Inn. quòd tantum ualet expressio facta in iudicio, quantum expressio facta in rescripto; & est bene notandum. Sed hoc uerum est post specificationem & re integra: aliàs secus: quia plus operatur expressio, quàm clausula generalis, & sic patet quòd declaratio non fingit retro, quando interim superuenit obstaculum, quod habet

9 eam impedire. † Item quòd qui demonstrat, non dat. Item quòd iurisdictio potest esse absque exercitio. ff. de sta. ho. l. qui furem. sed interdũ est exercitium absque natura & radicabili iurisdictione. ff. de offic. præto. l. Barbarius. ¶ Ibi, Exercitium, in possessione fundatur, imo in publica utilitate saltem aptitudine. ¶ Nouellator tangit hic plura puncta, quæ non prosequor, quia esset nimis longum.

a *¶ vide pulchre per Ioan. de Imo. in c. inter dilectos, de fide instru.*

SVMMARIVM.

1 *Qualitas specierum restringit qualitatem generis.*
2 *Dictio, uel, posita subiunctiuè inducit similitudinem.*
3 *Generalis locutio non comprehendit ea, quæ specialiter debent designari.*
4 *Vbi deficit id, ad quod debet fieri comparatio, deficit & comparandum.*
5 *Papa quicquid facit potest dici gratia.*
6 *Viles personæ quæ dicantur.*
7 *Clausula, Quidam alij, in rescripto non comprehendit pauperem, uiduam, scholarem, legum Doctorem, Baronem, militem expeditioni uacantem; item nec patronum si actio famosa sit. num. 10.*
8 *Paupertas repentina est casus fortuitus.*
9 *Legum Doctores funguntur sacerdotio, & sunt personæ egregiæ.*
10 *Furiosi an includantur nomine personarum.*
11 *Multitudo effrenata quæ sit; & statutum de multitudine*

ut quomodo intelligitur.
12 *Clausula, Quidam alij, in Rescripto non comprehendit collegia.*
13 *Interpretatio restrictiua est terminus ad intra, extensiua ad extrà, similitudinaria termino ad intra adhaeret.*
14 *Similitudo est quaedam parilitas. & inter excedentia, & excessa locum non habet.*
15 *Ciuilibus causis delegatis, generalis clausula non comprehendit criminales, aut mixtas.*
16 *Clausula, & quidam alij, in rescripto contra priuilegiatum, uel in dignitate constitutam personam obtento, non comprehendit digniores, & magis notabiles.*
17 *Senex, an iuuenis, idoneior sit ad testificandum.*

EDES APOS. Per clausulam, Quidã alij, & Res aliae, positam in rescripto non continetur effrenata multitudo, nec psonae maiores, nec includuntur res maiores expressis, sed pares, uel minores, nisi maliciose fiat expressio. ¶Et duo facit. primò praemittit constitutionis causam. secundo constitutioně. ibi, Nos igitur. ¶Item secunda subdiuiditur in quatuor. nam primò prouidet circa personas; secundo circa multitudinem personarũ; tertiò circa res; quartò circa fraudulentam expressionem. secunda ibi, sed nec liceat. tertia ibi, Nec super maioribus. quarta ibi, si quis uerò.
1 ¶†Not. quòd qualitas specierũ restringit generis qualitatem. ff. de uino lega. l. fi. §. qui dulcia. Item copula inducit parilitatem, C. de sen. & interlo. om. iudi. l. cũ
2 solutum. †Item dictio, uel, posita subiunctiuè inducit similitudině, ut no. C. de ser. fug. l. si fugitiui serui, & co
3 aequalitatem, uel quasi, ut l. j. ff. de reb. dub. ¶†Generalis locutio non comprehendit ea, quae specialiter debent designari ff. de ritu nup. l. generali, in prin. Genus non deducitur ad actum specificum nisi per expressionem specierum. C. de iudi. l. licet. ff. de arbi. l. de rebus. ¶Casus. Statuit papa, ꝙ clausula, Quidam alij, non includat maiores personas, nec effrenatum numerum ꝑsonarum. Item ꝙ clausula, Quibusdam aliis rebus, uel negociis, non includat maiora, uel grauiora negotia, sed paria, uel leuiora. Item ꝙ expressio personarum, facta colore quaesito, & non animo procedendi uitiet clausulam generalem, ne impetranti patrocinetur do
4 lus, uel connectio causae, uel personae †est alia ratio: qa ex quo id deficit, ad quod fit cõparatio, [a] meritò deficit comparandum, ut ff. de condi. & demõ. l. in testamento. Idem puto, si exprimat, & dolo malo agat: quia magis delinquit, qui dolo impetrat, & dolo agit, q̃ qui dolose impetrat tantum, argu. l. j. C. de plus petitio, & non debet prodesse lis conficta, ut ff. de trans. l. cum hi. §. si cum lis, & ff. de execu. tu. l. athletae. §. amplius. ibi tex. no. & arg. ff. de nox. l. non solum. In tex. ibi, Sedes. non est uis, utrũ sedes scribat, uel pontifex. unde hic ponitur nomen sedis largè. ¶Ibi, Liberalem. opp. ꝙ non sit liberalitas, sed iustitiae exhibitio, arg. ff. de le. 3. li. 11. § si rem. nam ex debito officij papa tenetur causas delegare suadente
5 aequitate. ¶†So. dicit gl. quicquid papa facit, potest dici gratia: quia uniuersae uiae domini misericordia, & ueritas. unde quod emanat a principe, beneficium est praesertim ratione supremę authoritatis, A Ioue principium musae. i. sapien. Iouis omnia plena, & ipse debet exigere rationem a seipso: quia ratio debet reddi a capite. Ber. hic in gl. omnia plena sunt sapientia dei. Ibi, Gratia, not. ꝙ delegatio appellatur gratia largo modo; tamen stricto sumpto uocabulo aliud est rescriptum gratiae, aliud iustitiae. ¶Ibi, Maliciis, not. quòd maliciis hominum est obuiandum. [b] ¶†Ibi, Minores & uiliores,
6 quae dicantur personae uiles, habes C. de inces. nup. l. humilem, & insignis persona delinquendo fit uilis: quia omnem honorem reatus excludit, ut l. senatoris. ff. de ritu nu. & l. j. C. ubi senatores, uel clarissimi, tamě si finita est administratio, cum dignitas duret, bene durat priuilegium dignitatis. quia honoraria dignitate potitur. ff. de solu. l. quod si forte l. j. C. ubi senatores, uel cla. & l. fin. secundum Inn. quia etiam sine administrationis gradu dignitas retinetur, si bona gratia administratio est finita. †Sed nunquid per istam clausulam, Quidam alij, includantur pauperes, qui propter paupertatem se defendere non possunt? dic quòd non: qa paupertas excusat. ff. de
8 procu. l. Titius. & nota, ꝙ inopia repentina dicitur casus fortuitus, ut ff. de admi. tu. l. si res pupillaris, licet quandoq; purgetur per uerbera, & uerba, eo. ti. l. ob faenus; & tunc in clausula indifferenti benej includitur pauper: quia paupertas nocet, quae captiose prouenit l. pen. ff. de iure dot. ¶Sed nunquid includãtur uiduae? dic ꝙ non: quia habent priuilegium fori, ut l. j. C. quãdo imperator inter pupillos & uiduas, & c. significantibus, de offi. dele. per Inno. ¶Sed nunquid includuntur scholares. qui habět priuilegium aut. habita. dic ꝙ nõ, ar. s. eo. c. cum ordinem. ¶†Sed nunquid includantur
9 legum doctores? dic ꝙ non: quia fungũtur sacerdotio, ut l. j. in prin. ff. de iusti. & iur. & quia sunt psonae egregiae, ut ff. de iureiur. l. ad egregias personas. Item barones non includuntur in simplici clausula; & istud nomen, baro, est nomen potestatis & excellentiae, ut not. in cle. j. de baptismo. Milites etiam expeditioni uacã
10 tes. ff. de testi. l. 3. §. pen. ¶†Sed an nomine personarum includantur furiosi? nam furiosus non dicitur persona, & quod ab eo fit, casu fortuito dicitur fieri, non ab homine; & dico quòd propter factum suum non includitur l. fi. in fi. ff. de admi. tut. Item si sit actio famosa, non includitur patronus, ut l. non debet. ff. de dolo. Item no. hic, ꝙ maius includit minus, sed non ě contra: tamen qui excludit minus, excludit maius, ut. ff. de
11 sena. l. qui indignus. ¶†Ibi, Multitudinem effrenatam, id est ultra xl. homines etiam de eodem facto non potest fieri accusãtio eodem libello. Item no. ar. ad statutum, quod loquitur de multitudine hominum, intelli ge singulorum, sed uniuersitas, & collegiũ loco unius personae funguntur, ut ff. de fideiuss. l. mortuo, & l. me-
12 tum. §. animaduertendum, ff quod met. causa. †Tamen quantum ad praesentem tractatũ nõ puto, ꝙ sub clausula, Quidam alij, intelligantur collegia, sed tantum singulares personae. Nam cum uera praedicatio sit de rebus naturalibus, & non fictis, & collegium non natura, sed artificio hominum constet, merito non continetur appellatione personae nisi per interpretationem extěsiuam, quae non habet locum in rescriptis: quia stricti
13 iuris sunt, ut hic patet. † Et unum scias, ꝙ interpretatio restrictiua est terminus ad intra: sed interpretatio extensiua est terminus ad extra. sed interpretatio similitudinaria accedit magis termino ad intra, quam termino ad extra C. de reuocand. don. l. his solis, & l. fi. C. de

a ¶ *Quando deficit id, ad quod fit comparatio, deficit etiam comparandum, unde Barba. in rubr. infra de in. dum allegat l. in testamento, hic allegat.*

b ¶ *Adde text. & ibi Barb. hoc bene declarantem in l. in fundo ff. de rei uin.*

a ¶*Similitudo est quædam parilitas, sæpe al a lego ista uerba Bal. hic, & habeo multa aggregata ad hoc in uno consi. d. Thementi de Curte, cuius consilij habeo originale.*

b ¶*Ciuis utilissimus ciuitati dicitur pretiosior alijs.*

14 C.de indi.uidu.† ¶Et no.quòd similitudo [a] est quędam parilitas, & non habet locum inter excedētia & excessa.ff. de iurisdi. om.iu
15 di.l.si familia.† Item si delegantur quædam causæ ciuiles, in generali clausula non intelliguntur criminales, uel mixtæ, sicut nec in mandato procuratoris, ut in c.2.de proc.in cle. ¶Et prædicta faciunt ad quæstionem de eo, qui in se suscepit periculum latronum, addita clausula generali, ꝙ non intelligat ista clausula de similibus, puta casibus, qui de cœlo descendunt, quibus humanæ uires nō possunt resistere.ff. de dam.infec.l.fluminum.§. seruus.ff. de ꝓhen.empt.l.fistulas.§.frumenta.¶Ibi, Personas, idē in rebus, cū sit eadem ratio, ar.ff. de uul.sub.l. qui plures liberos, in prin. ¶Et no.ex clausula speciali generalem & confusam interpretari. ¶Ibi, nō ut uelit. Not. ꝙ ista negatiua, quia uenit ad elidendum rescriptum, debet probari per negantem: tamē potest probari per coniecturas, arg.ff.de leg.j.licet imperator. ¶Gl.quærit, de qua maioritate intelligatur litera? Respondeo, non de qualibet minima, uel media; puta si expressi bouem, & uolo agere de equo, sed de ea, quæ pertinet ad aliam speciem iurisdictionis, puta si impetraui super decem, & quibusdam alijs quantitatibus, non potero experiri de causa mixti imperij, puta ultra trecentos aureos, ut no.ff.de iuris.om.iud.l.imperium: quia bassa iurisdictio altam nō includit: quia termini sunt ualde distantes. ¶Item causa dicitur magis ardua ratione scandali secundum Inno. quòd no. Item seruus quādoque dicitur minor & pretiosior. ff. de offi. præsidis. l.6. puta cum ex eo pendet status, & euersio patrimo-
b nij. sic & ciuis [b] utilissimus ciuitati dicitur pretiosior
16 alijs; quod no. † Item si impetrauit contra Titium militem, & quosdam alios, non includitur tribunus militum. ff. de testa. mili. l. quòd constitutum. Item si impetrauit contra Titium legum doctorem, & quosdam alios, non includitur doctor in theologia: quia dignior: digniores igitur uocantur personæ magis notabiles; quod relinquitur arbitrio iudicis secundum Innocen. arg.ff. de testi.l.final. in fi.arg. ff. de rei uin.l.in fundo. ¶Item qui nominat laicas personas, nō potest causas extendere ad clericos secundum Inno. Item nec personam maiorem potentia, uel diuitijs secundum Inn Sed quod de diuitijs dicit, nō puto uerum, nisi sit persona nobilis, seu spectabilis reputata, quod sæpe ex diuitijs surgit: facultates æquiparantur dignitati.ff.de administratione tutorū.l.tutor secundū dignitatem; per se diuitiæ non faciunt quem melioris famæ. unde in tutoribus magis attēditur uita, quam diuitiæ, ut ff.de suspe.tut.l.suspectum tutorem, in prin.& ff.de testib.l. testium, in prin. & l.in testibus.& prædicta faciunt etiam ad quæstionem testium, qui dicātur magis idonei. Item ad tabelliones, quis dicatur magis idoneus, ad discretionem iudicis pertinet.ff.de edē. l.si quis ex argentarijs.§. quid ergo. Tamen not.quòd
c ubi quærimus [c] de simplici iustitia, non curamus merita personarum, ut ff.de leg.2.l.cum pater.§.
17 rogo. ¶†Et an dicatur magis in testificando idoneus senex, quam iuuenis, not. in l. cum quid ff. si

c ¶ *Vbi quærimus de simplici iustitia, non curamus merita personarum, sic etiā alibi dicit elegans text.*

cer.pe. ¶Quærit glo. qualiter ꝓbetur, quòd quis non uelit uti? Et respondit, quòd eo ipso, quòd primo descendit ad æquales, uel minores, nisi aliqua ratio excuset, ut quia copiam illius habere non possit, ut ar.ff.de admi. tu.l. cum plures.§.6. Et no. ualde istam gl.

in c.ex tenore.j. de foro compe. quòd ita sumus uiduis & pauperibus in iustitia debitores, quòd alijs in iustitiam facere non debemus; pondera tamen, quia contra ista uerba Bal. hic facit ea omnia, quæ cumulauit. d. Iaf. in auth. iubemus, in 3.col.C. de in. uidelicet quòd propter magnam legalitatem personarū licitum est recedere a regul. iuris, uide ibi scripta plene per Iaf.

SVMMARIVM.

1 *Citatus per primas literas, si citatur per secundas, consequitur declinatoriam utriusque fori.*
2 *Impetrare an possit quis duplices literas super eodem.*
3 *Vbi duo propter unum, utrobiq; tantum unum.*
4 *Imperator quare nō possit quod alicui concessit feudum ei adimere, & alteri conferre; quemadmodum iudices potest.*
5 *Imperator non potest illud, quod absurdum est posse.*
6 *Imperator concessit mihi in feudum castrum sancti Pauli cum suo territorio postea concedit tibi castrum S. Ioannis cum sua diœcesi. quæritur ad quem pertineat uilla diœcesis sancti Ioannis, sita in territorio sancti Pauli.*
7 *Impetrans renuntiando primis literis an possit facere conualescere secundas.*
8 *Citatio facta uigore rescripti, cuius commodo actor postea priuatus fuit, an præscriptionem interrumpat.*
9 *Impetrans secundas literas an teneatur facere mentionem prioris rescripti exceptione elisibilis.*
10 *Duo se gerunt pro papa: impetrans ab eis castrum in feudum, & iurans utrique fidelitatem pro se & successoribus canonicè intrantibus, utrū in omnē euentum habebo feudū.*
11 *Ligium iuramentum potest tantum uni præstari.*



EX TENORE, qui contra unum super eodem negotio impetrat ad diuersos diuersa rescripta, & eis utitur, perdit cōmodum eorundem. secunda pars ibi. Nos igitur. ¶Casus. Nicolaus sacerdos de Culleualis impetrauit literas ad certos iudices contra abbatem de Becco, & fecit eū citari coram ipsis, qui abbas comparuit, & iudices acceptauerunt comparitionem suam, & fecerunt abbati magnum honorē, unde dictus sacerdos cępit dubitare de ipsis iudicibus, & statim impetrauit alios iudices, & fecit abbatē citari uigore secundarū literarū. Demū abbas facit citari dictū sacerdotē ad prosecutionem litis, qui sacerdos obiecit, ꝙ habebat dictas secundas literas, quarum authoritate dictus abbas erat etiam citatus. papa attendens, ꝙ iste sacerdos fuit in dolo impetrando duo rescripta, & faciendo citari aduersarium super utroque, considerans, ꝙ fraus & dolus alicui prodesse non debet, decreuit prædictū sacerdotem carere commodo literarum, seu utriusq; rescripti. ¶Ibi, Quis.i.iudices. Ibi, Aduersam, s.abbatem. Ibi, Eis, scilicet primis. Ibi, Litigare, dubitans de primis iudicibus, qui fecerant abbati honorem, quando comparuit coram eis: sed ista causa est nimis sitpina. Ibi, Reuocare, ratio, quia in eis non fiebat mentio de primis; & ideo dicebat Abbas non teneri respondere coram secundis. Ibi, Duas commissiones, i. duo rescripta super eadem causa ad diuersos iudices. Ibi, Quia fraus & dolus, not. text. concordat.ff. de

neg. gest.l. siue hereditaria, ut C. de leg. & consti. l.
1 non dubium.ff.de fur.l.itaque fullo.¶† Ibi, Vtriusque.
no. quòd citatus per primas literas, si citatur per secundas, consequitur declinatoriam utriusque fori. Et glo. innuit, quòd etiam sine exceptione sit tutus reus ipso iure ab utroque foro. & istud est uerum mediante officio iudicis, quòd succedit in locum deficientis exceptionis, ut ff. de peti hære.l.planè,& l.fi.¶ Nam hic nondum erat statutum de priuatione impetrantis. & exceptiones debent fundari super iure disposito, non super iure disponendo.i.statuendo de nouo. & hic apparebat de calumnia impetrantis; ideo papa supplet ex officio, ar.ff.de bo.lib.l.qui cum maior.§. si patris. & facit pro glo. quia primis literis uidetur renunciatum, ar.ff de mino.l.si filius. Secundæ autem sunt nullæ. quia non fecerunt mentionem de primis obstantibus. Item essent necessariæ duæ exceptiones, una coram primis, alia coram secundis: quia duo sunt fori. doctores communiter tenent, quòd sit necesse opponere declinatoriam fori, & rescripti. ¶ Not. quòd secundæ literæ, quæ non faciunt mentionem de primis, non
2 tollunt primas. ¶† Quæro, nunquid quis possit impetrare super eodem duplices literas? glo. dicit, quòd ad cautelam potest, sed non in fraudem, & apparet fraus ex processibus duplicatis: secus, si non procedit nisi ex unis literis, quas solas præsentauit: sed, si præsentauit ambas, caret utrarumque commodo: quia præparauit se, ar.ff.de inoffi.testa l. quemadmodum. C. de transac.l. si quis maior; & per hoc soluantur opiniones contrariæ: quia quidam dicunt, quòd punitur eoipso, quòd impetrauit; alij, quòd non punitur, nisi ipsis utatur, ar. ff. de in ius uo.l.quàuis.¶ Porrò in sinu impetrantis est rescriptum ante, quàm præsentetur, ut no. Inno. j. de
3 resti.spo.c.ex conquestione.¶† Nota ergo, quòd potest bis quis impetrare unum & idem in forma, & data. ¶ Item possunt de una impetratione fieri duo instrumenta: quia licet duæ sint scripturæ: una tamen est realitas. ff de testa.l.unum: quia unum est intellectuale, ut not.ff. de testa.l.j & est arg. quòd debitor de eadem solutione possit habere duo instrumenta: sed in hoc est cauendum, ne possit dicere se bis soluisse, ut dicit illa glo. sing. C.de discussio.l ne casu, lib.10.& ideo sic debet concipi scriptura, ut testificetur de eadem hora & puncto uel ponantur illa uerba computatiua, omni alia refutatione.¶ Item not. quòd ubi duo propter unum, utrobique tantum unum, unde si sunt duæ scripturæ propter unum contractum; utrobique ta-
4 men est tantum unum, id est unus contractus. † ¶ Sed quare si imperator concedit per literas suas feudum, non mihi illud adimere, & alij conferre potest? ut in c. j. de natura feudi.& secus, si concedit mihi iudices? respondeo, feudum non est sibi apertum, ut in c.j. qui successores teneantur, col.x. Item qui tenetur me iuuare, non tenetur me subiugare, ut ff. de ritu nup.l. proxime. ¶ Item quia imperator & quicunque dominus submittit se iudicio parium tacitè ex natura feudi, ut c.j. §.fi. de milite uas. qui contumax est; ergo non potest pœnitere, ut ff de iurisd om.iud.l.est receptum.& hæc ex l.anomala, quæ maior est, quàm sit iurisdictio principis. ¶ Item qui stipulatur feudum, stipulatur patientiam domini, & sic factum, cum sit species seruitutis, ar. ff. de uerb oblig.l.2.§.quædam partis, in glo. ordinaria; ergo obligatur ex necessario uinculo, insti. de obliga. in princ. Alij dicunt contrarium, dummodo principes faciant plenam mentionem de scientia, & qualitate scientiæ: quia de hac potestate, quam tu uocas anomalam, non reperitur.l.cautum, nec opinione doctorum; sed integrale nomen est inuentione nostra. ¶ Item per feudum acquiritur ius ad rem, & in re, & ius quod quæritur in re, est ius utilis dominij, quod ex consensu & traditione nascitur, quę sunt de iure gē.
5 ¶† Item imperator non potest id, quod absurdū est posse, ut ff.de uerb.sig.l. Nepos Proculo. Sed per rescriptum iustitiæ solū exercitiū demandatur, & delegatus non sua, sed eius, qui mādauit, iurisdictione utitur, ut ff.de offi.eius, cui manda.est iurisdictio.l.j §.qui māda
6 tam. †¶ Sed pone, imperator concessit mihi in feudū castrū sancti Pauli cū suo territorio, deinde concessit tibi castrū finitimū sancti Ioannis cum sua diœcesi.accidit, quòd quædā uilla est de territorio sancti Pauli & diœcesi sancti Ioannis. quæritur, ad quem pertineat dicta uilla? Considera, an territorium sit magis uniuersale, quàm diœcesis, uel è contra: quia minus uniuersale detrahit magis uniuersali.¶ E' contra uidetur, quòd prior tēpore potior sit in iure; & hæc uera, ne rescriptū trahatur ad iniuriā alterius, ar.ff.de uul. substitu. l.ex facto, in prin.& quod no.in l.si qua loca.C. de fundis & saltibus rei dominicæ, lib.11.& C.de silentiarijs l.decurionibus, lib.12. Non ob.ff.de usufru.leg.l.si alij. quia ibi testator de re propria disponendo non sibi facit iniuriā deinde distingue, ut in glo. aurea, q̄ est hic. ¶ Demum opponitur, quòd iste, qui cōmisit istā fraudē duplicandi iudicij, perdat causas causæ, ut C. de asser. tol.l j.in fi.So.ibi speciale fauore libertatis uel ibi loquitur lite contestata, hic in exordio litis.prima uera. ergo, si ageretur de libertate, priuaretur funditus iure suo. Idem in præiudiciali de personis, ut insti de act.§. præiudiciales, Quicquid dicat Cyn. secundum Pet. C. de iud.l.nulli. Op. quòd cogatur persistere in prima lite, ut C.quō & quando, in auth. qui semel. Sol. ibi petebatur procedi. hic autē declinabatur forum ¶† Quæ-
7 ro, an possit impetrans renunciando primis literis facere secundas conualescere? & potest argui ꝙ sic per ea, quæ no.ff.de ui & ui arma.l.cum fundum.§.fi. ff. de acqui.pos.l.naturaliter.§.nihil cōmune. ¶ Item op po. de.l.in criminali.C.de iurisdic.om.iudi. Sol. aliud est examen uetitum, ubi perditur litis substantia: aliud
8 declinabile forum ubi perditur litis instantia. ¶ Quęro, pone, per citationem fuit præscriptio interrupta. postea autem priuatur actor cōmodo literarum, nunquid illa interruptio aboletur? Respon. sic, quia hic dicit, ꝙ caret cōmodo literarum. & hoc propter dolum finitur instantia cum suis effectibus: secus, si finiretur solo temporis cursu. Nam tunc durat ciuilis & perfecta interruptio, ut l. cum lite mortua.ff.iudic.sol. per Bar. quia iam factum est, quod fieri non restat, arg.ff. de contrahen. emp. l. cum manu sata § j. in glo.cum iam forte deficiente causa, quæ sortita est suum finem, non cessat effectus.ff. de his, qui sunt sui, uel
9 alie. iuris.l. patre furioso. ¶ † Quæro generaliter, nunquid si primæ literæ possunt per exceptionem elidi, sit necesse, quòd in secundis fiat mentio de literis inualidis? dicit Ber. quòd non; quod est uerum, si apud impetrantem est ius elidendi: secus, si apud aduersarium, ut hic. Argumentum contra, quòd debeat expectari rescissio literarum ad hoc, ut secundæ sint efficaces. C. qui tuto. da. pos. l. curatorem, in uerbo, remoto. Nam etiam si princeps ex certa scientia idem concessisset, ualet ergo.ar. ff.de pac.l.tale pactū.§.fi.tamen si dolo tacuit, sibi imputet

putet. Nam & si princeps sciret animi qualitatem, id est dolo facere, nunquam concessisset literas, licet negocium de se suadeat concedi. Nam uitio personæ, nō uitio negocij hoc contingit. eod. titu. c. super literis. ȷ.

10 ¶ † Pone impetraui a duobus, qui gerunt se pro papa, unum castrum in feudum, & iuraui utrique fidelitatē pro se & successoribus canonicè intrantibus, an in omnem euentum habeo feudum? uidetur q sic, quia alterum caput est uerum de necessitate. In contrarium uī, quòd ex neutro capite, quia uir duplex animo inconstans est oibus uijs, ut in Prouer. & transumptiuè Iaco.

11 j. c. † & quia ligiū iuramentum non pt pstari nisi uni. s. uerò papæ, quem debeo nominare in iudicio, & probare. Solu. istud iuramentum habet tacitam conditionem, si sit papa: quia istud uerbum, canonicè, toti ordini est cōe, & totum subformat, arg. ȷ. de ap. c. 2. requiris: quia una pars gñalis, uel subiunctiua totam orationem qualificat, ut. ff. de iur. & fac. ign. l. regula. §. fi. & ȷ. e. c. causam, quæ, & ibi no. Et ideò in omnē euentum, nec non medio tpe sum securus. sed non dr hoc factum dolo, sed ad cautelam per gl. notabilem, quæ est hic, & pro ipso feudo non teneor iurare fidelitatē alicui alteri domino, & baroni, uel ciuitati, ex quo iuraui papæ: quia feudum ligium est, quod plures dominos pares simul habere non potest. ¶ Et no. quòd non cogitur quis habere alium dominum, nec e contra uasallum, ar. ff. de contrahen. emp. l. cum seruo.

SVMMARIVM.

1 *Pauperem se fingens impetrando nihil agit.*

2 *Clausula ista. si dignus existeret ad obtinendum, tacitè intelligitur in literis.*

3 *Literæ papæ debent emanare cum magna moderatione & moderamine inculpatæ scriptura.*

4 *Pro uno nummo non soluto quis cadit à magna emphyteusi; & nume. 7,*

5 *Dictum testis, uel Instrumentum si est falsum in uno minimo, an totum uitietur?*

6 *Scripturam testamenti propria falsitas, etiam modica, omnino uitiat. ficta autem falsitas in ea duntaxat parte, in qua fingitur.*

7 *De Modico quando sit curandum, uel non. distin. 11.*

8 *Notarius ob falsitatem in uno nummo an uituperari debeat.*

9 *Modica ingratitudine non priuatur quis feudo.*

10 *Modicum interuallum temporis non inducit diuersitatem actuum.*

12 *Laudum Arbitratoris pro modica læsione ad arbitrium boni uiri reduci non petitur.*

13 *Modica quantitas in materia iudicialis læsionis quæ sit.*

14 *Statuto, quòd extrahenti sanguinem in palatio manus amputetur, non punitur modicum sanguinem eliciens percutiendo quem in naso.*

15 *Expensa modica facta in re, ex qua quis fructum, uel utilitatem capit, non est curanda.*

16 *Præbenda concedi non potest nisi clericis, uel clericatum assumpturis.*

17 *Rescriptum ad præbendam obtentum per laycum asserentem se clericum, etiam sub expectatione, non ualet. Secus si non dixerit se clericum, & post impetrationem clericus efficiatur.*

18 *Ordinatus ad titulum sui patrimonij sufficientis, an teneatur in rescripto ad beneficium facere de illo titulo mentionem.*

19 *Literæ obreptitiæ ad beneficia sunt nulla.*

20 *Conditionis defectus, si ea ex parte ante inest, impedit literas nè producantur in esse, si ex parte post exceptionem parit ad elidendum.*

21 *Exceptione tutus in dolo esse non dicitur.*

22 *Papa si scienter scribat pro indigno, an ualeat rescriptum.*

23 *Mandato Papæ, quòd impuberi de beneficio curato prouideatur, an sit parendum.*

24 *Mandato principis cōtra ius naturale impunè non paretur, & quid si mandatum sit contra ius positiuum.*

25 *Sufficiens beneficium uel insufficiens qualiter dicatur.*

26 *Clausula, Non obstantibus exceptionibus, quas exceptiones remoueat.*

27 *Clausulæ nimis generales sunt captiosæ.*

CVM adeò. Qui impetrando se facit indignum, non consequitur commodum literarum, ut quia mendax. Pone. Rex Franciæ scripsit papæ pro me beneficiando; accessi ad curiam. Interim rex decessit. Papa hoc ignorans mihi concessit. uidetur, quòd non ualet, quia ubi deficit contemplatio. deficit contemplatum. ff. de contrahen. emp. l. arboribus. dico ualere, quia hæc fuit contemplatio impulsiua. ff. pro so. l. socium, qui. ¶ Impetrans & beneficiandus non debet tacere seipsum iam beneficiatum, argu. ff. de contra-

1 hen. emp. l. cum seruum. §. fin. ¶ † Qui fingit se pauperem impetrando, nihil reportat, nisi uentum. C. de mendicantibus ualidis, lib. 11. l. 1. ¶ Non ualet rescriptum impetratum ad beneficium obtinendum de beneficio impetrantis, quod tunc temporis obtinebat, nō faciens mentionem. secunda pars ibi, cum si literarū. ¶ Casus, quidam clericus. P. nomine impetrauit literas a domino papa, ut præpositus & clerici de Glangossa reciperent eum in fratrem & socium, non facta mentione, q ipse. P. haberet sufficientem præbendā in ecclesia Modicensi, nec etiam q esset clericus, Præpositus ostendit istas literas Archiepiscopo Mediolanensi. Archiepiscopus fuit admiratus, q papa scripsisset, pro dicto. P. cum esset canonicus & præbendatus in ecclesia Modicensi. Papa dicit, quòd literæ suæ semper sunt cum moderamine intelligendæ & scribendæ & quòd non debet admirari cum in literis non fiat mentio, quòd esset canonicus Modicensis, nec quòd es-

2 set clericus. † Præterea in literis intelligitur tacita conditio, si dignus existeret ad obtinendum illud beneficium, quod impetrauerat. Et ideo concludit, quòd literæ sunt subreptitiæ, quòd impetrauit tacita ueri-

3 ta ueritate, & ideo est indignus. ¶ † Ibi, Moderemur, no. q literæ papæ debent emanare cū magna moderatione; & cū moderamine inculpatę scripturæ. & tñ qſt que papa obliuiscit eius, qđ fecit, qa hō ē, & sępe patit lethargū nō ob. C. de ꝯhen. & commit. stip. l. magnā, ubi non est licitum obliuisci: quia ibi loquit in debitore q ad id implendū erat obligatus. ¶ No. hic, q literę dominorum non sunt calumniandæ. ¶ Ibi, Sufficientem, quid si esset insufficiens? dicit glos. quòd idem. Vnde ista dictio, sufficientem, supponit pro facti narratione, non pro iuris dispositione. Et sic not. quòd de modicis nō est curandū, ut. ff. de dā. infec. l. si pprietarius,

4 & insti. de re. diui. §. gallinarum. † Nam certum est, q unus numus est modicum quid: tamen pro uno numo non soluto cadit quis a magna emphyteusi, ut not. C. de sacrosan. eccl. aut. qui res iā di

a ctas. Item ex paruo [a] defectu in cidit quis in magnam pœnam cō

a ¶ *Adde in materia ista singulare dictum Bal. super primo decret.*

 tra-

Bal. quod sæpe soleo in actu practico magni facere in l. pacta conuenta, de contra. empt. quam legit post §. quinimo. ubi dicit, quod propter unum quodque capitulum, licet minimum, non obseruatum, etsi non respiciat substantialia contractus, repellitur quis ab agendo, quod fixum cordi tene: quia ualde utile & quotidianum.

tractus: quia non seruat formam
contractus, quæ ex integritate cõ
sistit, ut. ff. fami. erc. l. hæredes. §.
5 idem iuris. ¶† Item si dictum te-
stis, uel instrumentum est falsum
in uno minimo, totum uitiatur.
9. di. c. ult. adde. ix. di. ad sacras.
3. q. 9. dura, & c. nihilominus. Vel
dic hoc uerum in teste. Sed in in
strumento, aut est falsum multũ,
& totum uitiatur. aut parum, &
tunc utile per inutile non uitia-
tur, ne per paruam rem maiori
rei quantitate & authoritate prę
iudicetur, arg. ff. de in integ. resti
6 tutio. l. scio. ¶† In scriptura ta-
men testamenti, ubi euidentior
debet esse ꝓbatio, & cessare omnis suspicio, dicit Ber.
hic, quòd nullum debet esse uitiũ falsitatis. dic, ut not.
in l. edicto, in prin. C. de edic. diui Adri. tol. Et hoc, qñ
est ꝓpriè falsũ. i. mutatio ueritatis: secus si impropriè,
i. ficte, quia nõ nocet in alia parte, in qua cessat fictio.
7 ff. de fal. l. filius. §. sequens quæstio. †¶ Sed alibi dicit̃,
b ꝙ de modico nõ est [b] curãdũ, ut.
ff. de mino. l. si sine. § j. ff. de con-
trah. emp. l. res bona fide. Ibi gl.
dicit, ꝙ per unũ numum non so-
lutum tota res perditur, & cõtra
ctus rescinditur, & est bene nota-
8 bile. † Econtra. ff. de dolo. l. si o-
leum. §. fi. cum. l. seq. quia qui pa-
rum transgreditur, non uitupera
tur, ut. ff. de condi. & demon. l.
quamuis, & ideo propter falsita-
tem in uno numo, notarius nõ de
bet uituperari; quòd est uerum ex
iustitia dispositionis, sed de iusti-
tia rigoris bene ueniret uitupe-
randus, ut no. ff. de his qui no. in-
fa. l. quid ergo. §. pœna grauior, & ff. de pęnis. l. recipié
9 dum. §. furta. ¶† Item habemus, ꝙ propter modicã in
gratitudinem non priuatur quis feudo, nec exhæredat̃
filius, nisi propter magnam causam, ut in x. col. Et ideo
ad ultimas curationes requiritur morbus proportio-
natus, quia non pro qualibet febricula recurrendum
10 est ad apothecam, seu scamoneam. † Item dicit lex,
modicum interuallum temporis non inducit actuum
diuersitatem, sed identitatem; & sic de modico tempo
re non curamus, ut. ff. si quis cau. l. & si post tres. de lo
ca. ca. potuit. ff. de rit. nup. l. plerique: quia modicum
interuallum quædam continuatio est, ut no. de act. &
obl. ff. l. pen. argu. contra. ff. de uerb. obliga. l. j. §. cum
adijcit, in fi. hoc tenet Archidiac. in c. ultimo. de offic.
11 deleg. li. 6. † Sol. super isto brocardo dicit, quòd aut
agimus de iure communi, aut de beneficijs, quæ sunt
contra ius commune. primo casu curamus de modicis.
secundo casu non curamus, ut. ff. de in integ. restitu. l.
scio. secundum Dy. ¶ Vel dic, quòd aut loquimur de
mendacio, & ueritate, & tunc curamus de modico
mendacio, quia uitiat, ut hic, præsertim in lucro ca-
ptando. aut loquimur in iuris remedijs; & contra ius
commune non datur remedium pro modica re, quia
pro tam parua re non indiget subsidio extraordina-
12 rio; † & ideo pro parua læsione non potest peti lau-
dum arbitratoris reduci ad arbitrium boni uiri. Præ-

b ¶ Vide ad ista dicta Bal. hic Barba. in consi. 36. in fi. in 2. uolu. & in consi. 4. in 14. col. & se in 1. uolum cum his quæ scripsi super Ias. in l. si quis maior, circa princ. v. col. C. de trans. & scripsi etiam alia super Ias. in aut. quas rem, in v. col. circa me. C. de sacrosan. eccl. Fran. Parma.

terea hoc uidetur ei a partibus tacitè concessum, ut
possit lædere in modica quantitate propter execran-
das lites, ut not. ff. de arbit. l. sed si in seruum. §. si
quis iudex, & l. si de meis. §. recepisse quia maius est cõ-
modum pacis & concordiæ, ad quod fuerunt inuen-
ta arbitramentalia compromissa, quàm sit istud pa-
c ruuum damnum: sicut dicimus [c]
malum est perdere cappam, sed
13 melius est seruare uitam. † hoc
casu dicitur parua quantitas cõ-
paratiuè. nam si esset quæstio de
mille modijs frumenti, & læderet in x. modijs, dici-
tur parua quantitas, ut not. in d. l. si proprietarius, in
14 gloss. ordinaria. † aut loquimur de uitio corporis;
& tunc paruum uitium non nocet, ut. infra de cor-
pore uit. ca. Thomas, &. ff. de ædil. l. cui dens abest;
& ideo si statutum dicat, quòd si quis extraxerit san-
guinem alicui in palatio, puniatur pęna manus, non
intelligitur de illo, qui percussit quem in naso, unde
aliquantulum sanguinis exiuit. quia esset nimis du-
ra interpretatio, & statuta debent humanè intelligi
& quia genus pœnæ corporalis hoc indicat, argu. ff.
15 de sica. l. in lege. † ¶ Item de modicis expensis non
est curandum, si percipit fructum, uel alicuius usus
utilitatem maximè gratuitam, secus, si nullam. ff. com
modati. l. in commodato. §. 1. ff. de pign. act. l. si ne-
cessarijs, & l. cum his. §. fina. ¶ Ibi, Attendisses, quod
16 debet fieri. suprà eodem. cap. ad aures. ¶† Ibi,
Nec clericus, ei, qui non est clericus, non potest præ-
benda concedi, nisi dicatur in literis, quòd intendit
clericari, & tunc antequam executores assignent
præbendam, debet assumere clericatum secundum
Colle. & ponitur hic clericus propriè, non pro sim-
17 plici scholari. † ¶ Si quis asserit se clericum, & non
est, non ualent literæ etiam sub expectatione, quia
sunt subreptitiæ, quæ non possunt conualescere, arg.
in l. & si conditionalis. ff. de aut. tuto. Si autem non
dixit se clericum, conualescunt, si facit se clericum
legitimis temporibus ordinari, ut no. in c. si eo tpe, de
rescri. li. 6. & in c. si pauꝑ, de præben. c. li. Non ob. ff. de
excu. tut. l. cũ ex oratione, ubi inspicit̃ uitiũ, licet ille
actus possit postea legitimo tpe & nouo statu iterari:
qa ibi loquitur in actu, q nõ recipit suspensionẽ tẽpo-
ris, qui nunquã conualescit. ff. de aut. tuto. l. obligari. §.
tutor. nã ibi authoritas nõ recipit dié, uel conditionẽ
18 & ideo posterior cõsensus non ualet. ¶† Sed nunquid
ordinatus ad titulũ sui patrimonij sufficiẽtis teneatur
de isto titulo facere mẽtionẽ? Rñdeo nõ, qa licet sit ti
tulatus, nõ tñ est bñficiatus. ff. de condi. & demõ. l. mea
res. C. loca. l. q rẽ propriã. ff. de acq. pos. l. 3. §. ex pluri-
bus. & tñ de modico bñficio dẽt fieri mẽtio, ut no. j. e.
c. sup literis, in gl. ex hoc patet. Ibi, ꝯditio, hæc cõditio
ita cõcipit̃, si dignus non sit idoneus. nã naturaliter qs
19 est dignus, sed tñ non est idoneus ẽm Io. And. ¶† No.
diligenter, ꝙ literæ obreptitiæ ad bñficia sunt nullæ.
Nã rõ est, qa deficit tacita conditio: qa q mẽtit̃ se fa-
cit indignũ, ut. ff. de fideius. l. si dubitet̃. §. ita demũ, &. ff.
ad leg. Fal. l. hẽditatẽ. §. fi. C. de nõ nu. pec. aut. q ẽ pro
20 priã. † vñ tacitæ cõditionis defectus ĩpedit literas, ne
ꝓducant̃ in esse nã idẽ operat̃ tacita cõditio, qđ expſ
sa, ut not. ff. de pac. l. itẽ qa. & hoc uerũ, qñ tacita con-
ditio est ex parte ante rem productã in esse: sed si ex
parte post, quia processit origo, opus est exceptione,
ut. C. de præci. impe. offeren. l. uniuersa. ff. loca. l.
21 qro. §. iter locatorẽ, & l. ita demũ. ff. de arbi. ¶† Hæc ta
men

c ¶ Malum est perdere cappam, sed melius est seruare uitam.

men exceptio impedit periurium: quia impedit pœnam committi: sed periurium est pœna, ut.ff.de ope. libe.l.si libertus ita. nã non est in dolo, qui est exceptione tutus, ut.ff.si cer.pet.l.lecta.§.dicebam, & ff.de
22 libe. cau l.uel obligatus.§.j ¶†Quæro, quid si papa scienter scribat pro indigno? Respondeo, si constat de certa scientia, non potest pronunciari rescriptum non ualere; tamen esset expectãda secunda iussio, ut ĩ eo.
23 c. siqñ † ¶Quid si papa mãdat prouideri impuberi de beneficio curato, facta métione, in literis de impubertate obtemperandum est literis, de æta. & qualita.c. eã te, per Inno. Ego dico, ꝙ aut est proximus pubertati, & tunc obtemperandum est literis. aut non est doli capax, & tunc expectanda est secunda iussio. & si esset infans, non esset procedendum ad executionem literarum propter naturalem incapacitatem consilij.idem, si esset furiosus, uel prodigus, cui per sñiam esset bonis interdictũ: quia ei gubernacula tradenda nõ sunt.
24 C.de sen.pas.l.in quæstione testamenti. ¶†Itẽ ad pleniorem doctrinam istius materiæ distingue, aut princeps mandat ꝯrium iuri naturali; quo casu impune nõ paretur x.dist.non licet. ¶Aut mandat ꝯrium iuri positiuo scripto & cõsuetudinario, & si nulli obest, ei obtemperetur, ut.ff.ne quid in loco publico l.secunda.§. si quis à principe, & ff.de fluminibus l.quominus. ¶Si uerò alicui obest, sed parum, ei obtemperetur.C. de precib.impera.offeren.l.quoties. Si autem multũ lædit, aut exprimitur in rescripto, non obstantibus. &c. & statim ualet, nec est expectanda secunda iussio, seu secundum mãdatum. Si autẽ nõ est dicta clausula, sunt tunc expectandæ secundæ literæ, ut no.Archi.25.q.2. rescripta ẽm Collecta. Ego puto, si dicta clausula sit apposita, ubi papa non consueuit dispensare, ꝙ secunda iussio sit expectanda: quia propter importunitatẽ fecisse uidetur, nisi appareat, quòd proprio motu fecerit, ut quia fecit gratiam absenti & ignoranti, & hoc ipsum suis literis specificauit c.si motu proprio, de pbẽ. li.6.ff. de iureiuran.l.Labeo.ff.de lega.ij.l.cum pater.
25 §.surdo. ¶†Quæro, aliquis dixit se insufficiens beneficium obtinere, qualiter intelligatur? collige solu. ex gl.ex quo no.ꝙ beneficiũ aliquando dr̃ sufficiens plebeio, & tamen non diceretur sufficiens nobili. ff. de don.l.filius. ¶Item dẽt esse beneficium sufficiens sibi & ministris ei necessariis.ff.de iudi.l. non aliter. Item si est persona nobilis, non dicitur sufficiens, nisi possit tenere unam equitaturam: quia non debet pedes uisitare poderia, ut no.ff.mandati.l.idemque. §. idem Labeo. personæ etiam multum literatæ, seu multum disciplinatæ pinguiora beneficia debent habere, ut not.ff.pro socio.l.societas.§.societas, & arg ff. de excu.tuto.l.sed reprobari.§. ualde tamen, & ff. de do. l.
26 Aquilius Regulus.† Quæro, Papa mandat, ꝙ aliquis recipiatur in canonicũ, nõ obstãtib. exceptionib.quib. rñdeo, ꝙ ꝓpterea nõ sunt remotæ legitimæ exceptiones.s.scriptæ in iure.nã illæ, de quib. est disputatio inter doctores bene sunt remotæ: qa nimis sunt scrupulosæ, arg.ff.de leg.j.l.si seruus uẽditus, C.de adul.l.ita pudor. unde de apicibus iuris non erit disputandum, arg.ff.mandati l. si fideiussor.§.quædam. Item si excipiens sit suspectus de calumnia, non debet audiri per hanc clausulam, argu.ff.de excu.tut.l.athletæ.§. amplius, quanquam alias audiretur, ut ĩ de prob.c.licet causam, in uerbo, tramite deuiare &c. ¶Prædicta uerò intellige, si dicta clausula sit in finibus generalitatis. sed si præcedit clausula specialis, & sequitur generalis, tunc de similibus expressis est intelligendum.
27 ff.si quis cautio l.sed si quis.§. quæsitum. ¶†Clausulæ nimis generales captiosæ sunt. ff. de transact. l. cum Aquiliana.ff.quòd ui aut clam.l.j. in princ.ff.de iniur. l.prætor.

SVMMARIVM.

1 *Citatio si non est legitima, processus est nullus ipso iure.*
2 *Citatus uenisse non dicitur, nisi etiam id faciat, ad quod est citatus.*
3 *Ordo iuris seruari debet etiam super incidentibus.*
4 *Clausula, Quantum de iure poteritis; respicit totum processum, & quid operetur.*
5 *Ordo scripturæ seruandus est. Si rationi congruit.*
6 *Præposterationis error statim corrigi potest, non autem ex interuallo.*
7 *Præposteratio an uitiet libellum?*
8 *Interpretari quomodo debeant priuilegia, dispensationes, uerba generalia, & dicta testium. & nu. 9.10.11.*
12 *Testes si discordent, quia unus dicit ante guerram, alter dicit post, utrum unus eorum sit necessariò falsus.*
13 *Clausula, quantum de iure poteritis, in rescripto quid operetur?*
14 *Libellus, Dico sententiam nullam, & si qua est, appello, an sit præposterus.*
15 *Nullitas coram superiore uentilanda inducitur per simplicem querelam, nec ei iurisdictionem defert, nec prioris iudicis iurisdictionem suspendit.*

AVSAM, quæ. ¶Ordo rescripti recipit interpretationem ab ordine præfixo de iure communi, & uerba præposita, uel postposita idem significant, & ordo sensus & intellectus magis seruandus est, quàm abusiuus ordo uerborum. Casus ³ uertente controuersia inter duas ecclesias super possessionibus de Anabia papa rescripsit, quòd si alterutra partium citata legitimè præsentiam iudicium adire, uel in iudicio parere contempserit, iudices deberent partis præsentis probationes recipere, & quantum de iure possent in causæ cognitione ad decisionem procedere minime tardarent, qui iudices lite non contest. receperunt testes. papa rescribit, quòd in his, in quibus est legitime processum, seruetur processus: sed in eo, quo non est seruatus ordo iudiciorum, papa decreuit illud irritum, mandans tam in principali, quàm in incidentibus per eosdem iudices ap. remota, fore canonice procedendum. ¶Ibi, Super possessionibus, istud uocabulum importat possessionem, detentationem, & dominium, præsertim in actione uniuersali, ut. ff. de peti. hæred.l.item ueniunt. ¶Ibi, quòd si alterutra non dicit, utraque parte absente, non potest procedi, ut not. C. de iud. l. properan-
1 dum. ¶† Ibi, Legitimè: quia si citatio non est legitima, processus est nullus ipso iure, ut not. C. de accu.l.2. l.absentem: quia non patet ingressus ad iudicium nisi per citationem, ut insti. de pœ. temere li-
2 ti. §. fina. Ibi, Adire, scilicet personaliter. † Ibi, Parere, scilicet per procuratorem, dic etiam, quòd non sufficit uenire, si non facit id, ad quòd est citatus, ut. ff. de fideicom. liber. l. non tantum. §. siue. Nam pro absente haberi debet, qui non facit id, ad quòd uenit, ut. ff.de excusatio.tu.l.scire oportet. § sufficit. Ibi, Si legitime, idest quatenus

legitime. nam quando est factum cum ordine, nõ uitiatur propter id, quòd est factum sine ordine, ut C. quomodo & quãdo iudex l. si ut proponis, & no. ff. de re iu. l. cum quæreretur, per Bar. ¶ † Ibi, super incidentibus,
3 in quibus etiam debet seruari ordo iuris, quod dico, ut ff. de testa. l. si quæratur, per Bar. de minor. l. intra utile. ¶ No. hic, quòd papa non intelligitur scribere contra solitum ordinem iudiciorũ. ¶ † No. ꝙ clausula, quã
4 tũ de iure poteritis, respicit totũ processum, qa & si nõ apponeretur, tacitè inesset ¶ Not. ꝙ uerba rescriptorũ sunt sane interpretãda, & sic de iure cõi. No. ꝙ facta & actitata per iudices imperitos errantes in intellectu rescripti reuocantur in irritum, & sic bona fides, quæ ex iuris imperitia oritur, nõ prodest. ¶ Quæro, q̃ fuit ratio dubitandi in isto c. So. quia clausula, quantũ de iure poteritis, sequebatur post illud uerbũ, probationes, sed istud non obstat: qa sermo debet intelligi seruatis temporibus congruis, non est enim procedendũ præcipiti uia, sed prius priora. Sed opponitur, quia nõ est recedendũ à situ uerborũ. Nã ubi sunt situata, ibi
5 operantur. † Itẽ seruandus est ordo scripturæ, de consec. dist. 2. in Christo pater. So. illud est uerũ, si rõni cõgruit. maior est enim ordo rõnis, q̃ scripturæ. ff. de hære. insti. l. talem, in prin. † Et error præposterationis po
6 test corrigi, dummodo corrigatur statim, ut ff. de uer. obl. adijcitur, uer. nisi, alias non, ut C. de hære. acti. ut debitũ; tamen non omnis præposteratio uitiat, ut ff. de euicti. l. si mancipiũ. §. j. ubi de hoc, & C. communi diui dundo. l. pen. & interdũ ꝑposteratur constructus uerborũ propter habendũ sanum intellectũ scripturæ, ut
7 no. ff. de contrah. empt. l. cum uenderes, † hoc facit pro sustentatione libelli, Peto cogi, & condemnari. Sed Bar. dicit, quòd iste libellus procedit: quia ad iustitiã debet referri. ff. de re iu. l. si cum nulla: quia agens non ederet actionem, nec aptam conclusionem; non ergo nocet præposteratio, ut ff. de peculio legato. l. quidã, sed omissio conclusionis. de hoc dixi in l. j. C. de exe. rei iu. Porrò compulsio uenit officio iudicis mercena-
8 rio, quod non subsistit sine principali. ¶ † Quæro, qualiter sunt interpretanda priuilegia? Respondeo, ut aliquid operentur, ut l. j. ff. ad munici. nisi superueniat casus non cogitatus, ut l. ex facto, in princ. ff. de uulg. sub-
9 stitutio. ¶ † Quæro, qualiter sunt interpretandæ dispẽsationes? Respondeo, strictè secundum Inn. quia iuri contraria, etiam si fauorabilia sint, strictè interpretãtur, ut no. in l. si. ff. de condi. indeb. & ita, quòd duæ dispensationes non concurrant, ut l. j. C. de promissio.
10 ¶ † Quæro, qualiter interpretantur uerba generalia? Respondeo iuxta rationem recti sermonis. ff. de auro & arg. leg. l. Plaucius, & ita, quòd interpretatio nõ sit captiosa, uel fraudulenta. ff. de transact. l. cum Aqui-
11 liana. ff. de pactis l. tres fratres. ¶ † Quæro, qualiter interpretantur dicta testium? Respondeo ad bonũ intellectum, ut non cauillando ẽm Io. And. & Inn. quod arbitrio iudicis relinquo, considerata qualitate testium; & ita intelligo c. cum tu fili. ĩ de testibus, saluo quòd obscura debent interpretari contra illum, cui incumbit necessitas clare probandi, ut ĩ de ꝓb. cũ in præsen
12 tia. ¶ † Quæro de testibus, quorum unus dicit añ guerram, alter post guerrã, utrum necessariò unus eorum sit falsus testis? quidam dicunt ꝙ sic: quia dicunt de cõtrario extremo. alij dicunt ꝙ non: quia põt intelligi de medio tempore. ff. solu. ma. l. insulã. ff. si cer. pet. l. ij.
13 uer. ueluti: sed istud est refugium miserorũ. ¶ † Quæro, quid operetur clausula, Quantum de iure poteritis? dicit Inn. ꝙ ista comminatio non est peremptoria, nisi emanauerit in tertia dilatione. ego addo, uel nisi stet in arbitrio iudicis, sed si dicat; procedemus ad sententiam, peremptoria est, ut not. in l. si apparitor. C. de
14 cohortalibus, in lib. 12. ¶ † Quæritur de isto libello, Dico sententiam nullam, & si qua est, appello, an sit ꝑposterus? & uidetur quòd sic: quia causa appellationis principalis est quæstio: sed causa nullitatis uenit ꝑ modum incidentię, ut no. C. quando prouo. non est ne
15 ces. l. j. † & est ratio, qa nullitas nõ defert iurisdictionem superiori. Nam si defert, interim innouatum reuocaretur ꝑ uiam attentati; quod est falsum, ut l. ultima. C. de ord. iudi. Sed ista ratio non concludit. nã sæpe de incidentibus cognoscitur, ut C. de ord. iudi. l. j. & hoc quando incidit ex parte actoris: sed si ex parte rei peremptoriam opponẽtis, actor debet prius ꝓbare, deinde reus, ut ff. de rei uind. l. ofiiciũ, & C. de exceptio. l. si qdẽ. Dicet aliquis, nonne nullitas coram superiore uentilatur? ut C. de accu. l. absentem? respondeo, sic per uiam simplicis querelæ, q̃ non suspendit iurisdictionem primi iudicis; & ideo potest suam sententiam exequi, nisi nullitas appareat ex processibus. nam qui petit executionem, debet producere processum causæ, & ex eo patebit nullitas, ut in nostro c. & sic nihil ueniret probandum ab ipso, qui nullitatem allegat, ut ff. de re iu. l. si cum nulla, & l. iiij. §. condemnatum, & ibi per Bar.

SVMMARIVM.

1 *Allegans numerum, uel iuramentum, uel confirmationem, probare debet.*

3 *Tempus probari debet per eum, qui excipit.*

3 *Aßignare, significat iuris effectum cum executionis tractu.*

4 *Papa mandante quem recipi in canonicum, & ei prebendã conferri, si qua uacat, an, prebenda nondum uacante, debeat recipi in canonicum.*

5 *Canonica est res incorporalis, prebenda uerò corporalis.*

6 *Inuestitus de canonicatu & prebenda an propter delictum poßit disuestiri sola prebenda.*

7 *Restitutus ad canonicatum, an uideatur restitutus ad prebendam.*

8 *Restitutus ad bona, si ad sanam mentem restitutus non fuerit, administrare non poterit.*

9 *Canonia potest esse sine prebenda, & reditibus.*

10 *Ad poßeßionem probandam non est necesse probare fructuum perceptionem, & ex duobos aduersarijs quis dicatur melius poßeßionem probasse.*

Rescriptum super canonicatu & prebenda in ecclesia ultra numerum impetratum non ualet, si de numero iuramento firmato & confirmatione sedis apostolica roborato non facit mentionem.

11 *Rescripto gratiæ subreptitio an opus sit obijcere exceptionem ueritatis tacitæ?*

12 *Exceptio facti, uel intentionis exclusiua per sententiam in contrarium latam uel euanescit, uel omnino uelatur.*

13 *Exceptio gratiæ, & literarum peremptoria, potest usque ad sententiã opponi, solarũ uerò literarũ ante litẽ contestatã.*

14 *An iuramento super determinato numero, se. Apo. confirmatione roborato poßint renunciare canonici.*

15 *A iuramento per canonicos ꝑstito de nõ recipiẽdo canonicos ultra numerũ ordinatũ, ĩtelligitur excepta ꝑpæ uoluntas. Idem in iuramento fidelitatis, ut exceptum intelligatur ius Papæ, uel Imperatoris.*

Prælatus

16 *Prælatus si iurat non alienare Romano põtifice inconsulto, si impetrat, quòd alienare possit, non est necesse, quòd de tali iuramento faciat mentionem.*

17 *Iuraui soluere intra mensem, si impetro a papa maiorẽ terminum, debeo de ipso contractu facere mentionem, aliàs impetratio non ualet.*

18 *Tutor est obligatus per iuramentum, ac si iurasset sub certa specie, & non potest absolui a iuramento inuito adulto.*

19 *In obstantibus rescripto inspicitur tempus datæ.*

20 *Principium spectandum est, ubi lex assistit, uel resistit actui.*

Tempus datæ an inspiciatur, an tempus uacationis.

21 *Papa familiaribus cuiusdam Episcopi concessit priuilegiũ, quòd præferantur cæteris partibus, Titius ante priuilegiũ impetrauerat, & post effectus est familiaris Episcopi, demum uacauit præbenda: inspiciendum ne erit tempus datæ, an uerò tempus uacationis?*

22 *Qualitas adiecta uerbo substantiuo, requiritur secundum tempus uerbi*

23 *Committens in legem, beneficium legis perdit. idem in iuramento, contractu, & decreto.*

24 *Decanus cum Capitulo licet non possint statuere de non recipiendo canonicos ultra certum numerum, nihilominus tenentur iuramentum, superinde interpositum, seruare.*

25 *Iurans non petere an excludatur a litis contestatione.*

26 *Electus, uel præbendatus non legitimè potest quandocunque de eo constiterit, remoueri.*

27 *Papa si mandat conferri præbendam, si qua uacabit, utrum possit conferri præbenda præsentialiter uacans.*

28 *Præsens efficitur futurum contumacia.*

29 *Præbenda si uni, uacans alteri uacatura, collata fuerit, nec uerbum uacans, uacaturam, nec è conuerso continebit.*

30 *Numerus præbendarum iuramento firmatus, uel a sede apostolica confirmatus non potest augeri, uel restringi per capitulum.*

31 *Omittens exceptionem de numero iuramento firmato an sit periurus.*

32 *Clausula generalis, Non obstantibus consuetudinibus, uel constitutionibus iuramento firmatis, an tollat statutum iuratum, & confirmatum, de certo, & determinato numero canonicorum.*

33 *Mentio uacationis includit mentionem numeri, non autem iuramenti, aut confirmationis.*

34 *Vbi determinatus est numerus canonicorum, sed non præbendarum: literæ Papæ, quòd prouideatur si uacat, uel uacabit præbenda, an ualeant?*

35 *Gratia potest fieri præsenti sine literis, nisi requiratur clausula obstantium, uel adsit alius impetrator.*

36 *Magna priuilegia requirunt scripturam.*

37 *Ordo in scriptis datus, etiam si præposterus sit, debet seruari.*

38 *Numerus præbendarum si non est taxatus, an per executores facientes recipi aliquem in canonicum prouideri possit.*

39 *Permutatio excludit expectantem, item unio fauore ecclesiæ facta.*

40 *Papa mandante mihi prouideri, uel pensionem dari, non debetur pensio, licet canonicorum iuramento ea comprehensa non sit.*

41 *Exceptio peremptoria, ubi uis agendi oritur ex rescripto, debet opponi ante litis contestationem, secus si antè rescriptum competebat.*

42 *Exceptio inimicitiarum capitalium ligat manus iudicis, etsi non appelletur.*

43 *Exceptio inimicitiarum debet ante omnes proponi.*

44 *Inimicitia, ubi de ea excipitur, debet esse manifesta, non enim præsumitur, quia est contra ius naturale.*

ONSTITVTVS. ¶Non ualet rescriptum super canonicatu & præbenda in ecclesia ultra numerum impetratum, si de numero iuramento firmato & confirmatione sedis apost. roborato non facit mentionem. Et tria facit primo ponitur tenor mãdati apostolici, & petitio impetrantis. Secundò ponitur allegatio partis aduersæ. i. capituli ibi, uerum &c. Tertiò ponitur diffinitionis commissio ibi, Discretioni. ¶Casus. quidã. P. clericus impetrauit a summo põtifice Celestino, ꝗ reciperetur in canonicum & fratrem in ecclesia Bituricensi, & præbenda conferretur eidem, si qua tunc ibi uacaret, alioquin proxima uocatura: contra quod rescriptum canonici opposuerunt de certo numero iurõ firmato, & ꝑ Romanũ pontificẽ cõfirmato, de quo ĩ literis nõ fiebat mẽtio. Vñ literæ uidebant impetratæ tacita ueritate: Papa mandat decerni irritum & inane, quicquid factum est occasione literarũ ipsarum, si statutum numeri tempore datę uigebat: alioquin prouideatur impetranti de præbenda, si qua uacat, appellatione remota. ¶Ibi, præcipiendo mandauit, tam primæ quam secundæ literæ laborant eodem morbo. & sume ar. ꝗ secunda iussio non dat robur literis nullis & subreptitijs. Ibi Erat circũuenisse, id est decepisse & consilio, uel saltẽ re, si forte impetrans igno
1 rabat, ¶† Ibi, Constiterit, no. quòd qui allegat numerum, uel iuramentum, uel confirmationem, debet hoc probare. & est argu. quòd minor non præsumatur iurasse, nisi de hoc fiat mentio in instrumento. ff. de uer
2 bo. obl l. sciendum. ¶† Ibi, Ante-
a quàm, nota [a] tempus probandũ per eum, qui excipit. facit. C. de proba. l. matrem tuam. ¶Ibi, Irritum, ipso iure, ut. l. j. ff. de iniusto
3 testamento. ¶† Ibi, Assignari, iustud uerbum, assignari, significat iuris effectum cum executionis tractu. assignare aliquãdo ponitur pro tradere. ff. de ɔtrahen. emp. l. qui officij. §. fi. aliqñ pro iure imperfecto. ff. de aqua quo. & æsti. l. j. §. fin. aliquando pro custodia. ff. nau. caupones stabu. l. j. §. fi. licet executor sciat uoluntatẽ domini, seu mandatoris: tñ nisi procedat ad executionem, res est imperfecta, ut. ff. de dote præle. l. Theopompus. & creditur ei de executione, si iurat se executũ esse, & per hæc ei nihil acquiritur: aliàs secus, ut no. Bar. ff. de iure fisci. l. deferre. §. idem decreuerunt. Not. quod dixi in summario. Item no. ꝗ literæ surreptitiæ de gratia sunt ip
4 so iure nullæ. † ¶Prima gl. quærit, pone, papa mandauit quendã recipi in canonicum & fratrem, & sibi conferri præbendam, si qua uacat. Modò quæritur, si nondum uacat præbenda, an saltem debeat recipi in canonicum: dicunt quidam ꝗ non: quia unum est mandatũ, quòd non potest esse pro parte purum, & pro parte cõditionale: quia indiuiduum est quo ad cessionem diei, licet habeat duas uirtutes. Contrarium est uerum: quia sunt duo mandata, quorum unum repræsentatur: aliud differtur. ff. de testamentaria tute. l. quæro. §. Lucius. nec est nouum, quòd præstatio diuidatur temporibus. ff. quando dies lega. ce. l. nec semel. §. si de habitatione, & l. nec refert. sicut testator legat mihi fructũ

a ¶*Vide allega. per. d. Ant. Barba in responsio. rub. C. qui admi. & ibi etiam Bal. & alios in responsione? uerbũ, assignari quid importet.*

frumenti & uini, non suspenditur præstatio frumenti propter uinum, quòd non est adhuc natum. ff. de uerborum oblig. l. inter stipulantem. §. sacram, & l. interdum. Item separatorum separatã est origo naturalis, ut uo. ff. de dolo. l. hæredibus, & essentia. ff. de seruitu. urba. prædi. l. si domus, & origo ciuilis. ff. de tutel. & ratio. distrahen. §. in tutel. l. j. Item canonia est omnino
5 res incorporalis, sed præbenda corporea est res omnino corporalis, ut insti. de rebus corpo & incorpo. Itẽ canonia est ad officium, præbenda uerò ad beneficium, quod etiam impuberi post infantiam conferri potest, nisi tali beneficio officium sit annexum. ca. si eo tempore, de rescrip. li. 6. in nouella. item ex canonia surgunt actus pro fructibus eius, ut legere, & psalmizare, & reliqua: sed ex præbenda surgunt fructus naturales & fruibiles natura, ut frumenti, & uini perceptio. Et ideò per electionem probatur possessio canonicalis: sed per locare non probatur possessio præben
6 dalis. ¶ † Sed nunquid inuestitus de canonicatu & præbenda propter delictum possit disuestiri de sola præbenda? arg. quòd non. ff. de lib. & posthu. l. si ita. §. regula, propter causæ coniunctionem. Si quis sit priuatus canonia, nullos actus canonicales facere potest: quia priuatio habitus habet inducere priuationem actuum, & quia cum capite fortunas perdit. ff. de secun. tab. l. qui ex liberis. §. testamento, & res tacitè sequuntur. ff. de capi. dimi. l. tutelas. §. si libertate. C. si pendente appellatione mors interuenerit. l. 3. & remotus ab actu perdit stipendia, de excusa. tuto. l. Nesennius, & l.
7 j. C. de re milit. lib. 12. † Sed an restitutus ad canoniam uideatur restitutus ad præbendam? & uidetur quòd non: quia licet impetret quis remissionem culpæ, non tamen habet restitutionem gratiæ. Sed contrarium credo, nisi præbenda sit interim alteri assignata,
8 ut in capitu. quamuis, eod. titu. lib. 6. † Et restitutus ad bona, si ad sanam mentem non sit restitutus, non potest administrare. C. de senten. pas. l. in quæstione testamenti. non est in potestate humana sed diuina restituere aliquem ad bonos mores, uel sanam mentem. Item si testator legat mihi duas res, quarum una est in commercio, siue dispositionibus hominũ, altera non est, sed esse speratur, non differtur certum propter incertum: quia diuersa disposita sunt & nulla catena rationis coniunguntur, ad hoc. ff. quo-
9 rum legatorum. l. j. §. si duæ res. † Ex his patet, quòd canonica potest esse sine præbenda, & sine reditibus, sicut possumus habere proprietatem fundi sterilis. Quinimò etiam usumfructum iuris licet non habeã commoditatem acti. hoc manifestum est, quia locus etiam sterilis possidetur, ut ff. de rebus eorum. l. si fundus, sic. ff. de usufru. l. arboribus. §. de illo, ubi est text. ualde notabilis. & fistulæ possunt esse sine aqua, & tacite accedunt, licet non intersit. ff. de contrahen. emptio. l. si aquæductus, cum l. sequenti. ¶ Etiam surgit ex hoc, quòd canonia potest esse sine reditibus secundum Berñ. sicut hæreditas sine corporibus: quia corpora sunt accidentia incorporalium, non propria eorum essentia, ut. l. hæreditas etiam. ff. de peti. hæredi. ¶ † Item ex prædictis apparet, quòd ad pro-
10 bandum possessionem non est necesse probare fructuum perceptionem, dummodo probentur aliqui actus possessiui, quamquam duobus aduersarijs probantibus ille intelligatur melius probasse, qui probat actus magis efficaces, & magis principales, ut not. C. fin. regun. in l. si quis super. ¶ Demum hic uides,

quòd non tenet impetratio, nisi fiat iuramenti men-
11 tio. † Quæro, nunquid non teneat ipso iure, an oporteat excipi de tacita ueritate? & dic siue excipitur, siue non, ipso iure non tenet: quia exceptio non firmat id, quod est ipso iure nullum, argu. ff. de ap. l. si
12 expressim † dicitur enim hæc exceptio facti, siue intentionis, scilicet exclusiua; quia frustra laborat, qui agit, nisi forte in contradictorio & examinatorio iudicio sit quæsitum] de hac exceptione, & sit pronuntiatum contra excipientem. nam exceptio facti tollitur hoc modo. casus est notabilis. C. de fide. instrumen. l. fina. §. ulti. quamuis igitur usque ad sententiam sit exceptio peremptoria intentionis, idest pro-
a positi agentis, quia omne [a] agens habet propositum uincendi, ut. ff. ad legem Fal. l. in ratione. §. cum quidam, tamen sententia in contrarium lata annihilatur exceptio ipso iure, quia ista non est exceptio naturalis, sed inuenta ex naturali ingenio; tamen est de iure ciuili, & ideo per sententiam tolli potest, uel saltem ita uelari, ac si non esset in rerum natura, argumentorum, quæ not. ff. de condi. indeb. l. non sortem. §.

[a] *¶ Omne agens habet propositum uincendi.*

13 hæredi, & l. statuliberi a cæteris. §. Quintus. † Sit igitur conclusum, quòd dicta exceptio opponi potest usque ad sententiam: ratio, quia perimit literas, & gratiam, dico gratiam primò, subsequenter literas: quia potest fieri gratia sine literis, & semper fit ante secundum Innocen. & not. in c. dudum. §. nos autem, de sepul. in cle. & in ca. j. de litis contest. li. 6. per Archi. & Ioan Andr. in nouella. Si autem perimeret solas literas, deberet præponi ante litem contest. super quo uide, quod not. infra. de uerborum significa.
14 cap. 2. libr. 6. † Modo quæro, nunquid huic iuramento possunt renuntiare canonici? & uidetur quòd sic, ut. ff. de ritu nup. l. matrimonij, ibi, nisi &c. In contrarium uidetur; quia ex tali renuntiatione incurrerent periurium, ut not. Archidia. in cap. si a sede, de præbend. libr. 6. in gloss. ex eo, & infra. eodem cap. duobus, in glos. intellige. Item istud iuramentum præsumitur appositum fauore ecclesiæ, ut in authent. ut determinatus sit numerus clericorum. & utilitas ecclesiæ dicitur utilitas publica, & ideò non potest ei renunciari, ut. ff. de pact. l. iurisgentium. §. si paciscar. Item propter authoritatem confirmationis papæ, quanquam uideamus, quòd interdum ista confirmatio non impedit pœnitentiam, ut. C. de testa. l. omnium: sed ibi est propter ipsius actus
15 naturam: quia testamentum est reuocabile. † Opponitur, quòd non sit necesse fieri mentionem de iuramento: quia iuramentum habet tacitam conditionem, uidelicet quia intelligitur authoritas papæ excepta, ut. l. fin. ad munici. sed hic papa concessit literas, ergo papales literæ ualuerunt. Solu. dicit Ioan. hanc conditionem iuramento non inesse. sed hoc non est uerum, quia si constaret de uoluntate papæ dispensatiua super iuramento, recipientes non essent periuri, & literæ essent ualidæ. sed hic non constabat de uoluntate; quia literæ fuerunt subreptitiæ, ut. ff. de in ius uoc. l. & si hac. §. patronum. ¶ Et not. quòd istud iuramentum dicitur interpositum super re alterius, uel quasi. idest super re papæ. Nam omnis canonicatus, & omnis præbenda est papæ, & ideo canonici non potuerunt iurare præcise, sed demum cum tacita reseruatione uoluntatis

tatis Papæ.& est simile in iuramento fidelitatis, in quo
semper uidetur exceptum ius Papæ, vel Imperatoris,
16 ut in c.1.§ fi.de prohib.ali.feu.per Fede. ¶†Vnum ta-
men scias, q si prælatus iurat non alienare Romano
Pontifice inconsulto, & impetrat, quòd alienare pos-
sit, non est necesse, quòd de tali iuramento faciat men
tionem: quia istud iuramẽtum continet ius commune,
sm Io.An.in c.vt super.j.de reb.eccle.non ali. ibi no-
17 uum, ubi omnino uide. † Item scias, quòd si iuraui
soluere infra mensem, & impetro à Papa maiorem ter
minum, q non valet impetratio, nisi de ipso pctu faciã
18 mentionem, vt ait hic Ber.& tene menti. ¶†Et nota, q
ois tutor est obligatus per iuramentum, ac si iurasset
sub certa specie; & ideo non potest absolui à iuramen
to inuito adulto, licet cætus aliorum creditorum con
sentiat, & sic limitatur lex vltima.C. qui bo. ce. pos.
19 ¶†Quæro vlterius, pone, quòd tempore datæ litera-
rum istud iuramentum, non erat in ecclesia, sed postea
ante præsentationẽ literarum iurauerunt? Respondeo
hoc nõ officit impetrãti: qa in obstatiuis inspicitur tẽ
pus datæ. sed si tempore datæ erat inter ipsos canoni-
cos iam dispositum de statuto faciendo, & iureiu. præ-
ordinatum, & unus de canonicis, qui sciebat secretũ,
impetrauit, nunquid ualeat impetratio? & uidetur q
non, ut.ff.de peri.& cõmo.rei uendi.l.si vina, quæ in do
lijs.§.fin. ¶In contrarium est ueritas: quia tempore da
tæ nullum uigebat impedimentum, & sic capitulum ha
bebat ius liberum & apertum; meritò poterat de co
statuere, ar.in c.1.qui successores teneantur, col.10. &
ista non est fraus, sed prouidentia, cum concernat sta-
20 tum ecclesiæ limitatio regularis. † Item quando lex
consilio alicuius assistit, vel resistit, principium spectan
dum est.ff.de seruis expor.l.si minor: quia semper du-
rat consilij profectus, uel defectus. Item fraus com-
mittitur etiam contra futuros creditores, ut no.C.de
dona.ante nup.auth.sed iam necesse, & ar.ff.de iure pa
21 tro.l.si libertus minorem. †¶Pone, Papa cõcessit pri
uilegium familiaribus cuiusdam episcopi de antefer-
ri cæteris alijs paribus. modò Titius iam impetraue-
rat, sed post priuilegium factus est familiaris, deinde
præbenda uacauit. Quæritur, an inspiciatur tempus
datæ, an tempus vacationis? & est arg. ex prædictis, q
22 tempus datæ; & sic non habet priuilegium: †qa quali
tas requisita verbo substantiuo requiritur secundum
tempus verbi, ut.ff. de noxalibus.l. in delictis.§. si ex-
traneus, &.ff.de testamen.mili.l.Titius. Tempus enim
est adiacens determinatio, & ideo habet limitare di-
spositionem.ff.de testamen milt.l.Titius.ff. de uerbo.
oblig. l. cum stipulamur, & l.si à colono.ff. de auro &
argen. leg. l. si ita. ideo enim tempora distributa sunt
uerbis, ut modum significandi capiant ex temporibus:
In contrarium facit.ff.de rebus dub.l.si cognatus. ubi
ad cognatos extenditur beneficium testatoris. Item
quia nomen familiæ est vniuersale, & ideo videtur
comprehendere futura. facit quod no.Cy.C. de sa-
23 crosanct.eccle.l.placet. ¶†Quærit gloss. vtrum sta-
tutum numeri patrocinetur his, qui aliàs fregerunt
numerum, & dicit glo.quòd non. dicit enim lex, quòd
qui facit contra legem, amittit beneficium etiam al-
terius legis.ff.de ritu nup. l. filio.§.1. vbi text. not. sic
qui facit contra iuramentum, amittit beneficium iu-
ramenti, & qui facit contra contractum, amittit be-
neficium contractus.ff.loca.l.quæro.§. inter locatorẽ.
& propter delictum potest quis expelli à toto usu rei,
vt.C. de sacrosanct. eccles. auth. qui rem huiusmodi.

¶Item qui facit contra decretum, amittit beneficium
decreti.C.de iure domi.impetran.l.4. ¶Sed nonne si
fecerunt contra iuramentum, sunt periuri? Respon-
deo actus receptionis in canonicum, & collationis p-
bendæ, non ascribitur periurio, ut hic patet; quod est
24 notabile. † ¶Quæro nunquid solus decanus cum
capitulo possit facere hoc statutum? Respondeo non:
& tamen si iurat, debet obseruare iuramentum: quia
iuramentum non intelligitur esse accessorium statuti,
cum per se stare possit, etiam nullo statuto edito se-
25 cundum Innocen. ¶†Extra quæritur, nunquid il-
le, qui iurauit non petere, excludatur à litis contest.
& videtur dicere quòd non, Innoc. sed loquitur in pa-
cto non iurato; dicas quòd excluditur: quia litis con
testatio non potest esse sine petitione, ut.l. amplius.
ff. rem rat. habe. sed ab antludijs præcedentibus li-
tis contest. non repellitur: quia de eis non loquitur
26 iuramentum. † deinde dicit Innoc. quòd quando-
cunque constat, quem non legitimè electum, uel non
legitimè præbendatum, potest remoueri. de hoc.ff.
de iureiu.l.iusiurandum, quod.§.1.C. de his, qui pro
tutore.l.2.quia quod de iure non tenet, vero nomine
caret, vt.C.de dona.inter vir.& vxo.l. si ex voluntate.
27 ¶†Quærit Collec. si Papa mandat conferri præben
dam, si qua vacabit, vtrum possit conferri præbenda
præsentialiter vacans? & determinat, q aut Papa scie
bat vacare; & tunc non intelligitur de præsenti: quia
verba futuri temporis de proprio significato non con-
tinent tempus præsens: aut ignorabat; & tunc cum in-
tentio Papæ fuerit maiorem facere gratiam, scilicet
conferre ius ad præbendam vacantem, magis conso-
nat iuri, quòd ad præsentem, ut.ff.de condi. & demõ.
28 l.si iam facta. † nec mirum: quia præsens efficitur fu
turum contumaciæ, vt.ff.de verb.sig.l. verbum, opor-
tebit, &.ff. de iure codi.l.Plociana. facit.C. de remi.
pign.l.solita, & quod no.ff. de iureiur.l. cum qui.§. in
29 popularibus. † ¶Sed quid si vni contulisset vacan-
tem, alteri vacaturam? Respondeo nomine vacantis
non includitur vacatura, nec è contra, ut.ff. de vulg.
substi.l.ex facto.§.item quæro, &.ff. de testa. mi l. mi-
les ita.§.& quia diximus. ¶Et adde, quòd interdum
præsentia pro futuris habentur, ut natus pro posthu-
30 mo, vt.ff.de lib.& posthu.l.Titius.§. Lucius. ¶†Quæ-
rit Colle. nunquid numerum iuramento firmatum,
vel à sede apostolica confirmatum possit capitulum,
uel episcopus restringere, vel augere? & dicit quòd
non secundum Hostien. quia si non potest contra con
firmationem Papæ, ergo nec contra confirmationem
Dei, quæ fit per iuramentum: quia Deus confirmat
31 secundum Hostien. ¶†Quærit ulterius, an omit-
tens exceptionem de numero iuramento firmato sit
periurus? & dicit quòd sic. alleg. Archi. 19. distinct. in
memoriam, quod est uerum, si processum est ad actum
facti, scilicet receptionis: quia non iurauerunt ex-
cipere, sed non recipere, ar.ff.de uerbo.obliga. l. qui-
32 dam cum filium. † ¶Quærit ulterius, nunquid suf-
ficiat facere mentionem generalem, non obstantibus
consuetudinibus, uel constitutionibus iuramento fir
matis, uel roboratis? dicit quòd sic quantum ad hoc,
quòd litera non dicatur subreptitia; non quò ad hoc,
ut ultra numerum recipiatur: quia clausula generalis
non est efficax ad tollendum certum & determinatum
actum. Vnde istæ literæ non recipiunt exceptionem
dilatoriam, sed peremptoriam. allegat Archi.de con-
cess.præben.c.si capitulo, de rescrip.c.si propter, & glo.
in c.

33 in c.dudum,circa finem. de sepul. in cle. † Item ait,
quod ille, qui facit mentionem vacantis, vel vacaturæ, intelligitur facere mentionem numeri, sed non iuramenti, vel confirmationis, nisi de eo faciat mentionem; & satis probatur per tex.c.nostri. ¶ Conclude, quòd eoipso, quòd fit mentio vacationis, fit mentio numeri, sed non certi; puta 10. vel 20. nec enim est hoc necesse: tamen de robore numeri, scilicet iuramento, vel confirmatione sedis apostolicæ, bene necesse est, quòd fiat mentio ab impetrante. ¶ Porro, ubi non est numerus, ibi non est vacatio: quia vacatio dicitur respectu numeri canonicorum, vel præ-
34 bendarum, ut.j. de præbend. dilecto. † ¶ Sed pone
in ecclesia est certus numerus canonicorum, sed non præbendarum; & Papa mandat prouideri, si uacat vel cum vacabit; an valeat litera? & videtur quòd non: quia alterum extremum est impossibile, scilicet uacatio præbendæ. Contrarium est uerum, ut notat Ioan.An. in c.fi. de conces. præben. libr. 6. Illa enim clausula, non obstan. non ponitur ad minuendam gratiam, sed causa dubitationis tollendæ;
35 & ideo non nocet, ut. ff. manda. qui mutuã. † Gra-
tia potest fieri præsenti sine literis Papæ, ut in c. dudum. §. nos enim, de sepul. in cle. & ibi gloss. ordi. nisi forte esset talis gratia, in qua requireretur clausula non obstantium: vel nisi esset alius impetrans, qui haberet literas: quia ex literis augetur fides ueritatis, arg.C. de non numerata pecunia.l. generali-
36 ter. ¶ † Item magna [a] priui-
legia requirunt scripturam, ut C. de quadrien. præscript. l. be-
37 ne à Zenone. ¶ † Quid si Pa-
pa statuit ordinem, vt primò præbendetur, vel beneficium consequatur, deinde canonizetur, vel è contra. ¶ Respondeo, ordo seruari debet, aliàs non valet: quia præposteratio est in forma, siue in statuto formæ secundum Collec. arg. ff. de hære. insti. l. aliquo casu, &.ff. de uerbo. obliga. l. qui Romæ. §. Flauius. secundum tamen naturalem intellectum canonia præcedit præbendam, ut ait Collec. quia ratio personarum prius quærenda est, quàm ratio rerum, vel remediorum, vt.ff. de iure codicillo.
38 l. quidam referunt. ¶ † Demum quærit, ecce quòd
in ecclesia non est numerus præbendarum taxatus. Nunquid potest prouideri per executores facientes recipi aliquem in canonicum? & dicit quòd sic. Idem ait, quòd numerus potest se referre ad numerum ca-
39 nonicorum, & ad numerum præbendarum. ¶ † Item
ait, quòd permutatio excludit expectantem. Idem in vnione, si fit fauore ecclesiæ, & fuit quæstio disputata
40 secundum eum. † Idem ait, si Papa mandat prouide-
ri mihi, vel certam pensionem mihi assignari, & de pensione non est facta mentio in iuramento, tamen pensio non debetur: quia Papa alternatiuè scribendo dedit electionem capitulo; quæ non debet auferri: tamen alternatiua quandoque resoluitur in solutam, ut.ff. de solution l. Stichum, aut Pamphilum, in princ. & genus resoluitur in vnam speciem, vt.ff. de
41 op.leg.l. si optio. † Idem ait, quòd exceptio perem-
ptoria non opponitur ante litis contest. si ius agendi prius competebat: secus, si oritur ex rescripto secun-
42 dum Inno. quod est no. dignum. ¶ † Exceptio inimici-
tiarum capitalium ligat manus iudicis suspecti, etiam si non appelletur: quia non [b] debet inimicus recipi, cum receptus non faciat iudicium; & hoc probatur per similitudinem testis. sed si esset inimicitia, quæ debilitaret iudicium eius, tamen non absorberet in totum, oporteret appellari. Præterea non est adhibenda fides capitali inimico, de accus. c. cum P. Manconella, siue directè sit inimicus, siue per consequentiam: quia nimis est amicus aduersarij: tamen maius est delictum directè, quàm indirectè, ut.C. de excusa. tuto. l. humanitatis. ¶ Illud est certum, quòd si aliquis est exemptus, non potest in eum ius etiam dici, ut.l. 1. C. si quacunque præditus potestate, &.ff.
43 iudi. sol. l. uir bonus. ¶ † Et in summa no. quòd ex-
ceptio inimicitiarum debet ante omnes alias proponi, nisi celata improbitas inimici excusaret ab opponendo, ut.ff. de arbi. l. licet, & l. non distinguemus. §.
44 cum quidam. ¶ † Item not. quòd inimicitia debet es-
se manifesta, & non dubia: quia nemo præsumitur alterius inimicus, tex. est not. in d. §. cum quidam: quia omnis inimicitia est contra ius naturale, ut.l. ut uim. ff. de iusti. & iure.

a ¶ *Magna priuilegia requirunt scripturam. vide scripta per doct. in c. pactũ, quod bona fide. C. de pactis.*

b ¶ *Exceptio peremptoria non op. ante litem contest. si ius agendi prius competebat, vide scripta per doct. in l. 1. C. de usur. & fac. igno.*

SVMMARIVM.

1 *Tacens verum per malitiam, vel falsum in rescripto exprimens, debet carere impetratis.*
2 *Rescriptum substantia carens nullum omnino est. Si in materia, & facto peccet, veritas seruanda est.*
3 *Nuntiare maleficia si teneatur syndicus, debet omnia nuntiare, etiam non punibilia & ea de quibus dubitatur an intra uel extra territorium commissa sint.*
4 *Substantialia iudicij sunt quatuor, & vitium in talibus vitiat rescriptum.*
5 *Appellatur ad iudicem competentem, & impetratio ad incompetentem nunquam ad competentem trahitur.*
6 *Diuersos diuersa sentire non est peccatum, sicut medici iudicant de cicatrice remansura ex vulnere.*
7 *Fraus, & malitia an differant, & malitiosæ impetrationis exempla.*
8 *Dispensatio non porrigitur ad defectus suppressos.*
9 *Dotare filiam naturalem pater non compellitur, nec frater uterinam sororem tenetur.*
10 *Communi diuidundo iudicium prædoni non datur.*
11 *Impetratum surreptitiè non valet: quia fraus & dolus nemini patrocinari debet.*
12 *Simplex siue simpliciter dicitur multis modis.*
13 *Actus annullatio, cui dolus, uel culpa causam dederit, pœna est. secus si sollennitatis defectus.*
14 *Allegans malitiam, eam probare debet, & qualiter probetur.*
15 *Mens hominis potest per coniecturas cognosci.*
16 *Rescriptum bona fide impetratum, si non valet, prout scriptum, valet prout potest, secus si dolo obtentum sit.*
17 *Directarum mandato nitens repellitur, præterquàm tribus casibus. Vtiliũ verò cessionarius semper cedenti præfertur.*
18 *Emphiteuseos ecclesiasticæ impetratio, non specificatis pactis emphiteuticis, non valet, etiam si Papa dicat se velle habere pro specificatis. num. 21.*
19 *Confusa loquutio in loquente dolum arguit.*
20 *Scientia & memoria præsumitur in facto proprio.*
22 *Etiam per mendacium ingreditur quis iudicium.*

23 Rescriptum

23 *Rescriptum subreptitium tribuit delegato iurisdictionem super negocio principali, ita tamen ut secundum ueritatem procedat. & num. 31.*

24 *Rescripti sunt tres partes, scilicet narratio, supplicatio, & hæ respiciunt impetrantem, & conclusio quæ concedentem respicit, & in ea fundatur rescriptum.*

25 *Mendax fit indignus, & æquiparatur furi.*

26 *Rescriptum funditus falsum nullam tribuit iurisdictionem.*

27 *Rescriptum uerum in substantia, & in forma tribuit efficacem iurisdictionem.*

28 *Rescriptum uerum in substantia, falsum autem in forma de iu. ciui. ualet ut procedatur prout iuris, non secundum formam.*

29 *Rescriptum, cui dolus causam dederit, de iur. cano. indistincte uitiatur.*

30 *Destructa forma speciali & fauorabili apposita in rescripto, tamen remanet forma generalis iuris communis.*

32 *Rescripto impetrato per creditorem asserentem debitum purum, cum esset in diem; Iudex condemnat debitorem ad soluendum duplicatis tamen dilationibus.*

33 *Fallit in usufructu formali post diem debito. debet enim ferri absolutoria a libello.*

34 *Idem in debito conditionali.*

35 *Ad intellectum l. in l. Aquilia si deletum ff. ad l. Aquil.*

36 *Rescripto per creditorem scienter, sibi decem deberi, cum quinque deberentur, mentientem impetrato. de iur. cano. debitor a rescripto absolui, de iu. ciui. in quinque condemnari debet.*

37 *Impetrantis mendacium in iure proprio rescriptum uitiat. secus in iure aduersarij.*

38 *Cum animo requiritur factum in maleficiis & è contra.*

39 *Rescriptum concernens plura determinabilia separanda, illud determinat, quod magis cõuenit scientiæ rescribentis.*

40 *Factum, ex diuersis animi qualitatibus, ad diuersas delictorum species trahibile, ad illam speciem trahitur, in qua fuit animus delinquendi. & est exemplum in subripiente instrumentum.*

41 *Rescripto per fratricidam, ad petitionem fraternæ hæreditatis a Seio possessæ, impetrato de iu. ciui. non obstat exceptio suppressi delicti. secus de iu. cano. num 44.*

Fratricida de iu. ciuil. interempto fratri succedit, fiscus tamen ab eo, ut indigno, aufert.

42 *Dos uxoris a uiro interfectæ, nec uiro, nec fisco applicatur.*

43 *Indignitas uel ex pacto, uel ex lege est. & cui auferenda pœna nomine utroque casu applicentur.*

45 *Declarandum si quid iudex sibi in sententia reseruet, nec declaret, potest successor declarare.*

46 *Studens quem modum tenere debeat.*

47 *Clausula, si preces ueritate nitantur, an faciat conditionem.*

48 *Impetrans an teneatur de exceptione aduersarij mentionem facere, & an actionis nomen edere num 49.*

50 *Quod non continetur in conclusione rescripti principaliter, uel accessoriè, ad delegatum non pertinet.*

51 *Emendare possum errorem libelli mei. non rescripti uerba mutare nequeo, non tamen præsentare cogor.*

52 *Ignorantia, uel scientia quando actum eneruet, uel non.*

53 *Possessorij causa delegata, potest coram delegato fieri articulus proprietatis ad coadiuuan. possessorium.*

54 *Impetrans super rei uindicatione, an intelligatur impetrare super publiciana.*

55 *Rei uindicatio, quando est una dictio, stricte sumitur, quando duæ, Largè.*

56 *Inquisitor dicens maleficium commissum in loco, quem asserit esse de suo territorio si reus negat esse de suo territorio; an de hoc cognoscet.*

57 *Iudex potest incidenter pronunciare suum esse territorium; per hoc tamen non acquirit ius territorij, sed simplex ius fori in illa causa.*

58 *Territorium alienum nemo sibi adiudicare potest.*

59 *Inquisitio utrum sit remedium ordinarium.*

60 *Inquisitio quid sit.*

61 *Inquirens si errat in loco, uel mense, non propterea debet remanere delictum impunitum. idem omisso loco, uel tempore, si postea probetur.*

62 *Iudex contra diffamatos, uel denunciatos non inquirens, uel causam, ubi non est, fingens puniri debet.*

63 *Sententia, super appellatione conficta ad fauorem confingentis, discussa tamen causa, lata, ualet.*

64 *Rescriptum contra rem iudicatam, etiam si de ea sit facta mentio, non ualet.*

65 *Iudex delegatus si pronunciauit contra primam sententiam, quæ in iudicatum transiuit, an secunda sententia ualeat.*

66 *Succumbens in persona propria, si obtineat in persona procuratoris, quid iuris.*

67 *Iudex, si testes uarient super finibus, debet pro sua iurisdictione pronunciare.*

68 *Citatus, ubi constat de iurisdictione citantis, non comparens indistinctè mulctatur; si constet de non iurisdictione, nullo modo, si dubium est, lata demum interlocutoria super iurisdictione, contra quam pendet exceptio.*

69 *Procurator falsus si pronuncietur uerus per interlocutoriam, an efficiatur uerus procurator.*

70 *Falsi tutoris authoritas an possit conualescere, si adultus factus maior habeat ratum.*



1 SVPER literis. ¶† Qui per malitiam tacet uerum, uel exprimit falsum in rescripto, caret funditus impetratis. Si uerò hoc facit ex ignorantia, uel simplicitate, si quidem papa non erat uerisimiliter concessurus, similiter non ualet: sed si saltem in forma cõmuni concessisset literas, secundum iuris formam procedit iudex, & bona fides abesse præsumitur, ubi enormis læsio reperitur. ff. de præto. stipu. l. fi. & ibi per Bar. ¶ Et sunt duæ partes, in prima opinionum recitatio. in secunda ibi, Nos igitur, papæ distinctio. Item secunda subdiuiditur in duas, in prima, quãdo impetrãs fuit in dolo: in secunda, quando in culpa, uel ignorantia, secunda ibi, inter alios. Item secunda secundæ subdiuiditur in duas: prima, quando alias habuisset literas in forma communi. secunda, quando non habuisset. secunda ibi, si uerò. Tandem ponit duas conclusiones. prima est, quòd indistinctè cognoscit de qualitate precũ, ut proinde sciat, an & qualiter sibi competat iurisdictio. Secũda conclusio, ꝙ ratio, quæ debet mouere delegantem, debet mouere etiam delegatum. prima conclusio ibi, ni forsan. secunda ibi, in utroque. ¶ Casus. quidam dicebant, ꝙ mendax præcator caret penitus cõmodo literarum. Alij dicebant, quòd debet carere cõmodo formæ, sed non commodo substantiæ rescripti, hoc est, ut non procedatur secundum formam in literis expressam, sed secundum iuris rigorem & dispositionem. papa autem distinguit, ut in litera. ¶ Ibi, aliis Placentino, & sequacibus. ¶ Ibi, Aliis uerò, ut Ioanne & Azone, ut ff. si contra ius, uel uti pub. l. præscriptio-

2 ne mendaciorum. ¶† Et præmitte ad euidentiam, quòd quandoque rescriptũ caret substantia; & tunc in nulla forma

forma potest procedi. quandoque peccat in materia, & in facto; & tunc debet seruari ueritas, & non assertio rescripti, nec forma contemplatione materiæ data, uerbi gratia, ut procedatur summariè, & de plano: sed erit procedendum ordinarie, prout requirit ius cō mune, ut C. de senten. & interloc. omn. iudi. l. prolatā.
3 ¶†Si potestas tenetur inquirere de maleficiis, uel syndicus tenetur maleficia denunciare, etiam si non sint punibilia, debent denunciari, ut ueritas inquiratur, & causa cognoscatur. ff. de publ. l. fi. §. diuus, per Bar. Idē, si dubitatur, utrum sint commissa in territorio, uel extra. nam de hoc debet cognosci, ut hic. sic in alia materia, forma, seu qualitas improbatur, sed substantia, id est essentia, comprobatur, ut legitur & not. C. de arbit. auš. decernit ius, ubi prauitas & dolus uitiat rescriptū, sed ubi est error, & non dolus, non uitiatur rescriptū, sed modus rescribendi. & probatur ante litem contest. dolus summariè quò ad rescriptum elidendum secundum Iac. But.
4 ¶†Nota quatuor substantialia iudicij, s. iudicem, actorem, reum, & causam, super qua, & uitiū in talibus uitiat rescriptum, ut hic; ita no. j. de testi. ca.
5 præsentium, lib. 6. in nouella. ¶†Et no. q appellatur ad iudicem competentem. ff. de app. l. j. sed impetratio iudicis incōpetentis nunq̄ trahitur ad iudicē cōpetentē, maxime in appellatione ab interlocutoria: qa appellatio [a] ab interlocutoria nunquam est fauorabilis, ar. j. de app. c. ut debitus, & quia rescripta, quæ discordāt a iure ordinario, similiter non sunt fauorabilia. ¶In tex. ibi, Rigorē, id est uigorem, ut comprehendat rigorem & æquitatem scriptam, ut ff. de uerb. ob. l. si seruum. § sequitur ff. de eo, quod certo loc. l. q si Ephesi, ff. depositi. l. bona fides ff. mā-
6 dati. l. si fideiussor. §. quędam. ¶Ibi, sentire diuersa. †No. q diuersos diuersa sentire nō est peccatum. [b] unde medici possunt unus dicere, q ex uulnere sit remansura cicatrix; alter, q non sit remansura; & neuter est falsus. ¶Et ideò medici non iurant de ueritate realiter dicenda, sed quatenus cadit in mente
7 & animo ipsorum, ut no. in l. j. §. j. de uentre inspi. †Ibi; per fraudem, uel malitiam, an ista duo differant, dic no. ff. de pac. l. iuris gen. §. sed si fraudandi. sed quod est exemplum? de malitia exemplum habes. s. eo. ca. sedes §. si quis uerò. Item pone exemplum in eo, qui dicit se miserabilem personam; & ideò impetrauit procedere summariè, & de plano. nam si non est persona miserabilis, non prodest ei rescriptum. quia callidè mentitus est paupertatis ingenium, ut C. de mendi. ualidis l. j. li. 11. Item pone exemplum in eo, qui impetrauit rescriptum tanquam miles super peremptoria opponenda post sententiam, cum re uera non esset miles, uel esset ignominia missus, ut C. de iuris & fac. ignoran. l. j. ff. de testa. mili. l. testamenta eorum. Item pone exemplum in muliere, quæ impetrauit super actione de dote, cum essent nuptiæ incestuosæ, ut C. de incest. nup. l. si quis incesti. Item pone exemplum in eo, qui impetrauit tanquam filius, cum esset spurius, ut C. ad Orficianum l. si qua illustris. Item pone exemplum in eo, qui fecit se legitimari tanquam simplicem naturalem, cum esset
8 incestuosus. Nam ad defectus suppressos†nunquā porrigitur dispensatio: sed oportet exprimi qualitatē defectuum. ff. de in ius uoc. l. sed si hac. §. patronum: puto tamen sufficere exprimere qualitatem in genere, puta q est illegitimè natus, licet nō dicat ex monacha, uel monacho, sicut non oportet dicere ex Berta, & Sēpro-
9 nio secundum Io. And. alibi arg. c. 2. de proc. in cle. Itē pone exemplum in filia naturali, quæ impetrauit sup compulsione patris ad dotandum se dicendo filiam, & non exprimendo se naturalem. Nam hoc rescriptum, in quantum sapit conpulsionem, est contra ius. ff. de le. 2. l. uxorem. §. pater naturalis. Idem in sorore non eodem patre nata: quia frater uterinus non tenetur eam
10 dotare, ut no. C. de adm. l. non omni. †Itē pone exemplū in pdone possidente pro indiuiso, qui impetrauit sup cōi diuidundo. nam istud iudicium nō daī pdoni, ut no. ff. cōi di. l. cōi diui. §. inter prædones, & tamen cō peteret bonæ fidei possessori: quia cōis possessio diuisionem parit sine præiudicio ueri dñi, dummodò officio iudicis teneatur, ut ff. fa. erc l. j. facit quod no. C. de fur. l. ij. ff. de condi. fur. l. & ideo. §. Neratius. C. de agri. & cen. l. coloni, li. 11. Itē pone exēplum, si quis est mentitus in tempore substantiali. ff. de exc. tut. l. scire oportet: uel quia dicit se appellasse intra x. dies, cum essent elapsi. Consuetudo tamen loci iudicij, siue iudicis a quò, posset tempus appellandi præscribere, uel prorogare, ut sin. no. C. si contra ius, uel uti. publ. præscriptione mendaciorum. Itē pone exemplum si quis impetrauit iudicem super testamento reuocato. ff. de tes. mil. l. militis codicillis. §. ueteranus: uel sup contractu cancellato p notariū ex uoluntate partium. C. de sol. l. inductum: uel super decreto, cui erat renunciatum. C.
11 de iure do. impetran. l. 2. ¶†Et generaliter ubicunq; ex certa dolositate impetrantis est aliquid subreptitiè impetratū: qa fraus & dolus nemini debet patrocina-
12 ri, ut ff. de fur. l. itaq; fullo. ¶†Ibi, per simplicitatē. simplex dr carens plica, id est fraudis duplicitate; & ita accipitur hic & ibi, Estote simplices sicut columbæ. alibi dr simplex. i. unius casus dispositio, ut ff de uul. substi. l. j. ¶Alibi dr simplex. i. sine alteratione, ut ff de uerb. obl. l. 1. §. si quis simpliciter. ¶Alibi dicitur simpliciter. i. indiffinite, ut ff. ex quib cau. ma. l. ab hostibus. §.
13 sed quid simpliciter. ¶†Ibi, in suæ peruersitatis. Nota q annullatio actus, qui generaliter est permissus de iure gen. est pœna, facit ff. de cōtrahen. emp. l. senatus. ff. de posth. hær. inst. l. fi. in fi & hoc, qn actus annihilatur rōne doli, uel culpæ: sed si ex defectu solēnitatis actus nō ualet, ista nō est pœna, sed defectus prudētiæ, ut l.
14 codicillis. §. fi. ff. de le. 2. †Ibi, Fuerit facta fides, not. q qui allegat malitiā, dēt eā probare, sed qualiter hoc probabitur? rñdet gl. ex qualitate psonæ, pone exemplū. ff. de act. & obl. l. fi. & j. de pig. c. illo uos, & de emp. & uen. c. ad nřam, & l. nō oēs. §. a barbaris. ff. de re mil. Item dicit gl. q colligitur malitia ex qualitate rescri-
15 pti, ut s. eo. c. 2. ¶†Mens hoīs non pōt uideri: tñ pōt cognosci p coniecturas lx. di. homo Christianus. subordinatio actuum mentē ostendit agentis l ueter. §. fi. ff. de priui. cre. l. apud Celsum, in prin. ff. de exce. doli. C. de insti. & subst. l. reprehendēda.
c Cassiodorus, nullum [c] est maius mentis testimonium, q̄ qualitas inspecta uerborū, imò q̄ qualitas inspecta factorum, quæ sine loquela se intelligunt, & per solum aspectum imprimunt suam uolūtatem unum alteri, & uicissim.
16 ¶†Ibi, Nos nihilominus, not. in

a ¶*Appellatio ab interlocutoria nunquam est fauorabilis, quod no. ad declarationem eorum, quæ ponunt Pa. de Ca. & no. Ale. in l. 1. ff. si quis cau.*

b ¶*Vide Anc. in consil. 210. incip in contraria in princ. ubi pulchre.*

c ¶*Nullum est maius mētis testimoniū, quā qualitas inspecta uerborū. Vide de isto dicto cumulata per Ia. May in l. 3. per illum tex. C. de libe. prate.*

rescriptis

rescriptis bona fide impetratis, si non valet rescriptũ, ut scriptum est, ualet ut ualere potest, & ut ualere decet. ff. de pact. l. rescriptum. §. final. & sic forma rescripti trahitur ad ius commune: sed si interuenit dolus, tunc si non ualet, quod ago ut ago, non ualet, ut ualere potest. ¶ Exemplum, quando nõ uitiatur rescriptũ, ut si erratur in uocabulo loci: tamen de corpore constat per confinia locorum, uel aliam demõstrationẽ, de leg. 3. l. patronus. Item si dixit testamentum non ualere præteritione posthumi, qui erat iam natus, sed hoc ignorabatur, ut. ff. de libe. & posthu. l. Titius. §. Lucius. Item si dixit feudum antiquũ, cum esset nouũ, uel beneficium ædificatum ab antiquo, cũ esset ædificatum illo instanti. uel dixit aduersarium possidere, qui clam desierat possidere. nam cum rescribẽs esset aliàs facturus, pro tanto debet haberi, ut no. ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. Nam ex ista diuersitate non uariatur effectus, ergo non uitiat literas, quin procedatur ẽm qualitatem ueri, non ẽm qualitatem asserti. ff. de aqua plu. arcen l. quãquã §. Iulianus ff. de rei uin. l. si post acceptum. uel dixit se procuratorem in rem suam ex mandato directarum, cum esset ex cessione utilium a-
17 ctionũ, ut. ff. mand. l. si procurat. §. final. ¶ † Scias tñ, ꝙ si quis nititur ex mandato directarum, potest repelli nisi in tribus casibus, ut. C. de noua. l. 3. & no. ff. de pac. l. si cum emptore. Sed si agit ex cessione utilium actionum, semper præfertur cedenti: quia utilis actio, quã quis habet gratia sua tantum, præfertur directæ, præsertim quãdo cedens usus est uerbo translatiuo actio-
18 num, ut not. in l. 1. §. 1. ff. ad Treb. p Ia. de Are. † Itẽ pone exemplũ in emphiteuta ecclesiæ, q̃ qs non facta mẽtione de pactis emphiteuticis impetrauit à Papa in feudum. nam non ualet impetratio, nisi de pactis facta sit specifica mentio. nec sufficeret, si æquiuoce & in genere esset assertum de pactis, ut. ff. de transac. l. cum Aquiliana, & j. de deci. c. ex multiplici, & per Ber.
19 † Nam qui confuse loquitur, in dolo deprehenditur, ut. l. 1. in fi. ff. de actio. empt. cum in potestate sua fue-
20 rit clare loqui, & impetrare specifice. ¶ † Nam in facto proprio præsumitur scientia & memoria, præsertim ubi intercessit scriptura, ut. C. de contrahen. & cõmit. stip. l. magnam. ff. de pig. l. contrahitur. ff. de pac. l.
21 ueteribus. ¶ † Quid si Papa dicit, quòd uult haberi pro specificatis? uidetur ualere [a] ac si esset specificatum. ff. de testa. mili. l. qui iure. ¶ In contrarium uidetur, quia ista clausula est captiosa & iuri contraria, ut. C. de preci. impe. offeren. l. rescripta. Item pone, quòd quis impetrauit tanquàm hęres, cum esset bonorum possessor: qa habetur loco hæredis, licet non sit hæres, ut insti. de bo. posses. §. quod autem. Item si quis impetrauit ut prælatus, cũ haberet in commendã. nam exercitium ei datur, & Papa concessisset; & concedere debuisset literas; & multa alia exempla putes per te ipsum inuenire.

a ¶ *Adde Ang. in l. a omnes, per illum tex. C. de prescri. 30. anno. & vide Alexan. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. & Laso. May. in l. actione. C. de trã sact.*

22 ¶ † Modo opponitur contra distinctionem istius capituli, & uidetur, quòd ista distinctio sit falsa. nam etiã per mendacium quis ingreditur iudicium, ut. ff. de pe
23 cu. l. eo tempore, & ff. fami. ercis. l. cum putarem. † Itẽ lex dicit expressè, quòd rescriptum principis subreptitium iurisdictionem tribuit delegato in negotio principali, ut tamen ueritatem sequatur secundum acta & probata, seu secundum quod sibi iustum uidebitur, ut d. l. rescriptione mendaciorum. C. si contra ius uel uti. publ. & facit. C. de erro. aduo. l. fi. C. de fal. l. nec exemplum. Item hoc dictat ratio. Nam de ueritate negocij non est disputandum ante lit. contest. quia non potest examinari seorsum à principali, ut. C. de ordine iudi. l. 1. ff. de rei uin. l. officium. ergo necesse est post litẽ
24 contestatam, quia exceptio est peremptoria. ¶ † Præterea rescriptum habet tres partes, scilicet narratoriam, supplicatoriam, & hæ duæ respiciunt impetrantem; & conclusoriam, quæ respicit rescribentem. Est enim conclusio, dum dicit, Quocirca mandamus, ut auditis partibus, quod iustum est, decernas. & ista conclusio est iusta; ergo uera, & in conclusione, & sic in ueritate fundatur rescriptum. Nam surreptio non respicit substantiam rescripti: quia est ad obseruantiam iuris cõis, unde uerisimile est, quòd Imperator de facili concessisset; ergo non uitiatur sed respicit formam effectualem rescripti, & ideo illa forma uitiatur, quasi delegatus in negotio principali nõ sequatur formam rescripti. quare necesse est dicere, quòd rescriptũ det iurisdictionem, ut ueritas decernatur, ut. l. si eum, in prin. ff. si quis cau. nisi calumnia impetrantis esset notoria, ut no. Inn. in c. 1. de offi. uica. Non ob. C. si cõtra ius uel uti. publi. l. & si legibus: quia ibi loquitur in priuilegio, quod uitiatur per surreptionẽ, licet aliàs sit legibus consentaneum: quia nemini præiudicat, ut C. de preci. imp. offe. l. rescripta. Excẽplum. ff. de aqua plu. arc. l. in concedendo, & ff. de flumi. l. quominus; ut puta quidam asserendo se strenuum militem impetrauit aquam de cursu publico. hoc nemini nocet; & tamen non ualet, si mentitus est, ne simplicitas principum circunscribatur, arg. C. de his, qui à non domino.
25 l. final. † Item quia mendax fit indignus, & æquiparatur furi, ut. ff. ad l. Fal. hæreditatum. §. fi. nisi princeps sciens eum mentiri, faciat sibi gratiam, ut no. Innoc. j. de relig. domi. c. constitutus. ¶ Præterea ad. l. & si legibus, potest responderi, quod ibi loquitur, quando literas non habuisset: quia princeps errauit in causa finali: aliàs non esset concessurus. Item non ob. C. de fal. l. nec exemplum: quia ibi loquitur in rescripto falso in substantia, & in forma. sed rescriptum subreptitium ad lites est uerum in substantia iurisdictionis dandæ, licet non sit uerum in forma, id est in facti qualitate.
26 ¶ † Vnde in materia sic conclude, quòd aut rescriptum est funditus falsum; & nullam tribuit iurisdictionem. non ob. l. Barbarius: quia ibi erat prætor uerus, & formatus ueritate electionis, licet esset defectus in subiecto, id est materia, seu persona eius, in quo defectu si populus post ingressum officij eius sciuisset, uerisimiliter dispensasset, ut ibi dicitur, & hic. Item nõ obst. l. 1. C. de testa. quia ibi non admittitur obiectus, quo probato non surgit defectus. Nam publica uoluntas & fama ibi dat ualiditatem personæ testis, & subscriptio dat ualiditatem dicto testis. ualiditas testis est, quando in illo negotio & in alijs est idoneus quoad personam; quod patet per regulam iuris, & per exceptionem à regula, ut no. in l. 1. ff. de testi. sed ualiditas testimonij, id est attestationis non consistit sub certa regula. sed uariatur in facto, prout deponitur, & non potest certa diffinitione comprehendi, quod ua-
27 riabile est. ff. de usur. l. mora. † aut est uerum in substantia, & in forma; & tunc tribuit efficacem iurisdi-
28 dictionem. † aut est uerum in substantia, & falsum in forma, & tunc, quia pertinet ad obseruantiam iuris communis,

communis, ualet, ut ueritas inquiratur, & quod iustū fuerit, decernatur. ¶ Fallit, si mendacium fuerit in ꝓcessibus: quia tunc literæ eliduntur per exceptionem subreptionis, ut patet diffusè in gl. ordi. Ber. quæ est valde a notabilis & magistralis. ad hoc allegari potest capitulum inter monasterium, de re iudi. circa medium, & de cohabita. cle. & mulie. c. super eo, quæ etiam per gl.

a ¶ *Et istam glo. reputat ad hoc singu. Barbat. in consil. 56. aliàs 57. inci. sapienter. 2. volumi.*

29 allegantur. † ¶ Aduerte, licet prædicta sint uera de iure ciuili: tamen de iure canonico sequenda est distinctio istius capituli, ut concludatur, quòd dolus uitiat rescriptum: quia etiam contractum stricti iuris elidit. ff. de dolo. l. eleganter. ff. de condi. inde. l. in sum

30 ma, in princ. ff. de uerbo. oblig. si quis cum aliter. † Itē not. quòd destructa forma speciali & fauorabili apposita in rescripto, tamen remanet forma generalis iuris communis, ubi per simplicitatem: sed ubi per malitiam, neutra remanet. ¶ Ibi, Occultata, not. quòd occultatio ueritatis est quasi falsitas. C. de episco. & cler.

31 l. presbyteri. † ¶ Ibi, Non sequens formā, oppo. quòd forma nunquam possit omitti, ut. ĩ. eo. c. cum dilecta, &. ĩ. de resti. spo. c. Pisanis. ¶ Solu. illud uerum, nisi rescriptum sit subreptitium: quia tunc est sequenda uia iuris cōmunis. ¶ Verbi gratia impetraui rescriptum super re mihi tradenda ex causa emptionis: asserui me soluisse pretium, & non solueram: non condemnabit iudex simpliciter ad rem tradendam, sed ita demum, si precium soluero, ut. C. de sententi. & interlocu. l. cū

32 eorum, & l. cum iudex. ff. de solu. l. si soluturus. † Vel asserui debitum purum, & erat in diem, iudex non ꝓnunciabit deberi pure, sed post diem duplicando diē, qui superest à die citationis usque ad diē purificationis. ff. de pœ. l. aut damnum. §. quisquis, &. ĩ. de plus pe

33 titionibus. c. 1. † Fallit in usufructu formali promisso post diem: quia interim non erat nata actio, nec formata plenè, nec ullo modo, ut. ff. quando dies ususfructus legati cedat. l. 1. in fin. ¶ Et ideo tūc sn̄ia debet formari absolutoria à libello. Plenè dr̄ formata obligatio & actio, qn̄ potest excitari ad actū suū, i. ad experiē

34 dum cū effectu, ante uerò non. Item in debito conditionali. ff. si cer. pe. l. pecuniā. ff. de ædil. edi. l. bouem. §. si sub conditione. Interim enim ferē absolutoria, reseruato iure agendi in euentū conditionis; quod & si nō exprimaē, tacitè inest. ff. de exceptio. rei iud. l. si mater.

35 eadem. † non obst. ff. ad legem Aquil. l. in lege Aquilia si deletum: quia ibi est speciale, ut interesse de furto considereē: quia delictum erat iā consumatum, & in spe de futuro erat læsio de præsenti, ar. ff. de act. emp. l. si iactū retis, sola executio differē, & tractus futuri tēporis spectat ad iudicē occasione p̄ntis delicti. Nā absurdū esset, ꝙ ex delicto non oriret actio ff. de priua. delic. l. fi. Item consideratio tēporis futuri, subsistēte causa de præsenti, ꝑtinet ad legis considerationem. & nisi lex ibi disponeret, posset interim mortuis testibus perire facultas probandi; quod esset iniquissimum. Vnde ibi prouidet actori de iudicio cōcedendo, & reo de dilatione executionis. Itē in d. l. suspendiē ciuilis, nō criminalis executio, si iteruenit dolus; uel quasi criminalis, si interuenit certa culpa. ff. de tab. exhi. l. locū. §.

36 si quis. † Item si narraui, quòd mihi debebas. 10. ex tali causa, super hoc impetraui iudicem delegatū, & non debebas nisi quinque, & scienter mentitus sum. absolueris à rescripto per hāc decreta. sed ſm ius ciuile cōdemnaberis in quinque, & in alijs absolueris. ff. de exceptio. doli. l. apud Celsum. §. aduersus. & iniustū esset dicere, quòd ratione partis non probatæ uitiarei pars ꝓbata, ut. C. de transac. l. si qdem. C. de fur. l. post decisionē, &. ĩ. de test. c. Raynutius, & c. Raynaldus. sed illæ leges loquuntur coram ordinario, uel delegato cōcesso proprio motu, nō ad postulationē. ¶ † No. ꝙ actor

37 ex iure suo ius metitur, nō ex nō iure aduersarij. ff. de rei uindi. l. in speciali. & actor in iure, ex quo ius metitur, nō debet mentiri: sed si mētit in iure aduersarij, nō officit rescripto: qa nemo actor tenetur ꝯ se excipere. Fallit, si exceptio est perēptoria fori. & ratio est, qa licet rescriptū non sit formale principiū iudicij, est principiū causale & incitatiuum, & excludiē per excludentia processum litis, ut hic ꝑ Ber. ¶ Pone, impetraui iudicē super cicatrice: probo de simplici uulnere, an sua erit iurisdictio? rn̄. si puniuntur diuersa lege & diuersa pœna, nō est commissa iurisdictio; sed si eadē. l. sit licet diuersa pœna, est sua iurisdictio. C. de fi. istrum. l. 2. dic breuiter, quod iuris est cōclusiue in libello cōuentio-

38 nali, idem est in libello precum. ¶ Et nota, ꝙ in maleficijs cū facto requiriē animus, uel culpa talis, quæ illi pœnæ subiaceat. & rursus cū animo requiritur factū. ff. ad legē Aquil. l. si quis testamentū. §. fin. Solus enim

39 animus nō infert iniuriā de corpore in corpus. † Quādo rescriptum concernit plura determinabilia separāda, determinat illud, quod magis congruit scientiæ

40 rescribentis, arg. ff. de reb. du. l. qui habebat. † Item ꝙ unum factum ſm diuersas qualitates animorū potest trahi ad diuersas spēs delicti. uerbi gratia furtū instrumenti, qđ pōt trahi ad furtū & falsum, trahiē ad illam speciē, in qua fuit animus delinquendi, & nō ad aliam in d. l. si qs testm̄. §. penult. talis text. ualde notabilis. & in dubio ad furtū, si pœna mitior est de furto, q̄ de falso. ff. de pœ. l. interpretatione. & hæc quæ dicunē in rescriptis & libellis, similiter intelligenda sunt in mādatis principum, & statutis, & reformationibus ciuitatis.

41 † Sed quid dices in tali exemplo? occidisti fratrē tuū, cuius hæreditatem possidet Seius. Impetrasti iudicem super petitione hæreditatis. opponitur tibi, quòd tacuisti maleficiū, quod si expressisses, minime impetrasses. certe de iure ciuili hæc exceptio non obst. in uim declinatoriæ rescripti, nec in uim peremptoriæ. quòd rescriptum non impetratur super lege, sed super facto, ex quo resultat legis statutum: quia dicere; intento talem legem, est potius allegatio iuris, quàm titulus actionis propositæ: quia licet occideris fratrem tuum, tamen ei succedis, text. est not. in l. his consequentur, in §. 1. ff. famil. ercis. licet fiscus auferet tibi ut indigno, ut. ff. de iure fisci. l. Lucius. nec obst.

42 ff. solut. matrim. l. ab hostibus. §. si uir uxorem. † ubi uir, qui occidit uxorem, non lucratur dotem, nec applicatur fisco: quia hæc confiscatio non esset ei pœna, sed mulieri. Nam ibi alia est ratio: quia lucrum dotis fit propter onera matrimonij. sed uir, qui occidit uxorem, non sustinet onera matrimonij, imò declinat ipsa, & sic deficit respectiua finalis causa lucrandi, argumen. contra. C. de donatio. inter ui. &

43 uxo. l. si maritus. † aut quis est indignus pacto; & applicatur offenso. aut lege, & si cum delicto, applicatur fisco. si autem sine suo delicto, & nemini applicatur ui indignitatis. C. de hære. instit. l. si pater indignus. ¶ Item pater indignus ipso iure & in effectu non facit uiam fisco: quia nihil ab eo uinci potest, qui nihil habet, sed indignus in effectu, sed

non

non ipso iure, & sic per sententiam aperit locum fisco.ff.de inoffic. test.l.Papinianus.§.meminisse, & tamen nomen nō euellitur sibi,ut l. ex facto.§.si. de uul.
44 substit. † Sed de iure canonico talis impetrans caret commodo rescripti,& absoluetur reus a rescripto. Tamen ista interlocutoria contra rescriptum non faceret præiudicium in causa principali,ut. ff. de li. agnoscen.l.si quis a liberis.§. si uel parens,& ff. de his, qui sunt sui,uel alie.iuris.l.si iudex . Ibi, Nisi forsan, dictū est, quòd rescriptum non est efficax ad procedendum in principali negotio . hic dicit, ꝙ bene est efficax ad cognoscendum de subreptione.& sic delegatus cognoscit de animo delegantis, quod uidetur impossibile: quia animum alterius nemo cognoscit.Sed adhoc respondet litera:quia debet considerari animus, qualis esse debet,adeo, quòd illa ratio ,quæ debuit mouere delegantē,debet mouere delegatum,unde per ratio-
45 nem cognoscitur mens. ¶†Et illud facit ad quæstionem de iudice, qui in sententia reseruauit sibi aliquid declarandum.quamquam enim,quod non declaratur, non habetur pro reseruato, ut. ff.de leg. 2. l.cum pater.§.uicos: tamen successor declarabit, prout antecessor declarare debuit, text. est hic ualde sin. & adde quod not.per Bart. ff. de appella.l.ab executore, & quod not. Accur. ff.de iudic. l.si

a ¶*No. modum, quem debet tenere legens.*

46 ptor.§.Marcellus.† Deinde [a] tu lector per singulas partes declara tex.& glo. per ordinem. nam est modus legendi, ut capias primò primam partem, & glossas eius. Secundo secundam partem; & sic de reliquis partibus; & tandem subiungas dicta Innocen.
47 prout iacent. † Quæro, utrum illa clausula, si preces ueritate nitantur,faciat conditionem?respondeo, non: sed instruit, & mandat potius:quia non apponitur ad iurisdictionem fundandam, seu inchohandam, sed ad procedendum ex ea,argum. ff.de arbi. l.ita de-
48 mū in fi.& ff.de tute.l.muto.§.sub conditione.†Quærit Innocen.nunquid quis teneatur facere mentionem de exceptione aduersarij? dic quòd non, nisi sit exceptio ordinata ad impediendum processum,& si quis faciat mentionem de exceptione aduersarij; sed dicit se habere replicationem, debet procedi in causa secundum Innocen. uerbi gratia, peto à te decem ex mutuo, non obstante pacto de non petendo: quia dico, quòd postea fecisti pactum de petendo; & sic cumulo actionem, & replicationem in libello meo. tene men-
49 ti. † Saluo, quòd in rescripto non est necesse edi nomen actionis: quia nondum est reus, cui edatur; sed ederetur reo in ius uocato; & sufficit edere continēs pro contento,ut.ff.de ædili.edict.l.bouem. §. sub conditione, & furtum manifestum pro non manifesto: quia quod pluris est, utique tanti est, ut.ff.de infa. l. quid ergo.§.pœna grauior,& ff. de in lit.iur. l.cum furti, ac si quis responderet tacitæ oppositioni, uel tacitæ quæstioni, & ideò non expedit reo plus excipere, ex quò actor fecit commemorationem exceptionis rei: quia actor non potest uenire contra asserta in suo libello, ex quibus pendet ius agendi, ut C. de libe. cau.l.cum præcum.non obstat. ff. famil.erciscun. l.qui familiæ: quia ibi error, uel ibi non præiudicat in dominio:quia dominium est ius perfectum, & non tollitur sola animi destinatione,ut ff. de acquiren. posses.l. si quis ui.§.si. dicit Inn. ꝙ si impetrans non facit mentionem de exceptione dilatoria solutionis,quòd ualet rescriptum:tamen posset allegari in contrarium,quia ante diem non est actio plenè formata, nec est apta ad
50 agere.ergo nec ad impetrare.† Dicit Inn. quòd in rescripto attenditur conclusio commissionis, non narratio sola. & illud, quod non includitur in conclusione principaliter, uel accessorie non pertinet ad iudicem delegatum.de hoc no. C.si a non competenti iudice l. si de proprietate,& adde,quod no.ff.de iud.si quis in-
51 tētione, & l.solemus.ff.de arb.l.quia arbiter.¶†Errorem libelli mei possum emendare. ff.fam.erc. l.qui familiæ l.edita actio.C. de eden.etiam si causa sit criminalis.ff.de adul.l.accusaturus.sed uerba rescripti mutare non possumus.C. de libe.cau l.cum præcum: & tamen non cogor præsentare rescriptum, si nolo uti eo. infra de resti.spol. c.ex conquestione, per Inno.error probatur per acta,ad quæ sit relatio.C.de erro. aduo.
52 l.fi.†Valet factum ab ignorāte,quod a sciente non ualet,ut hic.& hoc uerum, quando ex scientia dolus nascitur.ff.de contrahen.empt.l.domum. sed quando ex scientia non nascitur dolus, sed oritur ex ea consensus,tunc ualet factum a sciente,quod non ualet factum ab ignorante.in delictis autem nō spectatur ualiditas. C.de iur.& fac.igno.l.cum testamentum. Error circa id,quod est necessarium actui, uitiat actum l. quæro.
53 ff.de eo,qui pro tut. ¶†Sed pone, quod est commissa causa possessorij retinendæ possessionis, nunquid coram iudice delegato poterit formari capitulum proprietatis, cum de proprietate non possit cognoscere? Respondeo sic quò ad coadiuuandum possessorium, non ad plene probandum dominium, ut no.C.qui le-
54 gi per so.l.momentaneæ. ¶†Quæro, utrum qui impetrat super rei uindi. intelligatur impetrare super publiciana? Respondeo sic, quando res sunt de eodem corpore, puta de uno & eodem grege, ut not. ff. de rei uind.l.Marcellus.-Item licet rei uindicatio strictè ponatur pro directo dominio, ut not. ff. si ager uectigalis, uel emph t.petatur l.prima,§.qui in perpetuū, & argumen.ff.de leg.3.l.si Titius: Tamen largè publiciana dicitur rei uindicatio de iure prætorio. Nam & hypothecaria dicitur uindicatio possessionis.ff. de pigno.l.si fundus.§.in uindicatione. Nam nec rei uindicatio auocat nisi nudam possessionem, ut nota. ff. de
55 procur.l.Pomponius.§.si res. ¶†Et not.quòd rei uindicatio, quando est una dictio, ponitur strictè: sed quando sunt duæ dictiones, id est uindicatio & rei,ponitur largè, & facit. ff. de publiciana l.cum qui. §. in
56 publiciana, & instit.de actio.§.aliæ. ¶ † Sed pone, inquisitor dicit maleficium commissum in tali loco, quem asserit esse de suo territorio: reus negat esse de territorio; utrum poterit cognoscere? & uidetur quòd non: quia cognosceret in causa propria, argum. glo.quæ est in l.de iure, in principio.ff.ad munici.quæ glo. est sing. In contrarium est ueritas: quia si est dubium, an ille locus sit de territorio, potest cognosce-
57 re,& pronūciare secundū Inn. †Iudex pōt pronūciare incidēter suū esse territoriū: tñ ꝑ hoc nō acquirit ius territorij,sed simplex ius fori in illa cā.ita dēt intelligi dictū Inn.sicut per prorogationē nō fit maius territoriū:sed causæ cognitio ampliatur, & efficit de illo foro iuris publici potestate iudiciū confirmante, non tñ ꝑiudicabit alterius iudicio,qui dicit esse de territorio suo:uel qa par in parē nō hēt imperiū:uel qa ille, q uere illi territorio ꝑest,maior est,ut elegāter no. ff.
58 de man l.apud eum.†Itē nemo pōt sibi adiudicare territoriū alienum l.sicuti §.Aristo.ff si ser.uin. ff. de bo.
59 author. iudic. poss.l.cum unus. §. is qui. ¶† Quæro, inquisitio,

a ¶ *Vide omnino Pan. in rubr. infra de inuersi. an autem processus &c. & ibi latè scripta per Mod. & adde eundem Panor. consil. 25. & latius Cal. consi. 51. in tit. de accus.*

inquisitio [a] utrum sit remedium ordinarium? Inn. tangit hic, ꝙ sic; & tamen cessat superueniēte causa & accusatore re integra, sed si inquisitio esset iam liquidata, nō cessaret inquisitio, arg. C. de abo. l. 2. & C. de compen. l. si. Bart. dicebat, ꝙ inquisitio necessaria ex forma statuti est remedium ordinarium. Ego dico, ꝙ inquisitio, quæ fit contra iuris ciuilis regulas in casibus specialibus est extraordinarium remedium: quia fit officio iudicis: sed illa, quæ fit secūdum iuris canonici regulas,
60 est remedium ordinarium, quia regulare. ¶ † Est autē inquisitio processus, qui pro motu iudicis ordinarij fit contra diffamatos. C. de offi. recto. prouin. l. iustissimos. delegatus enim non inquirit, motu proprio. s. sed iuxta mandatum delegantis; ut j. de iudi. c. exhibita. Et adde, quod dicam j. de iureiur. c. ad nostram, el 2.
61 ¶ † Et no. ꝙ si iudex inquirens errat in loco, uel mense delicti, non tamen debemus dimittere compertum facinus impunitum. Idem, si non apposuit locum, uel tēpus in inquisitione: tamen in probationibus est probatum: quia propter hoc non debet dimittere maleficiū impunitum. Ita intelligitur illa gl. sing. quæ est insti. de pub. iud. in prin. si tamen ab initio opponeretur defectus istarum circunstantiarum, non procederet inquisitio, ut no. Iac. Bu. insti. de act. in prin. & Bar. ff. de accus. l. libellorum. Exceptiones uerò quò ad circunstantias non declaratæ possunt declarari in probationibus
62 c. præsentium, in fi. de test. li. 6. ¶ † Et iudex, qui non inquirit contra notarios diffamatos, uel denunciatos a custodibus territoriorum, debet puniri similitudine supplicij, ut C. ne sanctum baptisma l. fi. in fi. Et e contra si fingit causam, ubi non est, debet puniri C. de excu. tuto. l. seueriter. ff. de custo. reo. l. diuus. Nam nimia improbitas debet subiacere legum seueritati. C. si con
63 tra ius, uel uti. pub. l. & si legibus. † Pone, ꝙ quis est prosecutus confictam appellationem, quam nunquam interposuit, & in disceptatorio examine reportauit uictoriam coram ordinario, uel delegato, nunquid ualet sententia? dicit hic Io. An. quòd sic. unde non oportet, ꝙ qui uincit in causa appellationis, ostendat processum primæ causæ; quod est no. dignum. adde quod
64 no. Inn. j. de fide instru. c. G. perpetuus. ¶ † Quæro, dicit gl. ꝙ non ualet rescriptum contra rem iudicatam impetratum, de qua non est facta mentio. & ego dico, ꝙ non ualet, etiam si sit facta mentio, ut C. sen. rescin.
65 non pos. l. fi. ¶ † Quid ergo, si iudex delegatus pronunciauit contra primam sentētiam, nunquid secunda sententia ualet? dic ꝙ si fuit exceptum de prima sententia in modum peremptorij, & de ea liquet, non ualet, ut C. quando prouo. non est neces. l. j. quia est ita patens calumnia, & iniquitas, ꝙ uelari non potest: euidens. i. notoria calumnia in processibus, res etiam semel decisa reddit contrariam sententiam nullam. nam talis sententia non potest haberi pro ueritate; ergo non trāsit in rem iudicatam. non ob. ff. de excep. rei iudicat l. duobus: quia ibi quis uenit contra sententiam pro se latam litem de nouo mouendo; & ideo sibi imputet. Sed quæstio nostra quærit, quando quis uenit contra sententiam latam pro aduersario. unde non est quid imputetur uictori, qui per primam sententiam obtinuit, & ideo nimirum, si prima sententia, quæ pro ueritate habetur, præiudicat posteriori, maxime lata ab eodem iudice & ex eadem instātia. successor enim posset habere probabilem ignorantiam de prima sententia, & tunc propter dubium secunda sententia ualeret, ut ff. de condi. inde. l. eleganter. §. si post. Item eo ipso, ꝙ quis excipit, rem dubiam facit; quia subiicit se discrimini probationum, ut no no. Inn. in c. statuimus, de offic. delega. dico igitur, ꝙ d. l. j. C. quando prouo. non est neces. habet locum, siue primus libellus de nouo offeratur, siue de nouo libelletur, ut sit litiū finis, ut j. de re iud. c. inter monasterium. de hoc no. Io. An.
66 hic in nouel. ¶ † Quid si dominus in propria persona succumbit, & in persona procuratoris obtinuit? respō. in corpore sunt duæ personæ, sed representatione una est, & ideo idem, quod in una persona iuris est. de hoc no. in d. l. j. C. quādo prouo. non est neces. & ar. ff. de pa. l. si plures, & tamen interdum habet quis per alium, quod per se habere non potest. ff. de contrata. l. si post mortem. §. fi. ff. de bon. auth. iud. pos. l. cum unus, ff. de fruct. & lit. expen. l. fi. C. de tem. in inte. rest. l. petendę, sed ibi est alia ratio, scilicet æquitatis, & æqualitatis seruandæ. ¶ Quæro, dicit gl. ꝙ quis tenetur facere mētionem etiam de modico beneficio. Pone, magister cantus habet stipendium in ecclesia, quia docet cantare: impetrat præbendam, nunquid teneatur facere mētionem de stipendio? respondeo non: quia stipendium non est beneficium ecclesiasticum, cum non sit deputatum alicui iuri spirituali, puta canoniæ, uel ordini, sed est mere profanum. ff. de donat. l. Aquilius Regu-
67 lus. ¶ † Sed ecce est quæstio de confinibus, & testes uariant, nunquid in isto dubio iudex teneatur pronunciare suam esse iurisdictionem? Respon. sic, si de hoc quæritur: quia incidenter: quia hoc est speciale in iurisdi-
68 ctione, ut ff. de iudic. l. si quis ex aliena. ¶ † Et conclude, aut constat de iurisdictione, aut constat de non iurisdictione: quia notorie quis citatur extra iurisdictionem; ut si iudex, qui est ultra mare, citet me, aut est dubium de iurisdictione, uel territorio. Primo casu debeo comparere non expectata alia interlocutoria super iurisdictione, & si non compareo, debeo mulctari. Secundo casu non teneor comparere coram iudice, ꝙ non est meus nec re, nec gestu, id est, quia nunquam se gessit pro iudice meo. tene menti istū modum, qui tribuit tibi intellectum. Tertio casu teneor comparere: tamen non possum mulctari, nisi lata interlocutoria super iurisdictione, contra quam pendet exceptio. ita intelligitur, quod no. ff. si quis in ius uoc. non ierit l. ex quacunque. ff. iudi. sol. l. uir bonus, & hoc per Bart. An propter uitium pronunciationis sententia reddatur nulla? dic quòd sic, si iudex expresse errat in statuto legis, uel ratione eius, tex. est notabilis. C. de excu. tut. l. qui testamento. Et adde, quod no. ff. de peti. hæred. l. si putas, & ff. de tut. & cu. da. ab his l. tutor si petitus, ibi
69 tex. no. ¶ † Sed nunquid falsus procurator pronunciatus uerus per interlocutoriam efficiatur uerus procu. dicit Iac. de Are. quòd non, in l. 1. §. item Pomponius. C. quod falso tu. auth. ar. contra C. de fide instr. l. fin. in fi. Idem dico in funditus falso prælato, qui prælatus non est datiuus, sed electiuus, uel aliter per canonicū ingressum assumendus c. 1. de reg. iu. li. 6. ¶ Et no. quòd tutor dubius potest legitimari per decretum iudicis. Item dubius procurator præstita cautione rati. ff. de dam. infec. l. inter quos §. alieno. Sed falsus procurator apparenter & existenter non potest ꝑ decretū iudicis legitimari: quia debet constitui a domino, uel
70 quasi domino secundum Iacobum de Are. † Quæro, nunquid

nunquid falsi tutoris authoritas possit conualescere, si adultus factus maior habeat ratum? & uidetur quòd sic.l.si tutor, in quibus causis in integrum restitu. non est necessa. ¶In contrarium uidetur, quia rescinditur per edictum prætoris. ergo subsistere non potest, si interest.d.l.j.quod falso tutore.

SVMMARIVM.

1 *Abbas ex officio suæ prælationis tenetur suæ congregationis negotia procurare, nisi conuentus & abbatis negotia essent omnino discreta.*
2 *Abbatis nomine continetur ecclesia, & è conuerso.*
3 *Officij nomine factum præsumitur, quod citrà ius & nomen officij fieri non poterat.*
4 *Mandati præcedentis uigore agere præsumitur, qui proprio iure non potest. aliàs præsumitur proprio iure.*
5 *Plures si admittuntur ad communionem officij publici, & simul delinquunt in officio, quilibet tenetur pro parte.*
6 *Respondere non dicitur, qui respondet sed non legimè.*
7 *Prælatus, sicut & tutor, ad plenitudinem administrationis uocari dicitur.*
8 *Prælatus sine capitulo agit, & defendit nisi causa sit ardua uel de magnis rebus, uel capitulum ex iusta causa contradicat.*
9 *Patrem esse legitimum administratorem, quomodo intelligendum.*
10 *Consensus patris requiritur, ubi lis contestatur in pertinentibus ad filium pleno iure.*
11 *Negotium commune prælati & capituli per quem expediatur. & nume. 25.*
12 *Filiusfamiliàs de peculio, sibi per patrem concesso, potest esse in iudicio.*
13 *Instrumentum si dicit, talis abbas & conuentus, tractatibus præcedentibus, uendidit, si non apparet alio modo de tractatibus, ista uerba nocent personis contrahentibus, sed non ecclesiæ.*
14 *Instrumentum si dicit, Donauit pro bonis & legitimis meritis, probat merita, si interuenit insinuatio.*
15 *Bona capituli aßimilantur castrensi peculio.*
16 *Capitulum si agit, uel respondet, & prælatus ex interuallo consentiat, an iudicium conualescat.*
17 *Commune meum est participatione.*
18 *Ratificatio patris non conualidat processum solius filij.*
19 *Consensus ex interuallo superueniens quibus casibus tribuat ualiditatem.*
20 *Authoritas ex interuallo adhibita nunquam tribuit ualiditatem.*
21 *Permutatio facta per prælatum, & capitulum, tractatu præhabito, an ualeat si Episcopus postea ratificet, uices suas interponendo.*
22 *Verba, uices suas, possunt significare tam consensum, quàm authoritatem.*
23 *Capitulum uertente inter ipsum, & prælatum quæstione an habeat legitimam personam standi in iudicio.*
24 *Restitutio in integrum quandoque datur maiori. item minori etiam adulto in possessorio.*
25 *Prælatus in causa communi agere potest etiam nomine prioratuum, & ecclesiarum subiacentium in bonis uerò diuisis quilibet per se agit.*
26 *Prælatus cur conueniri posit sine ecclesia, sed non è contra.*
27 *Ecclesia in prælato paßiuè est, non actiuè.*
28 *Capitulum an habeat plenam administrationem & legitimam personam de per se in bonis proprijs; & an posint capitulares esse testes in causa capituli.*
29 *Abbas potest concedere monacho administrationem certarum possessionum, pro quibus poterit agere, & conueniri.*
30 *Consensus capituli requiri non debet, si canonicus contra suum capitulum, uel alium eiusdem capituli canonicum agere uelit.*
31 *Authoritas patris requiritur, quando est quæstio inter duos fratres de peculio: quia unusquisque prætendit sibi aßignatum a patre.*
32 *Vacante ecclesia an poßit aliquid nouari.*
33 *Authoritatem quis præstare debeat in iudicio, si collegium non conuenitur, sed unus solus de collegio.*
34 *Indiuisa bona simul habentium an poßit unus sine alio agere.*
35 *Appellatio abbatis contra utilitatem ecclesiæ interposita non tenet.*
36 *Procurator, constitutus ad causas absentiæ; non tenetur appellare.*
37 *Appellatione pendente quæ innouari posint, uel non.*

1 DOCERI. ¶ † In causa monasterij conuenitur abbas per rescriptum, in quo nulla fit mentio de conuentu; nec per hoc poterit appellari, nisi alia causa rationabilis appellare permittat: quia Abbas ex officio suæ prælationis tenetur suæ congregationis negotia procurare, nisi abbatis & conuentus negotia essent omnino discreta. ¶ Et sunt duæ partes. In prima duplex est quæstio. In secunda solutio ibi, Super quo, expresso capite intelliguntur expressa membra eius indiuisa. tamen aliud est iuramentum capitis, aliud membrorum, cum duo iuramenta sint, alterum prioris, alterum conuentus, ut in c. præsentium, de testi. lib. vj. Si uerò causa principaliter & specialiter tangit prælatum suo proprio nomine, non includitur conuentus. Ioan. And. ibi in nouel. & uide omnino Cyn. de procur.l. nec tutores in iiij.quęst. ¶Qui submittit caput, submittit bona.ff. de præcario.l.si adoptauero.ff. de secun. tab. l. ex literis. §.j. ¶Caput uerò potest agere pro membris suis, de offi. ordi.c.conquerente, per Innoc. membra regulantur a capite, ut insti. de satisd. §. fi. ¶Ecclesia est in prælato, sicut spiritus appropriatus in corpore suo. ¶Casus. Aliquis impetrauit literas appellatione remota contra abbatem, nulla facta mentione de ipsius conuentu: modo iste abbas conueniebatur super causa communi ipsius & conuentus: quærebatur, utrum teneretur respondere? & nunquid dicendo se grauatum poterat appellare, respond. quòd tenetur respondere. & ratio, quare tenetur respondere, est, quia negotia suæ congregationis cogitur procurare. Hæc ratio uera est, nisi abbatis, & conuentus negotia essent omninò discreta. aut agitur de rebus & iuribus ecclesiæ, & causa est ecclesiæ: aut de rebus & iuribus personæ, & causa est personæ, non ecclesiæ; puta si principaliter agitur de eius prælatura, de ope. no. nun. ff. l. de pupillo.§. fi. per Bar. ¶ Baronia habet membra, sicut ecclesia, ut no. Innoc. de foro compe. c. uerum. ¶ † In tex. ibi, Nulla mentione, s. expressa: inest tamen tacite: quia nomine abbatis comprehenditur ecclesia, ut ff. de an. le. l. annua.§.j. in uerbo, templo. & nomine ecclesiæ continetur abbas, & conuentus. dicit lex, quòd etiam minus legitimus tutor repræsentat pupillum.C. in quib. cau. in inte.
2

resti. non est necess. l. si tutor. ff. de le 2. l. peto. §. mater. † ¶ Et illud, quod non potest fieri citra nomen, & ius officij, præsumitur factum eo nomine, quo fieri potest, & ad nomen sequitur effectus; ut si dico, procurator, sequitur procuratorio nomine, ut no. ff. de procur. l. qua ratione; & sic nomen tuum operi tuo nomen
3
4 imponit. † Omnis, qui facit aliquid, quod non potest facere in propria uirtute, præsumitur facere in uirtute præcedentis mandati, Cy. C. de procu. l. quod quis. ¶ Et è contra, quod potest facere iure suo, & non alie-
a no, uidetur facere[a] iure suo proprio, Cy. C. de app. l. j. tamen non mutat rei naturam, ut instit. de adop. ultimo responso. ¶ Vnde licet abbas dicat, tali monacho nostro &c. non facit eum monachum, qui professus non est, tex.

a ¶ *Adde regulam. l. & magn. ff. de sol. & ad de e iam, quod uoluit Bar. in l. 2. per illum text. C. pro soc.*

5 est no. ¶ † Quòd si plures admittuntur ad communionem officij publici, & simul delinquunt in officio, quilibet tenetur pro parte, ut not. Bar. ff. de publi. l. hoc edicto; quod est notabile, Bart. Pro monstro est hic, ut maior sit filius, quàm pater, & monachus maior, quàm sit suus abbas, ut insti. de adopt. §. minorem. Ibi, & eosdem, id est datos de causis communibus. Ibi, Quæ elantibus, de ordinario erat minus dubium, sed de delegato poterat dubitari: quia persona, quæ non exprimitur, non subintelligitur. ff. de uerb. oblig. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, in fine. ¶ Ibi, Ac licet, secunda quæstio. ¶ Ibi, Possint. s. abbates. idem de cæteris prælatis tam regularibus, quàm irregularibus. ¶ Item nec capitulum potest propter hoc appellare: quia rescriptum extendit se ad capitulum. ¶ Ibi, Ra-
6 tionalibus, uide ĵ. eo. in clemen. j. † ¶ Ibi, Legitimè, omnis qui tenetur respondere, tenetur legitime responde-
7 re. C. qui dare tu. poss. l. in uniuersis. † ¶ Ibi, Cum ex officio, scilicet prælaturæ. & plenum est officium, sicut officium tutoris, qui uocatur in plenitudine administrationis. C. de episcopis & clericis. l. orphanotrophos. ff. de appellatio. l. cum in una. §. tutori institutio. de curato. §. interdum. ff. de administrat. tuto. l. inter bonorum. ¶ Ibi, Discreta. i. diuisa quò ad ius administrandi, & realiter. ff. de administratio. tutorum, l. inter tutores. ff. de solutioni. l. quòd si forte. §. j. & l. quæro. Nam curæ diuisæ non possunt permisceri, ut no. in l. 2. C. de curatori. & exactori. lib. 12. ¶ Venio ad glo. magnam, & primo quæro, nunquid, si conuenitur Abbas, possit nominare congregationem in iudicio ad differendum processum in tempus, quò congregatio consentiat? dicit glo. quòd conuentus bene potest nominare prælatum: quia non potest esse in iudicio sine abbatis licentia. prudenter ergo facit, qui abbatem conuenit. Sed imprudenter, qui solum conuentum ipsius: quia solus conuentus, & solum capitulum non habet legitimam administrationem: quia est apud prælatum, sicut nec filiusfamilias. æquiparat ergo gl. conuentum filiofa. & prælatum patrifa. qui solus est administrator legitimus, ut l. j. C. de bonis maternis.
8 ¶ † Aduerte, inquantum glo. dicit, quòd prudenter agit, qui abbatem conuenit, statim dicit contrarium: quia prælatus sine capitulo nihil agit: sed hoc non est uerum: quia imò agit, & defendit, nisi capitulum habeat iustam causam contradicendi, ut quia prælatus esset suspectus, uel minus idoneus. Nam capitulum causæ suæ adesse non prohibetur, argumentum. ff. de procuratori. l. filius. §. milites. ff. de iureiurand. l. sed si unus. § filio: uel nisi negotium esset arduum; sicut est, quando quæritur de statu & libertate monasterij. Item de magnis rebus; quod scilicet de rebus relinquitur arbitrio iudicis, argumen. ff. de excusatio. tuto. l. propter litem, argumen ff. pro socio. l. idemq́;. & si unus maior & pater abbas haberet sub se multos filios abbates, & esset quęstio grauis, uel de statu, requireretur eius consensus in iudicio, sicut in alienationibus, ĵ. de iudic. cap. deputati, per Innoc. ar. ff. ad
9 Macedo. l. filium habeo. † ¶ Quod autem dicitur de patre, quòd est legitimus administrator, intelligitur in rebus, in quibus habet usumfructum, non in his, quæ pertinent ad filium pleno iure, ut not. C. de bo. quæ lib. auth. excipitur, & ff. commo. l. 3. §. si filio.
10 † licet tamen non sit legitimus administrator: requiritur tamen consensus eius tempore litis contestatæ: quia tunc radicatur iudicium. ff. sol. ma. l. cum dotem. §. eo autem tempore. in contestatione litis incipit iudicium substantiari per actum trium personarum, in
11 auth. de litig. §. omnem. ¶ † Querit denuò glo. per quem commune negotium prælati & capituli expediatur? & dicit, quòd per syndicum constitutum a prælato & capitulo; & tutius est hoc, quàm per solum prælatum, ar. ff. so. ma. l. 2. §. quod si in patris, & ff. de procu. l. filius. §. sed & filia, & in c. præsentium, de test. lib. vj. Et prudenter facit prælatus, si non uult suscipere iudicium nisi de consensu capituli. & prudentius, si per syndicum communiter constitutum; & hoc quando bona non sunt discreta: sed si sunt discreta, quilibet de per se procuret factum suum.
12 † nam & filiusfa. potest esse in iudicio de peculio sibi concesso per patrem. ff. si cer. pet. l. cum filius. ff. de mi. l. denique. §. sed utrum. C. qui bo. ce. pos. l. pe. & l. cum filius. ff. de uerb. obl. l. plenissime, per Bar. uide quod no. insti. de actio. § pœnales. Dicit Inno. quod archiepiscopus potest intentare & defendere iura primatiæ pro suo interesse, de dila. c. exposuit, in nouel. uniuersitas non facit actorem, sed syndicum: quia est domina, & non requiritur quòd iudex interponat decretum, dicit Inno. de procu. c. consulti. quòd est not. ¶ Si instrumentum dicit, Talis communitas fecit talem procuratorem, ualet instrumentum, licet aliqui sint excommunicati, de procu. c. consulti, per Inno. ¶ Mirum est, quomodo procu. ita generalis ualet, nisi intelligatur, quando uniuersitas est parua, uel certi habent totius communitatis arbitrium & potestatem, ut Bononiæ, dicit glo. in auth. de defen. ciuitatum. §. interim. ¶ Not. quòd olim dabatur procu. in certis casibus: sed hodie dominus constituit, maximè si est impeditus, institu. per quos agere possumus. ¶ Florentini per eorum statuta dant procuratores corpori creditorum contra fallitos debitores ad similitudinem. l. hostile, de qua fit ibi mentio; & sic est reperire procuratores datiuos in l. Qui indiscretum procuratorem constituit, eius contumaciam sibi imputare debet, ut lite non contest. c. j. per Innoc.
13 † ¶ Si instrumentum dicit, Talis abbas & conuentus præcedentibus tractatibus uendidit, & non apparet alio modo de tractatibus, ista uerba nocent personis contrahentibus, sed non ecclesiæ. ff. de castrensi pec. l. si forte, per Bar. & ibi declarat. l. optimam, de contrahen. & commit. stip. & gl. quæ est. C. de colla. l. si donatione. b
14 ¶ † Si instrumentum dicit, Donauit[b] pro bonis & legitimis meri-

b ¶ *Vide plene scripta per moder. in l. stendum. ff. de uerb. oblig.*

tis

tis, probat merita si interuenit insinuatio. l. 1. C. de prę di. cur. lib. x. alias non, nisi æquiualentia merita nominentur specialitĕr, & expressè: quia tunc statur confessioni, ut non requiratur insinuatio, de donat. l. Aquilius, per Bar. nec ex aliquo interdicto præsumit fraus seu simulatio uerborum. ff. de probatio. l. qui testamentum, in gl. ¶ Quamquam si uera esset æquiparatio gl. quòd prælatus esset similis patrifa. si in iudicio conuētum esset capitulum, foret necessarius consensus prælati, ut in c. ulti. de iudic. lib. 6. ¶ Sed ista æquiparatio non est omnino bona: quia in bonis deputatis soli capitulo non requiritur consensus prælati, ut in fine illius.

15 c. † Assimilo bona conuentus castrensi peculio, in quo non est necessaria authoritas patris, ut. ff. de castren. pec. l. miles præcipua, in §. j. per Bart. ¶ Demum gloss. ponit doctrinam, q si ad solum prælatum, solus prælatus sufficit: si ad solum capitulum, sufficit solum capitulum: si ad utrunque, uterque. & subdit quòd uacante sede non currit præscripto, s. in bonis communibus,

16 uel solius prælati † Demum quærit, si capitulum agit uel respondet, & prælatus ex interuallo consentit, vtrum iudicium conualescat? & uidetur quòd non, ut l. obligari. §. fi. de auto. tuto. Contrarium determinat gl. quia prælatus habet plenius ius consentiendi, quàm tutor, qui est procurator, quasi in rem suam, ut probat illa lex notabilis. ff. usufructua. quemadmodū caueat. l. j. in fi. & ideo conualescit iudicium qđ est no.

17 dignum. † & est ratio, quod commune est meum est participatione, non dico insolidum, ut. ff. de ritu. nup. l. illud. unde cum sit causa propria, meritò potest rati-

18 ficare causam. † ¶ Alij contradicunt. nam pater, qui habet usumfructum, participat cum filio ut. ff. de usufru. leg. l. si alij & tamen ratificando non conualidat processum solius filij, ut no. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. necessitate, nisi quando abest ex causa necessaria. C. de proc.

19 l. exigendi, tex. no. ualde. † ¶ Aduerte, quædam sunt in potentia conualescentiæ, & illa conualescunt per superuenientem consensum: quædam autem non sunt in potentia conualescendi: & ista non conualescunt, ut. l. receptum, ff communia præd. Ibi mors media impediuit accessum consensus posterioris, & quia fictio retrò est quidam discursus, ubi requiritur medium ha-

20 bile, de serui. rusti. præd. l. tria prædia. † ¶ Dico, quòd ea, quæ requiruntur pro authoritate, nunquam conualescunt: quia authoritas non recipit interuallum, neque diem, & quia in ea consistit fundamentum & substantia originis, & sine initio nihil fit: sed ea, quæ requiruntur pro ualiditate confirmatoria actus, bene possunt subsequi & fingunt retro, ut. C. ad Macedo. l. fi & infra de iure patro. ca. cura, & ea quæ non fingunt retrò, ratificari non possunt, ut. l. bonorum. ff. rem ra. habe. & l. fin. eod. titu. & no. ff. de leg. j. l. talis scriptu-

21 ra, s. quando non ualent à principio. † ¶ Quæstio fuit de facto, prælatus cum capitulo fecit præcedentibus tractatibus permutationem cum Seio: demum eps ratificauit, & uices suas interposuit: quæritur, an ualeat permutatio? dicit Inno. q non: quia eps debet autorari, & sic a principio. ¶ Porrò consensus pertinet ad illum, cuius interest, authoritas autem ad magistratū, uel officialem; sed episcopi non interest: quia tunc in re sua non potest interponere authoritatem. l. 1. & l. obligari. §. tutor. ff. de aut. tuto. ¶ Ergo consensus epi est authoritas, s. qn non ualeret à principio propriè loquendo. imò est decretum, non authoritas. Nam decretum est interlocutoria quæ debet seruari per iudicem sed authoritas spectat ad tutorem, curatorem, prælatum, nec est interlocutoria, ut. ff. de auth. tut. l. inter, & ibi not. ¶ Item requiritur ab initio de consuetu. cum consuetudinis sit, de reb. eccle. non alie. ca. dudum, lib. 6. & no. in l. instar. C. de iure fisci. li. x. C. qui pro sua iurisdi. l. j. C. de peda. iudi. l. j. ¶ Sed vf, q si durat consensus permutantium, q ualeat decretum, ut ex nunc, nō ut trahatur retrò, ut l. obseruare, in §. fi. ff. de offi. pro-

22 con. & legati. † ¶ Illa aūt uerba; uices suas, qn̄que supponunt pro authoritate, qn̄que pro cōsensu: quia sunt significationis cōis, & exponuntur s̄m materiam subiacentē, & s̄m q iuris ratio patitur. ¶ Procedo ulterius super gl. nam prælatus solus non potest alienare; ergo nec rem in iudicio deducere, ut. ff. de iure deli. l. ait ꝑtor. glo. concedit hoc, sed male dicit, quia administrator, qui non potest alienare simpliciter, tn̄ potest alienare per figurā iudicij, quia est alienatio necessaria, q̄ non fit per eum, sed per ministrum legis, i. per iudicē. ff. de sta. li. l. statulib. à cæteris. §. quintus. tex. notabilis. ut no. C. de his, qui ut indi. l. Polla. non ob. l. ait ꝑtor. quia ibi actio non competebat, nec ei erat formata, i.

23 applicata deliberatione pendente. ¶ † Quærit denū gl. quid si quæstio est inter ꝑlatum, & capl̄m? dicit gl. q capl̄m indiget authoritate curatoris ad litē. ¶ Ista gl. supponit, q capitulū fingatur uice minoris alias nō daretur curator nec personæ, nec liti, ut. C. de bo. quæ li. l. fi §. si aūt patre recusante. Cōpostel. dicit, q capitulū habet legitimā personam, & non indiget curatore. j. de elec. c. cum eccl'ia Vulterana, de cā pos c. cum olim, de resti. spo. c. j. & de resti. in inte. c. cum uenisset,

24 in fi. ¶ † Nā & maiores qn̄q; habent restitutionē in integ. & tn̄ nemo dixerit eos idigere curatore. ff. de in integ. re. l. fi. Itē in possessorio iudicio minor restituit i integ. & tn̄ non indiget curatore, si est adultus ita, q possit iurare, ut. C. q legi. perso. l. momentaneæ, & plenè no. in l. j. C. si de momē. pos. Itē facit c. ultimū de iudi. li. 6. & adde quod no. Spe. in tit. de actore, in uer. Item

25 ēt obijcit ꝑlato. † ¶ Et not. q Collecta. reprehendit gl. q̄ dicit, q ꝑlatus sine conuentu agere non ꝑt in cōi cā: quinimò ēt prioratuum, & ecclesiarum subiacentiū noīe agere ꝑt, de offi. ordi. c. præsenti, lib. 6. & ꝑ Archid. idē ait, q qn̄ bona sunt diuisa, qlibet ꝑ se aget, ut no. in c. 2. de pac li. 6. & ꝑ Arch. 58. di. c. fi. & ita curia seruat s̄m eū, & facit optime. 7. q. j. qa frater, ubi coadiutor per se agit; multofortius prælatus, facit. C. qūo & qn̄ iudex. l. fi ꝑses quasi desertā. & est rō, qa bonis separatis capl̄m redigit ad instar filij militis, uel emāci

26 pati. ¶ † Sed quæro quare ecclesi a nō cōuenit sine ꝑlato, sed ꝑlatus sine ecclesia fic? R n̄. qa ecclesia est loco

27 filij, prælatus uerò loco patris 68. di. quorū dā. † Itē ecclesia est in prælato, passiuè, sed non actiuè. idem ait, q prælatus solus non potest agere pro eo, qđ pertinet ad sacristiā, uel infirmariam: qa nihil habent cōe

28 cum ꝑlato, ar. j. c. si ꝑꝑ tua, de rescrip. li. 6. † Item ait, q capl̄m in proprijs bonis capituli habet plenā administrationem, & legitimam personam de ꝑ se. de hoc no. in c. statutum super uerbo, status, de rescrip. lib. 6. per Archi. & sicut cohors militum facit procuratorē uerè & ꝓpriè loqendo, ita & cohors capl̄i. ff. de ꝓc. l. filius. §. sed & milites. tex. ualde notabilis. Sed an capitulares possint esse testes in causa capituli? dic q sic: quia testificantur ut singuli. Item & prælatus, si est unus de singulis, nisi iudicium sit formatum in solo prælato d. c. præsentium, de test. li. 6. ꝑ Inno. ¶ Pone dicit Inno. prælatus cum capitulo & c. neminem de capitulo nom

mando, an ualet? & videtur q; sic, quia solus prælatus potest, nisi reprobetur instr̃m de falso, ut quia probet q; ibi nõ interfuit maior pars capituli. nam qđ falsum est, interpretatione iuuari non potest. ¶Illud not. q; etiam sine articulis probationes testium ualent. e. ca. in nouella: quia in causa falsi acerrima fit indagatio, non debet committi examinatio testium. no. text. ea. dist. in nou. Item ait, q; capitulum non indiget curatore secundum Compostel. de hoc per Archi. de in in te. restitu. ca. 2. de hoc not. in Spec. de syndico, circa fi.
29 †Item ait, q; Abbas potest concedere monacho administrationem certarum possessionum, pro quibus poterit agere, & cōueniri ut infrà qui cleri. uel uouen. c.
30 insinuante, de præben. ca. dilectus. ¶† Item ait, q; canonicus contra capitulum, uel alium canonicum potest agere pro præbenda sine consensu capituli: quia non interest capituli, utrum præbenda pertineat ad vnum canonicum magis, quàm ad alium. Sed si esset quæstio inter canonicos diuersarum ecclesiarum, tūc requireretur consensus capituli: quia tractatur de preiudicio eius, & de separatione præbendæ ab ecclesia,
31 & dicitur, quòd ita seruat curia. ¶ † Pone, q; est quæstio inter duos fratres de peculio: quia unusquisque prætendit sibi soli assignatum a patre, nunquid in tali iudicio est necessaria patris authoritas? uidetur quòd non: quia non interest patris, quis obtineat. Contrarium est uerum: quia patria potestas eis officit, & simul poterit authorari utrique. ff de aut. tut.
32 l. accipientis. ¶† Item ait, cum quæritur, nunquid ecclesia uacante aliquid possit innouari? & distinguit, quòd aut agitur de his quæ expediuntur ecclesia uacante, ut in electione, & prosecutione ipsius, & in his non est necessarius consensus prælati: quia prælatus non est in ecclesia uacante, sicut nec hæres in hæreditate iacente. C. de capitu. l. nec nos. ¶Aut sunt talia, quæ non possunt expediri sede uac. sicut sunt alienationes rerum ecclesiæ, & tunc nihil est innouandum. ¶Aut non loquimur de alienationibus, sed de administratione. & tunc aut bona sedis uacantis & capituli sunt communia, & nihil est innouandum. ¶Aut sunt discreta, & tunc non curatur sedis uacatio quantum ad bona capituli: quia separatorum separata est ratio, argum. ad hoc. ff. de act. & hære. l. duo fratres, & ff. de in integ. restitu. l. abstinendi, &
33 ff. de actio. emp. l. non est nouum. ¶† Deinde scias, quando non conuenitur collegium, sed unus de collegio, quis debeat ei authoritatem præstare in iudicio. Nam de hoc habes meliorem gloss. quæ sit in iure ciuili, in authen. apud quos oporteat monachos causam dicere, in glo. not. quòd monachus, colum. 6. & ibi etiam tractat glo. de exemptis, qui eo ipso, quòd sunt exempti, non habent præsidem, nisi papam, uel imperatorem in temporalibus, qui est iudex iudicum ut legitur & not. C. de decu. l. si quis decurio. libr. x.
34 ¶† Extra quæro, quid de fratribus habentibus bona indiuisa, utrum vnus possit agere sine alio? dic, quòd sic, ut. ff. de iudi. l. non idcirco, & C. de dec. licet indiuisa, lib. x. ¶Et not. quòd separatio in facto consistit,
35 ut. C. si unus ex plu. ap. l. 1. ¶† Denuò not. quòd non tenet appellatio Abbatis interposita contra utilitatem ecclesiæ, Ber. in suffragio, utile est enim ecclesie, quòd defendatur; si Abbas appellat, ne defendat, nulla est appellatio ipso iure, nec dicitur innouari aliquid interim: quia non pendet. nam nuda uox dispergitur statim in aere, sicut fumus, & nihil remanet. & ille ti. nil nouari appellatione pendente, intelligitur de appellatione ualida, & appellatio habet tres particulas. prima ad impetrandum, & contradicendum. secunda ad reddendas causas appellationis ab interlocutoria. tertia ad prosequendum negocium principale lata sententia pro appellante ab interlocutoria. Secundo procurator non plus potest, quàm habet in mãdatis, ut. j de ap. c. Nicolao. Tertio casu est plenius p-
36 curādum, ut. ff. de procur. l. qui procuratorē dat † Adde, q; procurator constitutus ad causas absentiæ non tenetur appellare, text. est not. ff. de ne. gest. l. liberto.
37 §. fi. † ¶Vnde considera, q; quædam sunt quæ non possunt tractari, nisi appellatione pendente; & illa possunt innouari, sicut sunt illa, quæ fiunt ad iustificandum, uel impugnandum appellationem, ut. C. de ap. l. eos, & C. de temp. appel. l. per hanc. Quædam sunt, quæ appellatione penden. non possunt tractari, nec attentari, & ista si uentilētur, uel fiant interim retractantur per uiam attentati. Quædam sunt, quæ attentari quidem possunt, sed pendent ex futura uictoria, & ista interim non retractantur per uiam attentati, sed retrahuntur in fine litis per uiam iudicati. ff. de admi. tu to. l. chirographis §. j. & hoc inter partes: sed ius interim quæsitum tertiæ personæ non retractatur, argu. ff. de infa. l. furti. § j. in glo. c. cum M Ferra. de const. ff. mand. l. creditor, in princ. quia contra illam non extenditur rigor iudicij. ff de infami. l. Lucius. Quædã sunt, quæ inducunt litis pendentiam tam in causa principali, quam appellationis, ut sequestrationes, & fructuum descriptiones, & ista possunt innouari appel. pendente. l. postquam. §. imperator. ff. ut legatorum nomine caueatur, & ibi per Dy. & alios.

SVMMARIVM.

1 *Contra ordinem facta per iniuriam fieri dicuntur.*
2 *Monachus non habet proprium, si tamen ex industria aliquid lucretur, potest soluere debita. & si habet administrationem, contrahens in casu permisso obligat successorem.*
3 *Monialis potest facere procuratorem in negotio sua electionis.*
4 Principale, & principaliter fieri quid dicatur.
5 Principales, Complices, Sequaces, Adhærentes qui sint?
6 *Multitudo hominum si facit sibi unum caput, omnes dicentur principales: unusquisque tamen pro se tenetur non pro alio.*
7 *Iudex delegatus aquiparatur nuncio, non efficitur dominus litis nec mandati fines excedere debet.*
8 Mandati fines qui dicantur.
9 *Ordo iuris ubi rescripto seruari mandatur transit in formam rescripti.*
10 *Obreptio quid sit, & quomodo à subreptione differat.*
11 *Falsum facere, & falsum in petitione proponere differunt, & ea de re Bar. opi. confutatur.*
12 *Falsum rescriptum est nullum defectu substantia: falsò autem impetratum infirmatur ui.tiosa qualitate.*
13 *Ordo in rescriptis seruari debet. nisi uerba antè, & post posita idem sapiant, nec sint de substantia forma.*
14 *Verba, Summariè, & de plano, in rescripto an sint de forma.*
15 *Ordo quid sit, & quotuplex.*
16 *Ordo si a papa præfigitur, præsumitur de substantia, & etiam ille, qui non læditur, appellat ob non seruatum ordinem.*

17 Singuli

17 *Singuli compellantur soluere debita communitatis non tanquam singuli, sed tanquam uniuersi.*
18 *Processus factus contra formam mandati an poßit per partes ratificari.*
19 *Ratificatio ad sui esse ualidum quæ requirat.*
20 *Ratificatio à sciente, quid agatur, facta, est potens inducere actum qui tunc explicari potest.*
21 *Prorogari non potest quod iam consumptum est.*
22 *Generalis, & confusa mentio priorum literarum, in secundis literis an sufficiat.*
23 *Papa, uel imperator ubi uult obstantium tenorem haberi pro de uerbo ad uerbum scripto, nihil obstans rescripto officit.*
24 *Verba specialia quæ dicantur, & quæ generalia.*

1 VM dilecta. ¶ † No. ꝙ illud, ꝙ fit contra ordinem, dicitur per iniuriam fieri. ff. de minori. l. ait prætor. §. permittitur. & præsumitur dolus in iudice, qui authoritatem suam interponit contra authoritatem legis, ut not. in l j. C. de fide instr. & iure hastæ fisca. lib. 10. ¶Processus factus per literas subreptitias irritatur factus contra formam rescripti irritus nunciatur. Et quatuor facit. tangit quæstionem: cassat processum secundorum iudicum. ¶Ibi, Deprehendimus, irritum decreuit processum priorum iudicum. ¶Ibi, Dictus insuper, cõmittit causam, & mandat restitui spo-
2 liatas. Ibi, Ideoq;. † Ecce monachus non habet proprium; tamen si aliquid lucratur ex industria potest ex eo soluere debita, ut no. in c. j. ĩ. de obli. ad ratioci. in nouel. secundum Inno. in additione gl. quæ incipit, ratiocinijs; quod tene menti. ¶Item si habet administrationem, & contrahit in casu permisso, obligat successorem administrationis, ut ĩ. de sol. c. j. item qui pro præcipiti semita tutam uel certam deserit uiam, si sibi periculum parat, & sæpe incidit in latrones. ¶Casus. Vacante monasterio monialium Hesien. ecclesiæ in Saxonia, duæ fuerunt electæ in discordia, s. custos, & una alia monialis. Commissa fuit causa per primum rescriptum scholastico Hildensen. & coniudicibus, quibus fuit mandatum, ut ad ecclesiam personaliter accederent, & personæ idoneæ interim administrationem committerent, cui fieret resignatio subtractorum, qui formam mandati apostolici transponentes, resignatione subtractorum non facta, de alijs articulis cognouerunt. iste processus declaratur nullus: quia contra formam mandati. Secundi iudices fuerunt abbas Rhemensis, & socij, in quo secundo rescripto non fiebat mentio de primis literis, & sic erat subrepetitium. Patiebatur etiam alium defectum, quia ibi erat similis clausula de resignatione subtractorũ, quæ fuit apposita obreptitiè præter conscientiam papæ, uel cancellarij. Papa mandat cassari processum eorum: quia subreptitium fuit rescriptum, cõmittitq; causam mandando sic decerni, & tandem ad ulteriora procedi seruata forma iuris, & forma rescripti de resigna-
3 tione subtractorum. ¶†Ibi, Procurator monialis, Nota monialem posse facere procuratorem in negocio suæ electionis, de hoc ĩ. de re iudic. c. cum I. & A. de priuile. cum olim. ad hoc etiam potest compelli, ut in c. indemnitatibus. § sed cum eas, de elec. li. vj. quia propria est causa iste articulus electionis. sic & procurator in articulo suæ procurationis defendendo potest facere procuratorem ante lit. contest. ff. de no. ope. nũ. l. j. in fi. per Bar. habet ergo monachus proprium officij gestione, non dominij acquisitione, uel annexitate diuitiarum, ar. ff. de execu. tut. l. sed reprobari. §. j. C. de mune. patrimo. l. professio, lib. 10. Non est ambitiosus, qui electionem suam iure prosequitur, etiam fœmina potest prosequi electionem suam, ut hic habes. ¶Ibi, Ad abbatem &c. Hi fuerunt secundi iudices, ut patet per inferiora. Item ibi, Præter conscientiam; & sic uidetur, quòd non est necesse quòd fieret resignatio subtractorum, quia in ista clausula rescriptum erat falsum, & falsa forma non est forma. ¶Ibi, Irritandum, s. ratione subreptionis. ¶Ibi, Insuper scholasticum &c. Isti fuerunt primi iudices. ¶Ibi, Principaliter. i. per prius, & sic non erat prætermittendum,
4 uel postponendum † principali-
a ter [a] dicitur fieri illud, quod ordinatur ad se & per se primum, deinde ad sequentia, sed quod per se non stat, non dicitur principaliter. ff. de iurisd. om iud. l. & quia. Illud dicitur principale, quod principaliter profertur. ff.
5 de stip. ser. l. si seruus communis. ¶†Item principalis dicitur, cuius gratia reliqui faciunt. ff. de seruo corrup. l. in hac. isti alij si societatem præstant, Dicuntur complices: si famulatum, dicuntur sequaces: si assistunt pro
6 proprio interesse, dicuntur adhærentes. ¶†Si multitudo hominum facit sibi unum caput, siue capitaneum, omnes dicuntur principales. tamen unusquisque tenetur pro se, & non pro alio, ut no. in l. prætor. ff. ui bo. rap. sed nonne unus alteri præstat opem, ergo tenetur de opere? respon. actus principalis includit in se opem de necessitate: opes confunduntur: nec punitur quis totiplici pœna, quot sunt personæ delinquentes simul: quia unum est structum, ff. de fur. l. qui seruo. §. fi. ff. de iurisd. om. iud. l. si familia. ff. de fideiuss. l. generaliter, extensa regula de contractibus ad delicta, ut ff. de iudi. l. omnem. ¶Ibi, Personaliter, ideò debent per se accedere, non per substitutum. C. de cadu. tol. l. j. §. ne autem. ¶ Adde, quod no. in c. j. de elec. lib. vj. ¶Quid si ambæ partes sunt in concordia, quòd non uadat personaliter? uidetur, quòd non teneatur accedere, ar. ff. de arbi. l. arbiter ita, ubi dicitur, quòd non tenet factum utraque parte contradicente. ¶Ibi, Personæ idoneæ, ista erat forma primi rescripti. ¶Ibi, Committerent, tanquàm custodi, non tanquàm abbatissæ. Et no. lite pendente apponi custodem. ¶Ibi, Ad opus, quia moniales non habent proprium, sed quod habent, est monasterij. Ibi, Resignatio, ista est alia clausula. ¶Ibi, Transponentes, not. quòd forma mandati non debet transponi: quia eoipso, quòd est de forma, est de sub-
7 stantia. ¶†Et not. quòd iudex delegatus æquiparatur nuncio, quia nunquàm fit dominus litis, & in nullo debet excedere uires mandati. ĩ. de offi. deleg. si pro debilitate. ff. de uerb. oblig. qui Romæ. §. Callimachus,
8 in fi. † fines mandati dicuntur non solum ultima extremitas, sed a principio usque ad finem. ff. de exerci. l. j §. si plures. ff. mand. l. diligenter, cum si. simile in
9 l. j §. j. ff. si quis ius dicen. non obtemper. ¶†Ibi, Ac iuris ordinem, duplex erat defectus, scilicet formæ mandati, & ordinis a iure dati, qui si mandatur in rescripto seruari, & non seruatur, non est necessaria appellatio: quia iste ordo transiuit ad formam rescripti, ut hic, & ar. ff. de arbit. l. Celsus, ubi durius agitur cum ministro legis, quàm

a ¶*Principaliter quid dicatur fieri, uide moder. Sen. in l. si quis nec causam, & ibi etiam aliquid per Iaso. ff. si cert. pet.*

cum ipsa lege inanimata, & sic non ob. C. de appel. l. j. ubi ordo dat esse rei, si ordo non seruatur, ipso iure non ualet, quod agitur. l. j. §. j. de const. pecu. ¶ Ibi, Restitutis, illud est mandatum nouum: quia supra non dixit, quod deberet fieri restitutio subtractorum monialibus: sed ꝙ fieret resignatio subtractorum custodi. Item ibi de rebus capituli, hic de rebus monialium, id est ad usum earum. ff. de manumis. l. 4. & l. j. C. si per uim, uel alio modo, quæ est lex notabilis ad hoc. ¶ Not. quod dixi in summario, ex quo sequitur, ꝙ maior est defectus ordinis substantialis, quàm mendacij.
10 † Item no. quòd aliud est facere fieri rescriptum per obreptiones, id est per fabricam, & aliud impetrare per subreptionem. Nam obrepere est fieri facere falsam scripturam; & qui hoc facit, litem perdit, & tenetur crimine falsi, ut ff. de falsis. l. si quis obrepserit, & ff. de iure fisci. l. in fraudem. §. quoties. sed qui impetrat per surreptionem, non tenetur crimine falsi, nec perdit causam; & si non excipiatur, ualebit processus, ut j̄. eod. c. super literis.
11 † Et ideò falsum dicebat Bar. ꝙ petens falsum debitum, & sub hoc prætextu faciens citari aduersarium, teneatur crimine falsi. nam istud nō est falsum, nec quasi falsum quò ad speciem delicti: quia aliud est falsum facere, & aliud est falsum in petitione proponere: & quia si falsum, esset nullum; hoc patet per l. cum putarem. ff. fami. erc. & ff. de pecu. l. eo tempore. ff. man. l. si fideiussor. §. in omnibus, & l. j. de
12 condi. inde. † porrò aliud est rescriptum falsum, quod non est impetratum: aliud falsò impetratum, id est per mendacium obtentum à rescribente, ut c. super literis j̄. eo. nam in primo deficit substantia, in secundo qualitas uitium est. sic. C. arbi. tutelæ. l. cum interdi-
13 ctæ. ff. de neg. gest. l. Pomponius scribit. ¶ † Deinde no. ordinem seruandum; quod est uerum, quando uerba præposita, & postposita non sonant idem, uel sunt de substantia formæ, ut patet de stipulatione. sed si idem sapiunt, nec sunt de substantia formæ, non curamus de ordine uerborum, ut ff. de pecu. leg. l. quidam. ff. de sol. nec enim ordo. Ista est uia brocardica, de qua hic
14 satis per Ber. † ¶ Ecce forma debet præcise seruari. sed nunquid illa uerba, Summariè & de plano sunt de forma? Respondeo, non sunt de forma necessitatis substantialis, sed de potestate arbitrij: quia abundans cautela seruanda ordini non nocet secundum Inno. ad hoc lex notabilis. C. quomodo & quando iu. l. j. & j̄. de iudi. c. nouit. potestatis igitur est non necessitatis. si Papa aliquid notabiliter adijcit ordini solito causarum, illud bene est de forma, ut hic, sed si detrahit, non est de substantia formæ: quia quod formiter fit, inclu-
15 dit etiam rudem & generalem materiam. ¶ † Ordo propriè non est ordo, si potest prætermitti. ordo enim propriè est ductio alicuius rei ad substantiam suam secundum prius & posterius. dixit quidam philosophus, quòd nihil constat sine ordinis compositione. & est duplex ordo. s. permanens, & ordo coniunctionis for-
16 mæ & materiæ, & ordo transiens. ¶ † Et nota, ubi papa præfigit ordinem, talis ordo semper præsumitur de substantia, ut hic, & j̄. de resti. spo. ca. Pisanis. & adde quod dixi. C. de sent. & interlo. om. iud. l. prolatam. Et quòd etiam ille, qui non læditur, appellat, si ordo non seruatur. ff. de mino. l. ait prætor. §. permittitur, licet Richar. Malum. dicat, quòd ibi loquitur de appellatione dubitatiuè, non assertiuè: quia qui non grauatur, non appellat secundum eum. ¶ Ego dico, ꝙ etiam tenet appellatio eius, qui se putauit grauari, licet non grauatur, & requiritur sententia super appellatione. ff. de aur. & arg. leg. l. Titiæ amitæ: nec reperitur alibi. ¶ Item no. diuersos processus diuersis rationibus impugnari: quia utraque pars impetrauit sibi iudices diuersis temporibus, & utrique processerunt, secundum omnes, sed perperam. ¶ Item not. monialem & monachum quædam petere posse uel quia est spoliatus, uel quia petit nomine collegij; quod intellige cum mandato. ff. de procu. l. filius. §. milites: uel quia de his, quæ diuiduntur inter monachos, petit partem suam, ut l. j. in fin. ff. de colle. illici. uel cum transit ad aliud monasterium cum licentia, ut j̄. de
17 cleri. coniuga. c. quod a te. ¶ † Deinde hic dicit Ber. quod singuli compelluntur soluere debita communitatis non tanquàm singuli, sed tanquàm uniuersi faciendo collectam. ut not. in l. quibus. ff. quod cuiusque uni. no. & per Bar. in l. 4. §. actor. ff. de re iud. grauabuntur ergo sin. quia non potest aliter cœna duci: sed finaliter soluetur de eo, quod ab uniuersitate colligitur; & bene seruant hoc datiarij, qui pro debito uil-
18 lę capiunt bestias hominum de uilla. ¶ † Sed nunquid processus factus contra formam mandati possit per partes ratificari? & uidetur quòd sic. l. 3. C. cōmunia utriusque iud. dic non posse ratificari, quod non est, ut
19 no. C. de rei uind. l. mater. † quia ratificatio requirit tria. s. ratificantem, actum ratificationis, & rem ratificabilem: quia ratificatio est quædam informatio: quæ requirit informabile. i. debet inuenire informandum, quia nullum existit etiam in facti causa, ut ff. de leg. 3. l. Lucius §. collegio. ¶ Porrò ratificatio requirit duo extrema, & altero deficiente non habet in se consensum. ad hoc facit quod not. ff. de uerb. ob. l. triticum, & C. de insti. & substi. l. pen. de le. 2. l. cum pater. §. uicos: quia ꝓ se non subsistit, quod per se intelligi non potest. ff. de fideiuss. l. hęres a debitore, & fuit quæstio de facto. nam fuit factum compromissum inter ecclesiam ex una parte, & quatuor fratres ex altera: arbiter diuisit inter eos & ecclesiam. Item inter sese fuit comologatum, & dicebatur non ualere quo ad inter sese, quia inter sese
20 non compromiserunt. † ¶ In contrarium faciebat, quia etiam proxenetæ, siue mediatoris factum potest approbari; nec requiritur aliud compromissum; ubi est uoluntas & consensus per se ualens efficere, & sic ualet ut pactum, non ut compromissum. l. j. §. & post operis, de no. ope. nun. ff. de arbi. l. si de meis. §. recepisse. Item arbitria redduntur ex consensu. ff. de ap. l. ex consensu. iudiciorum autem authoritas dependet a forma mandati. actus igitur, qui potest induci in illo instanti, seu subito, inducitur per ratificationem, licet alius actus non præcedat; & sic ratifico, quod non est, duntamen possim producere ipsum in esse, & sciam id, quod ago. ff. de dona. l. ex hac scriptura; & sic ratificatio pone-
21 tur inceptiue: secus, si tunc non possit explicari. † ¶ Itē prorogatio non habet hic locum: quia non prorogatur, quod consumptum est. ff. de præca. l. sed si manente, & quia de persona ad personam non fit prorogatio mandati. j̄. de offi. deleg. c. P. & G. attamen ex qualitate facti præsumitur consensus, arg. ff. de proba. l. Procula. ff. de auth. tut. l. impuberes, quæ est lex
22 nota. † ¶ Colle. quærit, utrum sufficiat, quòd in secundis literis fiat mentio de primis literis generaliter & confusè? & dicit quòd non, si unicæ literæ præcedunt, alle. c. ex literis. j̄. de do. & contu. & de confir. uti. uel inuti. c. bonæ. sed si plures præcedunt, sufficit clausula generalis nō obstātibus, nisi esset aliqua

clausula

clausula notabilis,& specialis, de qua oportet notabiliter & specialiter facere mentionem,ut hic,& no. supra c.1.in glo. magna,uersi.autem primum.& subdit, q ubi primæ literæ non reuocantur, sed iudex adijcitur iudici, non oportet facere mentionem de processu habito coram primo,de offi.deleg c.coram:quia intellitur adiunctus continuatè,& in eodē statu, in quo causam inuenit,& post lit. contest. non potest hoc peti,q iudex adijciatur iudici.3.q.3. ca. offeratur,secun
23 dum eum. ¶† Item ait, q ubi papa uult,q tenor obstantium habeatur pro scripto de uerbo ad uerbum, nulla obstantia officiat rescripto : quia contra libertatem plenitudinis potestatis papæ nihil statui potest: papa denique non solum habet plenam potestatem ut tutor , sed summam,siue supremam,ut dixi.s̄ rex pacificus.non ob.ff.si quis cau.l.sed & si quis.§.quæsitum. ubi distinguitur,an aliquid sit specificatum necne : qa illa distinctio non habet locum in ista materia: quoniam papa non potest imponere sibi legem secundum Colle. ¶Idem ergo in imperatore , q nihil potest ita concessisse,quod contrario imperio non possit reuocare. Sed aliud est concedere.& aliud transferre:tamen hoc non decet principem,ut no.de consangui. & affini.
24 c.q dilecto.in nouel. ¶ †Quæro,quæ dicantur uerba specialia?respond.ea,quæ certum significant licet multa contineant,ut.ff. de libe.& posthu.l. Titius,in prin. Item ea quæ non possunt nisi vnum casum continere, ut.ff.de fund.instru.l.fundus, qui locatus. Generalia autem uerba dicuntur illa,quæ prædicantur de pluribus differentibus gradu, uel specie, ut est nomen liberorum,vt d.l.Titius,in glo.ff.de lib.& posthu. Item generale est, qđ obscurum est:quia prædicatur de pluribus differentibus specie, uel ratione. ff.de pact.l.ueteribus. confusum uerò est, quod intelligi non potest . ff de uerborum obliga. l. triticum, de iure fisci. l.ita fidei. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Tempus multum quod dicatur.*
2 *Terminus banni si labitur, & in illo tempore ultimo potestas non uenit ad banchum, bannitus debet se præsentare, & petere præsentiam iudicis,& si eam habere non potest, debet protestari.*
3 *De iure positiuo non potest præcisa reddi ratio.*
4 *Conueniri quis non dicitur ex sola rescripti præsentatione,nisi secuta citatione.*
5 *Præsentia habetur pro citatione, debet tamen etiam monitio adhiberi.*
6 *Præsens non citatus tenetur libellum recipere, non tamen respondere, nisi dato termino ad deliberandum.*
7 *Termini lapsus in eo,qui actum,quem poterat, expedire omisit,quando inducat doli præsumptionem.*
8 *Tempus non currit ei, qui copiam iudicis habere non potuit.*
9 *Tempus ignoranti non currit. fallit quibusdam casibus.*
10 *Statuto. quòd relinqui non possit forensi,bannito,uel concubinæ;quamuis concubinatus, uel indignitas adsit tēpore conditi testamenti,nihilominus, si tempore mortis cessauerit,ualet testamentum.*
11 *Quod ad statum ueritatis reducitur perinde est, ac si à principio uerum fuisset.*
12 *Lata culpa in contractibus æquiparatur dolo.*
13 *Copiam iudicis quando dicatur quis habere.*
14 *Excusatio leuis excusat à dolo & lata culpa in non uemendo.*
15 *Per temporis appositi lapsum an,& quando mora,uel periurium probetur.*
16 *Annus,intra quem debet impetrans literas ad beneficia præsentare,quando incipiat currere,& quid in literis gratiosis,& nu.20.*
17 *Et an si*[illegible]*atur dilatio ubi appareat prius impetrantem nolle procedere.*
18 *Rescripta ambo si sint ad uniuersitatem causarum, & in utroq; citatio emanauerit ad diuersa capitula nō connexa, an dilatio annalis auferat nihilominus secundi rescripti commoditatem.*
19 *Vnico actu non tollitur priuilegium ad plura concessum,nisi super illo tantum.*
20 *Compromissum an duret, donec uiuunt compromittentes.*
21 *Annus quotuplex in iure reperiatur.*

2

PLERVMQVE [a] Valet secundum rescriptum, licet non faciat mentionē de primo,quo uti noluit impetrans intra annum. Et duo facit, primò tangit impetrantium malitiam. Secundo adhibet medicinam ibi, cum igitur. ¶Casus: Titius impetrauit literas contra Seium · deinde è contra Seius contra Titium non facta mentione de prioribus literis:demum Seius conueniebat Titium p secundas literas, obijciebat Titius de inualiditate secundarum literarum: quia non fecerat mentionem de primis:replicabatur,q Titius nunquam fuerat usus literis suis,dicit papa, quòd quia malitijs hominū, non est indulgendum, & negligentia sua cuilibet est nociua, quòd si iste Titius primus impetrans infra annum postquam copiam iudicum habuerit, ex malitia, uel negligentia postposuerit vti, q uigore secundarū literarum potest conueniri:licet in secundis non sit sa

a Limita istum tex.ut per Io.vide Io. An.et Io.de Ana.in c. quia frustra, de usur.limita etiam istum text. per Felin.in ca.cæterum, in uersi. prima restrictio,supra eod.

1 cta commemoratio de primis.hoc dicit. ¶ † Ibi, Multo tempore, multum tempus dicitur tempus an. i, sic in aut.de hær.& Fal. §. si quis autem non implens. & iste annus est utilis a princip. quia non incipit currere,nisi ei,qui de iure & de facto potuit experiri,ut no. de temp.in inte.resti.l.superuacuam & ideò ei,qui nō habet copiam iudicis, non incipit currere,dummodò protestetur secundum Ber.simile. ff. de ope.no.nun. l.
2 de pupillo.§. si quis ipsi prætori. ¶ † Not. ergo optimum argu. quòd si labitur terminus anni, & in illo tempore ultimo potestas non uenit ad banchum, q debet se præsentare bannitus ad banchum, & requirere præsentiam iudicis. & si eam non potest habere, protestari oportet apud tribunal: aliter, terminus laberetur, & si causa est capitalis, non potest ad protestandum constitui procurator: quia nec ad comparendum, & protestatio succedit loco comparitionis. Et annus iste olim statuebatur in edicto prætorum, ut institut. de perpetuis & temporalibus actio.in princi. & quorumcunque magistratuum, ut ff. de calumniatoribus.l.annus.aliquādo statuebantur sex menses, ut.
3 ff.de ædil.edic. l. cum sex. † ¶Item in diuersis figuris causarum diuersa statuuntur tempora, & non potest dari perfecta regula: quia sunt de iure positiuo, de quo ratio præcisa reddi non potest, ut. ff. de po-

su. l. prima. § primo. Tempus anni statuitur uasallo in recognitione feudi, ut in capitulo primo, quo tempo. miles, colla. x. postquam istud tempus præterijt, irreparabile est, nisi lex ultra procedat dando reparationem, ut in emphyteuta ecclesiæ: quia cum ecclesia benignius agitur, ut extra de loca. c. potuit. ¶Vel dic, q istud capitulum est generale in omni emphyteuta, & conductore: quia potest æquitas canonis mitigare rigorem iuris ciuilis in quolibet fo-
4 ro. ¶†Ibi, Cœperint] conueniri, scilicet per citationem. nam per rescripti præsentationem non dicitur quis conueniri, nisi sequatur citatio, ut no. supra
5 eodem capit. si autem aliquis. † Sed quid si fit præsentatio rescripti præsente aduersario? Respondeo, præsentia habetur pro citatione. ff. de re iud. l. de unoquoque: quia præsens non citandus per epistolam, ut not. Innocen. infra de præbend. capitu. graue: tamen monendus, ut. C. quomodo & quan-
6 do iudex. l. secunda. † dicit Archidia. siuè de facto, siuè fortuito reperiatur coram iudice, non tenetur recipere libellum. ¶Ego dico, quòd tenetur recipere, sed non respondere; quia debet habere spatium ad deliberandum, ut in authentica, offeratur, de litis contesta. C. de hoc notat Archidiac. v. quæstione secunda, uocatio, nisi fit talis, qui habeat ius declinandi forum, ut. ff. de iudic. l. secunda. §. legatis, & §. si dubitetur. ¶Ibi, Non ualere, scilicet tanquam subreptitias. ¶Ibi, Indulgendum, nota quòd maleficijs hominum est obuiandum. concordantiæ sunt in glo. & fac. t. ff. de aqua plu. arcen. l. secunda. §. idem
7 Neratius. & illud uerum in iudicijs, in quibus præsumitur dolus & malitia ex termini cursu, & ideo post terminum quis non debet audiri, ut hic. Aliquando tamen non præsumitur malitia, quando aduersarij non interest, ut l. mancipiorum. ff. de optio. legat. quæ lex est ad hoc singularis. Item & hoc pendendet arbitrio iudicis secundum Innocen. quod est not. dignum, & maxime ad excusationem syndicorum, qui non denunciant maleficia. ¶Ibi, Copia iudicum, quid si in principio habuit copiam, sed non postea? respondeo, nocet ei negligentia in principio: quia non purgatur temporis cursu, argumen. ff. de officio præsi. l. senatusconsulto. non obstat de legatis secundo. l. Titia Seio, in §. usuras: quia ibi mora irregularis, quæ sicut irregulariter committitur, ita regulariter purgatur superueniente casu, a quo in-
8 cipere non potest. ¶† Not. ergo quòd non currit
9 tempus ei, qui copiam iudicis habere non potuit † dicit lex, quòd non læditur temporis cursu, qui negligens non fuit, ut in authent. de appellatio. post princip. colla. 8. C. qui petant tutores. l. cum a matribus. C. de appellatio. l. præses: quandoque tamen currit tempus ignoranti scilicet ad suum commodum, ut. ff. de infamibus. l. genero. Vel saltem si non patitur incommodum: quia sua non interest, ut in capit. statutum, de præbend. libro. vj. uel quia est tempus, quod naturaliter & irreparabiliter labi-
a tur, ut tempus ætatis[a], ut. ff. de mino. l. 3. §. minorem, & ff. de lega. j. si cui legetur. non enim potest ætas hominum ingenio reparari: quia, ut ait Virgilius, breue & irreparabile tempus omnibus est uitæ, contra hoc nulla uirtus patrocinari potest: sed famam extendere factis, hoc uirtututis opus. ¶Ibi, Conuenire, not. aliquid conualescere temporis cursu coadiuuante, sic. C. de his, qui a non domino manumittuntur, l. finali, & not. in l. 1. C. qui admitti ad bon. possess. possunt. nam per præscriptionem multa conualescunt, ut legitur & not. ff. de condictio. indeb. l. indebitum. §. sed & si numi. ff. de usuca. l. cum uir prædium. ff. de dona. causa mort. l. si alienam. nec est nouum, quod quædam conualescant, ut. ff. de testamen. milita. l. neque enim uersicu. sed si mortis, &
10 not. eod. titu. l. miles ita. §. mulier. † ¶Et ideo, si statutum dictaret, quòd non posset relinqui bannito, forensi, uel concubinæ, & erat concubina, uel indignus tempore testamenti, & non mortis, conualescit relictum, quod est not. dignum dic, ut l. prima. §. exigit. ff. de secun. tab. ¶Ibi, Habeatur, etiam si secundus impetrans ex certa scientia suppressit ueri-
11 tatem: † quia quod reducitur ad statum ueritatis, perinde est, ac si ab ipso principio esset uerum. nam hæc est ratio quare factum falsi procuratoris ratihabitione conualescit, scilicet quia repræsentatur uerum, quod ab initio non fuit uerum. ff. qui satisda. cogantur. l. Iulianus. ff. de fur. l. si uendidero. §. Titius. uel dic, quòd propter dolum secundi impetrantis primæ literæ non absorbentur propter lapsum anni: quia secundæ sunt perpetuò inutiles. & est ratio, quia primus impetrans est in culpa, secundus in dolo, & dolus præponderat culpæ, ut not. ff. solut.
12 matrimo. l. si mora. ¶ † In contractibus lata culpa, quæ est scire debere, æquiparatur dolo, id est scientiæ, cui non est amicus error. l. quod te. ff. si cer pet. In delictis secus: idem in iudicijs, ubi dolus purgatur. facit. ff. de condi. sine causa. l. auunculo. ff. de contrahend. emptio. l. domum. ff. de abigeis. l. prima in fin. ¶Gloss. 1. istius capituli expedita est per notabile.
13 ¶ † Gloss. secunda. quærit, quando quis dicatur habere copiam iudicis? dic, quòd quando habet copiam iudicis competentibus horis. nam qui non uenit competenti hora, non dicitur uenisse, ut. l. pri-
14 ma. §. quid ergo. ff. quando appel. sit. ¶Quæro, quare negligentia nocet? respond. quia æquiparatur latæ culpæ secundum Ber. dicit Accur. q quælibet leuis exusatio excusat à dolo, & lata culpa in non ueniendo, vt not. in l. prima. §. fina. ff. si quis ius di-
15 centi non obten. † dicit Innocen. quòd vbi est appositum tempus, mora & periurium probantur per lapsum temporis. sed si non est appositum tempus, debet præcedere monitio, ut ipse not. infrà de præbend. cap. extirpandæ: & post monitionem requiritur aliquod tempus modicum, ut. ff. de mi. l. Aemylius, quæ gloss. non est alibi. ¶ In capit. autem nostro, quia præcedit canonis dispositio, & subditur termini assignatio, negligentia probatur solo temporis cursu. ¶ Tamen scias, quòd in delictis, quæ dicuntur, sed ex altera parte negantur punienda, debet admitti excusatio probabilis, vt. ff. de re mili. l. tertia. §. si ad diem. & idem vbi agitur de punienda contumacia, Vt hic, & infra de appel. cap. cum parati. & dictum Innocen. debet intelligi in actibus instantaneis, non in habentibus tempus commensuratum ex natura rei, ut. ff. de uerborum obligationibus. l. continuus. §. illud. quia ibi non est necessaria alia monitio. Istud est uerum ad obligationem purificandam, sed ad moram inducendam est necessaria requisitio post tẽpus obligationis purificatæ. de hoc no. ff. de verb. obli. l. si ex le-

a ¶*Iuxta illud, senex collige tempus, & illud serua.*

ex legati causa.ff.quando di.le.ce.l.semel.§. in habita
tione. & adde quod no.Bar.ff. de ver.obli l. in illa sti-
pulatione,si calendis,& l.hoc iure, facit.ff.de proba.l.
quinquaginta. Sed nimirum. in eodem enim cõtractu
possunt assignari plures dilationes successiuę.ff.si cert.
pe. l. lecta.

16 ¶ † Quæro, quando incipit currere iste annus? gloss.
dicit, ꝙ à tempore præsentationis literarum; non de-
clarat primarum, vel secundarum Gof.dicit à tempo-
re secundi rescripti. In summa illius ti. dicit, quòd
ante præsentationem secundi rescripti non incipit an
nus, sed statim post impetrationem secundam, & præ-
sentationem eius incipit annus.

¶Itaq; sup secundis literis procedendũ non est pẽden
te dilatione anni: sed ea finita sic: quia iam absorptum
est primum rescriptũ per fm incompatibile & præiu-
17 diciale. † ¶Sed nunquid finitur dilatio anni non solũ
per cursum tpis, sed ẽt qualitercunque appareat, ꝙ
prius impetrans non intendat ꝑcedere? rñ. sic, ar.ff.de
sta.homi.l. Aretusa, & quod no.ff.de acqui hær.l quã-
diu, &.ff.de iudi. l. sed & si susceperit, &.ff.de in inte.
rest.l.fi. & dicit Inn. ꝙ cũ primus impetrans statim ꝑ-
sentat suas literas, habet annũ ad ꝓsequendũ, & exclu
dendũ fm impetrantẽ: sed si non præsentat, cũ primũ
pòt, tunc ẽt intra annũ pòt effectualiter conueniri: qa
melior est conditio occupãtis, vbi in secũdis literis nõ
fit cõmemoratio de primis literis, vel fit, nõ tñ plenè,
sed surreptitiè: qa non dicitur editum, quod nõ est suf
ficiẽter editũ.ff.de edен.l.vbi exigitur, & ff.ad exibẽ.l.
Iulianus.§ quantũ; & ita intelligitur capitulũ, vt debi
18 tus.j.de ap.& arg.ff.ad Tertul.l.2.§.si mater. † ¶ Sed
pone, ꝙ primũ rescriptũ erat ad vniuersitatẽ causarũ,
& fm similiter, & ex vtroque manauerat citatio super
diuersis capitulis non connexis. Nunquid lapsus anni
auferat commodum totius rescripti? & videtur ꝙ nõ:
quia vbi plures effectus, ibi plures causæ, ut.ff.de ex-
19 ce.rei iu.l. singulis. † Et quia per vnum actum nõ tol
litur priuilegium ad plura concessum nisi super illo tã
tum, ut.ff.de excu. tut.l.voluntaria.nam quandoque
beneficium, vel rescriptum conceditur in actu itera-
bili, uel successiuo; & tunc non tollitur per unum a-
ctum contrarium instantaneum nisi quò ad vnum uni-
cum actum: tamen quandoque non est iterabile, uel
multiplicabile; & tunc tollitur per vnum actum, qui
per totum ipsum consumitur, ut.C. de pactis inter
empto.l.commissoriæ, & l.2.C. de iure dominij impe-
20 trando. ¶ † Quæro, cum impetratum est unum re-
scriptum, durat, donec viuit mandans. quid in com-
promisso, nunquid durat, donec uiuunt compromit-
tentes? Respon. sic, nisi sit lis in iudicio deducta co-
ram arbitris super litis contestatione, uel quasi. nam
licet in iudicijs finita instantia non sit finita iurisdi-
ctio etiam coram iudice delegato: tamen in arbitrio
secus: quia desertum est compromissum, ut.ff.de ar.l.
sed & si compromissum.l.& item si.nam coram arbitro
non contrahitur eremodicium, quin soluatur com-
promissum. & si arbitri habent potestatem prorogãdi,
tamen ultra triennium prorogare non possunt, ut.C.
de iudi.l.properandum, in princ. ¶Quæro, nunquid,
quod hic dicitur de anno, habeat locum in literis gra
tiosis? respondeo non, quia nõ reperitur hoc iure cau-
tum secundum Io.And. Ista ratio non confirmatur ꝑ
l.in uenditione.§.de tempore.ff.de bo.autho.iud.pos.
21 ¶ † Extra no. quòd reperitur duplex annus, s. edicta-
lis, & decretalis. primus statuitur à lege mortua: secun
dus à iudice, ut.ff.de succe.edic.l.j.§.decretalis. repe-
ritur etiam conuentionalis, qui pacto statuitur.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus à principe est maior quolibet ordinario.*
2 *Delegato Papæ debẽt obedire episcopi, & alij prælati in exe- cutione causæ sibi commissæ.*
3 *Credulitatem an inducat dictum vnius discreti viri.*
4 *Non esse, & non apparere, paria sunt.*
5 *Iudex vnus an possit alium cogere ad ostendendum de sua iurisdictione.*
6 *Executor an possit petere copiam rescripti.*
7 *Per famam an inducatur scientia.*
8 *Testis de fama facit rem dubiam quò ad præparatoria iu- dicij.*
9 *Executio sententiæ diffinitiuæ, vel excommunicationis dif- ferri non debẽt, nisi incontinenti probetur exceptio.*
10 *Executor dubius de iurisdictione mandantium an partes ci- tare debeat ad disceptandum de ea re.*
11 *Reuocatiua iurisdictionis probatur per scripturas.*
12 *Omnis scriptura, in qua fit mentio priuationis, præsu- mitur posterior.*
13 *Scire est rem probabiliter cognoscere.*
14 *Ordinarius si cum ordinario contendat, quæ forma serua- ri debeat.*
15 *Obedientiam præcipitem præstare, vel ancipiti via gratifi- cari nemo cogitur.*
16 *Ordinarius non habet necesse de sua iurisdictione do- cere.*
17 *Ordinarius ordinario nihil potest mandare.*

1 VM contingat. † Præmitte ad euiden-
tiam, quòd delegatus à principe est maior
quolibet ordinario, ut.ff.de mino.l. minor
autem magistratus; & ideo in executione
commissorum sibi ordinarius debet ei parere. Secun-
do dicas, ꝙ hæc decretalis instruit ordinarium, quid
facere debeat, cum à diuersis delegatis recipiat man-
data contraria. & tria tanguntur hic principaliter. fa-
cti dubitatio, dubitationis solutio, & ordinarij instru-
ctio. Circa primum ponitur factum, & quæstio facti.
Circa secundum fit bimembris distinctio. Circa ter-
tium instruitur ordinarius in duobus. secunda ibi,
Super quo. tertia ibi, Cæterum. ¶ Casus. primi
iudices mandãt ordinario, quòd denunciet reum, uel
actorem excommunicatum. Secundi iudices man-
dant, quòd denuncient eum absolutum: quæritur,
quibus est parendum? Respondetur, quòd si ordi-
nario non constet de controuersia iurisdictionis, est
parendum primo mandato: sed si ei constet de con-
trouersia, debet ei petenti fieri copia rescriptorum,
quibus uisis aut ei constat de iurisdictione priorum,
& non de iurisdictione secundorum; obtemperet pri-
mis. Et si è contra, & tunc è contra. aut de neutra,
sed dubitat, & supersedeat, etiam si cum acceptauit
mandatum, res non erat dubia, sed postea ante execu-
tionem surrexit dubitatio: quia dubitatio est obscu-
ritas quędam, ar. optimum.ff.si quis ordo in bono.pos.
serue l.2.§.dies, text.notabilis. ¶Et unum scias, quòd
non debet dicere se dubitare, ubi nõ est dubitandum.
Item scias aliud, quòd licet ordinarius habeat prædi-
cta discutere circa obediendum, uel non obediẽdum,
non tñ potest pronunciare super eorum iurisdictione,
subaudi qa est inferior, non superior, & merus execu-
tor, &

2 tor,& non iudex in hoc passu.h.d.notabiliter. ¶ † Not. quòd in dubio episcopi & alij prælati debent obedire delegato Papæ in executione causæ sibi commissæ, & in appendicijs, & connexis. ¶ Secundo not. q dubius de iurisdictione alterius,& nõ sua,non potest pronunciare super iurisdictione. ¶ Tertio no,quòd non debet fingere quis se dubitare,vbi non est dubitandũ. ¶ Not. etiam,quòd rescripta, quorum prætextũ aliquid mandatur, debent produci mandatario, & de his fieri fides.concordat ad hoc.l.notabilis.ff.depo.l. si quis infiCiatus. ¶ Not.hic Ber.quòd propter contentionem iurisdictionis res fit dubia; quod not. propter contraria mandata, quæ frequenter occurrunt. Item quòd propter contentionem iurisdictionis res fit dubia, & executor huiusmodi non procedet. ¶ Not.quòd ubi non mouetur quæstio iurisdictionis, iudex non debet eam mouere sibi ipsi. ¶ Ibi,Copia postulata,not.copiam rescriptorum iudicibus petentibus edendam esse. ¶ Not.quòd si capitaneus petit ab antianis, quòd faciant sibi copiam reformationum, quæ non sunt in volumine generali,quòd debet fieri copia. ¶ Ibi, Fuerit dubitandum,quia qui dubitat, ignorat.C. de furt.
3 l.manifestissimi.§.sinautem dubius. ¶ † Ibi, Dubitare, An dictum vnius inducat dubitationem? videtur quòd sic, ut.l.1.in fin.ff.quemad. testa. ape. imo videtur,quòd inducat certitudinem, ut.ff.de dote prælega. l. Theopompus.sed ibi testator disposuerat,quòd staretur dicto unius testis. Dic, quòd dictum [a] vnius discreti viri inducit credulitatem, si quis vult ei credere, ut.ff. de eo, per quem fa. erit.l.1.§.dolum. no.ff. de condi.& demon.l. Titio fundus.tamen non tenetur credere, text.est notabilis in l.2.ff. quod
4 sal.tut.auth.qui tex.allegatur hic per Ber. † ¶ Capio glo.quæ incipit,sed quid.vt expediantur gloss.paruulæ,pone,quòd literæ allegantur, sed non ostendũtur. dicit glo.quòd quæ non apparent, non sunt, optime
5 facit.ff.depositi.l.si quis inficiatus. ¶ † Quærit ead. gloss. an vnus iudex possit cogere alium ad ostendendum de sua iurisdictione? & dicit quòd non: quia inuicem iurisdictionem nõ habent, sed sunt inter se pares;quod est notandum. Subdit etiam,quòd iudex nõ tenetur obedire, nisi videat rescriptum. concor. l.1. C.de manda.princip.C.de iure fisci.l. prohibitum,lib.
6 10. ¶ † Quærit sequens glo. an executor possit petere copiam rescripti? dicit quòd sic, & est ratio: quia constare debet ei de mandato, ut.ff. de eo, qui pro tutore.l.quæro. ¶ Glo. sequens dicit, quòd non dicitur reuocari, quod nullum est, sed denunciari nõ
7 ligatum. ¶ † Capio nunc primam gloss. & quæro, nunquid per famam inducatur scientia? & glo. sentit quòd sic. & ad idem facit, quod not.C.de peri.tuto. l. si tutor. in contrarium facit, quia scientia est verorum, & ueritas & esse idem sunt, & veritas non potest esse falsa, sed fama sic. vt.ff. de hære. instit. l. final. &.ff. de adulteri.l. miles. §. penultimo. Dic, vbi tractatur de magno præiudicio non sufficit fama,
8 sed ubi de paruo, sic, ut hic. † Dicit Accursi. quòd vnus testis de fama non facit rem dubiam: imò nec duo.C. de reb. creditorum. l. in bonæ fidei, ubi est gloss. notabilis. quò ad apparatus iudiciorum facit rem dubiam, ut notat.C. de procuratoribus. l. prima: sed non quò ad decisoria: quia hæc res non constat ex credulitate. & dicit glossa, quòd testimonium credulitatis est quoddam quasi iuramentum calumniæ, ut in authen. vt hi, qui oblig. iuxta medium. ¶ Sed nunquid sufficiat audiuisse ab homine leuis opi
9 nionis? respondet, quòd non. ¶ † Demum subdit, quòd executio sententiæ diffinitiuæ, vel excommunicationis, de qua hic loquitur, differri non debet, nisi incontinenti probetur exceptio.3. q. 1. sicut, vbi de hoc.C. de or. co. l. final.ff. de re iudi. l. 4. § condemnatum, per Bart. demum subdit, quod figmentis non debet dari occasio, ut quis fingat se nescire,quod scire debet.C.de incest. nu.l. cum ancillis. probabilis ergo debet esse causa, non temeraria, uel conficta.
10 † ¶ Quæro, an isti executores q dubitant de iurisdictione mandantium,debeant citare partes in hac disceptatione? quidam dicunt q non: quia non habent iudicare.simile no.ff.de bo.pos.l.3.§. si causa cognita.hoc tenet Hostien.& Ber. Executor enim debet videre per scripturas, non q possit aliquid super potestate sua pronũciare; quod est multũ notabile in executoribus sniarum,vt hic in fi.capituli qui tex. est multum singu. ¶ Capio gl. Sed qualiter,& quæro,nunquid ex sola inspectione literarum possit apparere primas literas reuocatas?glo.arguit, quòd non; sed aliquid debet esse adiunctum per partium confessionem. Certè imò potest,si in literis secundis continetur clausula, ex certa
11 scientia. ¶ † Et not. quòd affirmatiua & negatiua iurisdictionis,uel,proprius loquendo,reuocatiua probatur per scripturas. ff.de leg.3.l.Lucius. §. Sempronio,
12 & ff.de li.le.l.Aurelius.§.fi.& omnis scriptura, in qua fit mentio priuationis,præsumitur posterior,ut no.C.
13 de codicillis,cũ pponatis. † Extra no q scire [b] est rem probabiliter cognoscere, puta per argumẽta,ut ff.ad Tre. l. qui filium.§. fi.& ibi no.licet magis propriè sit cognoscere per causas producentes. Illa enim dicitur causa.quæ producit determinatum effectum,& ideò,si quis dicit se appellasse,uel procuratorem esse ad petẽdos apostolos, licet sit uir pclare famæ,non creditur ei, nisi legitimè doceat.adhoc de sen excõ.c.inquisitioni, secũdũ Inn. & Host.& p Archi.in c.cupientes de ele.li.6.super uerbo,notitiã,& p Io 23.q.4.c.q magnã. nec dẽt quis esse minus diligens ad inquirendum,ff.de noua.l.doli mali,in fi.no.j.e.c.mandatũ. ¶ Dicit tñ collecta. q sufficeret assertio unius personæ notab.non suspectæ 87. distin.c.tantam 20.q.3.c.præsens,& 8.q.3.c.1. facit quod no.in Spec.de citatione. §. sequitur uidere,& in clem.
14 causam,quæ,de elec.per Ioan. And. ¶ † Quæritur demum,quid si contentio est inter duos ordinarios,nunquid seruatur forma istius c.& s.e. c.pastoralis? dic q non secundum Innocen. & Hostien. quia istud ca.tantum locum habet in executoribus literarum apostolicæ sedis, & inter eos quotidie practicatur.Idem no.
15 Inno.j.eo.c.mandatum,in glo.licet aliter Colle. † Deinde not.q si ratio obscura sit, ut discerni non possit, neutri parendum est; quia non cogitur quis præstare præcipitem obedientiam, nec gratificari ancipiti uia, facit capit.domino guerram, in tit.hic finitur lex colla. 10. & facit pro regibus, qui sunt indifferentes
16 tempore schismatis. † Tamen uerum est, quòd ordinarius de sua iurisdictione non habet necesse docere, ut ff. de offic. prætor. l. Barbarius Philippus: quia solium dignitatis eam ostendit. dicit Innocen, quòd non intelligitur turbare iurisdictionem ille, qui

a ¶ *Vide Bart. in l.de pupillo. §. si quis ipsi pretori, in 8.q in fi. ff. de no. oper. nun. & ibi late per Iaso. May.*

b ¶ *vide Bar. et omnes in l 1 ff. si cer. pet.*

qui non tenetur parere. Idem no. q. postquam reuocata est iurisdictio expressè, non potest prorogari: quia
17 nullæ remanent reliquiæ iurisdictionis.†Idem ait, q ordinarius ordinario nihil potest mandare. de hoc no. per Archi. xj. q. j. de persona. Item ait de citationibus, quòd non requiritur causæ cognitio: quia citationem nulla probatio præcedere potest, uel disceptatio, nisi talis qualis informatoria, ut no. ff. de fer. l. fi. & quod not. Inno. j. qui matri. accus. pos. ca. in tua, ubi super fama recipitur præparatoria informatio parte non citata. illa enim fama nõ probat aliquid nisi iudicis motũ.

SVMMARIVM.

1 *Ad ueritatem copulatiua requiritur, quòd ambæ partes sint ueræ.*
2 *Dictio, & iterum, strictè, uel latè sumpta quid importet; & quid dictio pluries.*
3 *Prorogandi simpliciter attributa potestas expirat per unicam ualidam prorogationem, & quid si iterum uel pluries prorogandi data fuerit.*
4 *Collatio beneficij potest fieri per interpositam personam.*
5 *Sequestratio beneficij non potest fieri, nisi subsistente causa, ut puta contumacia, uel dilapidationis suspicione. Et potest fieri ante sententiam, reuocatur autem sequestrum si satisdetur de non consumendo, & resignando ad mandatum iudicis: uel etiam si contumacia purgetur.*
6 *Dies & locus apponi debent in citatione.*
7 *Rasura scripturam uitiat, & per eam falsitas manifesta probatur.*
8 *Radens, & in loco rasuræ scribens an duas falsitates committat.*
9 *Confiteri per literas crimen capitale an possit absens.*
10 *Falsarius qui falsificat acta, perdit causam non ipso iure, sed per sententiam.*
11 *Clausula, si ita est, refertur ad omnia.*
12 *Clausula respiciens determinabilia, determinat quodq; per se, sicut plurale suas singularitates.*
13 *Corruptio unius non est generatio alterius.*
14 *Duo proponens utrunque probare, quando teneatur.*
15 *Reus si petat non solum absolui, sed etiam sibi adiudicari; non sufficit ad adiudicandum, si constet de non iure actoris, nisi etiam constet de iure rei.*
16 *Sequestrum ex qua causa fiat? remissiuè.*
17 *Tres iudices si sint delegati simpliciter, an ualeat confessio facta coram duobus ex eis. uel faciat iudicium?*
18 *Confessio facta coram iudice, cuius sententia non ualeret, nullius est momenti.*
19 *Concilium facere non potest imperator, nec ei præsidere.*
20 *Schismaticus obstinatus hæreticus est.*
21 *Imperator non potest ius causarum dicere Romæ, nec citare in regnis, quæ sibi non obediunt.*
22 *Imperator non potest conuocare generale concilium, nec clerum Romanum. nec Siciliæ, nec Franciæ.*
23 *Imperia debent sacris famulari, & non dominari.*
24 *Bellum est triplex.*
25 *Belli durantis tempore quicquid fit, incontinenti fieri dicitur.*
26 *Contra malos non est utendum emplastro, sed gladio.*
27 *Concilium generale quis congregare debeat, & qui adhoc sint uocandi.*
29 *Cardinalis, etiam subdiaconus, est maior Episcopo Florentino.*
30 *Papa siue per ueros, siue per falsos cardinales eligatur; ecclesia semper retinet possessionem.*
31 *De iuribus incorporalibus nemo mero iure ejicitur.*
32 *Papa potest remoueri propter notorium crimen enorme.*

a 1 OLIM ex literis.[a] †Cũ in rescripto plura narrantur operantia diuersos effectus, non sufficit alterum probare ad utrumque effectum consequendum. uel sic. Quando ex pluribus copulatis surgit una finalis cõclusio, requiritur ueritas utriusq;. uel sic. quando duo accidentia uni substantiæ copulantur, requiritur ueritas coniunctiua. ff. de condi. & demon. l. quod traditur. Accusatus est Titius, q percussit Seium cum euidentia cicatricis:
b fuit probatum uulnus,[b] sed non euidentia; uidetur absoluendus a toto, non solum a tanto, id est a qualitate, ut no. de elect. c. si forte, li. 6. Sed de iure ueteri illa decretalis non obtinebat uim. Potest etiam allegari in contrariũ. Item è contra, cum unum narrat ex pluribus necessariis, utrunq; uidetur esse dispositum de fideicom. libe. l. alieno. §. j. s. e. ca. eam te. ¶ Et duæ sunt partes, consultatio, & responsio. secunda ibi, nos igitur. ¶Casus. inter P. clericum sancti Remigij detinentem, & R. de Cliuo prætendentem parochiam, id est ecclesiam de Salice per interpositam personam fuisse sibi collatam, causa uertebatur, quæ fuit commissa tribus abbatibus: qui solenniter citauerunt dictum P. scilicet primò, secundò, & tertiò, qui comparere noluit per se, nec per responsalem aliquem coram eis, ideo ipsum excommunicationis uinculo innodarunt, & fructus dictæ ecclesiæ sequestrarũt. qui. P. tædio excommunicationis affectus coram ipsis iudicibus comparuit promittens stare iuri, & fuit absolutus ab excõmunicatione, assignata sibi certa die & loco, quibus coram eis, quòd promiserat, scilicet iuri parere, adimplere, sequestro nullatenus reuocato, qui P. diem & locum radens ex literis absolutionis in loco rasuræ rescripsit, quòd ipsi iudices ei sequestratos fructus assignari mandabant, qđ scelus coram duobus eorum, tertio sui absentiam excusante per literas, est confessus. Cumque hoc deuenisset ad notitiam papæ per literas dictorum delegatorum, papa commisit causam duobus aliis iudicibus, & dedit eis in mandatis, ne tanta falsitas procederet impunita, q si esset ita, ipsi falsatori super dicta ecclesia imponerent perpetuum silentium, & præfato R. de Cliuo ipsam ecclesiam assignarent cum fructibus sequestratis. Modo dictus R. coram dictis iudicibus probauit de dicta rasura, & falsitate; & quamquam non probasset de sua canonica institutione, petebat sibi dictam ecclesiã assignari, dubitatio oriebatur per clausulam, si est ita, utrum referatur ad rasuram ita, q hoc solo probato dicta ecclesia debeat assignari dicto R. an uero referatur ad omnia superiora, id est ad rasuram & collationem. papa determinat, quòd ad omnia, nam & si propter delictum dicto P. silentium imponatur, tamen ex hoc dicto R. nihil accrescit, nisi probet
2 de canonica collatione. ¶†Ibi, & iterũ, hæc dictio strictè sonat pro secunda uice; sed largè significat, quoties opus est, cum profertur a lege, ut ff. de eden. l. ueluti. §. hæc

a *¶Pondera istum tex. ut per clausulam, card. & refert Ias. in l. contra maiores. C. de inoffi. test.*

b *¶Confirmo per fi. nã quando insultus fit in uno loco, & uulnus in alio, insultus non confunditur cum uulnere, sed censentur plura delicta secundum Bal. in c. 1. §. iniuria, de pace iuram. fir. Ana. consi. 9. incip. casus talis est.*

§.hæc vox.sed cum profertur ab homine, binario numero est contenta.ff.de leg. 3. l. fideicommissa.§.si qs decé. sed dictio,pluries, ternario numero est conten-
3 ta,ut.j.eod.c.in verbo, pluries. † & facit ad compromissa,in quibus datur potestas arbitris prorogãdi terminum semel & pluries. Si autem datur arbitrium prorogandi,nec aliud additur, intelligitur semel tantum,ut.ff.de uerb.signi.l.boues.§.hoc sermone. & hoc si prorogatio ualuit: sed si non valuit, intelligitur de prima,quæ ualuit.ff.de condi.& demon.l. hæc conditio,el primo,& arg.ff.de iureiuran.l. qui per salutem. quod habetur.j.eo.c.si compromissarius.§.1. de elect. lib.6.vbi licet electio sit nulla, tamen functus est offi-
4 cio eligendi,dic ut ibi. ¶ † Ibi, Per interpositam personam,not. quòd collatio beneficij potest fieri per interpositam personam. hæc tamen interposita persona non præbet ministerium: sed ipsi absenti recta via acquiritur, ut. ff. de manumis. vindi.l. pater ex prouincia. & hoc est generale in omnibus inseparabilibus à persona.unde dicit Bart. quòd per liberam personam acquiritur alteri ususfructus directus, & non utilis. ¶Ibi,Noluit,non facere,quod debetur, est nolle illud facere. ¶Ibi,sequestrari, quod facere potuerunt præmisso peremptorio, vt hic: quia missio in possessionem non habet locum in isto casu.j.de eo, qui mit. in poss.
5 c.eum qui,lib.6. ¶†Et no.qđ gl dicit hic,ꝙ sequestratio fieri non potest nisi subsistente causa. Idem dicit Innoc. causa potest esse vera contumacia,ut hic. Item dilapidatio, ut.l.si fideiussor.§.final.ff. qui satisda. cogan. Item suspicio dilapidationis,vt subtrahatur materia dilapidandi,quod arbitrio iudicis committitur. Adde, dicit Barto. quòd lite penden. potest fieri descriptio fructuum, ut tollatur occasio furandi, uel fraudandi. sequestratio autem non potest fieri ante sententiam,de iure fisci.l.facultas,per Barto. lib. 10. nisi per instrumentum constaret de iure agentis. C. de agri. & cen. l. litibus,lib.11.per Bart.Item ibi dicit,quòd sequestrum reuocatur, si satisdetur.Bartol. hæc satisdatio debet habere duo capita,s. de non consumendo,ff. de pe. hær.l. diuus. de resignando ad iudicis mandatum,arg.ff.de dolo.l.si oleum.Cum enim satisdatio loco sequestrationis cedat,ar.ff.ad Car.l.de bonis.§.qui pupillo.sic fructus sequestrati non possunt vsu consumi, imo nec vendi, nisi corrumperentur, & tunc iudicis authoritate,argu. in l.fi.ff.de requirendis reis.Item nec præstita dicta satisdatione, quæ uice sequestri fungitur Istud est certum,quòd ubi sequestratio fit propter contumaciam, ibi purgata contumacia ad mandatum iudicis sequestrum reuocatur. Casus
6 est hic multum notabilis.¶†Ibi,diem assignarunt,not. ꝙ monitio debet continere assignationem diei,lociq;, & sic est argum.ꝙ nisi dies & locus apponatur in cita-
7 tione,non ualet.¶†Ibi,Radens,no.quòd non solũ scripturam u tuperat,sed etiam per ipsam falsitas manifesta probatur. ff. ad munic. l.Titio, C.de edi.diui Adr.
8 tol.l.fi. ¶†Sed an sint duæ falsitates, una in radendo, alia inscribendo ita,quòd puniatur duplici pœna? respon.unum est delictum continuatione, & finaliter qa ambo actus terminantur ad unum finem, & eodem loco & tempore fiunt.Sed si diuersis locis, uel temporibus, essent plura delicta,& plures pœnæ,ut no.in l.pe. ff. de act.& ob.ubi optima gl.Ibi,per literas est confes-
9 sus.†No.ꝙ absens potest confiteri crimen capitale per literas missas iudici,uel duobus ex tribus delegatis, si forma mandati daret potestatem duobus: alias secus, arg.ff.de arbi.l.pedius, & hic est casus, in quo crimen capitale probatur per instrumentum.¶Ibi,temeritatis excessus, no. falsitatem uocari temeritatis excessum.
10 ¶†Ibi,Præsumptori,idest falsario. ¶Ibi,Imponentes. no.quòd falsarius,qui falsificat acta, perdit causam nõ ipso iure,sed per sententiam.ff.de falsis. l.si quis obrepserit,ff.de iure fisci. l.eius qui delatorem. Item no.ꝙ ille,qui perdit beneficium, perdit fructus. Ibi, Testes idoneos, no.crimen probatum per instrumentum ad-
11 huc per testes idoneos probari.†Ibi,si ita est,ista clausula, siue expressè adiiciatur, siue tacitè intelligatur, refertur ad omnia,& est ratio, quia ad omnia potest & & debet referri,ut no.ff.de iuris. omn.iud. l.si idem.§.
12 fin.¶†Ibi, ad hoc, id est ad hunc fin.ex hoc not.ꝙ ubi una determinatio,siue una clausula respicit plura determinabilia,determinat quodlibet de p se, sicut plurale determinat suas singularitates,ut not ff.si qs cau. l.seruus.§.si plurium,& ff.de condi.& demon.l.falsa.§. fi.Nam omnis determinatio operatur, secundũ quod adiacet determinabili,ut C.de sen. & interlo. om.iud. l.cum solutum,& ff.de le.2.l.fi.§. Seio,& l.2. ff.de cõd.
13 inst.†Item not.hic,ꝙ corruptio unius non est propterea generatio alterius,unde licet falsarius perdat litẽ beneficij; tamen nihil aduersario applicatur:quia beneficium sine titulo ecclesiastico acquiri non potest,
14 ut in c.j.de reg.iur.lib.6.†Item not. ꝙ qui duo proponit, scilicet aduersarium desiquisse, & beneficiũ ad se spectare,debet probare utrumque,uel saltim id,quod est substantiale ad uictoriam, scilicet beneficium ad se spectare,uel dic, ꝙ hic ideò debet probare utrumque: quia se ad hoc astrinxerat impetrando circa duo, quorum unum pendet ex altero,C.de temp.ap. l.per hanc tex.notabilis. Quandoq; enim surgit ex pluribus copulatis unicum ius,& tunc utrumq; est probãdum, ut ff.de itin.actuq; priuato.l.3. §. hoc autem a superiori, & ibi bona gl.quandoq; surgunt plura iura;& tunc nõ est necessaria copulatiua probatio, ut ff.de app. l.Seio,& l.appellanti.§.non scelere: sed debent referri singula singulis,ut inst.de exc.tut. §. si plures.adde, qđ no.s.e.c.ex parte,per Ber.¶Ibi, Super aliis, id est sup
15 canonica institutione,†& no. ꝙ quando reus non solũ petit se absolui,sed rem sibi assignari, uel adiudicari, non sufficit quò ad hoc adiudicandum, quòd constet de non iure agentis,sed oportet, quòd constet de iure sibi adiudicari petentis, tex.est hic notabilis, & ff. de iureiuran.l.sed si possessori,in prin. Et hoc casu agens potest formare articulum de non iure rei: alias secus, ut dicit illa lex notabilis.ff.de rei uind. l. in speciali.
16 ¶†Ber.tangit,hic de sequestro,& ex qua causa fiat,unde quæro ex qua causa fiat sequestrum? & solue,ut in gl.quæ incipit,quod de iure,& adde quod dicam.j.de do.& contu.c.ex literis.In alia gl.quæritur, utrũ clausula referatur ad omnia. Item quæritur, an pluribus intentatis sufficit alterum probare.hoc superius declaraui.¶Dicit Colle.quòd cum plura narrãtur effectus uarios operantia,non sufficit alterum probare, scilicet ad utrumque effectum consequendum:ubi requiritur copulatiua essentia, non sufficit unius probatio.ff. de itin.actuq; priuato. l.unde. §. hoc autem superiori.
17 ¶†Io.And.quærit hic,utrum si sunt tres iudices simpliciter delegati, an ualeat confessio facta coram duobus ex eis alio absente,uel nolente interesse? & dicit ꝙ non: quia apud duos non est iurisdictio. & ideò papa mandat sic inquiri, quanquam de confessione constaret,tamen non credo posse negari, quin hæc confessio faciat

faciat indicium, ut. ff. de ædilitio edicto. l. quæro. §. fi. etiam si facta sit aduersario absente: quia iudex tanquam publica persona potest recipere confessionem pro publico interesse, argu. C. de adulterijs. l. quamuis indubitati, & in criminibus supplere potest pro absente, & contra absentem, arg. ff. de pœnis. l. & si non defendantur. tamen hoc uerum esset supposita iudi-
18 cis competentia. † aliàs enim datur regula, quòd cuius non ualet sententia, non ualet confessio facta coram ipso, ut eleganter notatur. ff. de his, qui notantur infamia. l. quid ergo. § ex compromisso. ¶ Dicit Colle. quod ad impetrandum rescriptum ad beneficium non requiritur speciale mandatum, scilicet ad certum beneficium impetrandum. hoc patet, quia procurator potest impetrare sub expectatione, quæ certa esse non potest. ¶ Dicit Colle. hic, quòd hic ideo fit sequestrum, quia præcessit excommunicatio, & cui cõmunio hominũ denegatur, prouentus ecclesiastici merito subtrahuntur, ut. j. de appel. c. pastoralis, in fi. col.

¶ Verba subsequentia usq; ad finem capituli non sunt ad capitulum pertinentia, sed per ipsum Bald. tamen addita.

¶ Et nouissimè M. CCCXCVII. Rex Francorum subtraxit obedientiam domino Benedicto: quia tanquàm obstinatus nolebat se supponere concil. nec ẽt prædictus rex obediebat domino Bonifacio Anhelãti ad tractũ adijciens pro Benedicto. Nemini dicendum est, dimitte ius tuũ, & fac te absolui, dicit Inno. de sen. exc. c. apostolicæ. nec ualet iuramentũ factũ impressione. ff. quarũ re. ac. nõ dat. l. 1. § q̃ onerandæ. In mr̃imonio ẽt non tenet iuramentũ, q̃ quis cogatur ad diuortium. l. reprehendenda, l. fi. de di. ¶ In omissione uerbi non cadit absoluta coactio: quia uox non põt formari nisi in proprio organo, & gutture suo; & ex hoc apparet libertas animæ. C. de hære. insti. l. 3. & no. in c. sacris. j. quod me. cau. Inn & adde quod no 40. di. Christianus. Bonifacius significat bouẽ. Benedictus significat bestiã bellantẽ; si primã syllabã cuiusuis nominis praue interpretaris, utraque bestia tã qui boat, quàm qui bellat. si bene introspicerent, utraque bestia rugumat, sed neutra ruminat. Sanè scribitur psalmo centesimo, ambulans in uia immaculata hic mihi ministrabat. dicit glo. mihi, non sibi, sicut faciunt isti, & locus publicus ac sacer uim patitur ꝯ omnia edicta prætorum. ¶ Et cardinales ueteres qui sunt nunc septem, uolunt eligere alium, & erit schisma posterius peius priore: quia morbus, qui non curatur, infistulatur. ¶ Olim schisma curabat Imperator, concilium congregabat, & illi intererat. 79. dis. si duo forte, in superscripto, q̃a ibi Honorius Imperator loquitur, & statuit. hodie Imperator faces amisit: quia reges subtraxerunt ei obedientiam, nec dira barbaries Teucrorũ, ut sic dixerim, uel immanitas Teutonicorum tranquilla regna Christianorum principum, & dulces patrias ac amænas subuerteret, de re iu. c. ad apostolicæ, lib.
19 6. ¶ † Concilium formatum & essentiatum, seu canonizatum à iure non potest Imperator facere, nec ei præsidere: sed quandam congregationem facit, quæ potius dicitur conuenticula. ¶ Sed Io. dicit, q̃ q̃n ecclesiæ potestas deficit, Imperator supplet. 23. q. 5. principes. sed intelligendum, quòd supplet patrocinando.
20 ¶ † Schismaticus obstinatus hæreticus est, & qui non habet partem in Deo, non habet partem in ecclesia.

¶ Et dicit Hug. in suo apparatu ordinario, q̃ cardinales possunt deponere authoritate Dei Papam; & tamẽ non sunt maiores Papa. Hugo ita not. 63. dist. in synodo, & 40. dist. si Papa. per Hugo. & glo. Item distingue tempora, & cõcordabis scripturas. Nam duo sunt tempora. primum, q̃n ecclesia parum militabat, & parum poterat per se sola; & tunc multa priuilegia contulit imperatoribus, quæ postea sunt sublata. 63. dist. c. uerum tenet. c. ego. per Hugo. deinde ecclesia militans plus incæpit posse, quàm imperium temporale, in temporalibus triumphans: qui tamen impropriè dicitur triumphus, & tunc incæpit imperium declinare, & diuidi. reges ei subtraxerunt obedientiam. Item fecit Constantinus [a] illam donationem, qui uiribus & iuribus multum minuit imperium. C. de
21 naturalibus liber. l. diui. † ¶ In istis ergo temporibus & multominus in nouissimis temporibus ætatis nostræ ægræ & infirmæ, Imperator non potest ius causarum dicere Romæ, nec in regnis illis citare, quæ sibi non obediunt. Nam quo ad obedientiam inspicitur possessio,
22 & non merum ius. C. de sum. tri. l. 1. ¶ † Vnde sequitur, q̃ Imperator non potest conuocare generale concilium nec in urbe, quæ hoc habet de iure capitis. ff. de religiosis. l. cum in diuersis. nec alibi; & sic nec de iure, nec de facto potest conuocare clerum Romanũ, qui est caput cleri totius mundi, arg. ff. de le. l. de quibus. nec clerum regni Hierusalem, & Siciliæ, ut in c. pastoralis, de re iud. in cle. nec clerum Franciæ: quia illud regnum nullo iure subest Imperatori loquendo secundum nouam ecclesiam, ut no. in c. quod clericus, de so. comp. & 63. dist. Adrianus. & idem in similibus regnis. Item dicit Hosti. quòd pauca regna hodie obediunt Imperatori, s. Italum & Arelatense, & Romani imperium uirtutibus promeruerunt, ut no. 63. dist. e-
23 go Ludouicus super uerbo, Francorum. ¶ † Item, ut dicit Valerius, imperia debent sacris famulari, & non dominari: quia caro non debet dominari aduersus spiritum. tamen etiam si Imperator non requiratur, debet iuuare statum ecclesiæ tanquàm amicus, frater, patronus, debitorque ecclesiæ. si Papa non uult uti rationibus, ubi tractatur de periculo mundi, compescetur armis. C. de iudicijs. l. nullus. Et bella quædam sunt de iure naturali, id est de statu & moribus, ac instinctu naturæ: quod patet ex bellis & actibus puerorum, & bestiarum, & perfectius & multo fortius ex bel
24 lis sapientium. l. ex hoc iure, de iusti. & iur. ¶ † Et triplex est bellum. s. repercussiuum, mitigatiuum, & curatiuum, ac sanatiuum, radicitus. i. funditus eneruatiuum guerræ, & factiuum pacis. ¶ Exemplum de primo in rixa, quæ est actus quasi instantaneus. ff. ad l. Aqui. l. ex plagis. §. tabernarius. & in guerra, quæ est actu & apparatu perseuerans, & requirit latitudinem
25 temporis, de restitu. spo. c. Pisanis. † & totum, quicquid fit in tota illa dispositione & latitudine temporis, dicitur fieri incontinenti, argum. ff. de pac. l. iuris gentium. §. quinimo, in fi. ¶ Exemplum de bello lenitiuo & finitiuo guerræ. ff. de pac. l. legitimam, cum similibus. ¶ Et sic est triplex genus belli, scilicet repercussiuum, & hoc debet esse primum. modificatiuum; & hoc debet esse secundum. & exterminatiuum; & hoc debet esse vltimum, & hoc de gente ad
26 gentem. † Item ꝯ malos non est utendum malua, uel emplastro, sed gladio. ff. de officio præsidis. l. congruit.

[a] ¶ Vide dom. Franc. de Aret. in rubr. ff. de uer. obl.

27 ¶ † Qui

27 ¶ † Quis ergo congregabit concilium? Hugutio determinat expressè in d.c. si duo forte. dicit, quòd vbi est dissensio inter cardinales, debet concilium conuocari authoritate cardinalium. Nam concilium est sicut bonus vir electus & approbatus à canone; & sufficit maior pars cardinaliũ, ut. ff. ad munici. l. quod maior pars: imò maior pars præsentium, si saltem duæ partes sint præsentes, requiritur maior pars omnium præsentium, vt. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. l. si nulli. non ob. c. licet de uitanda: quia hic non sumus in electione, sed in concilij congregatione. & istud, quod dicit, quòd concilium pertinet ad cardinales, non est in glo. dicti. c. si duo forte; & ideo recurre ad glo. Hugutionis, quia gl. Bar. Brixẽ. est truncata. ¶ Et no. quòd ad concilium generale de necessitate non sunt vocandi, nisi episcopi, ut not. Innoc. in c. graue, de præb. & ideo cardinales episcopi sunt illi, ad quos principaliter per-
28 tinet conuocatio, ar. 23. dist. in nomine domini. † sed certe cardinales non conuocant concilium vt singuli, sed vt collegium: quia collegium cardinaliũ maius est, quàm aliquis singularis episcopus, quàm patriarcha; & tamen non est negandũ, quòd cardinales epi-
29 scopis sint in concilio præstantiores. † ¶ Item non est negandum, quin singulus cardinalis etiam diaconus, vel subdiaconus sit maior episcopo Florẽtino, vel Perusino, vt in l. vnica. C. de præpositis libello, lib. 11. ibi, dum dicit, quos nostri lateris comitatus illustrat. ¶ In hac congregatione non requiritur authoritas eius, qui se prætendit Papam: quia tractatur de sua exauthoratione, & sic de causa propria. ¶ Vltimò subijcio quoddam mirabile dictum Hugutionis in d. c. si duo forte, qui dicit, quòd propter scandalum uitandum uterque potest per concilium repelli. 40. dist. si Papa, & tertius eligi, qui non sit eiusdem scandali prosecutor. ¶ Et in hoc aduertat Rex Francorum, ne ueniat. scribitur enim, incidit in Scyllam cupiens euitare Carybdim. Et si permittitur depositio, permittitur eius præambula. s. subtractio obedientiæ solitæ, ar. in l. 1. ff. de requi. reis.
30 ¶ † Siue per ueros cardinales, siue per falsos Papa eligatur, ecclesia semper retinet possessionem, ut. l. quæsitum. ff. quemadmodum ser. amit. nec potest ecclesia uniuersalis desinere possidere: quia non potest expel-
31 li. † Item quia de iuribus incorporalibus nemo mero iure eijcitur, ut. ff. de usu. l. sequitur. §. si uiam. & si expellerentur cardinales, tñ quia ipsi non possident noie suo, sed nomine totius catholicæ ecclesiæ, ipsa uniuersalis ecclesia nõ perdit possessionẽ eligendi. ¶ Porrò ipsa ecclesia est quid incorporale & inanimatum, & non possidet nisi per organa sua, sicut hæreditas aliqua no. ff. de cond. & demon. l. municipibus, & l. eius,
32 q. ff. si cer. pet. † Item dicit Hugu. in d. c. si duo, & ibi gl. quòd Papa potest remoueri propter notorium crimẽ enorme. tene menti, & de facto est. & quia dicitur, quòd quidam ex eis est notoriè periurus, de elec. uenerabilẽ. & aut Papa est intrusus, & nullæ eius promissiones tenent. C. de sacrosanc. ec. l. decernimus. aut extrusus, id est ex post facto remotus, & tunc ualent quæcũque fecit ante, quàm priuaretur. ff. de mino. l. Aemilius. ¶ Dicit Archi. quòd uolẽtes dirigere uirgam tortuosam plicant per contrariũ, & hoc non potest fieri nisi igne, & per ignẽ humiliatur illa uirgula, sicut panis in igne positus. Vtendum primum verbis, de iud. c. nouit, dein de herbis, tertiò lapidibus, & vbi non sufficit virtutis ingenium, ibi ualeat armorum præsidium, & tutela.

SVMMARIVM.

1 *Causam incipiens coram iudice negligenti potest adire iudicem superiorem, & alium impetrare.*

2 *Appellatione pendente nil potest innouari virtute sententiæ, sed bene potest innouari virtute pendentiæ.*

3 *Excommunicatus non potest impetrare literas ad agendum super restitutione beneficij, quo iudicis authoritate fuit spoliatus.*

4 *Iudex admittitur ad defendendum suam sententiam ob proprium interesse. quia*

Iudex, si dolo pronunciauit, in veram litis æstimationem, si imperitia arbitrio iudicis condemnabitur.

5 *Bis puniri vel præmiari non debet quis ex eodem facto.*

6 *Generales visitatores an possint aliquem ab officio amouere.*

DILECTVS filius: Rescriptum super restitutione beneficij impetratum non valet, si de causa amotionis, & excommunicationis non fecerit mentionem. Et habet duas partes. In prima ponitur facti narratio. In secunda ibi nos igitur, iudicis instructio. ¶ Casus est planus. Abbas sancti Stephani Bononiensis datus fuit visitator à sede apostolica in ciuitate & diœcesi Bononiensi. B. & A. prælatos propter graues & manifestos excessus amouit eos ab eorum ecclesijs. Demum isti amoti super restitutione sua impetrarunt in forma communi super restitutione beneficiorum literas ad Episcopum Imolensem dicendo se iniustè amotos, sed de causa suæ amotionis, & excommunicationis nullam fecerunt mentionem. Quærebatur de viribus literarum. Papa respondet literas tanquàm per veri suppressionem obtentas decerni viribus omnino carere. ¶ Not. quòd rescriptum in causa positum est, argum. ff. ad l. Aquil. l. si ex plagijs §. in diuo, & ff. quando actio de peculio est annalis. l. quæsitum. Ibi dicitur, quòd qui errat in causa, comperto errore, potest causam resumere, & quòd error & mors probatur per famam secundum Mar. ¶ Simile dicit ibi Iaco. But. quòd qui proponit actionem sine additione, puta actionem depositi ex contractu serui, potest prosequi omnem additionem, puta de peculio, & de in rem verso; & si prosequitur vnam tantum, non obstat in altera non prosecuta. Iaco. Butr.

1 ¶ † Adde, quòd si incæpi causam [a] coram vno iudice, & ille negligit mihi facere iustitiã, possum adire superiorem, & impetrare alium, ut in authent. ut differentes iudices, per totum, & extra de resti. spo. ex conquestione, per Innocen. in prima gloss. & in authen. de quæstore. §. super hoc, secundum Bartol. qui ita
2 notat in l. quamuis. ff. de dam. infec. † Item no. quòd appellatione pendente nil potest innouari virtute sententiæ, sed bene potest innouari virtute pedentiæ. C. de postu. l. 1. per Cy. Sicut sententia, vel statutum induci dispositionem, ita ratio statuti. ff. de rei vindi. l. em
3 ptor. § fin. quia ratio ius facit. ¶ † No. quòd excommunicatus non potest impetrare literas ad agendũ super restitutione beneficij, quo fuit spoliatus iudicis authoritate.

a *Vide alle. per do. Ioan. Baptist. de sancto Seue. in repe. l. j. C. de sum. trini. & fi. de catho.*

thoritate. ¶Secundò no. ꝙ uisitator potest ab ecclesiis remouere uisitatos propter graues & manifestos excessus eorum. ¶Tertiò nota, ꝙ non solum in libello, sed etiam in impetratione rescripti debet exprimi causa. dicit lex, ꝙ non incoloratè est procedendum ad restitutionem, ut ff. de mino. l. minor autem magistra-
4 tus. ¶†Ibi, Abbas intimauit, no. arg ex hac litera iudicem admittendum ad defendendum sententiam suam propter interesse suum, cum sit condemnandus in ueram litis æstimationem, si dolo pronunciauit; sed si ꝑ imperitiam, inquantum iudici uisum fuerit, ut C. de pœna iudicis, qui male iudicauit l. 2. & infra, de senten. excommu. c. uenerabilibus, li. 6. secundum Ioan. And. hæc differentia non habet locum in causis beneficialibus, in quibus non cadit æstimatio nisi ratione expensarum, punitur igitur plus, uel minus arbitrio iudicis, ut l. 1. §. fi. ff. de effra. & expilatoribus. sicque inter causas æstimabiles & inæsti. est distinguendum, argumē. ff. rem ra. habe. l. procurator ad exhiben. §. 1. ¶Ibi, Qua tenentur. not. uerbum præsentis temporis: quia nō sufficit excipere ad excommunicationem olim, nisi nunc
5 durare dicatur, quod tene menti. ¶†Quæro, quare nō ualuit impetratio? respondeo, ut glo. ex qua not. ꝙ ex eodem facto non debet quis a bis * puniri, & præmiari, nō obs. ff. de excu. tut. l. sed & milites. §. sed ignominiæ: quia concedo, ꝙ delictum potest esse causa media ta præmij seu beneficij, sed istud propriè non est beneficium, sed quædam inhabilitatio, & sic est causa per exclusionem, non per cōcessionem, & est ar. ad quæstionem, quòd banniti nō teneantur ire in exercitum: quia sunt inhabilitati, cum non liceat eis ingredi ciuitatem, nec in publico comparere secūdum Cy. ibi. ¶Op. gl. ꝙ excommunicatus possit impetrare, quia isti erāt rei. dicit gl. quòd isti essent rei, si appellassent: sed quando per simplicem querelam petūt se restitui, non sunt rei, sed actores; & ideò excommunicati repelluntur. ¶Et est optimum ar. ꝙ excommunicatus nō possit petere se cancellari de bāno. ¶Quid iuris sit de excommunicato impetrante, dic ut in c. ipso iure, de
6 rescri. li. 6. ¶†Quæro, nunquid generales uisitatores possunt aliquem remouere ab officio? dicit Innocen. quòd non. possunt ergo inquirere, & referre, sed non priuare, simile. ff. de offic. præfe. uigilum l. fi. ff. de offi. procon. & leg. l. si quid erit, & ff. de iurisdi. omnium iudic. l. magistratus. sed Io. And. sentit, ꝙ uisitator potest deponere: quia potest corrigere excessus de excessi. prælato. ex literis, de accusa. c. ad petitionem, & hoc de uisitatore dato a papa: aliàs secus, de statu regularium cap. fin. & eod. tit. cap. 2. in clemen. secundum Colle. & not. ꝙ quandoque quis est auditor tantùm usque ad sententiam exclusiuè, & tunc causam non decidit C. de falsis l. ubi &c.

a ¶*Vide scripta per do. mon. in ca. ex tenore infra de fo. comp. & per leg. 3. & in l. si quis in cōstruēdo, per illum tex. C. de pact.*

POSTVLASTI. Non ualet rescriptum ad beneficium impetratum, in quò tacuit impetrans uicariam perpetuam, uel sufficiens patrimonium; & sunt duæ partes, prima ponit quæstionem, secunda responsio ē ibi, ad quod. ¶Casus, quidam erat perpetuus uicarius in quadam ecclesia, habens insuper bona paterna, de quibus poterat commodè sustentari. uerum, quia episcopus, qui ordinauit ipsum, ei non contulerat aliquod beneficium, impetrauit contra ipsum episcopum in forma pauperum, dicens se nullum beneficium ecclesiasticum assecutum. papa determinat, quòd ista impetratio nō ualet: quia non est sine beneficio, qui habet perpetuam uicariam, nec pauper, qui habet patrimonium sufficiens, subdens, quòd ex certa scientia papa non scribe-
1 ret pro talibus, scilicet in forma pauperum. †Quæro, nunquid quis teneatur facere mentionem de proprio patrimonio? Respondeo sic, si est ordinatus ad patrimonium, & impetrat contra episcopum, quòd prouideat sibi de beneficio, debet de titulo sui patrimonij facere mentionem, sed si impetrat in aliqua ecclesia, non tenetur facere mentionem de aliquo patrimonio, & est ratio differentiæ: quia episcopus non con-
2 uenitur nisi ratione delicti, seu improuidentiæ † aliàs non tenetur quis uiuere de proprio patrimonio, sed de beneficio ecclesiastico, ut infra de præben. c. cum secundum apostolum. Vnde proprium patrimonium potest donare parentibus, & de ecclesiastico uiuere. Item non tenetur communiter uiuere de utroque, arg. ff. de nego. gest. l. Nesennius, in fi. quia in proprio patrimonio ecclesia nullum ius habet, & si confiscarentur bona propria, non confiscarentur bona eccl. nec è contra si priuetur fructibus ecclesiæ, propterea perdit bona propria; & ideò liberè potest bona propria donare, & expendere etiam abusiuè. facit quod no. ff. de condi. & demon. l. non ad ea. Nō obst. ff. ad Treb. l. Titius: quia ibi loquitur in re subiecta restitutioni, ubi tractatur de præiudicio alieno; hic non. dicit lex, ꝙ in rebus ꝓpriis culpa non præsumitur, ff. soluto matri. l. etiam. §. licet, & in tex. & in gl. 2. ¶Quæro, nunquid nomine beneficij contineatur præbenda? respondeo sic, Ber. Itē
3 uicaria perpetua, ut in tex. ¶†Quæro, nunquid quis teneatur facere mentionem de paruo beneficio? & uidetur ꝙ non: quia non dicitur beneficiatus ille, qui nō est competenter beneficiatus, argu. istius literæ, & C. qui. da. tu. pos. aut. minoris debitor, & quod ibi no. sed gl. dicit contrarium; uide quod no. Archi. in c. si motu proprio, de præben. li. 6. & in c. non potest, in princ. eo. ti. per Archi. ¶Quærit Colle. nunquid nomine præbendæ ueniat præbenda in ecclesia cathedrali? & dicit
4 quòd non. †Item si quis simpliciter impetrat in ecclesia, ubi sunt præbendæ, & alia minora beneficia, non uidetur impetrare præbendam: quia literæ sunt restringendæ, ut no. Arch. in c. cui de non sacerdotali, de præben. lib. 6. & in Spe. de act. seu peti. §. super, secundum Collectarium.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium an debeat facere mentionem de patrimonio, & quid de paruo beneficio. nu. 3.*
2 *Clericus debet uiuere de beneficio, & ideò non tenetur uiuere de patrimonio nec totaliter, nec in parte.*
4 *Impetrans simpliciter in ecclesia ubi sunt præbendæ, & alia minora beneficia, non uidetur impetrare præbendam.*

SVMMARIVM.

1 *Dicta quomodo sumi debeat. & nu. 18.*
Verba debent commodè intelligi.
2 *Renunciari potest per partes constitutioni prohibitoriæ.*
3 *Rescriptum ad iustitiam a falso procuratore impetratum non potest ratificari.*

4 Pro-

4 *Procurator falsus dicitur, qui habet generale mandatum, ubi requiritur speciale.*

5 *Statuto puniendus tanquam falsarius, non punietur legis Cornelia pœna, sed arbitraria.*

6 *Vicinus locus quis dicatur, & qua uicina persona.*

7 *Lex specialiter prohibens impetrari debet nominatim exprimi in clausula non obstan.*

8 *Ratihabitio non trahitur retrò, ubi mandatum ab initio requiritur.*

9 *Coniunctorum appellatione a l. facta, in materia naturali uenit etiam spurius, in materia ciuili non uenit.*

10 *Statutum in occidente fratrem an procedat in occidente naturalem, uel spurium fratrem.*

11 *Spurij an dicantur de domo, uel de casata.*

12 *Spurius filiorum appellatione in materia successiua, qua bona gratia dicitur, non comprehenditur, sed bene in materia prohibitoria, quam malam uocant gratiam.*

13 *Coniuncta persona, uel affinis usq; ad quem gradum dicatur, & utrum res publica habeat coniunctam personam. num. 15.*

14 *Vulnerati consanguineus, & itineris socius, repelluntur ubi de probanda uulneratione agitur.*

16 *Coniuncta persona an possit impetrare, quòd sibi soluatur coniunctorio nomine.*

17 *Ratihabitio non firmat factum contra legem, sed bene factum præter legem. Et ratum habens perperam actum non incurrit pœnam, qua in facto est, sed bene eam qua in ficto uersatur.*

18 *Dieta accipitur, secundum quod communiter in regione frequentatur.*

19 *Delegatus ultra duas dietas, non derogato huic cap. si citet reum ad locum intra duas dietas situm, reus comparere tenetur. Iudex autem eò actoris expensis se conferet.*

20 *Negatiua mandati an debeat probari per negantem.*

21 *Scriptura, in qua papa dicit, conquestus est nobis talis, si ille nunquam fuit in Curia Roma. an sit falsa.*

22 *Mandatum speciale an requiratur in procuratore in rem suam.*

23 *Cessio ubi fit coniunctæ personæ, fraus, uel simulatio non præsumitur.*

24 *Iuramentum perhorrescentiæ an possit reprobari.*

25 *Aduena an possit cõueniri ĩ loco delicti, si alibi nõ reperitur.*

26 *Dieta a quo loco diœcesis computari debeant in actione reali, personali, mixta, uel criminali.*

27 *Trahere, est comparitionem ab inuito exigere.*

28 *Domicilium qui mutauit ubi conueniri debeat?*

29 *Conueniri an possit quis hypothecaria alibi, quam in loco contractus.*

30 *Animus a proprio corpore localiter non distinguitur.*

31 *Delegatus potest de partium consensu, cognoscendo, exire territorium, in quo fuit deputatus.*

32 *Commissio ultra dietam ex certa scientia* Papæ *ualet.*

33 *Actor an possit trahi ultra dietam.*

34 *Locus insignis quis dicatur.*

35 *Testis non potest a finibus suæ diœcesis trahi ultra dietam.*

36 *Coniuncta persona an sine mandato admittatur in causa, ubi requiritur speciale mandatum.*

37 *Coniuncta persona an admittatur pro prodigo, uel furioso.*

38 *Rati cautio an falsi procuratoris exceptionem excludat.*

39 *Coniuncta persona an possit constituere procuratorem pro alia coniuncta.*

40 *Procurator ad appellandum an possit impetrare super appellatione.*

41 *Compromittere in arbitrum periculosum, & pœnale est.*

NONNVLLI. Per literas apostolicas huius constitutionis non facientes mentionem, ultra duas dietas extra suam diœcesim quis inuitus trahi non potest. hoc primo. Non ualent literæ impetratæ ad lites ꝑ non coniunctas personas absq; speciali mandato domini, hoc secundo. Quando in actu celebrando per dominum requiritur specialitas, ut l. j. ff. si quis in ius uoc. nõ ierit, nunquam procurator admittetur sine speciali mandato & expresso domini. ff. si quis cau. l. sed & si qs §. quæsitum. Casus in terminis latis patet. ¶ Et no. quòd istud statutum de duabus dietis hodie restringitur ad unam
1 dietam c. statutum, eo. ti. li. 6. & dicitur dieta, quando dietim quis potest inuenire hospitium & lectum; unde potest aliquando esse x. miliariorum, aliquando xxx. nam uerba debent commodè intelligi, ut ff. de uerbo. obli. l. continuus. §. cum ita, & §. item qui insulam, & ff. de excu. tu. l. nõ solũ. §. annus. No. ꝙ hic fit aliquid nulliter, & tamen punitur acriter, arg. contra, ut ff. vt leg. nomine caue. l. licet. Sed ibi ideò, quia illa conditio deficere nõ potest, & ideò non nocet conatus, ex quò nõ surgit effectus. ¶ Ibi, de assensu partiũ, no. ꝙ de assensu partium põt fieri prorogatio de loco ad locum. ſ. ff.
2 de fo. l. quomodo. Nota † constitutioni prohibitoriæ ꝑ partes renunciari posse. non ob. quod no. C. quãdo imperator inter pupillos & uiduas: quia ibi miserationis causa fiebat inhibitio. hic propter merũ interesse pecuniarium, & adde quod dicam ĩ. c. ex parte decani. † No.
3 ꝙ rescriptum ad iustitiam impetratum a falso procuratore ratificari non põt. Item est ipso iure nullũ. ¶ Ibi, Non ualeat, s. ipso iure, quando a falso procuratore.
4 ¶ † Et not. ꝙ dicitur falsus procurator ille, qui hẽt generale mandatum, ubi requiritur speciale. tene mẽti. Ibi, Interdicit, no. ꝙ ex iudicio iniuria non dẽt oriri. iudicia enim nõ debent ad iniuriam trahi. C. unde ui. l. meminerint. Ibi, Apostolicas, uel legatorum uel sub delegatorum ipsius sedis. de aliis ordinariis dic, ut ĩ. de offi. ord. c. litigantes, lib. 6. ¶ Ibi, Ad iudicium, per hoc patet, quòd non loquitur in executoribus gratiarum apostolicarum: quia coram eis non est propriũ iudicium in figura, licet aliquando fit per summariã cognitionem, nec tenentur citare partes, nisi cõmissa sit eis causæ cognitio disceptatiua & cõtentiosa, ut no. in c. 1. de offi. deleg. in cle. de hoc ĩ. eo. c. statutum, li. 6. in nouella. facit qđ no. ff. de bon. poss. l. iij. §. si causa cognita, & per Inn. ĩ. de appellatio. c. ex ratione, & ff. ut
5 in possessio. leg. l. is cui §. missus, ubi est bon. tex. ¶ † Ibi, Tanquã falsarius, de cuius pœna uide ĩ. de falsi crimi. ad falsariorũ. tñ non punitur illa pœna, sed tanquã impetrans per falsi suggestionem, ut s. eo. c. super literis. Io. And. Item nõ punitur pœna legis Corneliæ de fals. quia non tam acriter deliquerat. facit ad statuta ciuitatum, quæ disponunt, ꝙ aliquis tanquã falsarius puniatur, ut nõ intelligatur de pœna legis Corneliæ, sed de pœna arbitraria; quod tene mẽti. ¶ Capio glossam,
6 quæ incipit, no. ꝙ & adde, ꝙ † locus uicinus dicitur interdũ, q distat ꝑ cẽtũ miliaria, vt
a ff. de dã. inf. l. 4. §. si uicinũ. Si[a] aũt loquimur respectu personarum, qui dicantur uicini, dic ut not. Bar. in l. Titius. ff. de aqua pluuia
7 arcenda. ¶ † Ibi, De hac, nota uerbũ, ꝙ lex debet nominatiuè exprimi in clausula non obstantiũ, [b] puta dicendo, nõ[b] obstan. tali. l. ut

a ¶ *De materia uide text. in l. non solum, in prin. ubi Bal. Alb. Ias. May. ff. de op. no. nunc.*

b ¶ *Vide gl. & ibi not. ĩ l. causas. C. de trãs. in aut.*

in auth.qui.mo.na.effi.sui.§.fi.& est bene notādū, & uerū,ubicūq; nominatiuè & specialiter lex ꝓhibet impetrari; & tñ dicunt doctores,ꝙ sufficeret certa scientia papæ; qđ est notatu dignū. de hoc in c.j de cōsti.li vj.
8 ꝑ Io. An.& Archi.¶†Ibi,Speciali mandato,hoc casu tñ non sufficit cautio rati,nisi in cōiūcta persona.ff. de mino.l.ꝙ si de speciali, & l. patri pro filio. & dic ꝙ ratihabitio nō trahitur retro, ubi requiritur mandatū ab initio:quia præposteratur ordo,ut hic, & ff.de infamibus.l. qđ ergo, & ff.mādati l.si uerò non remunerādi. §.inter creditā ff.de acqui.hære.l.si quis mihi bona.§. iussum. se us, si requiritur simplex consensus,siue assensus,ut C.ad Macedo.l.fi. †¶Ibi,De illis personis,s.
9 legitimis. Nam spurij non continentur,siue sint ascendentes,siue descen. siue collaterales ſm Inno. & ff. de ritu nup.l.lege Iulia.§.nec distinguitur, licet in materia merè naturali, ut in pœna.l. Pom.de parricidijs contineantur spurij : quia natura cōmunis est,ut ff. de accu.l.hos accusare.§.omnibus,ſm Cyn.in d.§.nec distinguitur, in additionibus. tene menti,quia natura à suo naturato nunq̃ recedit, ut ff. de capi.dimi.l.tutelas,& per Bar.in l.2.ff.de accusa. ubi uideas.† ¶ Quid
10 in pœnis statutorum? uidetur, ꝙ si statutum dicat, ꝙ si quis occiderit fratrem, puniatur, ꝙ intelligatur de fratre etiam naturali tantum,non de spurio per id,qđ dicit hic Inno. quia spurius aut patrem demonstrare non potest,aut non licet allegare ut nefarium . aut nō decet,quia ignominia est, ut natus ex concubina indubitata.In contrarium,quia istud statutum iuri naturali deseruit augendo pęnam uulgaris & cōmunis homi
11 cidij. ¶†Sed an spurij continentur appellatione domus,uel casatæ? respōdeo,non:quia non sequuntur domicilium,ut l.fi.ff.ad munici. Vnde in illis uerbis, fiat eius domus deserta,& non sit qui habitet in ea.33. di. c. In nomine domini, non includuntur spurij.C. ad l. Iuliam maiestatis.l.quisquis, per Cy.34.q.3. c.si habes.¶Matrimonium ª est principium & fundamentum humani generis, dicit gl.in auth de nup. colla.4.in principio:tamen aliqñ naturalis.i. inuitus fil us continetur nomine filij.ff. ad Treb. l. hæredibus.§.fi.† in materia successiua bona gratia non continentur spurij: quia indigni per sententiam legis.C. de his, quibus ut indignis. l. hæreditas, in glo.qđ dic,ut no.per Cy. ubi ponit intellectum legis,si deportato seruo,ff. de leg.3. Dic, ꝙ si relinquitur deportato, acquiritur fisco, ut notatur.C.de hære.insti.l.j. Sed banniti nostri temporis non acquirunt fisco, sed sibi de condi. & demon. l. nam ad ea, in glo. ¶Ab intestato autem fisco nihil acquiritur, nec sibi.ff. de lib.& posth.l.Gallus.§.& quid si tantum.nec per cōtra tabulas,quæ reducit testamētum ad causam,quasi intestati.l.j.in fi.de contra tabulas. Sed in materia prohibitoria,quæ uocatur mala gratia, includuntur,de filijs presby.c. Michael, ne plus habeat castitate luxuria,& ne honesta interpretatio inhonestum q̃stum affe
13 rat.ff.de pe.hæredi.l.si possessor. ¶†Quæro usque ad quem gradum dicatur coniuncta persona, uel affinis? respondeo in odiosis usque ad quartum gradum.ff. de iniurijs.l. lex Corne. in prin. uide ibi per Bar. In alijs usque ad vij. C. ad turpil.l.si fœmina,imò semper usq; ad septimum,si alij graduales non extant priores, per similitudinem successionis ſm Inn. hic, uel testimonij

ª ¶ *Matrimonium est principium & fundamentum humani generis,uide per Docto. instit de pa pot. post glo. ibi, & in §.1 insti.de nu.*

IN NOSTRA. Receptus ad uacaturam in literis, quas postea ad beneficia impetrat, de ipsa receptione tenetur facere mentionem. ¶ Casus quidam impetrauit canonicatum sub expectatione præbendæ per diuersas literas in diuersis ecclesijs: fuit receptus in canonicum in una ecclesia: nondum tamen fuit adeptus præbendam: demum uacauit canonicatus & præbenda in alia ecclesia: petit ibidem se recipi prętextu literarum de ipsa ecclesia loquentium. dicit papa, q non potest, cū in posterioribus literis de prioribus non fiat mentio. ¶ Vel finge casum sic. relatum fuit papę, q nonnulli clerici, ut in pluribus ecclesijs admittantur, impetrant plures expectatorias supple postquam ex binis literis sunt recepti, scilicet in canonicos, nondum tamen beneficium, id est præbendam assecuti uolunt ad alias literas conuolare. papa determinat, q non possint: qnia non debēt plures ecclesię molestari prætextu talis fraudis, nisi post, quàm fuerint recepti, de ipsa receptione facta mentione, de iure canonicali fecerint in sequentibus literis mentionem.
1 ¶ † Nota, quòd potest quis impetrare plura beneficia sub expectatione, & non dicitur pluralis ex tenore impetrationis, sed effectu consecutionis, adeò, quod etiā si acceptasset, sed inutiliter, talis acceptatio non præ-
2 iudicaret sibi. † Illud enim dicitur primum, quòd est ualidum, non quod est nullum. ff. de condit. & demon. l. c. hæc conditio. ff. de iureiuran. l. qui per salutem. similiter si collatum ei euinceretur, ne integraretur ad gratiam, arg. ff. de inoffi. test. l. si sub hac. ff. de iu re fis.
3 l. sed si reuocata. ¶ † Ibi, Beneficium, nomine benefi-
a cij [a] hic intelligit præbendam, non merum ius canonicale, & in a tellectuale, in quo gratia habet principium, sed nō perfectionē. Ibi, Nihilominus, & sic erat prius receptus in canonicū, q denuò īpetraret.

¶ *Vide omnino domin. Cardin. in Clement. secunda in 7. no. de iudicij.*

¶ Ibi, Conuentos, scilicet quò ad cæteras ecclesias: secus quò ad ecclesiam, in qua est receptus, non debet esse contentus nomine canoniæ, donec assequatur præbendam. simile habes, hæres institutus non debet esse contentus nomine solo hæredis, nisi possessionem adipiscatur, ut. C. de edic. diui. Adria. tollen. l. fina. Ibi, De receptione, expressam scilicet specialem & assertiuam, non conditionalem, quod dic, ut in cap. secundo de officio ordina. in clement. debet ergo dicere, non obstante quòd in tali ecclesia. de uirtute istius uerbi uide, quod not. ff. si quis in ius uocatus non ierit l. prima. Oppo. gloss. si non est assecutus beneficium ex primis literis, ergo ualent secundæ. Respondet gl. quòd fingitur assecutus & bñficiatus, ex quo de necessitate est beneficiādus, sicut qui est proximus cingi in militē, habetur pro cincto: sed ista non est bona solutio, ut. C. si aduer. liber. & ff. de iud.

4 de iud.l.qui se dicit. † Vnde ratio est, quia res non est integra, nec diuidi potest gratia, ar.ff.de cõdi.ob causam.l.si pecunia, in principio. ¶Capio aliam gl. & quæro, utrum utræque literæ ualeant? & dic q̄ sic in potentia: quia utraq; dependent. ¶Sed in actu, si una gratia est secuta, altera est consumpta. quod dico utrasq; ualere, intelligitur, nisi in posterioribus non sit facta mẽtio de receptione iam facta uirtute priorum literarũ:
5 quia tunc secundæ essent ipso iure nullæ. ¶† Fuit quæstio disputata per Io. And. in c. ignorantia, de reg. iur. lib. vj. sub tali titulo quæstionis, An impetrans beneficium de uacatura, quã expectat, uel reseruatione, quę pro eo pendet, teneatur facere mentionem ita, q̄ aliter impetratio nihil ualeat? procedit autem quæstio in hoc, quòd sciebat, uel scire debebat, sicut est errãs in iure, uel in facto notorio. Nam utraque ignorantia est supina, quæ non excusatur in lucro captando. si esset enim ignorantia probabilis, non officeret impetrãti. ¶Et dicit Ioan. And. quòd tales literæ non ualent. nam ex titulo, non ex perceptione prouentuum dicitur quis canonicus, & habet quotidianas distributiones, & ita partem beneficij; ergo de illa debet facere mentionem. ¶Præterea satis est, quòd habeat ius intellectuale: quia ex hoc solo dicitur locuples, arg. ff. de
6 furt. l. Titio† ergo si canonicatus esset sub conditione, sicut præbenda, non teneretur facere interim mentionem. quia quod pendet, non est pro eo, quasi sit, ut. l. quod pendet. ff. de regul. iur. ff. de condi. & demon. l.
7 nam ad ea. ¶† Idem ait, quòd de colorata possessione, uicaria perpetua, & modico beneficio adepto debet fieri mentio: alias & noua impretratio præsumitur subreptitia & erranti simplicitas non prodest secundum Ioan. Andr. Præstat ad hoc argu. ff. de acquir. hære. l. filij & l. clodianus, & ff. de inoffic. testa. l. mater dece-
8 dens. §. præterea, & de execu. tuto. l. diximus. ¶ † Et addes, quòd ius conditionale nõ facit quem locupletem, nisi sit tale ius, cuius species possit uendi: quia interim non est ius apertum, ut in c. qui successores teneantur, colla. x. Cum interim nec cautio peti possit, ut. ff. de stat. lib. in princip. ¶ Sed si ius est apertum etiam sine ullo corpore iuris intellectum habet, ut. ff. de peti. hære. l. hæreditas, in princip. In glos. & ideo, ibi, ad tutelam: imò quia secundæ censentur esse primæ & solæ, ex quo primæ sunt annullatæ. sicut nec è conuerso, ut notat archi. de præbendis. c. ultimo, li. 6. & in isto casu non est necesse facere mentionẽ de primis, ut not. supra. eod. ex tenore, & infra. eod. mandatum, per Compostellanum.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum obtentum à procuratore sciente se reuocatum, non ualet.*
2 *Procurator an possit alternatiuè comparere scilicet ut procurator, uel ut defensor. remissiuè.*
3 *Procuratorem constitutum, hoc acto, ut reuocari non possit, an hæres constituentis possit reuocare.*
4 *Procurator constitui potest in causa excommunicationis.*
5 *Procurator falsus dicitur, qui excedit fines mandati.*
6 *Confessio accipitur quatenus facit contra confitentem.*
7 *Falsum dicitur quod desijt esse uerum.*
8 *Procuratoris ad lites reuocatio, etiam ex iusta, non tamen notoria suspitionis causa facta, nisi iudici, uel aduersario innotuerit, processum non uitiat.*
9 *Notificatio reuocati procuratoris si iudici facta fuerit, acta exinde sunt irrita, si aduersariæ parti, irritanda.*
10 *Notificare reuocationem, non captiosam, procuratoris extra lites, sufficit ipsi procuratori.*
11 *Reuocatio procuratoris statim nocent reuocanti.*
12 *Mandatum factum gratia alterius non expirat morte mandantis.*
13 *Procurator falsus, ubi non est electa industria personæ, sed effectus operæ, ueri procuratoris uices supplere potest, & salarium consequi, uero procuratori restituendum.*
14 *Ratificari non potest gestum per procuratorem reuocatum.*
15 *Procurator falsus si impetrat & fertur sententia diffinitiua contra dominum, qui dominus eam ratificat, an conualescat sententia?*
16 *Sententia si à iudice competenti feratur pro falso procuratore, an dominus possit ratificare in suum fauorem?*
17 *Scientia an inducat mandatum, uel consensum? 4. 18. 19.*
18 *Sciens de suo præiudicio disputari in iudicio, nec contradicens, uidetur consentire.*
20 *Defensor potest pro præsente in iudicio interuenire.*
21 *Coniuncta persona an dicatur legitimus procurator?*
22 *Coniuncta persona si asseruit se procuratorem, & non erat, utrum rescriptum ualidabitur ex coniunctorio nomine?*
23 *Procurator generalis qualiter reuocatur?*
24 *Procurator ad uendendum an possit rem ab eo uenditam tradere?*
25 *Contractus, in quo quis alteri stipulatur, habet uim mandati.*
26 *Contractus innominatus habet uim mandati.*
27 *Litera credentiæ uel commendatitia non inducant mandatum.*
28 *Procurator ad totam litem, uel totam controuersiam, constitutus, potest litem contestari super singulis articulis.*
29 *Procurator suspectus an possit reuocari post litis contestationem?*
30 *Promisi si feci aliquid pro ædificatione capellæ post mortem meam, an possim prohibere ne soluatur?*
31 *Ad reuocationem mandati, quæ requirantur?*
32 *Res in iudicijs, & negocijs quando dicatur integra?*
33 *Legati officium, in spectantibus ad legationem, durat post mortem papæ.*
34 *Procurator, qui contradixerit mandato domini, postea tamen illud adimpleuit, an dicatur falsus?*
35 *Reuocatio legis an requirat notitiam partis?*
36 *Mandatum in iudicijs, post satisdationem, morte non reuocatur.*
37 *Gesta per procuratorem reuocatum ante reuocationis notificationem ualent.*
38 *Ratificari an possit factum falsi nuncij?*
39 *Præpositus S. M. fecit procuratorem ad permutandum, & statim eundem præsentem clam reuocauit, procurator tamen postea permutauit, an ualeat permutatio?*
40 *Allegationi propriæ quis contra se stare tenetur perinde, ac confessioni.*
41 *Rescriptum, ubi non specificatur persona impetrans, præsumitur, a legitima persona, & de mandato domini obtentum, excepto Cæsaris procuratore.*
42 *Literæ inquisitionis an possint impetrari sine speciali mandato?*
43 *Nuncio potest concedi libera, sicut procuratori.*
44 *Nomen, libera, nunquam intelligitur, nisi saltem per æquipollens exprimatur.*
45 *Actio quæ oriatur ex ratihabitione?*

1 EX PARTE. † Non valet rescriptum, quod procurator reuocatus, & de hoc extra iudicium certificatus impetrauit. Si verò in iudicio impetrauit, valet rescriptũ, si iudex & aduersarius reuocationem ignorauerunt. Et habet duas partes, in prima facti narratio. in secunda iudicis instructio. ¶ Casus. decanus & capitulum Laudunense poterant excommunicare ex indulgentia Papæ. Vnde excõmunicauerũt quendam nobilem. proinde orta controuersia inter nobilem & aduersarios, procuratores vtriusque partis accesserunt ad sedem apostolicam. & super ipsa sententia, & alijs articulis litem sunt contestati, & quia de his in præsentia Papæ non poterat fieri plena fides, Papa cõmisit causam quibusdam iudicibus, hoc adiecto in commissione domini Papæ, ꝙ non valerent literæ præter consensum partium impetratæ. dictus nobilis citatus proposuit, ꝙ procur. ipsius fuerat falsus: quia reuocatus ab eo, & ideo eius factum sibi obesse non poterat, & sic commissio Papæ erat nulla, & impetrauit in dicta causa alios iudices, & cauebatur in literis, ꝙ procederetur de partium voluntate. alioquin remitterent causam instructam ad Papam. Aduersarij nobilis dicebãt has posteriores literas non valere: quia impetratæ à procuratore reuocato. Papa dicit, ꝙ sine spẽali mandato & non reuocato non potest procurator literas impetrare; & ideò secundæ literæ non valent, sed primæ literæ valent: quia procuratori nondum innotuerat reuocatio. ¶ † An procurator possit comparere alternatiuè, verbi gratia comparens tanquàm procurator, vel saltem tanquàm defensor dic, vt. C. de inoffic.
2
3 testa. l. contra maiores, per Cy. † ¶ Pone, dñs constituit procuratorem, hoc acto, ꝙ non possit reuocare, an hæres eius poterit reuocare? nam cõditio, quæ oritur ex contractu, cum sua causa transit ad hæredem, vt no. C. de pac. inter emptorem. l. 2. videtur ꝙ non possit, vt. l. si ego. §. 1. ff. de iure dot. de dona. cau. mor. l. vbi ita respondeo casus mortis his verbis non continetur. ¶ † In
4 tex. ibi, Procuratoribus, no. in causa excommunicationis procuratorem constitui etiam per ipsum excommunicatorem causa suæ iurisdictionis tuendæ, & defendendi processum suum. Item no. etiam in contentiosis quem fungi duplici officio ad diuersos effectus. ¶ Ibi, Articulis, no. diuersos articulos in eodem
5 libello intentari secundum Io. An. ¶ † Collige aliud argumentum, quia falsus procurator dicitur, qui excedit fines mandati; vt qui facit actum ex generali mã dato, vbi requirit speciale mãdatum secundũ Io. An. qa omnis, ᵃ qui excedit fines potestatis sibi concessæ, præuaricator est mandati, ut. C. de decurio. l. militaribus. lib. 10. vbi est text. laudabi
6 lis † ¶ Item no. ex glo. ꝙ accipitur confessio alicuius, inquantum facit contra confitentem, non pro eo. sic. ĩ. de transa. præterea, ẽm Collec. nisi quis protestetur contrarium, vt not. in gl. singulari & vulgari. C. de excce. l. si quidẽ. de hoc per Bar. ff. de liberatione legata.
7 l. Aurelius. §. idem quæsiuit. † ¶ In tex. ibi, Falsus idest falsificatus per reuocationem mandati. dicitur enim falsus duobus modis, vt in gl. dicitur enim esse falsus, qui desijt esse verus. ff. de condi. ob causam. l. si procu-
8 ratori falso. ¶ † Ibi, Propter suspicionem, no. ꝙ nõ sufficit causa reuocandi, nisi innotuerit reuocatio iudici, vel aduersario; intelligo, nisi suspicio esset notoria, vel status procuratoris esset annihilatus ᵇ. ff. de solu. l. si cũ Cornelius. quæ est lex singularis. ad hoc. ff. si cer. pe. l. eius, qui in pro-
9 uincia. † Ista notificatio debet fieri iudici, vel aduersario; & si fit iudici, processus erit irritus: si aduersario, irritandus: & rõ est, quia iudex scienter procedens cũ non legitima persona nihil agit, vt singulariter no. ff. de procu. l. si procuratorem absentem, si procurator sit iudicialis, vel ad impetran-
10 dum, de quo. ĩ. de app. c. Nicolao. † nam, vt dicit glo. contractus aduersarium non habet; & ideo extra lites sufficit notificari soli procuratori, dummodo reuocatio non sit alteri captiosa: quia fraudulenta remedia interpretatio prudentum frangit, argum. ff. de transactio. l. cum Aquiliana. dicit glo. quòd mandatum ligat mandantem, donec sit reuocatio intimata. dic, vt in c. causas, de elec. in clẽ. ẽ. qualiter debeat fieri ista
11 intimatio. † sed ipsi reuocanti statim nocet: tum quia contradicere videtur: tum quia proprium factum scit, vt no. in l. 1. C. de satisdando. ¶ Adde, aut mandatũ continet libertatem, & non est necessaria certioratio, ut ff. de manu. vindi. l. & si pater: aut causam onerosam; & tunc sic: aut mixtam causam; & tunc idem, vt in permutatione beneficiorum. nec curo in effectu, vtrum renuncians in nomine domini animo permutandi dicat, quòd tanquàm nuncius, vel tanquàm procurator: quia simplicitas canonistarum non facit differentiam in apicibus nominum: sed ius ciuile facit differentiã. ¶ Et no. hic, quòd valde periculosum est contrahere cum nuncio: quia posset esse reuocatus clam, & sic non valet contractus; & sic quando pœnitentia mandati inducit diminutionem essentialium, non valet actus iuxta theoricam Petr. & Cy. in l. dominum. C.
12 quod cum eo. ¶ † Et not. quòd mandatum factum gratia alterius non expirat morte mandantis etiam quò ad obligandum ff. de dona. l. hoc iure. §. si quis. text. ibi no. per Bartol. de mandato autem, quod accidit executioni donationis causa mortis, habes vnicum text. cum gloss. ff. de lega. 2. cum pater. §. Mæuio. ¶ Ibi, Interlocutoriam, not. quòd sententia lata super procedendo, vel non procedendo, seu super processibus, est interlocutoria. ¶ Ibi, vt si de partium, similis forma commissionis est de elect. c. dudum, in parte decisa. & ista clausula refertur ad præsentem commissionem, & ad futuras, secundum Io nocen. Et quia concernit tempus impetrationis, nihil operatur ratificatio partium, vt. ff. de infamibus. l. quid ergo, in prin. in ratione literæ. ¶ Ibi, Impetratæ, propter hoc iudices supersedebant; quare capitulum significauit hoc Papæ. ¶ Ibi, Speciali mandato non obst. ff. ad munici. l. Titio, vbi valet impetratio per falsum procuratorem, & etiam per literas falsificatas: quia ibi non loquitur propriè in procuratore, sed in quodam præsentatore, seu intimatore cuiusdam supplicationis, & rescriptum dirigebatur
13 domino, non falso ministro. ¶ † Et est illa. l. optimum argum. quòd falsus procurator supplere potest vices veri procuratoris: quia non erat electa industria personæ, sed effectus operæ. Et est mirabile, quòd falsus procurator suppleat verum procuratorem, & eius salarium consequatur: non tamen vt sibi retineat, sed vt uero procuratori restituat ꝑ actionẽ in factum,

a ¶ *Omnis qui excedit fines potestatis sibi concessæ, præuaricator est mandati.*

b ¶ *Vide, quòd per illam. l. dixunt Ange. Imol. & Modern. in l. si. ff. de prætor. sti. prout eos refert Ias. May. in l. ab arbitro. ff. qui satis. co. vbi refert, quod sæpe vidit obtineri in practica.*

ctum, quæ oritur ex crimine falsi, uel ex uariis figuris causarum. Item est ualde notabile, quod confirmatio statutorum impetrata a falso procuratore, ubi alius erat constitutus, ad idem ualeat de iure: secus forte, si nullus esset constitutus procurator; & ille casus non reperitur alibi. Ibi. De illis personis, no. quod coniuncta persona admittitur sine mandato, ubi & secundum regulas iuris communis requiritur speciale mandatū. ff. de mino. l. quod si pro speciali, & l. pater pro filio. dic ut ibi.

14 ¶ Ibi, Reuocauit, factum a procuratore reuocato non

15 potest ratificari. ff. de solu. l. dispensatorem. ¶ † Quæro, ecce falsus procurator impetrat: fertur sententia diffinitiua contra dominum, qui dominus eam ratificat; nunquid sententia conualescit? respond. uidetur quod sic: quia factum & finitum cum falso procuratore potest dominus ratificare in præiudicium suum, ut l. 3. §. falsus. ff. rem ra. ha. ¶ Contrarium dico. nā illud habet locum in supposita iurisdictione, sed ubi nulla est iurisdictio, ibi nihil operatur ratificatio, ut no. in l. j. C. de ped. iu. non ob. quod no. in l. 2. C. communia utriusq; iudic. quia ibi interuenit traditio, ut ibi patet ex uerbo, possedit. Nam traditio essentium rei continet, ut ff. de pac. l. diuisionis placitum. ¶ Considera, quòd ubi requiritur mandatum præcedere, ita, quod hoc sit statutum pro forma actus, ibi ratificatio nihil operatur. ut ff. man. l. si uerò non remunerandi §. si post creditam: quia est præposteratio, quæ uitiat, ut ff. de acqui. hær. l. si quis mihi

16 bona. §. iussum. ¶ † Sed quæro, nunquid lata sententia à iudice competenti pro falso procuratore, dominus possit ratificare in suum fauorem? & uidetur, quod sic, ut ff. de excep. rei iudi. l. mater. §. hoc iure. ¶ In contrariū uidetur, quia speciale est in minore, & in ecclesia, ut no. C. in quib. cau. in inte. rest. non est necessaria. l. si tutor. Sol. si dominus sciuit & dissimulauit, tunc propter dolum suum ratificare non potest; sed si ignorat, pōt.

17 ¶ † Sed cōtra hoc opponitur, quia si sciuit causam suo nomine agi, silentium habetur pro mandato, ut not. in l. quo enim. §. 1. ff. rem ra. hab. ubi est gl. sing. & hic per Inn. ¶ Sol. illud uerum est, quādo dominus præsens est in iudicio, & tacens: sed si dominus nunquam fuit in iudicio, non ideò uidetur mandare, quod sciat, ut ff. de procu. l. mutus. §. his qui, licet litera ibi dicat, quod procurator præsentis non tenetur cauere de rato: sed ratio est, quia hodie constat, id est constare potest de uoluntate domini; ideò hodie agatur. ff. ut in pos. lega. l. is, à quo. ¶ Sed imò uidetur, quod sola scientia inducat tacitum mādatum, ut. ff. de exercitoria l. j. §. magistrū, sed ibi extra iudicium & in re domini actus gerebatur. aliàs & scientia non habetur pro mandato. ff. de tributoria l.

18 j. §. scientiam. ¶ † Ex prædictis apparet, an sufficiat probare dominum scire absq; eo, quod probetur mandatum; & uidetur quod sic secundum Inn. & est ratio, quia qui scit de præiudicio suo disputari in iudicio, nisi contradi-

19 cat, consentire uidetur, ut ff. de re iudic. l. sæpe. ¶ † Sed Bart. ibi tenet, quod scientia non inducat mandatum, uel consensum; quod est uerum: quia non præcedit aliqua ordinatio tendens ad hoc, non ob. l. sæpe: quia ibi unus habebat causam ab alio: hic non. Item non obst. ff. ad muni. l. 2. ff. de iudi. l. si filius. ff. de admi. tut. l. Lucius. nam tunc pater uidetur consentire nō protestando cōtrarium: quia publicum onus filij onus patris, ut l. j. C. de filiis familias, & quemadmodum pater teneatur pro ipsis, li. 10. & facit. ff. sol. ma. l. si cum dotem. §. transgre

20 diamur, & quod ibi per D. n. ¶ † Sed nunquid pro præsente potest interuenire defensor? & uidetur quòd nō: quia præsentia facit eum uerum procuratorem: contrarium est uerum. ff. de iureiuran. l. fin. §. sed si actore; & ita determinatū fuit a domino Philippo de Form.

21 & non reperitur alibi. ¶ † Quæro, nunquid coniuncta persona dicatur esse legitimus procurator, sicut uidetur in tutore. quem lex dat? & uidetur quod sic, ut dicit illa lex notabilis. C. de procu. l. exigendi. Respon. lex nō facit quem procuratorem; & ideò requiritur ratificatio, ut hic. & habes tex. magis expressum in l. 3. ff. iudi. sol. quamquam lex & consuetudo, si uellet. poss et ei, qui suis negociis interesse non potest, uerum procuratorē dare. si ut dat uniuersitati uerū syndicum, ut ff. quod

22 cuiusq; uniuer. nomine l. nulli. ¶ † Sed quid si coniuncta persona asseruit se procuratorem, & non erat, nunquid ex coniunctorio nomine ualidatur rescriptum? Respōdeo non: quia est in appellatione diuersitas, & diuersitatis effectus, & ideò adiectiua nomina debent cōgruere actibus, qui aguntur. sic ff. qui satis. cogan. l. filius.

23 ¶ † Quæro, qualiter procurator generalis reuocatur? Respōdeo, aut est procurator localis, puta ad fænerādum in tali loco, debet fieri intimatio reuocationis, ut ff. de institoria. l. sed & si pupillus. §. proscribere, & ponetur scriptura in loco publico: ita, quod ab omnibus legi possit, aut saltem in plurimis, ut l. 2. in uerbo, pro rostris. ff. de ori. iur. & est tex. no. in l. iubemus. ff. de defen. ciui. in uerbo, in frequentioribus ciuitatum locis. Si autem est procurator in toto mundo, tunc facit dominus notificationem, ubi potest: ubi autem nō potest, imputet sibi, qui effuso sermone loquitur, in promptū incidit periculū. C. de do. promis. l. fi. in fi. qui ergo cōtraxit tunc cum procuratore non legitimè reuocato, dominum habet obligatum. ff. mādati. l. si mandassem.

24 ¶ † Sed nunquid procurator ad uendendum potest ab eo rem uenditam tradere? respon. sic. tex. est not. ff. de pub. l. si quis prohibuerit. Vt unum scias, nemo præsumitur procurator, nisi doceat de mandato, tex. est no. ff. depositi. l. si quis inficiatus. nec sufficit fama: quia uera notitia non habetur per famam, ut no. per glo. C. de rebus credi. l. in bonæ fidei. & sicut nō præsumitur mādatum, ita nec reuocatio eius mandati præsumitur. ff.

25 pro suo. l. si ancillam, & hic per Ber. † Item not. quod contractus, in quo quis alteri stipulatur, habet uim mandati; & sic inutile pactum uertitur in mandatū re, quæ pertinet ad paciscentem; tex. est unicus in iure. ff. de so

26 lu. l. si cum Cornelius. † Item contractus innominatus habet uim mandati; tex. est fin. in l. naturalis. §. fi. ff. de

27 præscri. uer. ¶ † Extra quæritur, nunquid ex literis credentiæ inducatur mandatum ad contrahendum? dico quod nec ex eis, nec ex commendatitiis, tex. est unicus in iure in l. fi. C. quod cum eo, & no. per Bar. ff. de fideius. l. Lucius. ¶ Capio gl. ex prima gl. not. quod potest concedi iurisdictio capitulo excommunicandi offensores suos;

28 ita, quod alius non possit absoluere. ¶ † Circa tertiam gl. not. quod super singulis articulis potest lis contestari per procuratorem constitutum ad totā litem: quia in quacunque parte iudicij dicitur lis C. de transa. l. causam. Idem, si dicatur ad totam controuersiam. ff. ad Trebel. l. Lucius §. tres hæredes. ff. de procu. l. non solum. §. si status. Quid autem sit dictum, articulus, positio capitulum, plenè no. per Io. And. in c. præsentium, de testi. lib. 6. Ion. Capio glo. quæ incipit, not. quæ dicit, quod falsus procurator dicitur duobus modis, uel quia nunquam habuit mandatum, uel quia finitum & consumptum; quandoque tamen ex consumpto remanent reliquiæ,

29 ff. de sol. l. cum quis. §. j. † Capio gl. quæ incipit sic, & j. & quæro,

& quæro.an post litem contestatam procurator suspe-
ctus possit reuocari?dicit gl.q sic;quod est uerum, nisi
suspicio præcederet contestationem litis, & dominus
haberet notitiam suspicionis, ar.ff.de priuil. credi.l.si
30 creditorem.†Item no.q mandatum potest reuocari:
sed quid dices,si feci promitti causa capellæ ædifican-
dæ post mortem meam,an potero prohibere, ne solua
tur?dicit Bar.q sic.ff.de solu.l. fi.& facit quod not. C.
31 de non nu.pecu.l.tam mandatori,per Cy. † Quæro cũ
gl.quæ requirantur in reuocatione mandati?respond.
in iudiciis,ut perueniat ad iudicem,uel aduersarium;
sed extra iudicium sufficit, q perueniat ad procurato
rem secundum Bar. uerum est,si alteri non præiudica
tur.Alioquin oportet, q reuocatio ad eius notitiam
perueniat,ut no.insti.mandati.§.si adhuc.Itẽ oportet,
32 q res sit integra,†dicitur autẽ integra in iudiciis an-
te lit.cont.uel quasi, uel fortè antequam sit iuratum
de calumnia,ut C.de iur.cal.auẽ.principales. tamen si
dominus non uult iurare de calumnia : quia non uult
prosequi factum procuratoris,fortè quia libellũ ma-
le composuit.ff.de institoria.l.sed & si pupillus.§. si in
stitoria,& ibi no.de nouo libellandum erit,ut no.ff.de
proc.l.mutari. In negociis autem dicitur res integra,
donec negotium sit inchoatũ per aliquod,quod sit de
substantia & de esse negotij, ut ff.de condi. ob causam
l.si pecuniam,in prin.de hoc egregie no.Cy.ff.de iur.
33 om.iud.l.& quia in lectura.†No.q officium legati,qa
habet iurisdictionẽ ordinariam,durat etiã papa mor-
tuo.uerum est in his,quæ potest ex officio legationis:
secus in his,quæ ex commissione speciali.Cy.aliter di
34 cit.C.man.l.mandatum. secundum Pe. † Quæro pro-
curator a principio contradicit mandato, deinde pœ-
nitentia ductus,ne incurreret indignationem domini,
impleuit illud,utrum dicatur falsus procurator?resp.
non:quia licet dominus cum indignatione recessit; nõ
tamen uidetur reuocasse mandatum.Ista gl.est ordi.se
cundum le.Bul.ff.de re iud.l.semper,qui nõ prohibet.
quæ gl.non est alibi in iure ciuili,& nouissimè confir-
matur per ius canonicum in c.licet, de procu.li.6. Itẽ
secundum aliam lec.habetur in d.l.semper, q præsen-
tia,nutu,uel silentio inducitur mandatum , quod ab-
sentia non inducit nisi signis aliquibus mediantibus,
ut ff.de fideiuss.tutorum l.cum ostendimus.§. fi. & ff.
35 ad Maced.l.si filius,quæ sunt ll.no. †Quæro,nunquid
reuocatio legis requirat notitiam partis?& uidetur q
non per illam legem fin.ff.de condi.ob causam l. si pe-
cuniam §.si seruum.Item reuocatio, quæ fit inuito do
36 mino,ut per mortem,ut ff.si cer.pe.l.pe.†In iudiciis tñ
mors post satisdationẽ non reuocat mandatum , ut ff.
de procu. l.Titius , & expressius , q̃ alibi in l.si defun-
ctus,eo.ti.& dic ut ibi: quia expedit hæredi , q duret,
ut no. Cyn. C. mandati. in prima oppo. secundum Pe.
37 †Quæro unà cum gl.pone medio tempore post reuo-
cationem & ante notificationem aliquid est gestũ.re-
spon.illud ualet,quia reuocatio non suppressit effectũ
ut ff.de acqui.pos.l.si absenti.non ob.ff.de manu uin. l.
pater ex prouincia,& l.si pater:qa ibi loquitur in actu,
in quo requiritur perseuerantia consensus domini ꝓ
substantia actus.Item ibi non est proprie procurator,
sed magis nuncius, qui non concipit uerba in persona
sua,sed domini.de uerborum conceptione formali ui-
de no.plenius,q̃ alibi in c.præsentium,de test.lib. 6. in
38 nouel.†& si falsus est , non potest ratificari : quia cum
debet esse proprie factum & non fictum, dominus non
potest ratificare : quia in ratificatione requiritur me-
dium, per quod fiat transitus,ut no.per Cy.& Pe. C.si
qs alteri uel sibi.l.multum.Bar.tamen dicit,q imò fa-
ctum falsi nuncij potest ratificari,ut ff.de præcar.l.cer
tè. §.j. Tu dic , q ibi respectu corporalis possessionis
erat procurator,sed respectu ciuilis erat nuncius,ut ĩ
39 de præbend.c.accedens.†Fuit quæstio de facto,propo
situs sanctæ Musteolæ ad permutandum constituit ꝓ-
curatorem,& statim ipsum præsentem clã reuocauit :
qui postea permutauit ; utrum ualeat permutatio ? &
quia iste actus requirit prætoris authoritatem , id est
papæ , dicebatur,q permutatio ualebat,ut in cle.uni-
ca,de renun. in glo. magna , ne illudatur papæ. C. de
his,qui a non domino manumittuntur l.fi. permutan-
tes beneficia non permutant ipsa,sed animo permutan
di renunciant,& superior confert ; & ista collatio tri-
buit ius.secus esset in permutatione aliarum rerũ,quæ
reuocato mandato non procederet, ar. in l.3.§. subti-
lius.ff.de condi. ob causam . tamen tenetur reuocans
actione de dolo,arg. ff.de dolo. l.eleganter. §.seruus,
40 † Capio gl.quæ incipit,& meritò, ex qua not. q pro-
prie allegationi quis tenetur stare contra se,sicut pro
priæ confessioni:quia allegationes uim cõfessionis ob-
tinent,quod est no.Capio gl. quæ incipit, & ita patet,
& opponit : Procurator meus est in curia, & impetrat
rescriptum,& in rescripto non fit mentio de aliqua ꝓ
curatione,quomodo ergo probabo,q impetrauerit ꝓ
curatorio nomine?nam rescriptum hoc non dicit . re-
spondeo,imò oportet, q fiat mentio de impetrante,&
eius qualitate,scilicet mandato.& uidetur, q ante fa-
ctum debeat probari per literas authenticas , uel pu-
blicum instrumentum:sed post factum sufficit probare
per unum testem,& iuramentum secundum Ber.quod
41 est notabile,†uel dic adhærendo stylo curiæ , & con-
suetudini generali,q præsumitur impetratum a legi-
tima persona,ubi nulla persona est specificata:quia ita
est uerisimile per stylũ cancellariæ . Item dicit hic Io.
And. & Collec. q præsumitur literas esse impetratas
de mandato domini,nisi contrarium appareat,ut no.ĩ.
eo.c nonnulli: quia literæ non exeunt de cancellaria
nisi purgatæ , & omnia præsumuntur solemniter acta ,
ex quo literæ emanauerunt de cancellaria,ar.C.de fi.
instrum.& iure hastæ fiscalis l.j.C.de contrahen.& cõ-
mittit.stip.l.optimã . Nam cum appareat literas ad eũ
pertinere,præsumitur cum mandasse, ut ff.de eden.l.si
quis ex argentariis.§.pertinere.C.de pac.conuen.l.fin.
& C.de alimen.pupil.præstan.l.ulti.& C.de administr.
tuto.l.lex quæ tutores, circa medium . Nam cum can-
cellaria non det literas sine causa,præsumitur causa,ut
42 C.de prediis curialium,l.1.lib.10. † Sed nunquid literæ
inquisitionis possint impetrari sine speciali manda-
to?uidetur q sic.C.de præcibus impe.offerẽ.l.j. sed ibi
43 ex certa scientia, principis concessit.†Extra no.q nun
cio pôt concedi libera,sicut procuratori, ut ff. de uer.
obl.l.qui Romæ.§.Callimachus, ubi est unicus tex.in
44 iure.†hoc nomen, Libera, nũquam tacitè intelligitur,
nisi exprimatur ipsum, uel æquipollens,ut, ff.de pec.l.
quam Tuberonis.§.alia causa,& no.per Cy.C.de proc.
l.quod quis,nisi in procuratore Cæsaris , ut ff.de offic.
procu.Cæsa.l.j.& tamen aliquando restringitur. ff. de
exercitoria l.Lucius.ff.mandati.l.creditor.§. fin. & isti
45 tex.sunt notabiles multum. † Quæro,quæ actio oria-
tur ex ratihabitione?tex.dicit,q mandati, ff.de regu.
iur.l.semper, qui non prohibet, gl.dicit , q negociorũ
gestorum,nisi fingatur mandatum præcessisse. Nã pri-
ma causa est ipsum negocium, postrema ratificatio: nõ
enim

enim reperitur aliquis titulus actionis sub hoc nomine, actio ratihabitionis, sed transfertur nomen ad actionem mandati, & vtilem per fictionem.

SVMMARIVM.

1 *Error loci originis, diœcesis, vel parochiæ eius, qui citatur, vel contra quem impetratur, vitiat citationem, vel rescriptum. Nisi citatus fateatur de se sensum. Vel per aliam denominationem certum sit de persona. num. 5.*
2 *Vbi vitiat incertitudo, ibi & error vitiat.*
3 *Sententia lata contra præsentem digito ostensum an vitietur per errorem loci originis.*
4 *Error in finibus loci commissi delicti an vitiet.*
6 *Verba debent intelligi naturaliter, non accidentaliter.*
7 *Oratio debet referri ad cogitatum.*
8 *Demonstratio falsa generi adiecta reddit dispositionem omnino incertam.*
9 *Fines inclusiuè nè an exclusiuè appositi censeantur, apparere potest vel natura, vel vsu necessitatis num. 11. Alioquin ad alias coniecturas recurren num. 12.*
10 *Natura apparere dicitur, quod oculata fide percipi potest.*
12 *Dictio, Vsque, vbi magnum vertitur præiudicium, sumitur exclusiuè. Idem vbi fieret digressio de vna re ad aliam separatam num. 13.*
14 *Fines intrinseci inclusiuè, Extrinseci, præsertim si in vsu, vel comercio non sint, vel ad tertium spectent, exclusiuè sumuntur.*
15 *Fines, nisi de corpore rei sint, nunquam inclusiuè ponuntur.*


IGNIFICANTE. Per rescriptum impetratum contra hominem certæ diœcesis alius eiusdem nominis alterius diœcesis conueniri non potest. h. d. ¶ Casus. R. impetrauit contra. V. dicendo impetro contra. V. Rhemensis diœcesis, putans forte quod esset de Rhemensi diœcesi, cum re vera esset de Leodicensi. Papa determinat hanc diuersitatem officere rescripto; iste est sensus decretalis. ¶ † Ibi, Excipiendo, not. quòd est ne-
1 cesse excipi [a] de non idẽptitate corporis; quod probatur per nõ idẽptitatem loci. Et ideò dico, quòd si esset diuersitas in loco loci, puta quia diceret contra V. de tali parochia, & esset de alia etiam vicina, quòd cum non conueniant verba rescripti, non conuenit rescriptum, vt. C. de probatio. l. cum precibus. Idem in citatione, in qua debet apponi locus, vnde est citandus; & error loci vitiat citationem, vt no. ff. de iudicijs. l. eum, quem temere, nisi citatus confiteatur se esse vnum & idem corpus, & de se sensum; forte quia ipse est, qui commiserat homicidium secundum Iacob. But. qui ita not. ff. de condi. & demon. l. demonstratio falsa. Item nota, quòd diuersæ appositiones indicant diuersa sub-
2 iecta. † Item no. quòd vbi vitiat incertitudo, vitiat & error, non obstat. C. de testa. l. ambiguitatem: quia illud intelligitur, quando constat de corpore saltem per indicia, vt. ff de reb. dub. l. qui habebat. aliàs incertum habetur pro nullo. ff. de leg. 1. l. Titiæ textores. non ob. ff. de leg. 1. si quis in fundi vocabulo: quia facilius vitiatur rescriptum, quàm vltima voluntas, vbi æquiuocatio accipitur in benigniorem partem.
3 † ¶ Quæro, quid si persona digito ostendatur, puta dicit iudex, condemno istum præsentẽ de ciuitate Assisij, & iste est de ciuitate Nuceriæ? respondeo, valet sententia: quia persona seip-
4 sam ostendit, vt. ff. si cer. pe. l. certum. † ¶ Quid si est erratum in finibus loci, puta dicit iudex, fecisti homicidium in tali domo sic confinata, & est bene commissum in illa domo, sed non habet illos confines? respondeo, ex quo constat de crimine, puniri debet crimen: secus, si ille locus non reperiretur in rerum natura, vt. ff. de accu. l. libellorum. nam cum ibi dicit, domo, significat locum: & dum dicit, illius, significat demonstrationem: sed annus, & mensis ibi significat tempus: & tamen si domus non esset illius, sed esset alterius, constito de crimine, debet fieri condemnatio, ar. ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. veritas. qui. § semper debet esse ante oculos assessorum, dicunt doct.
5 † quid si in isto. c. esset certum de persona per aliam denominationem: quia fieret mentio de Gallopresso? Respondeo, sufficeret, vt no. C. qui testa. fa. pos. l. hac consultissima. vel de domino Galea. de Mantua, qui tamen non esset de Mantua: quia error circa substantialia nocet: sed circa accidentalia non nocet secundum doc. ¶ Pone, quòd impetratur contra vniuersitatem expressis falsis nominibus ancianorũ. dic quòd non vitiat, de or. cog. c. cum dilectus, secundum Hostien. & Io. An. ¶ Quid si scholaris studens Bononiæ, & non inde oriundus impetrat dicendo, Talis scholaris Bononiæ? quidam dicunt quod valet: quia non respicit nomen proprium, sed appellatiuum scholaris: secus, si diceret Petrus Bononiensis, quia signi-
6 ficaret originem: † quoniam verbum debet naturaliter intelligi, & non accidentaliter, vt no. ff. de excu. tut. l. sed & reprobari, ibi Comaneus vbi glo. dicit. i. Comanea: sicut si dico talis de Perusio, intelligitur naturaliter. diceet aliquis, ista non debent vitiare: quia Papa si sciuisset, nihilominus concessisset: sed ista non est bona ratio: quia casus omissus nõ habetur pro ex-
7 presso. Idem de persona, de qua non cogitatur. † nam ad cogitatum debet referri oratio, vt. ff. de test. tutela. l. si quis ita. Item sicut aliud est non intentare, & aliud in impetrando errare in aliqua demonstratione
8 accidentali, † vt vnum scias, quòd vbi demonstratio adijcitur generi, si falsa est demonstratio, dispositio redditur omnino incerta & nulla, vt. l. legatum. ff. de li. leg. facit. j. cod. c. Rodulphus. ¶ In dubio non est recedendum à finibus demonstrationis, vt. ff. de cẽ-
9 si. l. forma. ¶ † Et utrum fines ponantur inclusiuè, uel exclusiuè, nõ est materia hic, sed alibi; & per naturam loci apparet illud sæpe, arg. in l. 1. §. quando & quibus
10 quarta pars debetur. † & per rerum naturam dico apparere, quando apparet ad oculum siue oculata fide, ut. C. finium

2 *¶ Reus in terminis huius tex. & similibus habet necesse excipere de non idẽptitate corporis secundum Bal. hic per istũ tex. in verbo, excipiendo, quod probabitur per non idẽptitatem loci. & ex hoc infero, quòd allegans non idẽptitatem corporis, habet necesse illam probare. limita duobus modis, primo vt pulchre per Bart. in l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de le. 2. in fi. in 2. lim. vt non procedat, quando agitur de reprobãdo instrumento tam quã falso per testes, qui dicuntur nominati in instrumento, qui dicant se nunquã interfuisse, quia debet probari, quòd isti testes sunt illimet, de quibus loquitur instrumentum, ita Car di. dicens se ita dixisse in q. facti in c. cũ Ioan. de fide instru. vt habes pulchre relatum per Feli. quem omnino uide in ca. audite, de præscripti. Parona.*

finium reg. qui super. ff. pro eo. l. si irruptione. §. ad officium. situs est res naturalis; sed locus est accidētalis. nam res mobiles sunt in situ. C. de serui. l. 1. & l. fin.
11 ff. de hære. insti. l. ex facto. §. reium. † ¶ Item quod sine finib⁹ est, inutile est, ut urnea sine sæpibus: ut habitatio sine aditu suos fines includit, ut. ff. de serui. urba. præd. l. seruitutes. §. si domo. sic si uendo molendinum, uenit clusa molendini, & fistulæ etiam, si propter siccitatem molere non possum. ff. de contrahē. emp. l. si aquæ du-
12 ctus, cum l. se. l. notabilis est. † Sed si non apparet per naturam, nec per usus necessitatem, recurritur ad alias coniecturas. & si quidem tractaretur de magno præiudicio, dictio, usque, ponitur exclusiuè. ff. de pac.
13 l. ueteribus. ff. de leg. 3. l. patronus. §. 1. † Idem, Vbi fieret digressio, quia de una re ad aliam separatam: sed de continente ad contentum nulla dicitur fieri digressio: quia non est ibi separatio neque naturalis, neque
14 secundum rationem. † ¶ Et pro regula tradi potest, ꝙ fines intrinseci ponuntur inclusiuè; extrinseci exclusiuè, & multo fortius omnimodò extranei, ut flumina publica, & uiæ publicæ, & nemora, quæ non sunt in usu, & multò fortius, si non sunt in commercio: quia non uidetur concessum, quod in commercio non est, ut in l. si quod. §. fi. ff. de peri. & commo. rei uend. & ff. de contrahē. emp. l. littora. ¶ Item confinia, quæ nō sunt de iure, uel iurisdictione tertij, ponuntur demonstratiuè, sed non inclusiuè, ar. ff. de leg. 1. l. si domus. §. fi. & l. serui electione. §. cum fundus, & facit quod not.
15 C. de act. empt. l. si fines agri. † ¶ Porrò fines nunquàm ponuntur inclusiuè, nisi sint de corpore eiusdem rei. nam si diuersa res est, sunt uoces separationis, & non unionis.

SVMMARIVM.

1 *Per rescriptum impetratum contra diœcesanos, non potest conueniri ciuitatensis.*
2 *Diœcesis quid, & unde dicta sit. quale domicilium sit diœcesis, & quomodo acquiratur?*
3 *Districtus quid sit?*
4 *Prohibitus manere in ciuitate an possit stare in comitatu.*
5 *Clericus ciuitatensis, & clericus diœcesanus differunt re, et nomine, & unum sub alio non includitur, & an nomine ciuitatensis contineatur clericus ruralis, dic ut num. 8.*
6 *Populi nomen comprehendit etiam aduenas, qui in loco consederint.*
7 *Patria duplex est. s. originis, & domicilij.*
8 *Diuisio ubi est, ibi separatus est intellectus.*
9 *Dictio, alios, est repetitiua qualitatum præcedentium, quæ adaptari possunt sequentibus.*
10 *Repetitio tacita est adaptatio quædam, & fit non ad destruendum, sed ad construendum, quod dispositum est.*
11 *Impetratio sub expectatione de prima vacatura in ciuitate an extendatur ad ecclesiam ruralem postea in ciuitate, murorum ambitu aucto, comprehensam?*
12 *Probari potest per testes sensus voluntatis, sicut sensualitas corporis.*
13 *Cum ordinaria ciuitatis iurisdictione concessa censetur etiā iurisdictio comitatus, secus cum delegata.*
14 *Nomina quædam sunt localia, quædam personarum.*
15 *Arbitrium in puniendo malèficia in ciuitate commissa iudici per statutum tributum, non extenditur ad commissa in comitatu.*
Arbitrium in pœnis de iu. comu. quomodo & quando iudici permittatur.
16 *Sub legato frumenti, quod est in ciuitate, non venit quod est in comitatu. num. 18.*
17 *Si testator vsus fuerit nomine proprio ut lego frumentum, quod est Perusij, an veniat frumentum, quod est in continentibus ædificijs Perusij?*
18 *Quid si nomine appellatiuo, ut ciuitatis, communis, uel vrbis?*
19 *Quid si utroque, s. tam proprio, quàm appellatiuo. ut in ciuitate Perusij?*
20 *Nomen proprium habet se ad nomen appellatiuum, sicut indiuiduum ad genus.*
21 *Prorogatio iurisdictionis non fit de persona ad personam.*
22 *Validare iurisdictionem an sit prorogare.*
23 *Consentiens in iudicem suum, iure tamen speciali declinabilem; vel in alienum, qui tamen suus fieri possit, an, & quādo possit pœnitere.*

a ¶ *Vide unam pulchram doctrinam, quam per istum tex. tradit Matlesi. no. 84. ut per Dec. in repe. c. 1. de proba.*

1 RODVLPHVS.[a] † Per rescriptū, impetratum cōtra diœcesanos, ciuitatensis cōueniri nō potest; & est ratio: quia non includitur in uirtute, uel ueritate sermonis. est enī exinde uocis ethymologia significatio autem intellectus est attributus dictioni ab intellectu, ut no. de uerb. sig. l. tugurij. & quod aliter sonat, cogitatum nō uidetur, ut dixi. s. eo. proxi. & ff. de fundo instruc. l. cum dela-
2 nionis. §. cui fundus. † diœcesis est domicilium rusticum, & non acquiritur per discursum, sed per mansionem in loco, uel per expressam animi declarationem. ff. de iudi. l. hæres absens. l. 1. & uide Archi. 3. q. 6. in princ. ubi dicit, ꝙ ubi maior est residentia, ibi præsumitur esse domicilium. Tamen origo non requirit residentiā magnā, sed domiciliū sic. l. 3. C. ubi senatores, uel cla. diœcesis interpretatur gubernatio. & hoc non s̄m proprietatem uerbi, uel potestatem, sed s̄m effectum, uel officium & est diœcesis propriè baptismalis ecclesiæ territoriū, uel gubernatio, & dicit à dia, qđ est duo, & cesio, quod est decisio, qa decidit & separat ab illa diœcesi diœcesis dispositio, uel subiacētia. † di-
3 strictus est locus, uel terræ spatium extra limina ciuitatis iurisdictione informatum in unū corpus nō reda-
4 ctum. † ¶ Commune Florentiæ mandauit uni, ut staret in ciuitate sub pœna capitis, nūquid poterit stare in comitatu, uel ècōtra? dic ut no. C. de ser. expor. l. fi. p Cy. ¶ Casus in terminis. quidam Rodulphus rector sancti Christophori de ciuitate Sagiensi conueniebatur per literas impetratas contra clericos Sagiensis diœcesis: Papa dicit non posse: quia non includitur in rescripto.
5 ¶ † Ex quo no. ꝙ clericus ciuitatensis, & clericus diœcesanus differunt re & nomine, & unum sub alio nō includitur. ista differentia potest dici specificata, ut no. Io. An. in c. si ciuitas, de sen. excom. lib. 6. in nouella. ¶ Nimirum autē, si nomine diœcesis nō continet ciuitas: quia minus nobile non cōtinet maius nobile. ¶ Sed è contra potest dubitari, utrum nomine ciuitatensis contineatur clericus ruralis? & uidetur quòd sic: quia rus est pars ciuitatis, scilicet subiectiua, & sub eisdem legibus & gubernaculis, ut. ff. de iudi. l. insulæ. ff. ad muni. l. qui ex uico, ut not. in authen. quib. mod. naturales efficiuntur legi. §. si quis autem ta-
6 lis, & C. de episc. & cle. l. nulli. §. si ex uico. † ¶ Præterea populus ciuitatis, & comitatus est idem populus integralis, & iure publico continetur uterque, ut not. ff. de

ff. de iusti.& iure, l. publicum ius. certè hoc nomen populus comprehendit etiam aduenas, qui ibi sedem collocarunt. tex. est no. in auth. de quæstore, post prin. col-
7 la.6. ¶ † Patria est duplex. scilicet originis, non furtiua: quia quis nascitur in loco destinato, non in fuga. Item domicilium, quod similiter non contrahitur per discursum: quia domicilium debet esse mansurum, & uide quod no. in l. 1. C. ubi petantur tutores, uel curatores. facit. ff. de hære. insti. l. ex facto. §. rerum. ff. de pign.
8 l. debitor. ff. de iudiciis l. hæres absens. ¶ † Certè ego dico, quod integritatem diuisio soluit; sicut si dicerem, isti sunt intra muros, & alij extra muros. nam ubi diuisio est, ibi separatus est intellectus, ut ff. de le. 3. l. seruis urbanis, & ideò in quæstione proposita dico, quod nomine clericorum ciuitatensium non continentur clerici rurales, id est in ecclesiis rusticanis residentiam facientes, ut ff. ad munici. l. eius. §. Celsus, & ff. de fundo instructo l. cum quidam duos. Nam hæc uocabula localia sunt, & diuersæ demonstrationis, quinimò relatiuè opposita, & ideò unum non continetur sub altero, ut in isto c. hæc uerba circa diœcesim, & similia significãt continuitatem, seu coniunctionem loci. ff. de cõtrahẽ.
9 emp. l. Rutilia. tex. no. † Quæro, an sit differentia inter hos sermones, uidelicet cõtra Petrum de diœcesi Florentina, & quosdam alios, & inter aliam propositionem, contra Petrum & quosdam alios de diœcesi Florentina? dicendum quod non: quia dictio, alios, est repetitiua qualitatum præcedentium, quæ adaptari possunt sequentibus, ut ff. de uino legato. §. cum dulcia l. fi. secus si nõ possunt adaptari, ut ff. de au. & arg. leg. l. Plautius, & in diuina scriptura Christus, & alij duo latrones. nam dictio, alij, ponitur aduersatiuè in substantia,
10 & qualitate, ut no. ff. de hære. insti. l. Iuli. † Porrò repetitio tacita non est aliud, quàm quædam adaptatio. ff. de exc. tu. l. nõ solũ. §. quod primipilum, ubi est tex. fin. Et no. quod[a] tacita repetitio fit ad construendum, non ad destruendum, quod dispositũ est; text. est not. in l. ult. ff. de ma-
11 numiss. test. ¶ † Sed pone, quod ciuitas est aucta, & per hoc noui muri attingunt quandam ecclesiam ruralem, nunquid literæ expectantium per priu. concessæ extendantur ad hanc? argu. quòd sic. ff. de leg. 2. l. cum fundus. In contrarium uidetur glo. ordinaria. ff. de excu. tu. l. sed reprobari. §. fi. in ult. gl. quod est uerius. ff. de contrahen. emp. l. in lege, & est ratio, quia ultima uoluntas extenditur usque ad mortem; sed priuilegium non extenditur: quia non est in pendẽti, argu. in l. ult. C. commu. prædio. in ratione motiua
12 illius legis. † Quæro, an per testes possit probari, quod papa sensit de isto Rodulpho? & dico, quod per testes potest probari sensus uoluntatis, sicut sensualitas corporis, ut no. Bar. ff. de uerb. obl. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. Item ait, quòd diuersitas scripturæ inducit diuersitatem probationis, eadem l. §. cum qui. Et ego dico, quod illud, quod non dicit scriptura,[b] nec nos dicere debemus: quia scriptura probat suos limites, ut ff. de fideiusso. l. fideiussores magistratuum. §. Aurelius,
13 ubi est textus notabilis. ¶ † Sed statim opponitur, quia lege cauetur, quod si alicui conceditur iurisdictio ciuitatis, conceditur etiã iurisdictio castrorum ipsius, ut. ff. de offic. præfec. urbis l. 1. §. cui urbem. So. illud uerum est in iurisdictione ordinaria, quæ non diuidit se à sua integritate: secus in iurisdictione delegata, quæ est
14 odiosa & extraordinaria. ¶ † Et no. quod quædam sunt nomina localia, ut Roma, Perusium, Florentia, urbs, ciuitas, oppidum, castrum, castellum, arx. Quædam sunt nomina personarum, ut populus, plebs, corpus, collegium, gens, & societas, & prosequitur Io. And. ubi supra & Bar. in l. 1. ff. ad muni. & ff. de uerb. signifi. l. 2. & l. prouinciales, & no. quod ista sunt utilia in beneficialibus; puta si quis impetrat primam uacaturam in ciuitate, quod non continetur ecclesia ruralis. ad hoc optimè facit.
15 C. de test. l. fi. † Item si statutum dicit, quod maleficia cõmissa in ciuitate puniantur arbitrio potestatis, istud arbitrium non extenditur ad maleficia extra ciuitatem, quia est extraordinarium, & contra ius commune. Nã de iure communi non est concessum arbitrium in pœnis, sed in executione pœnarum, & non in decidendo, sed in cognoscendo, ut l. 1. §. calũniatoribus. ff. ad Turpil. nisi incidat nouus casus, qui non sit lege comprehẽsus: quia tunc ad arbitrium iudicis pertinet supplere & arbitrari, ut l. 1. §. 1. ff. de effracto & expilatoribus. nam quæ nouiter emergunt, nouo remedio indigent. propter concomitantias & circũstantias, & casus repẽtinos dantur arbitria iudicibus, ut dixi supra de con-
16 sti. c. 1. † Item prædicta sunt utilia in testamentis; si testator legat mihi frumentum, quod habet in ciuitate, non uenit frumentum, quod habet in comitatu, ut. ff.
17 de penu. leg. l. nam quod liquide. §. si ita, † & considera, quod quando testator utitur proprio nomine loci, puta dicit Romæ, uel Florentiæ; & tunc etiam continetur frumentum, quod est in continentibus ædificiis, sicut sunt suburbia coniuncta ciuitati nullo extraneo loco mediante: uia autem publica non facit medium: quia
18 eiusdem iuris publici est. † Si autem testator utitur nomine appellatiuo communis, uel ciuitatis, quæ denominatur a cinctura murorum, uel appellatiuo nomine urbis, quæ per aratrum circulans designatur, non ueniunt continentia ædificia extra muros: quia signum
19 limitat signatum. † Si autem testator utatur utroque uocabulo, puta dicit lego frumentum, quod habeo in ciuitate Perusij, dicunt quidam, quod inspicitur, quid procedat. sed gl. in d. l. 2. de uerb. sig. dicit, quod inspicitur in testamentis latior interpretatio, & ideò continentia ædificia includuntur. Guil. de Cun. dicit in d. §. cum urbem, quòd Roma continentia ædificia includit: secus in aliis ciuitatibus. unde in quæstione proposita dicendum uidetur, quòd inspicitur nomen proprium restrictiuum, non appellatiuum extensiuum. non obstat. ff. de stipul. seruo l. si quis seruus, ubi sumitur coniectura ex ordine uerborum: quia ibi uerbum secundarium erat appositum loco solius demonstrationis &
20 causæ finalis, ar. ff. de an. lega. l. annua. §. 1. † & est ratio: quia nomen proprium est sicut indiuiduum, & nomen appellatiuum est sicut genus; & sic indiuiduum restringit & coarctat speciem: quia uerbum, quod in ultimo profertur, uidetur esse conclusio & determinatio to-
21 tius orationis, ar. ff. de uer. si. l. si cũ fundũ. † Glo. tangit hic, an iste Rodulphus possit prorogare iurisdictionẽ? & dicit quod non, & est ratio: quia prorogatio non fit de persona in personam, licet uerba sint indefinita: quia quando indefinita profertur determinato modo, tũc non æquipollet uniuersali: quia suis finibus est contenta, ut hic cum si. Est autem quędam prorogatio, quæ fit de similibus ad similia personis non mutatis. de hoc dicam

a ¶ *Tacita repetitio fit ad construendum, nõ ad destruendũ, quod dispositum est.*

b ¶ *Vide doc. in l. lecta. ff. si cer. pet. & uide quæ scripsi ad istud propositum in quodã consilio edito pro nobilibus de Sandelariis de Parma. & illi cõsilio se subscripsit do. An. Po.*

22 dicam j.de offi.deleg.c.P.& G †Et unum scias, quod ualidare iurisdictionem non est prorogare, ut j. de iudi.c. 1.& tunc non habet locum pœnitentia: idem si partes dicant, prorogamus irreuocabiliter, non possunt renũciare beneficio pœnitendi, quod aliàs competit usque ad litem contest. uel usque quò de communi cócordia
23 procedunt coram ipso iudice, ut ff.de iudi. l.j. † & dic, quod interdum quis consentit in iudicem suum, quem de iure speciali poterat declinare; & non habet locũ pœnitentia. Interdum in iudicem alienum, qui suus fieri poterat, & tunc, aut res stetit in finibus consensus, aut processum est ad aliquem actum iudicialem de discordia partium, & his duobus casibus habet locum pœnitentia usque ad litem contesta. & non post. Aut fuit processum ad actum ultra prorogationem de partium uoluntate; & non habet locum pœnitentia. ff.de iudi.l. sed & si susceperit. Interdum consentit in iudicem alienum, qui suus fieri non potest; & tunc non ualet consensus, ut j.de fo.competen.c.si diligenti: quia coram eo non potest esse iudicium, neque confessio, ut j. de iudi. at si clerici &c.

SVMMARIVM.

1 *Comitatus an transmittatur de fratre in sororem.*
2 *Comitatum qui emit à principe transmittit ad quemcunq; hæredem, etiam fœminini sexus, sicut quamlibet rem hæreditariam, etiam si de eo soluat censum.*
3 *Consuetudo gentis Gallicanæ, uel alterius regni potest dici ius gentium eorum.*
4 *Regina Apuliæ, si nubit cuidam simplici militi, an faciat eum regem?*
5 *Succedens tenetur soluere debita comitis, uel comitatus.*
6 *Rescriptum non transit ad hæredes passiue.*
7 *Iurisdictio perpetuatur, de iure ciuili nouissimo, per solam citationem.*
8 *Rescriptum an incipiat ab hærede?*
9 *Declarandi conditio ad hæredem non transit.*
10 *Impetratum contra dignitatem etiam re integra transit ad hæredem.*
11 *Qualitatum copulatiua quando earum cõcursum requirat.*
12 *Qualitas, quæ inesse non potest, subiectum non informat.*
13 *Qualitates contrariæ non concurrunt, & idem in conditionibus, & modis.*
14 *Tempore datæ qui erat laicus, si postea sit factus clericus, conueniri debet ex capite laici.*
15 *Represaliæ si sint concessæ contra omnes de patria Florentina, an includantur Aretini.*
16 *Patria triplex, communis, uulgaris, propria.*
17 *Episcopus si excommunicauit omnes leprosos stantes in ciuitate, nisi intra octo dies recedant de ciuitate, an leprosus, qui exiuit portas ciuitatis, & reduxit se in quodam hospitali in suburbiis, intelligatur paruisse mandato?*
18 *Interdicta quandoque recipiunt extensionem.*

a ¶ *Considera, an istud uerbũ, re integrã, intelligatur ante, quàm citetur, an intelligatur ante, quam exprimatur. nam iste tex. uidetur intelligere ante, quàm citetur. doc. uero intelligunt ante, quàm exprimatur. Considera igitur hic scripta per doc.*



SIGNIFICAVIT. ¶ Si conueniendus per clausulam, Quidam alij, re integra a moriatur, successor eius per illud rescriptum non poterit cõueniri. ¶ Casus, proponebatur, quod rescriptum erat impetratum cõtra episcopum, & quosdã alios clericos, & laicos: & quod quidã mercatores, uigore dictæ clausulæ generalis, conueniebant sororem dicti comitis eius hæredem, qui comes decesserat post rescriptum ante citationem. papa dicit non posse: quia re integra mortuo dicto comite cessat rescriptum quò ad hæredem ipsius. No. hæredẽ
1 ipsius re integra non succedere in rescripto. ¶ † Not. quod comitatus transmittitur à fratre in sororem, & sic in fœminam, quod est uerum iure Gallico: quia ita se habet consuetudo, quod fœmina succedat: sed de generali consuetudine feudorum est secus, ut in c.1.§.si.qui feu.
2 da.pos.colla.x.secundum Host. † dicit Odofredus, quod si quis à principe emeret comitatum, ita transmitteret ad hæredem fœminini generis, sicut quamlibet hæreditariam rem: quod uerum est, etiam si soluat regi censum: quia licet comitatus tunc sit censualis, non tamen est feudalis; sicut prædia, ex quibus soluitur tributum allodij, & non iure feudi censentur. facit quòd no.ff.de dam.inf. l.si finita. §. si de uectigalibus. uel dic, quòd iste comitatus non erat feudum, sed proprium & regale patrimonium; & ideò transmittitur ad fœminam, ut in comitissa Matilda. nec enim præsumitur feudum, nisi probetur, & hoc mortuo masculo. nam donec uiuit aliquis masculus aptus succedere, fœmina non succedit, etiam si feudum esset concessum in masculos, & fœminas, ut in c. 1. de eo, qui sibi & suis hæredibus masculis & fœminis, colla. 10. Nam copula illa non copulat coæqualiter, licet feudum sit antiquum: tamen fœmina non est hæres, nisi in subsidium, & sic tacita conditio subintelligitur, scilicet si hæres masculus non extet, idque naturalis ratio consentit: quia officia uirilia sunt animi. ff.de cura.furio.l.cuius bonis, & præsertim
3 animi consilium non reperitur apud fœminam. ¶ † Et adde, quod consuetudo gentis Gallicanæ, uel alterius regni potest dici ius gentium ipsorum, quod apud eos semper reputatur iustum & æquũ, & defendere successores ex generis prærogatiua, uel alia æquitate, sicut ius ciuile ex suo imperio. Nemo enim dubitat, quod successiones sunt etiam apud barbaros, qui nunquam fuerunt sub imperio Romano: quinimò gens libera potest sibi creare ducem, & regem, & facere eum dominum naturalẽ. & adde, quod no.de comitissa Matilda. C.de arbi. l.si.
4 ¶ † Pone, regina Apuliæ nubit cuidam simplici militi, an faciat eum regem? Respondeo, non: quia essent iam duo reges insolidum. Itẽ quia regnum non potest alienari, nec in dotem dari: quinimò non intelligitur esse paraphrenale, nec in administratione uiri, nisi quatenus regina committit. non nego, quin hoc casu uir coruscet radiis uxoris: quia eius lateris comitatus illustrat, ut l.1.C.de præpositis laborum, li. 12. ibi, dum dicit, nostri latus comitatus illustrat. nulla enim est maior lateralitas, quàm uiri, & uxoris, qui diuino consortio efficiuntur una caro. ¶ Secundo no. quod ille, qui succedit, tenetur soluere debita comitis, uel comitatus, nimirũ, quia est successor uniuersalis. ¶ Tertio not. quod ille, qui præmoritur re integra, a generali clausula eximitur, &
5 eius hæres. † Item no. quod rescriptum non transit ad hæredes passiuè, quia ex parte rei est personale, nisi iam reus fuisset citatus, quia per citationem perpetuatur iurisdictio. quia statim, quod quis facit citare aduersariũ, est obligatus ad prosequendum litem, ut C.quomodo & quando, in auth. qui semel, & ubi insurgit obligatio. ibi res non est integra. ff.de pac. l. si cum fundum,
7 † ideò de iure ciuili nouissimo per solã citationẽ perpetuatur iurisdictio, dũmodo citatio ualeat: aliàs pro nulla

nulla habetur, ut C. de statu defun. l. si pater. C. de accu. l. 2. & no. j. de appel. c. ut debitus. & cassata citatione cassatur, quicquid ex ea, uel ob eam est secutum, ut C. de legi. l. non dubium. ¶Sed dubitatur, utrum istud sit uerum, siue impetretur super personali, siue super reali? & uidetur quòd si super reali, rescriptum esset reale. sed ista ratio non concludit: quia in reali non conuenitur hæres ut hæres, sed ut quilibet possessor, ut ff. ad exhib. l. signi. §. fi. & l. 2. §.
8 j. ff. de præto. stipu. ¶†Item rescriptum non incipit ab hærede, ut hic. sed contra opponitur, quòd imò rescriptum transeat ad hæredem, & ad quemlibet successorem, sed & etiam singularem, ut j. de foro compe. dilecti, & j. de iudi. c. quia enim. in nostro. c. erat ratio: quia in persona comitis non erat rescriptum plene formatum ante, quàm per clausulam generalem comes esset tractus ad causam. & ideo non competebat iurisdictio actu, sed potentiali habitu & in nube: secus, si in rescripto persona comitis fuisset expressa. & est ratio differentiæ: quia clausula generalis habet tacitam conditionem, si in iudicio exprimatur, siue declaretur persona, & talis persona debet declarari nunc, quæ potuisset declarari tempore datæ, ar. in c. literis, de rescri. in cle. sed hæres non potuit declarari tempore datæ: quia uiuens non habet hæredem.
9 ¶†Item quia conditio declarandi non transit ad hæredem, ut ff. de uerb. obli. l. qui Romæ. §. Augerius, qui est §. fin. ad hoc non ob. j. de iud. quia enim. ibi erat successor iudicij, & quia iudicium erat iam inceptum. Præterea hæres dicitur eadem persona iuris fictione, non uerè. & ideò etiam per rescriptum speciale non potest conueniri hæres re integra: quia rescripta non accipiunt fictionem extensiuè, ar. ff. de neg. gest. l. 3. §. hæc uerba. ¶Sed quomodo respondetur ad c. dilecti, de foro compe. dico, quòd illud c. intelligitur secundum istud uidelicet re non integra: quia hæres in iudicio succedit. ff. de iudi. l. eam ex contractibus, dummodo causa sit transmissibilis ad hæredem, ut ff. de insami. l. seruus. nam rescriptum datur causæ potius, quàm personæ, arg. ff. de aqua quoti. l. j. §. permittitur. & ratio rescripti debet attendi: quia est ratio naturalis, ut no. ff. de pac. l. pactum. §. fi. Porrò si causa expiraret morte, tunc etiam iudicium expiraret, ut ff. de suspec. tut. l. post finita. & facit. ff. de
10 dolo. l. hæredibus. & quod ibi no. ¶†Vnum scias, quod si esset impetratum contra dignitatem etiam re integra transiret ad hæredem secundum Ber. quod est notabile. & hoc præsumitur, si est debitum dignitatis: quia dignitas non moritur, ut ff. de leg. 2. l. quod principi. ¶Extra no. quòd illa uerba, clericos & laicos, faciunt ad quæstionem disputatam per Iaco. But. de legato facto mercatoribus, & artificibus artis lanæ, ut intelligatur in sensu diuiso, nec requiratur concursus qualitatum: quia quælibet qualitas inhærens
11 suo subiecto determinat ipsum de per se. † ¶Distributiua qualitatum non requirit earum concursum, nec soluta; sed copulatiua, aut ad unum effectum, & requirit concursum: aut ad singula singulis, & non requirit concursum, de condi. & demon. l. falsa. §. fi.
12 ¶† Et scias, quòd natura qualitatis est, quòd possit inesse: aliter non informat subiectum ff. de noxa. l. in
13 delictis. §. si extraneus. † Item qualitates contrariæ non concurrunt. ff. de condi. & demon. l. Titiæ, si non nupserit. ff. pro suo. l. si ancillam. similiter nec condi-
14 tiones contrariæ, nec modi contrarij. ¶† Quid si tempore datæ erat laicus, postea est factus clericus? respondeo conuenitur ex capite laici, non ex capite cle-
15 rici, ar. ff. de condi. & demon. l. falsa. §. j. ¶†Extra quæro, concessæ sunt represaliæ contra omnes de patria Florentina; utrum includantur Aretini eis aggrega-
16 ti per egregiam uirtutem Florentinorum? Respondeo triplex est patria, communis ut Roma. ff. de excu. tuto. l. si duos. §. fi. ¶Vulgaris, de qua non potest dari certa doctrina: quia facti est, prout consuetudo uulgi sonat, quæ consuetudo interpretationem prudentum frangit, & plerunque extendit. ff. de sun. instr. l. cum de lanionis. §. j. Et propria, quæ potest dici patria sigillata, id est in qua propriè quis est natus, ut puta Perusium mihi, & Bononia Bononiensi. & in isto sensu debet accipi in represalijs: quia stricti & odiosi iuris sunt. Et idem, si dicatur contra omnes de prouincia Florentiæ. Nam nomen prouinciæ delatum ad personas, strictè debet intelligi propter strictam & odiosam materiam, & quia non participantes honoribus non debent in odio participare, & quia quod facit maior pars, omnes fecisse uidentur, quando omnibus congruit facere potuisse de iure per se, uel alium. & hoc in sensu communi siue uniuersali non includitur absens, ut ff. de magistratibus conuenien. l. j. §. j. Et scias, quòd deriuatio prudentum loco significati habetur, ut no. Ioan. And. in d. c. si ciuitas, qui remittit ad deriuatores, quorum nouissi-
17 mus est catholicon. ¶†Pone, episcopus excommunicauit omnes leprosos stantes in ciuitate, nisi recedant de ciuitate intra octo dies: accidit, quòd quidam leprosus exiuit portas ciuitatis, & reduxit se in quodam hospitali in suburbijs. Quæritur quid iuris? Respondeo, quia morbus est contagiosus, non intelligitur paruisse mandato, argumentum in auth. iusiurandum, quod præstatur ab his. §. fina. quia parere & non parere stat in effectu. nam de facili posset inficere ciues, quorum gratia factum est præceptum: & sicut propter salutem animarum fit extensio, ut in c. si ciuitas, ita in saluatione corporum, ne circunueniatur interdictum. Et est argu. ad statutum Florentiæ, quo cauetur, quòd facti de magistratibus non possint habitare in pristina parochia. nam non habitabunt in contigua. ¶In contrarium uidetur, quia lupus syluam exiuit statim, quòd est extra syluam, licet
18 sit in semita exteriori coniuncta syluæ. ¶†Et no. quòd interdicta quandoque recipiunt extensionem. ff. de ser. expor. l. cui pacto. ff. de interdict. & releg. l. relegatorum. §. dubitatum, & §. constiturus, ibi, etiam, & in §. interdicere, habes quòd propter delictum commissum in loco incolatus potest interdici originalis prouincia, & quòd incola Papiæ potest forbanniri pro delicto commisso Florentiæ: quia propter delictum iurisdictio se extendit legis authoritate; & est ibi gloss. ualde no. ¶Item quandoque fit extensio filiorum ad hæredes extraneos. ff. de ritu nuptia. l. liberum. §. j. tex. est ualde no.

SVMMARIVM.

1 *Ordo & consuetudo curiæ olim erat, quòd primò monitoria, secundò praeceptoria, ultimò executoria concedebantur.*
2 *Verbum, supersedeas, intelligitur. s. perpetuò.*
3 *Gratia hodie fit recto tramite.*
4 *Mentum in ordine necessario nihil agit.*

5 *Mentionem faciens de alio instrumento, quod facit ad causam, debet docere de illo, & tenetur edere in quacunque parte iudicij requiratur.*

6 *Iudex si, alia citatione non præmissa, dicat, assignamus tibi talem diem pro tertio & peremptorio termino. istud peremptorium est inualidum.*

a *¶ Circa istum text. mouentur plures difficultates. prima quare text. dicit ad nos &c. in numero plurali; & tamen suprascriptio non dirigitur nisi uni, s. abbati sancti Victoris, contra. c. quam graui, de crim. fal. respon. Ioan And. & Imo. quod dum textus dicit, ad nos, debet suppleri ds. Abb. & colleg. secundo instatur, text. dicit supersedeatis, &c. contra. nam supersedere est expectare alium finem, uel euentum. c. dilectus, el secundo. ꝰ. eo. sed ista litera, de quibus in tex. non ualent tanquam subrepti. in c. ad andien. el secundo, ꝰ eod. titu. ergo tex non debebat dicere supersedeatis. respon. Ioã. And. Imo. & alij, quòd uerbum supersedere hic ponitur impropriè pro totali desistentia, concor. c. olim, de except.*

EX INSINVA-
2 tione. [a] ¶† Non ua-
1 lent executoriæ, in
quibus impetrans di
xit falsò monitorias præcessisse.
¶ Præmitte ad euidentiam, quòd
ordo & consuetudo curiæ olim
erat, quòd primò monitoriæ,
secundò præceptoriæ, ultimò
executoriȩ concedebantur. ¶ Mo
do quidam B. clericus impetra-
uit præceptorias, & executorias,
asserens quòd monitorias impe-
trauit; & quia hoc erat falsum,
papa mandat superexecutorijs
supersedere. i. executioni non
2 mandare. ¶† No. quòd uerbum,
supersedeas, notat & significat
perpetuitatem. i. nunq̃ exequa-
ris: quia quod habet perpetuam
causam suspẽsionis, uidetur æter
num: tex. est hic notabilis. idem, si
dubium. ff. de condi. inde. l. suffi-
3 cit. † Item not. quòd olim ute-
bantur superuacuo circuitu: ho-
die uero frustra fit per plura, qđ
potest fieri per pauciora; & ideo
circuitus est emendatus. id est re
cto tramite fit gratia. sic. ff. de con
di. inde. l. dominus testamento. ff.
si cer. pe. l. cum fundus. § seruum
4 tuum. † No. ꝙ qui mentitur in
ordine necessario, nihil agit: tum
quia mentitur: tum quia non ser
uat ordinis formam; sed de nouis
sima consuetudine curiæ iste or-
do non est necessarius: tamen si quis fuisset mentitus,
ut facilius literas obtineret, literæ non ualerent ꝰm
5 Ber. † Item no. ꝙ qui facit mentionem de alio instru
mento, quod facit ad causam, debet docere de illo, ut
j. de offi. deleg. cum in iure, & j. de uerb. sig. c. abbate,
& tenetur producere in quacun
b que[b] parte litis petatur edi, ut l.
postq̃. §. si dies. ff. ut legatorum
nomine caueatur. qui tex. est mul
tum notabilis. Item ꝙ os, quod
mentitur, occidit gratiam, ut ff.
de tuto. & cura. da. ab his. l. tutor
6 si petitus. † Et no. optimum ar-
c gumentum, [c] ꝙ si iudex alia cita-
tione non præmissa dicit, assigna
mus tibi talem diem pro tertio
& peremptorio termino, ꝙ non
ualet istud peremptorium: se-
cus, si nõ adijceret illud uerbũ, tertiò uel ultimò; & cõ
tra cõtumacẽ potest ferri sentẽtia etiã pœnalis, si pœ-
na contumaciæ respicit ipsum processum, super quo
contumacia est ꝯcta: sed si pœna contumaciæ non re-
spicit ipsum processum, sed uenit extrinsecus, tunc re
quiritur alia citatio, ut. ff. de iure fisci. l. eius, qui dela
torem, & eleganter no. in l. 3. §. si ad diem. ff. de re mil.

b *¶ No. quòd quis tenetur producere instrumentũ, in quacunque parte litis petatur edi, uide cumulata per nouissimos in l. nõ solum. §. morte, de ope. noui nunciatio.*

c *¶ Not. perpetuò ista uerba Bal. quia sæpe obtinuimus practica.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula, si pro alio non scripserimus, qui huiusmodi gratiam prosequatur, si apponatur, & papa scripsit pro alio iam beneficium obtinente, gratia non uendicat sibi locum.*

2 *Disponentis intentio semper attendi debet, ità tamen, ut non omninò à uerbis recedatur.*

3 *Voces sunt notæ passionum animi.*

4 *Voluntas datur perfectè intelligi per uerba enunciatiua, siue conditionalia.*

5 *Verisimile non est, quòd pater uelit filium duplici onere grauare.*

6 *Mens disponentis datur intelligi per conditionem.*

7 *Primus impetrans si renunciet ante adeptum ius in re, secundæ literæ sumunt uires. aliàs secus.*

8 *Plurale idem est, quod singulare geminatum.*

9 *Verisimile non est Papam uelle cuiquam ius suum auferre.*

10 *Clausula ista, si pro alio non scripsimus, utrum intelligatur apposita fauore ecclesiæ.*

11 *Clausula, non obstante, si pro alio scripsimus, an fundit⁹ eneruet primam gratiam: an uerò subordinet de priori faciendo posteriorem.*

12 *Papa si dicat, mandamus tibi conferri, si pro alio non scripsimus, nec adijcit, qui huiusmodi gratiam prosequatur, & papa scripsit pro alio, qui morte præuentus non prosequitur, uel uiuens alteri cedit, uel sententialiter succumbit; an literæ sint efficaces. &*

13 *Quid si controuersia cum altero pendeat?*

14 *Negatiua hæc, scilicet quòd quis gratiam non prosequatur, qualiter probetur.*

15 *Vir si fuit interfectus & uxor ignorabat, & tandem elapso anno sciuit, & statim nupsit, non dicitur istud tempus lectus neglexisse.*

16 *Terminus prosequendi gratiam per quem assignari debeat.*

17 *Si quis dicat, promittis mihi decem usq; ad mẽsem, & postea quãdocunq;, an hæc additio, et postea, etcæt. faciat dilationẽ.*

1 MANDATVM. ¶† Vbi est clausula, si ꝓ
alio non scripsimus, qui huiusmodi gratiã
prosequaẽ, & papa scripsit pro alio iam be
neficiũ obtinẽte, gratia non uendicat sibi
locũ. ¶ Casus. Papa mãdat cuidam ep̃o, ꝙ
magistrũ. G. faceret recipi in canonicũ, & in fratrem
in ecclesia Nouiensi, adiecta clausula, si ꝓ alio ibidem
nõ scripsit, qui similẽ gratiã prosequaẽ; quærebatur, si
alius ꝑ literas eiusdem papæ beneficiũ obtinebat, utrũ
ep̃s teneretur exequi mandatum? respondetur ꝙ non:
quia non fuit de intentione papæ grauare ecclesiam
2 super receptione duorum † Dicit lex, ꝙ semper est re-
currendum ad intentionem disponentis: quia cedit lin
gua cordi, & sub iugo mentis uerba consistant tanq̃
sub suo proprio originali & digniori, ut legi. & no. ff.
cõmunia predi. l. si in uenditione, in fi. & ff. de usufru. l.
arboribus. dum tamen totaliter non recedatur à uer-
bis, ut ff. de usufruc leg. l. si alij. ff. de excu. tut. l. scire
oportet. §. & si maxime, ubi tex. dicit, ꝙ uirtus disposi-
3 tionis legalis cõsistit in ratione. ¶† Item alia lex dicit,
ꝙ mens est radix uerborum, & eius substantia prima.
nã cor imperatoris est lingua, & habet eã sicut mãci-
pium sub iurisdictione sua, uoces denique sunt notæ
earum, quæ in anima sunt, passionum, ut ait Aristote.
& patet.

4 & patet.ff.de lib.leg.l.Labeo.§.idem Tubero. ¶† Item no.ꝙ per uerba enunciatiua,siue conditionalia datur uoluntas perfectè intelligi,facit.ff.de leg.3.l.Pamphilo.§.propositum. ubi uerbum,uellem,qđ est præteriti imperfecti,ponitur pro uerbo,uolo, quod est præsentis temporis: quia uoluntas testatoris non debet esse frustra,& tacita uoluntas cohærens expressæ habetur pro expressa ff.si cer. pet.l. cum quid:sed in corde retenta nihil operatur.C. de condi.ob causam.l.si repe-
5 tendi. ¶†Itē no.ꝙ non debet qs grauari duplici pondere,ut no.C.de mulieribus,& in quo loco.l.j.libr.x. ꝙ non est uerisimile, ꝙ pater uoluerit filium duplici onere aggrauare.ff.de legat.2.l.Titia.§.qui in uita.ff.
6 solut.mat.l.si cum dotem.§.si pater. ¶† Nota,quòd per conditionem datur intelligi mens disponentis.ff. de manumis.testa.l.si quis locuples.C.de condi.inser. l.2. ¶Opponitur,ꝙ quæstio istius capituli non sit dubitabilis propositio.ff.ad Carbo.l.quod Labeo.Sol. dicit glo.ꝙ imò ratio dubitandi erat,quia uerba,gratiam prosequātur,non uidentur loqui de prosecutione facta & perfecta,forte,iam dudum, ad hoc respondet glo.ꝙ imò quia durat prosecutio, argu.ad hoc arborum furtim cęsarum.l.cedere.§ subsecare.ff.de iur. om.iudic.l si quis id,quod §. si dum proponitur:quia durat prosecutio,quæ in suo co atur effectu, argu.ff. de uerb.signi.l.idem erit.ff.de iure codicil.l.Plotiana. ff.de arbi.l.inter Castellianum,& quod legi.& not.C. de usufru.l.corruptionem.& sic uerbum præsentis tēporis trahitur ad præteritum: quia durat de præsenti, & præteritum ad præsens:quia non tā ponderatur initium, quàm status rei. ¶Sed quid si non est dictum, qui huiusmodi gratiam prosequatur, sed simpliciter? respondeo,si est eadem data, præfertur præsentans: si diuersa,primò impetrans,ut dixi.s.eo.c. capitulū sanctæ Crucis.
7 † ¶Quæro, quid si primus impetrans renunciauit?respond.aut ante adeptum ius in re,& secundæ literæ sumunt effectum: aut post adeptum ius in re,& tunc secus: quia semel ista conditionalis gratia expirauit, unde non potest renasci,ut. C. de institut. & substi.l.antepenul. quæ lex est not.ad hoc. ¶Pone, papa sic dixit, non obstante si pro alijs scripsimus, & non scripserat, nisi pro uno? uidetur, quòd uerba clausulæ cassant uerba pluralis numeri.ff.ad Treb. l.fin. In contrarium uidetur.ff.de uerbo. significa.l. in usu iuris,& l.non est sine liberis. de hoc no.j. de præ-
8 ben.quamuis,in tertia gl.lib. 6. † dicit lex, ꝙ idem est plurale,quod singulare geminatum.ff.de condi.& demon.l.falsa.§.fi.ff.ad Treb.l.balista.ff. si quis cautionibus,l.si seruus.§.si plurium, sicut dicunt Doc.iuris ciuilis de statuto,quod punit producētem falsos testes.
9 nā idem,si unum. † ¶Vlterius no.ꝙ non est uerisimile, ꝙ papa uelit alicui ius suum auferre. gl. allegat similia,& facit.ff.de uulg.substi. l. ex facto. in princi. ff. de
10 aqua plu.arcen.l.in concedendo. ¶† Quæro, ista clausula,si pro alio non scripsimus,utrum intelligatur apposita fauore ecclesiæ?& dico ꝙ sic,ne ecclesia grauetur in duplici receptione: tamen ecclesia potest huic suo fauori renunciare, & sic receptus ab ea intelligetur receptus authoritate papæ,arg. C.ut in pos. leg.l. scire.ff.de mino.l.si filius,& ff.de iniu.test.l. filio præ-
11 terito.ff.de diuor.l.quod ait lex.¶† Sed nunquid clausula,non obstante si pro alio scripsimus,funditus eneruat primam gratiam, an uero subordinat,faciendo de priori posteriorem? & uidetur, ꝙ in totum obrumpat per rōnem istius. c. quia qui in uno grauatur, in alio alleuiatur.ff. de iureiur l.cum qui, & non debet afflicto addi afflictio. * C.de epis.au-
2 di.tā demētis.nec onus oneri, ut prædixi, ut quidam imperator ait,sicut hr̄ in chronica Martiniana.

¶Afflictio non debet addi afflicto.

Boni pastoris est pecus tondere, & non deglubere; qui pecus nimis emungit,elicit sanguinem,ut ait diuina scriptura, sanguis subditorum requiretur de manibus ꝑlatorū.Sed in ꝯrium vr̄.quia qđ suspēditur, nō obrumpitur,ut.ff.de uerb ob.l.2.& l. inter stipulantē. §. sacram. & est simile, quia secunda hypothecaria interdum præfertur primæ.ut.C.qui pot.in pig. habe. l.assiduis. nisi bona essent non soluendo ad utramque hypothecam:quia tunc illa,quæ postponitur,patrimo-
12 nij inopia sorbetur.ff.de procu.l Titius. ¶† Pone,dicit ita papa, mandamus tibi conferri, si pro alio non scripsimus,nec,adiecit qui huiusmodi gratiam prosequatur:& papa scripsit pro alio, sed alius morte ꝑuentus non pt̄ prosequi,uel uiuens alteri cedit, uel sententialiter succūbit;nunquid literæ fiunt efficaces?& vr̄ ꝙ non:quia in conditionibus inspicit merū factū,vt.ff.de cōdi.& demon.l.Mæuius ff.de uer. obli.l. qdā cū filiū. C.de transac.l.vbi pactū,& no per Cy.in l.j.C. de condi.inser. In contrarium vr̄. nam de effectu cogitatum uidetur,non de facto ab omni efficacia separato. ff. qđ quisque iur.l.j.§.hæc uerba.C.si mancipium ità fuerit alienatum. l. ea quidem. Præterea ista clausula fuit adiecta cum eā, quæ determinat effectum,ut.ff.de ser. expor l.quæsitum.Ista pars est uerior:quia intētio papæ fuit binas efficaces literas concedere,arg. ff. de hære.insti.qui soluendo non erat duos Apollonios. nec debet officere alteri ille,qui capere non uult,uel non pōt.ff.de ꝯtab.l.si post mortē.§. liberi,& §. fi. ff. de lib.
13 lega.l.si is,q duos. † Quid si cōtrouersia est altero pēdeat?Solutio.retinetur in suspenso grā,ar.ff. de excu-
14 tut.l.diximus.q lex ad multa est no. † Quæro,qualiter probet hæc negatiua,s.ꝙ quis gratiam non prosequatur?rn̄deo per monitionem, & termini lapsum,ut ff.de optione.leg.l.mancipium:quinimò ipsius termini assignatio includit monitionem, ut.ff. ad Tertul. l. 2. §.si mater,dummodò a die notitiæ,vt in c. si pluribus,
15 de præben.lib.6 Dicit lex,ꝙ mulier debet lugere uirum usque ad annum:quia hoc tempus honestati congruit,& incōsultò nubēdi uiā ꝑcludit, ut. C. de secun. nu.l.j.Pone,ꝙ uir fuit interfectus,& uxor ignorabat: tandē lapso anno sciuit, & statim nupsit, non dr̄ istud tp̄s luctus neglexisse: quia ignorauit de morte mariti. vnde eodem tempore lugubria intellectualiter sumit, & deponit.ff.de infa. l.genero. nā tēpus anni signatum est in principio,& in fine, & ideo non potest proroga-
16 ri † Dubitari autem pōt, quis istum terminum assignabit ad prosequendum gratiam?& uidetur,ꝙ capitulū, cui literæ diriguntur secundum Inno. Nam ipsi capitulo debet fieri ꝑsentatio literarum,ut.j.de concel.ꝑben.c.si capitulo,li.6.Nec mirum,quòd per interpellationem & oblationem debitoris creditor constituitur in mora.ut. ff.man. l.hominem.offert igitur capitulū se paratū cū assignatione termini. quo lapso mora īpetrātis apparet,ar.ff.de leg.2.l.si rā quibusdā,& ff.de in diē adie.l.necesse. & sicut terminus ꝗ̄ṅq; includit monitionem,sic conuertibiliter,uel e ꝯ,monitio includit terminum,ut.ff.de minor. l. Aemilius largianus, ubi
17 est gl. fin. † Et si quis dicat, promittis mihi decem usque ad mensem,& postea qn̄cūque?hæc additio,& post ea & cætera,non facit dilationem.ut in fin.no.ff.de uerb. oblig.

obli. l. cum stipulatus sim mihi a proculo, secundum lectura Rogerij, & ibi per Barto. Idem ergo; si papa mandat capitulo, ut recipiat talem intra mensem. & postea quandocunque. nam postea elapso mense alia monitio non requiritur, quod tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Acquiritur ius per literas monitorias destinatiuè.*
2 *Denominatio fieri debet a priori, non a posteriori.*
3 *Causa remota quando inspici debeat, quando proxima.*
4 *Executor non dicitur prouidere; quia factum alterius exequitur potius, quàm suum.*
5 *Successor tenetur adimplere factum sui antecessoris. numer. 8.*
6 *Facere non uidetur, qui perficit, sed qui incipit.*
7 *Literæ papæ an expirent morte papæ.*
8 *Mandatum papæ an ille dicatur recepisse, qui mandatum legati papæ recepit.*

a *¶Vide, quod per istã a decretalem dicit Ludoui. Roma. in consi. 357.*

LITERIS [a] Ecclesia, in qua primus apostolicus dedit monitorias, secũdus executorias, per primũ & non per secundum intelligitur esse grauata. ¶Casus. Honorius papa mandauit quibusdam canonicis p literas monitorias, ut Tancredum subdiaconum reciperent in canonicum: mortuo Onorio Gregorius mãdauit illud p literas executorias, & sic fuit receptus: postea uerò idem Gregorius mandauit eisdem canonicis, ut quendam alium nomine G. clericum reciperet in canonicum, nisi de alio per ipsum Gregoriũ fuisset ecclesia grauata: quæritur, utrum ecclesia intelligatur grauata per ipsum Gregorium, an per Honorium? respon. ꝙ per Honorium quia Honorius uidetur grauasse, qui per prius ordinauit, non Gregorius, qui fuit intentionẽ Honorij executus, & ideò dicti canonici tenentur literis Gregorij obedire, & dictum clericum
1 recipere in canonicum, & fratrem. ¶† Not. primò arg. ꝙ per literas monitorias acquiritur ius, scilicet destinatiuè, non effectiuè. [b] ¶† Secun
2 dò no. ꝙ denominatio debet fieri a priori, non a posteriori. sic. ff. de uulg. substi. l. qui liberis. § hæc
3 uerba. ¶† Tertiò no. ꝙ causa remota inspicitur: quia est fundamentum causæ proximæ, & sic cã prima magis inspicitur, q̃ secunda: quod est uerum, quando ambæ causæ tendunt ad eundem finem: sed si alterius sint naturæ, inspicitur magis cã proxima, q̃ remota, ut no. in l. si mulier. ff. rerũ amotarum. Hoc etiam natura nos docet. nam si quis in pruno inserat pyrum, facit pyra, nõ pruna. No. ꝙ qui ordinat magis fa-
4 cit, q̃ qui prosequitur ordinatum. † Quartò no. ꝙ executor non dr̃ prouidere: quia factum alterius exequitur potius q̃ suum. Item no. ꝙ sicut patris & filij unum dicitur testamentum, ut. ff. de uul. substit. l. patris & filij, ita hic antecessoris & successoris est una gratia, quę
5 denominatur a suo principio. † Vltimo. not. ar. ꝙ successor tenetur adimplere factum sui antecessoris sic. ff. de iure dotium. l. si ego. §. j. & aut. c. j. qui successore teneantur, colla. x. & ff. de mino. l. uerum. §. ex facto, &
6 quod no. ff. de iurisdi. om. iud. l. & quia. † Item not. ꝙ non qui perficit, sed qui incipit, facere vr̃. Istud ideò, quia quod sequitur, habet quasi necessariam dependẽtiam à præterito, quamquam imperfecto. ff. de mino. l. denique. §. j. Non tamen refero hæc ad necessitatem. sed ad honestatem: quia papa non ligat successorem, & quia literæ primæ sunt initiales, non completiuæ gratiæ, ut s̃. eo c. capitulum sanctæ Crucis. [c] ¶† Item not. in isto c.
7 cap. ꝙ literæ papæ non expirant morte papæ, cum successor teneatur ipsas exequi; & uocatur executio hic literæ compleméti gratiæ. non enim est executio mera: quia agit in uirtute propria, quã quam complexiuè, id est ex coniunctione aliarum literarum.
8 † Pone, ꝙ scribitur episcopo qui erat mortuus, utrum successor teneatur executioni mãdare illud præceptum & est optimum. arg. ꝙ sic, de fideic. li. l. cum quasi, in prin. & quod not. ff. qui satis. co. l. si decesserit. ¶† Quæro unà cũ
9 gl. nunquid dicatur recepisse mãdatum papæ ille, qui mandatum legati papæ recepit, dic ꝙ aut legatus mandat de speciali commissione papæ; & illud mandatum intelligitur papale, ut. ff. de lega. 2. l. unum ex familia. §. j & ff. de do. præle. l. Theopompus. aut ex generali potestate suæ legationis, & tunc secus: quia factum papæ & legati non sunt eiusdem formæ & naturæ, ut legitur & no. in c. his, qui authoritate, de præben. lib. 6.

b *¶Not. etiam secundũ Barb. quod dictio iã, hic posita denotat perfectionem actus & temporis continuationem, ad quod dicit primo uidendum no. per Bal. in l. constitutio. ff. secundò dicit uidendum Iar. in l. Celsus. ff. de usucap. ubi in ult. colum. ponit unum bonum dictũ, & uide etiam Bertachi. in uerbo iam.*

c *¶No. etiam quòd hic uidetur tex. quod appellatione beneficiorum non uenit ecclesia. ita probatur hic, si bene consideras, & sic aliud est ecclesia, aliud beneficium adde bene facere cle. causam. §. 1. ibi ecclesia, uel beneficio de elec. de quo uide dñ Car. in 5. not. ponde. & declarantem, quo modo procedat, & ad de hoc.*

SVMMARIVM.

1 *Grauatus specifi. non tenetur ex generali clausula.*
2 *Rescripti forma, Facias prouideri. & Prouideas, quam habeat uim.*
3 *Procurator constitutus ad contrahendum potest rem tradere super qua contraxit.*
4 *De arbitrio tantum quis habet quantum de mandato.*
5 *Mandato parendum est spreto omni circuitu, nisi circuitus sit necessarius.*
6 *Ordinis quæ sunt omitti non debent; occultantur tamen interdum ob actuum celeritatem.*

ABBATEM. Per literas generales impetratas cum clausula, si pro alio nõ grauaris, non grauatur collator grauatus ante per literas speciales. ¶Casus. Papa mandauit abbati, ut G. clerico in aliqua ecclesia sui monasterij prouideret. tandem papa scripsit pro quodam alio ad diœcesanum, ut in diœcesi sua, ubi pro alio scriptum non esset faceret prouideri: eps cogit abbatem, ut prouideat huic tertio impetranti, dr̃ ꝙ nec cogere põt, nec prouidere ẽt si generalẽ pro-
1 uidendi habeat potestatem. ¶† No. primò, ꝙ speciale mãdatum derogat gñali. & sic no. ꝙ specifice grauatus non tenetur ex generali clausula. concordat. ff. de leg. 2. l. legatorum. §. qui plures. Item no. quòd ex tunc quis dicitur grauari, cum recipit literas, & sic inspicitur tempus præsentationis secundum Bere.

2 ¶† Not.

2 ¶†No. duas formas, una est, ut facias prouideri, & per talem formam non datur potestas prouidendi, sed cõpellendi. concor. ff. si cert. pet. l. fi. §. fi. In contrarium facit. ff. de leg. j l. si hæres iussus, ubi dicitur, q si testator mandat hæredi, q faciat, q habeam. 10. quòd uidetur mandare, quòd soluat mihi. 10. sed ibi soluere non pertinet ad alium, quàm ad hæredem, sed recipere hic in canonicum, & in fratrem de iure pertinet ad capitulum, & sic ad alium, ut s̄. eo. c. eam te. Alia forma est prouideas; & tunc non solum prouidere potest uerbo, sed facto inuestire, & in possessionem mittere secundum Ber. quod est notabile.
3 † quia cui cõmittuntur dispositiua, uidentur etiam cõmitti executiua. ff. de Publiciana. l. si quis prohibuerit. nam ibi innuit, quòd procurator constitutus ad contrahendum, potest rem tradere super qua contraxit. nec mirum, quia cũ unũ conceditur, uidetur, & id concedi, quod sequitur ad illud, ut ff. de seruitu. urba. prædio. l. seruitutes. § si domum, & ff. de tributoria. l. pro curatoris. §. sed & si dedi.
4 ¶†Item ex prædictis no. q tantum quis habet de arbitrio, quantum habet de mandato, ut ff. de uerb. obli. l. qui Romæ. §. Callimachus. & licet quis habeat liberum arbitrium, uel generale cum libera: non tamen potest prorogare [a] terminum statutum sibi; tex. est nota. ff. loca. l. si lege, in prin. ¶Sunt nonnullæ aliæ formæ literarum apostolicarum, de quibus hic per Collec. Et in summa no. q omnia fauorabilia [b] dependent à forma, & his quæ formæ sunt annexa. ff. iudi. solui. l. iam tamen. §. in hac.
5 ¶†Ex prædictis apparet, q parendum est mandato, spreto omni circuitu, nisi circuitus est necessarius;
6 † quia ea, quæ sunt ordinis, non debent omitti, licet aliquando propter celeritatem actuum aliquid occultetur; quod tamen fingitur, ut ff. de dona. inter uirum & uxo. l. 3. §. si debitorẽ, & patet in ficta restitutione hæreditatis ex Trebelliano; ut C. ad Treb. l. penul. §. cui autem. quo casu plus est in iure, quàm in facto, ut ff. de acqui. hære. l. illud, & ff. si cer. peta. l. singularia.

a ¶*Vide Roma. consil. 322. & in consil 204. Soc. in tracta. de instãtia, in 5 arti.*

b ¶*Omnia fauorabilia dependent a forma, & his, quæ formæ sunt annexa.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus se iniustè grauatum quærens propter reuerentiam clauium remittitur ad excommunicatorem.*
Clausula, si est ita, quandoq; requirit causæ cognitionem.
2 *Mandatum papæ diuerso iure censetur, prout ad diuersos refertur.*
3 *Licitum an sit alicui non recordari, uel dicere quòd non recordatur de facto proprio?*
4 *Ignorantia in facto proprio quare supina, & crassa nuncupetur.*
5 *Testis potest petere tempus ad reminiscendum, præsertim in facto antiquo, uel implicito.*
6 *Testis dicens se non recordari de facto, in quo fuit præsens, an de falso puniri possit?*
7 *Iudicis partes in notorijs nullæ sunt nisi quantum ad sententiam, & citationem, uel requisitionem præambulam.*
8 *Iudex debet absque difficultate reuocare, quod perperam fecit.*
9 *Excommunicator, post terminum sibi statutum an possit absoluere.*
10 *Absolutio, facta ante lapsum termini præfixum excommunicatori per istos subrogatos, an ualeat.*
11 *Excommunicator an possit absoluere excommunicatum ut nunc citato.*
12 *Conditio sumitur a priori, modus a posteriori.*
13 *Falsa demonstratio conditionaliter prolata reddit dispensationem inualidam.*

AB EXCOMMVNICATO. Clausula, sine difficultate absoluas, si refertur ad factum proprium, de quo quis debet esse certus, non requirit causæ cognitionem: sed si refertur ad alterius, sic. h. d. Primo thema, ex quo surgunt duo articuli. secundò quæstionis responsio. secunda ibi, non excõmunicatori. ¶Casus. quidam prælatus excõmunicauit aliquem, qui conquestus est papæ, quòd est excõmunicatus contra formam concilij. vnde papa mandauit excommunicatori, ut eum sine difficultate absolueret; & si non absolueret, deputauit alios, qui absoluerent. Quæritur, utrum per istud mandatum sit commissa causæ cognitio? respondetur quòd non ipsi excommunicatori: quia de facto proprio non debet certificari, sed certus esse: sed si ipse non absoluit, tunc alij deputati debent cognoscere de meritis absolutionis. h. d. In text. ibi, Contra statuta: quia sine causæ cognitione præmissa.
1 ¶†Ibi, ad excommunicatorem, est speciale propter reuerentiam clauium, quòd remittatur ad iudicem, qui grauauit: aliàs secus. C. de appel. l. eos, in princ. Ibi, Si ita est, hæc clausula quandoque requirit causæ cognitionem, quandoque non, ut statim patet, & est notabile. Ibi, Sine difficultate. s. alicuius probationis, uel honestæ cautionis. Ibi, & alijs, isti possunt recusari, si sunt suspecti secundum Compo. Ibi, Certus esse: & quia certus debet esse, ideò præsumitur certus esse. ff. si cer. pe. l. quod te. Ibi, Deferatur, quia præmittitur Ibi cognitio, s. an sit excõmunicatus contra statuta concilij, necne. Et intellige, quòd non erat error expressus in excommunicatione, licet tacitè esset contra concilium.
2 ¶†Et no. quòd mandatum papæ diuerso iure censetur, prout ad diuersos refertur; & quòd interpretatio unius clausulæ non extendit se ad aliam clausulam, in qua interpretatio est diuersa: quia separatorum separata est ratio. C. de don. inter uir. & uxo. l. si maritus.
3 ¶†Quæro unà cum glo. utrum sit licitum alicui non recordari de facto proprio? & dic, quòd sic propter probabilem causam? aliàs non est licitum in alterius præiudicium:
4 † quia omnis ignorantia in proprio facto reputatur supina: & dicitur supina per similitudinem: quia homo iacens resupinus seipsum non uidet. Item dicitur crassa per aliam similitudinem: quia homines multum pingues parum uident, & uidere non possunt.
5 ¶†Sed nunquid est licitum dicere, non recordor? respon. si uenit contra contractum proprium, non est licitum, ut C. de contrahen. & commit. stip. l. magnam. sed si non uenit contra propriam obligationem, licitum est dicere, non recordor. reminiscentia enim non est in potestate nostra nisi cum quodam discursu; & ille non fit in instanti; & ideò licitum est testi petere tempus ad reminiscendum præsertim de facto antiquo, uel implicito. ff. de pac. l. emptor. §. Lucius.
6 † unde si testis dixit se non recordari, & accusatur de falso; quia fuit præsens, non debet ex hoc condemnari: quia utrunq; potest esse uerum: quòd fuit præsens, & quòd non recor-

datur, nisi appareat, q; hoc dicat animo supprimendæ ueritatis: quia qui ueritatem supplantat, falsi reus
7 est; tex.no.est.C.de epis.& cle.l.presby. ¶†Vltimo dicit hic gl. quòd in notorijs nullæ sunt partes iudicis, nisi quantum ad sententiam; quod uerum est in disceptando: sed bene sunt partes in fundando iudicium per citationem, uel requisitionem, ut j. de iureiur.c. ad nostram, el secundo, in prima gl. & de diuor.c.porrò, in j gl.& de purgatione canonica.c.pe. in glo. qua-
8 liter. ¶†Et no. ex prædictis, q; iudex [a] debet absque difficultate reuocare, quod perperam fecit, nec requiritur alia cognitio in facto proprio. Casus est singularis huius.c. & est tex. notabilis in l.j.§.j.ff.si uentris nomine mulier, & glo. uulgaris, q̃q̃ pernotanda, ff. de euic.l.si minor, in prin.
9 ¶†Extra quæro, nunquid excõmunicator post terminum sibi statutum possit absoluere? dic q; sic, secundum Compo.& Abb. facit.j.de præben.c. si capitulo, per Archi. & est ratio: quia iste terminus apponitur fauore excõmunicati; & ideò non præcludit uiam absolutionis, & excõmunicator est obligatus duplici uinculo, scilicet canonis & mandati, ut sine difficultate relaxet, quod perperam egit, & non ritè. Item tempus insertum perpetuæ obligationi aggrauat debitorem, non autem liberat, ut ff. de arbi.l. Celsus. Item quia non debet præcludi uia debitori, ne possit se liberare satisfaciendo, ut insti.de perpetuis & tempo. acti.§.fi.& s̃.de constit.c.ex literis.
10 ¶†Quæro, nunquid absolutio facta ante lapsum termini præfixum excõmunicatori per istos subrogatos ualeat? respon. non, s̃m Ber. quia nondum sunt adepti hanc iurisdictionem, arg.ff.quorum leg.l.j.§.quod autem.ff. man.l. si mandauero tibi, ut pro me, in prin. ubi dicitur, q; factum ante diem expectat debitum, dicit text.not.tamen in quæstione prædicta non conua-
11 lescit. ¶†Quæro, nunquid excõmunicator possit absoluere excõmunicatum nemine citato? & uidetur, q; sicut contra concilium non potest excõmunicare, ita nec absoluere. ¶Ista ratio non est semper bona, ut no. in l.3.C.ubi senatores, uel clarissimi, & ff.de reg.iur.l. nemo, qui condemnare. hæc sñia absolutionis solo uerbo trahit secum executionem, nec requirit ordinem iudiciarium; casus est hic in primo responso, & not.j.de app.præterea. ¶Constitutio conditionalis, uel in diem non obligat ante diem, licet secus in contractibus, ubi requiritur consensus. ex hoc concludo, quòd condictio ex.l. non oritur ante diem: conditio tamen de præsenti non est conditio, licet sit quædam incertitudo, ut
12 no.in cle.j. de offic.delegat. ¶†Et not. quòd conditio
13 sumitur à priori: modus à posteriori. † Et scias, q; falsa demonstratio conditionaliter prolata reddit dispensationem inualidam.ff. de uerb. oblig. l. si ita stipulatus fuero hanc summam; quæ lex est ad hoc notabilis.

a ¶*Vide de isto dicto a Bal. hic pulchre per dominum Ias. May. in l.si pacto, quo pœnam. C. de pac. in 5. no.*

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum impetratum ad beneficium per beneficiatum, dicentem se non esse beneficiatum, non ualet.*

2 *Impetratio clerici modicè beneficiati, se pauperem asserentis, nec dicentis se beneficium habere, uel non, an ualeat.*

3 *Mulier dicitur dotata in uno nummo, & excluditur statuto dotatam excludente.*

4 *Decipere interdum est licitum.*

5 *Præsumitur uenditio, uel contractus emphyteuticus ex comparatione quantitatis ad rem; & ex comparatione rei ad rem, permutatio.*

6 *Paruum non dicitur id, à quo magnum dependet effectus.*

b SI PROPONENTE. [b]
1 ¶† Non ualet rescriptum impetratum ad beneficium, quod impetrauit beneficiatus, dicens se non esse beneficiatum. ¶Considera, quòd interdum mendacium est expressum; & tunc etiam modicum mendacium denigrat totum factum. Non enim dicitur modicus defectus, qui ex impressione falsi oritur, arg.de mino.l. auxilium.§. in delictis, & quod not.ff.de reg. iur.l. ad ea. dolus autem uelatus est, ut quia tacuit se beneficiatum: sed si dixit, non sum beneficiatus, si beneficium erat tenue, dicunt quidam, quòd non uitietur rescriptum. nam non dicitur beneficiatus ille, qui, ut ita dixerim, potest agere ad supplementum, cum ipsa actio supplementi dicatur querela. contrarium tenet Ber. quòd etiam modicum beneficium non debet taceri. ¶Præterea, an sit modicum, uel non, requirit causæ cognitionem, & arbitrium superioris, sicut an mulier sit competenter dotata, uel non, ut ff.de leg. 3.l.si filio. non autem propria authoritate debet hoc impetrans supprimere, cum ad superiorem pertineat indagatio; & etiam qui parua supprimit, mendax est. ff. de admi. tut. l. tutor, qui repertorium, in prin.
2 ¶†Quid de eo, qui impetrat cautelosè, dicens se pauperem clericum, nec dicit se beneficium habere, uel non habere? respon. non ualet impetratio; quia papa non debuit eum præsumere beneficiatum, sed tantum simplicem clericum, secundum Ber. quod est no. Et no hic de literis in forma pauperum. ¶Forma pauperum mixta est: quia non est gratia omnimodo, nec iustitia omnimodo, ut no. in cle. gratiæ, eo. tit. ubi etiam dicit gl. quòd gratia consumpta non reuiuiscit.
3 ¶Item no.arg. quòd mulier dicitur dotata in uno nummo. Et si statutum excludit dotatam excludit eam, & præsertim si statutum faueat testamento paterno, ar. illius singu.gl.ff.ad Treb. l. si quis prior. ¶Vltimo adde, quod dixi.s̃.eo.c.postulasti, & facit.l.j.C.de mendicantibus ualidis, lib. 11.
4 ¶†Et no.quòd interdum licitum est decipere, ut in cõmercijs: quia ex quo lex permittit contrahenti, quòd faciat facta sua, quàm melius potest, aduersa pars debuit hoc cogitare; & si non cogitauit, sibi imputet, alioquin omnia mercimonia mundi destruerentur, & omnes mercato-
c res [c] irent ad inferos; & tamen glo. dicit, quòd nunquàm decipere conuenit bono uiro: tamen propter hoc non puto, quòd alicui detur remedium fori etiam conscientialis. de hoc habes glo. singularem in l. semper in conuentionib.ff.de reg.iur. Illud certum est, quòd bona fides erronea in rebus paruis non officit: quia compensatur bona fides cum aliquo damno, ut dicit illa lex no.& sing. ff.de cond.& demon.

b ¶*Io. An. dicit non summari, nec diuidi: tamen d.An. summat ut hic. facit Panor li cet dicat, quòd non diuidatur. Panor.tamẽ in suis recollectis diuidit in 2. in prima ponitur exemplum, in 2. solutio secunda, illud.*

c ¶*Vide Ias. May in l. si quis in conscribendo, in 5. no. C. de pactis, per illum text. & quæ scripsi super eo.*

demon.l.quamuis.Et,ut ait Aristoteles, qui parũ trãs greditur, non uituperatur. & facit. C. qui dare tuto. pos.aut.minoris debitor,& C.de collat.aut.ꝙ locum.
5 ¶† Extra not. ꝙ ex comparatione quantitatis ad rem præsumitur uenditio, uel contractus emphyteuticus: ex comparatione rei ad rem præsumitur permutatio. C.de pac.inter emptorem.l.cum tu,& ibi per Cy. & in
6 l.j.§.j.ff.de superficiebus. † ¶ Extra scias tamen,quòd non est parum id,à quo dependet magnus effectus, ut non soluere unum numum nomine canonis. C.de sac. san.eccle.auth.qui rem,ubi de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo & æquiuocatio uitiat rescriptum papæ.*
2 *Verba ambigua in cõtractibus, & ultimis uoluntatibus quomodo interpretanda sint.*
3 *Nominis captiosa mutatio ut Stellionatus punitur. Sicut etiã quodlibet enorme mendacium nu 5.*
4 *Qui literas apostolicas suo nomine impetratas, alteri eiusdem nominis utendas tradit, & qui utitur, pari pœna puniuntur.*
5 *Quæstio dicitur etiam non dubitabilis propositio.*
6 *In Rescriptis futura non ueniunt nisi iure accrescendi. Idemq; in mandato ad lites nisi aliud actum sit.*
7 *Verba generalia an comprehendant futura.*
8 *Damnorum nomine non solum expensæ continentur, sed etiam rerum precium.*
9 *Rescriptum impetratum a cedente non prodest cessionario.*
10 *Citatio interrumpit præscriptionem, nisi per exceptionem circunducatur.*
11 *Actiones plures in eodem libello super diuersis rebus, uel negocijs actor unire uel unum in plures diuidere potest, reo non contradicente.*
12 *Impetrari an possint diuersi iudices in pluribus realibus.*
13 *Duplex in agendo coram diuersis in utroque foro condemnatur in expensis,& damnis.*
14 *Officium iudicis oritur quoties committitur aliquid iurisdictionis. Vbi autem obligationi oritur actio.*
15 *Trahi an quis possit coram diuersis super diuersis, ubi sunt plures ordinarij.*
16 *Reus si sit incertus,coram quo iudice compareat,an teneatur comparere.*

VIA NONNVLLI. ¶Ponit septem species fraudis,quarum tres sunt in literis impetrandis, & quatuor sunt in abutendo literis impetratis : pœna uerò communis est,scilicet amissio literarum, & condẽnatio in expensis ſm Gof.uel dic,ꝙ sunt sex uitia,in quibus comprehenduntur eis similia,sic.C.de libe.præte.
1 l.maximum uitium. ¶† Extra no. ꝙ incertitudo, & æ-
2 quocatio uitiat rescriptum papæ. † ¶ In contractibus dic,aut obscura uerba proferuntur à stipulatore, aut à promissore. Primo casu interpretantur contra stipulatorem,ut.l.fideiussorem.ff mandati, de uerb. oblig. l.quoties in stipulatione ambigua.ff.de re.iur. l. semp in stipulatiõi. Secũdo casu dic,ut no.ff.de pac.l.ueterib. & in regula iuris.l.in ambiguis.¶In ultimis uoluntatibus eligitur media uia.ff.de aur.& arg.leg l.qui lancem.uel dic,ut ibi no. dumtamen non recedatur à uirtute uerborum.facit.ff.de uerb.obl.l.quicquid astringendæ 3.responso,& l.qui ex pluribus fundis,eod. tit. & l.Titium,in gl.pen.& finali. ¶Casus.Primò reprehẽduntur illi,qui literas sub nomine proprio impetratas tradunt alij eiusdem nominis utendas. Item qui tali modo recipiunt.Item illi,qui trahunt alios ad iudiciũ, contra quos re uera nullam habent materiam quæstionis.Item,qui ad futura negocia trahunt,quæ non erãt exorta tempore impetrati rescripti.Item illi,qui sup uno negotio trahunt aduersarium ad diuersos iudices.Itẽ illi, qui trahũt reum super pluribus personalibus actionibus coram diuersis iudicibus delegatis,quę sub uno commodius tractarentur. Item reprehẽdiẽ reus,qui eodem tempore trahit actoré ad diuersa loca.Item qui indeterminatè impetrat ad uillam,quę habet commune nomen cum alia,uel alijs uillis, seu locis. Hi omnes propter suam malitiam carere debent commodo literarum, & aduersarijs condemnari in ex
3 pensis competentibus,ac damnis.¶† In tex.ibi, Nomine suo, hic mutabatur corpus, sed non nomen: alibi mutatur corpus,& nomen. ff.ad munici.l.Titio. Alibi mutatur nomen, sed non corpus, ut quando quis est pluris nominis,ut.ff.de condi.indebi.l.fi.in princ puta una uice uocat se Petrum, alia Simonem hæc mutatio si est captiosa,punitur crimine stellionatus:quia deficit titulus criminis,& dolus adest,argu.ff. de pigno.a-
4 ctio.l.j.in fin. ¶† Ibi, Recipiunt, pœna,quæ imponitur traditori,imponitur receptatori, ut.l.j. C.de cupressis ex luco Daph.& quæ imponitur impetranti, impo-
5 nitur utenti.C.de falsis.l.si falsos. ¶† Ibi,Quæstionis, Dicitur quæstio etiam non dubitabilis propositio.C. de trãsa.ubi pactum,quod de facto mouetur.ff.ad Tre. l.Lucius.§. tres hæredes:tamen mentiens punitur, ut hic,& interdum etiam criminaliter,ut si facit imposturam.idest enormem diffamationem,ut.ff. de extraordinarijs criminibus.l.sæcularij.hic contra mendaces.nã omne mendacium enorme punitur crimine stellionatus,si committens petatur criminaliter puniri : sed si ciuiliter,sufficit ciuiliter condemnatio expensarum,& damnorum, ut hic in fin.& insti.de pœna temere litigantium.§.j. ¶Ibi, Trahunt,quia in rescripto,uel in libello non est necesse,quòd exprimatur dies,quo con-
6 tracta est obligatio. † Ibi, Intentabant, non expræsso nomine ea,quæ postea orta erant,de re iud.c. Abbate li.6 propter uerba generalia, sed perperam : quia in rescriptis non ueniunt futura, nisi ueniant iure accrescendi.ff.de inofficio.testa l.qui repudiantis.§.ultimo,uel rei augmento.C.de appel.l.ampliorem. §.fina. Idem in mandato procuratoris ad lites. ff. quod cuiusque uni.no.l.item eorum.§.si decuriones.sed certè procurator potest constitui ad lites futuras. ff. de procu. l.item : secus in actore,quia ibi requiritur decretum.
7 † Hic posset quæri,utrum uerba generalia comprehẽdant futura?nam interdum dicimus quòd sic, ut quando futura sunt appendices præsentium, uel principalium obligationum,ut est pignus,& hypotheca C.quę res pig.obli.possunt.l.fi.Quandoque dicimus non cõtineri,ut no.ff.de condi.& demon.l.non ad ea. ff.manda.l.si tibi mandauero.§ is,cuius bona, nisi sit ademptus status simul cum bonis.ff.de lega.3. l. si deportati seruo. quo casu etiam futura ueniunt, licet possessio futurorum non acquiratur fisco sine apprehensione, ut not. ff. manda. l. cum duobus. §. idem respondit, ubi est optima gloss. Ibi, Super uno negotio, id est una materia uniuersali, generali, uel speciali. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur.l.j. & 2. C. de iudi. l. nulli. C. si a non competenti iudice.l.si de proprietate. ¶Ibi,Compellatur componere,

uel cedere, not. q nemo compellitur componere, uel cedere, qđ est ɔtra regem Franciæ in causa schismatis. Ibi, Eodem tempore ad diuersa, no. ista uerba simul isti gi. sic. ff. de cust. reo. l. fi. in fi. Ibi, Vel idet erminatè, no. q locus debet exprimi in rescripto & in citatione, & q ubi pluralitas, ibi incertitudo. Ibi, Eum. s. actorem tanquam excommunicatum. Ibi, Repellat, s. reus, qui hoc procurauit. Ibi. Careant. s. per sniam, & ideo bene ualet processus, si non excipiatur secundum Hosti. Ibi, Moderetis, s. arbitrio iudicis, quòd maxime datur iudicibus p pcircunstantias, quæ certa diffinitione cóprehendi non possunt. dicit Arist. primo rhetoricorũ, oportet rectè positas ll. omnia determinare, & quam paucissima committere iudicantibus, id est ea, quæ nõ possunt diffiniri per regulam ff. de iure delibe. l. j. ff. de
8 effracto. & expilato. l. j. §. j. † Ibi, atque damnis, s. quibuscunque nomine. n. damnorum non solum expensæ continentur, sed etiam rerum pretium, si quæ deperditæ sunt, & tamen pretium non continetur nomine expensarum. ff. de condi. & demonst. l. quibus diebus. §. j. ubi est text. singularis, quem Din. dicit non esse alibi.
9 † Deinde not. q rescriptum impetratum à cedente a nõ prodest cessionario: quia rescripta ad lites sunt personalia, & ideò non transeunt ad procuratorem in rem suam, nec cedi possunt per hoc etiam puto, q si unus de societate impetrauit nomine proprio, alter socius non possit experiri ex eo quia non est nominatus in rescripto, argu. contra ff. de libe. lega. l. si is, qui duos. Quæro unà cum gl. quomodo papa poterit prouidere contra primam malitiam? rñdeo per certitudinem demonstrationis. est aũt demonstratio uocalis, literalis, & cõsonans. i. magis apta negocio, ut gl. ponit exemplum de Bononia. ff. de reg. iur. l. semper in stipulationibus. & si non sufficit unum nomen ponantur plura, usque, quò perueniatur ad pcisam demonstrationem ita q persona sit certa, ut no. insti. de leg. §. si quis in nomine. C. de leg. l. si fortidianum. ff. de reb. dub. l. qui habebat. ¶ Quæro, quomodo potest probari, q nihil habeat quæstionis? rñ. nisi specificet causam, & causatum, præsumitur nihil quæstio-

a ¶ *Cedens iura sua alteri non potest cessionario cedere rescriptum.*

10 nis habere. ff. de excep. doli. l. 2. §. circa, & ỹ tamen citatio interrumperet præscriptionem, nisi sit circunducta per exceptionem. C. de annali exceptione. l. fi. Itẽ si malitia est euidens, ut quia libellus sit manifestè iniustus, uel ineptus, ùt no. Inno. in c. j. de officio uic. ar. in l. j. C. ne quis uela regia. Opponitur, q rescriptum debet trahi ad futura. nam trahitur ad causam reconuentionis nouæ actionis, ut. ff. de procu. l. oim. Sol. illud ideo, quia reconuentio sapit naturam incidentis,
11 seu consequentis. † Quæro, nunquid plures actiones possint poni in eodem libello super diuersis reb. uel neg c js? respondeo sic, si reus non petat diuidi libellos. Idem è contra, nisi reus petat eos uniri, & tendant ad idem. ff. de actio. emp l. non est nouum. ff. fam. erc. l. hæredes §. de hæredibus. Item si actor unã actionem uelit diuidere in plures particulas, reo petente cogit reintegrare ut not. Bar. ff. de uerb. ob. l. scire debemus. facit. ff. commo. l. in commodato, §. fi. ff. depo. l.
12 j. §. si conue. &. ff. de fur. l. qui saccum. † Quæro, quid in pluribus realibus, utrum possint impetrari diuersi iudices? dicit Inn. q sic, sicut cum coram ordinario agi debet in loco, ubi res est: sed certè etiam in loco domicilij agi potest reali. Itẽ in loco originis, ut. C. ubi in rem act. in l. fi. breuiter in reali reus conuenitur ubi quam quilibet possessor, & in quo loco possidet, nec est in potestate rei arctare actorẽ ad locum domicilij uel ad unam dictam prope locum domicilij, cum impetrat. uel dic, q locus domicilij est locus generalis, à quo semper fit computatio dietæ, ut in c. statutum. §. cum autem; de rescrip. lib. 6. Non tamen per hoc sequitur, q. j. illam dietam non possint super diuersis
13 rebus impetrari. † No. q duplex in agendo coram diuersis in utroque foro condemnatur in expensis, & damnis. sed uid etur, quòd debeat amittere non solum ius iudicij, sed ius negocij, ut. C. de asser. tol. l. j. in fin. hoc concedit Pe. & Cy. C. de iud nulli. sed male dicũt, quia speciale est ibi in causa liberali. & dico, q si esset quæstio de libertate ecclesiæ siue possessoria, siue petitoria, haberet locum pœna damni, litis, & causæ per
14 illam notabilem legem. † Quæro, quo iure ueniunt hic damna, & interesse? respondeo officio iudicis: quia quoties committitur aliquid iurisdictioni, officium iudicis oritur: quoties autem obligationi, oritur actio, ut no. Cyn. C. de re permu. l. ex placito, & melius Cyn.
15 Bartol. l. prima. ff. de condi. ex lege. † Quæro nunquid ubi sunt plures ordinarij, possit: quis trahi coram diuersis super diuersis? & dic quòd sic quia ordinarium iudicem. l. dat, nec est ibi aliquod delictum in impetrando, quòd non impetretur, sed a
16 lege concedatur, argu. l. j. C. ubi petan. tu. ¶ † Quærit gloss. si reus est incertus, coram quo iudice compareat, utrum teneatur comparere? & dic q non: quia temeraria est citatio, ut no. ff. de iudi. l. cum, quem temere: nec est in potestate rei eligere locum iudicij, & dicit illa. l. not. ff. de eo, quòd cer. loc. non utique. plurima alia ex glo. tu studiosus perquiras: quia glo. sunt multum notabil es.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo quid sit, & à præscriptione qualiter differat.*
2 *Consuetudo habet diuersas ætates.*
3 *Consuetudo patris famil. facit ad ualidandum indicium uoluntatis: mutatur animi destinatione, & mutata præsumitur ex annali perseuerantia.*
4 *Consuetudo si dictet, quòd filia desponsata a patre non succedat, sed dotari debeat, an sit idem, si pater in testamento nubere iussit aitcui?*
5 *Consuetudo augens, uel minuens x dies ad appellan. ualet.*
6 *Acta tam ciuilia, quàm criminalia an debeant produci ad probandum consuetudinem?*
7 *Consuetudinem quatuor inducunt. s. mores, tempus ratio, & populi consensus.*
8 *Sufficit consuetudinem esse rationabilem ut in quàm plurimis, licet non in singulis.*
9 *Consuetudo domicilij mariti, non uxoris in lucranda dote inspicitur.*
10 *Consuetudo potest dare iurisdictionem arbitris, & alijs priuatis personis.*
11 *Specialis consuetudo, ut liget, quæ requirantur.*
12 *Actuum pluralitas in præscribenda consuetudine requiritur.*
13 *Consuetudo delinquendi probatur per binum actum. animi uerò destinatio per unicam ultimata deliberationis.*
14 *Consuetudo non requirit confirmationem superioris.*
15 *Consuetudo idem potest, quod pactum.*

16 *Consuetudo*

16 *Consuetudo an, eo ipso quòd pœnam imponit, prohibere videatur.*
17 *Consuetudo potest facere, quòd quis puniat delinquentem in terris confœderatis.*
18 *Citare potest quis in alieno territorio, si hoc dictat consuetudo.*
19 *Consuetudine induci potest quòd plenè credatur priuata scriptura discretorum uirorum.*
20 *Consuetudo potest transferre possessionem ipso facto, præsertim interueniente aliquo signo extrinseco.*
21 *Consuetudo dat priuilegium, & declarat, ac extendit factum.*
22 *Consuetudo per vnum actum, sicut non inducitur, ita nec inducta interrumpitur.*
23 *Fundari potest libellus super consuetudine. Super vtroque iudicio.*
24 *Consuetudo, quòd clericus respondeat coram non suo diœcesano, non valet.*
25 *In solutione pensionis fructuum consuetudo attendenda est.*
26 *Consuetudo, quòd pro vno stario frumenti possint solui duo staria alterius bladi, an sit valida?*
27 *Intellectus ad l. quæ extrinsecus ff. de verbo. obliga.*
28 *Consuetudo potest dare licentiam vtendi rebus alicuis, dato tamen precio.*
29 *Consuetudo quandoque dat iurisdictionem realem. quandoque personalem.*
30 *Consuetudo metitur territorio.*
31 *Consuetudo potest imponere pœnam rei licitæ.*
32 *Consuetudo debet seruari in ingressu officij. Item in cibarijs, & vestibus.*
33 *Consuetudo, quòd à Vicario Episcopi ad Episcopum ipsum appelletur, non valet.*
34 *Consuetudo non potest permittere vsurarum prauitatem etiam in vno nummo.*
35 *De prauitate vsuraria ibi cognosci debet, vbi vsura extorta fuerunt.*
36 *Clausula supplentes, & de plenitudine, circa quæ non supplet, nec consuetudo supplet.*
37 *Cessante causa consuetudinis, vel dispensationis expressa in ea ita, quòd sit causa formalis, & non coniecturalis, cessat consuetudo, & dispensatio.*
38 *Electio de consuetudine potest esse penes populum, nec variare potest.*
39 *Vbi agitur ex contractu, inspicitur consuetudo loci contractus. Et idem in maleficijs.*
40 *Iudex appellationis sequitur suas consuetudines in procedendo, sed in decidendo sequitur consuetudinem partium.*
41 *Fraudans gabellam tolerabilem, & legitimè inductam, peccat mortaliter.*

De consuetudine. Rubrica.

1 CONSVETVDO † est ius non scriptũ
rerum experientia comprobatum; & quia
supponitur iustitiæ vsitatæ saltem vulgari
& populari, eius pars debet esse constans
& perpetua voluntas. l. iustitia. ff. de iusti. & iure. quod
habeo, non præscribo: sed eius firmitatem bene præ-
scribo. ff. de captiuis in l. in bello. §. si quis seruum. sic
ciuitas præscribit consuetudinem, firmitatem, consoli
ditatem ciuium. hæc disponit iam dispositum iuris nu
mine. ¶ Consuetudo est præscriptio cuiusdam ciui-
lis, vel moralis obseruantiæ, quæ pro lege habetur: sed
mera præscriptio est alieni vel quasi alieni vsurpatio.
Item consuetudo, quantò naturalior, tantò firmior. sed
mera præscriptio nunquam est amica iuris naturalis,
sed species et opposita. dicit lex, quòd quædam sunt cõ
suetudines naturales, quædam non naturales, vt in c.
1. quæ fuerit prima causa bene. amit. ¶ Sed alibi ius na-
turale & consuetudinarium distinguuntur vt omnino
diuersa. dicas, quod quando inter consuetudinem, & ius
gentium est, vt ita dicam, amicitia naturalis, tunc vo-
catur consuetudo, & quando consuetudo habet aliqđ
principium à iure gentium, verbi gratia dictat consue
tudo, quod agatur ex nudo pacto, vt inst. de act. §. de con-
stituta. ¶ Sunt & aliæ consuetudines, quæ non sunt na-
turales, dum sunt legitimis moribus introductæ, quæ
adeò sunt seruandæ, quod si princeps committat causam
per hæc uerba, Committimus causam de iure & con-
suetudine, & consuetudo est contraria iuri, præualet
consuetudo, vt. j. de eo, qui mit. in posses. c. si aduersa-
2 rius. ¶ † Consuetudo habet diuersas ætates, sicut om-
ne, quod regitur tempore. nam dum incipit, est infans:
dum adolescit, est adolescens; & est sui uigoris, quũ est
vir sol ditate uigoris: sed consuetudo fatua nunquam
3 efficitur uigorosa. † ¶ Consuetudo patrisfamilias ua-
let ad ualidandum iudicium uoluntatis. ff. de ali. leg.
l. Mella. §. 1. ff. de aur. & ar. le. l. pediculis. §. argento. &
dictim mutari potest sola animi destinatione, quæ p-
sumitur, si anno est perseueratum. d. l. Mella, quæ non
est alibi. ¶ Nunquid est irrationabilis consuetudo, quod
uir teneatur dotare uxorem? respõdeo sic. nam & hoc
pactum ratione caret. ff. de uerbo. oblig. l. si ita stipu-
4 latus fuero te sisti. §. si tibi nupsero. dic, ut ibi. † Dictat
consuetudo, quod filia desponsata à patre non succedat,
sed dotari debeat, nunquid idem, si in testamento pa-
ter nubere iussit alicui? respõdeo idem. ff. de ritu nup.
l. nõ est, de admi tu. l. cum plures. §. pe. quia deliberãs,
mandare ualens, efficere uidetur. Valet consuetudo,
quæ est in Tuscia, quod in electionibus non uocentur ab-
sentes, ut no. j. eo. c. si. per Ber. quia non est contra ius
5 naturale. † ¶ Valet consuetudo, quæ naturaliter pro-
rogat, uel minuit. 10. dies ad appellandum, ut no. C. si
contra ius, uel uti. pub. l. 2. quia illud iuris arbitrio, nõ
necessariò est statutum. ¶ Sed si est datus terminus ad
probandum consuetudinem, quia iste terminus est in-
terlocutoria, quæ quò ad hoc transit in rem iudica-
tam, id est in necessitatem parendi, ideò post termi-
num, non ualet probatio, nisi sit appellatum, ut ele-
ganter no. Arch. 13. q. 2. c. 1. uel aduersarij patientia
6 roborata. ¶ † Quæro, nunquid ad probandum con-
suetudinem debeant produci acta tam ciuilia, quàm
criminalia? Respondeo sic, quia iudex est communis,
sicut iustitia: quia est publica persona, & non tendit
ad dextram uel sinistram. nam cum sit medius, debet
æqualiter distare, uel non distare à qualitatibus ex-
tremorum. rationes etiam, id est, computum debet e-
di: quia una ratio instruit aliam, & debet conside-
rari, quomodo titulus libri rationum sit intitulatus,
utrum quasi multa gesturus, uel unum tantum: quia
debet inspici quo animo, ut. C. de neg. gest. l. tutori. ra-
tiones igitur, id est computa ex collatione computo-
rum constant; & ideò communia sunt, si facta sunt de
communi mandato, uel consensu expresso, uel tacito,
uel de consuetudine: quia consuetudo habetur pro
pacto, ut. l. quæritur. §. si uenditio. ff. de ædil. edic. & C.
locati. l. licet, secundum Iac. Bu. qui ita no. C. de eden.
7 in l. 1. in lec. ¶ † No. quòd quatuor sunt, quæ inducunt
consuetudinem scilicet mores, tempus, ratio, & con-
sensus

sensus populi. Prima patet insti.de iure naturali §.ex non scripto. ¶ Secundum, s.tempus patet.ff.de legi.l. de quibus,&.l.diuturna,&.C.eod.in rubr.& sic dat publicum ius priuatis personis. ¶ Tertium.s.ratio, patet ff.de leg.l.quod non ratione. ¶ Quartum est consensus populi.nam sicut se habet consensus expressus in statuto,ita se habet tacitus in consuetudine,ut d.l.de quibus.§.si ¶Sed considera,quòd sicut expressus consensus non sufficit, nisi interueniat cum solemnitate & forma requisitis, & deliberatione prudentium,ita nec tacitus,nisi sit firmatus consilio,& tépore. ¶ Item quia sicut statutum irrationabile non est propriè statutum, sed ius iniquum, ut.l.j.ff.quod quisque iur. Ita consuetudo, nisi sit rationabilis, non est propriè
8 consuetudo. † sufficit ergo, quòd consuetudo sit rationabilis,ut in quàmplurimis, licet non in singulis: quia in legibus, & consuetudinibus inspicimus genera singulorum, non singula generum, ut.ff.de legi.l. nam ad ea. & ideò etiam quàmdiu rata seruari debet: quia non est licitum de ratione legis contra text. eius disputari,ut.ff.qui & à quib.l.prospexit, &.ff.de leg.l. non omnium.Et no.quòd in istis quatuor reperiuntur quatuor causæ,duæ substantiales.s.tacitus consensus, & mores.& aliæ duæ, quæ sunt causæ immediatæ consuetudinis, quæ non requiruntur ad esse eius ut ratio non requiritur ad esse,sed ad bene esse. Item tempus nõ requiritur per se, sed propter eliciendum tacitum consensum: quia probatur ex longa deliberatione populi,de qua si constaret aliter,quàm ex longo temporis tractu, bene ualeret consuetudo secundum Iacob. but. ¶Alij dicunt,& melius,quòd tempus est de substãtia consuetudinis,sicut est de substãtia præscriptionis: quia lex statuit, quòd mores debent esse diuturni; & hoc est uerius; & ideò mille actus non inducunt consuetudinem, nisi longitudine temporis confirmetur.
9 ¶ † De consuetudine dotis lucrandæ, quòd inspicitur consuetudo domicilij mariti,non vxoris,quia dignior est vir,quàm uxor: quia quod transfertur à loco,non remanet in illo loco. & de consuetudine nascitur hinc inde contractus, & obligatio.ff.communia prædio.l.si uenditor.§.constat.s.quando extrema sunt paria; no. Arch.xij.dist illud.& infrà,de sponsa.cap.j.in nouella.
10 ¶ † Consuetudo potest dare iurisdictionem arbitris & alijs priuatis personis.C.de diuer. offi. lib. xij.l.ui-
11 ros;& sic dat publicum ius priuatis personis.† Consuetudo tamẽ specialis requirit tacitum consensum eius, qui ex ea obligatur,de uer.sig c.abbate, per Innocen. ¶ Oportet etiam, quòd obligandus sit subditus, uel res ipsa iurisdictioni subiaceat, ut no.Innoc. infrà,de
12 so.comp.c.postulasti. † quòd in præscribenda consuetudine requiritur actuum pluralitas, & popularis actuum possessio,quæ potest probari etiam per unicam
13 sententiam,ut no.Arch.viij.di.frustra.¶ † Consuetudo delinquendi probatur per binum actum: sed animi destinatio inducitur etiam per unicum actum ultimatæ deliberationis.ff.de ali. leg.l.Mella.§.j. Consuetudo potest remittere necessitatem offerendi libellum, uel litis contestandæ,& quemlibet iudiciarium ordinem infrà, de libelli obl.c.j.per Inn.iudex debet sequi consuetudinem loci,ubi sunt ambæ partes, uel saltem disponens.C.de test.l.si infrà de test.c.Raynutius,per Inn.¶ Consuetudo est causa determinans & efficiens; & ideo debet habere quæ possunt efficere in materia subiacente.i. concursum quatuor causarum, excepta causa:quia non oportet inuestigare causam in his,quę non possunt ratione persuaderi.ff.de leg. nõ omnium.
14 ¶ † Consuetudo non requirit confirmationem superioris: quia confirmatur legitimi temporis cursu.C. de ædifi.priua.l.an in totum. Et not.quòd lex cum de in rem uerso.ff.de usur. nõ loquitur in consuetudine, sed in præsumptione:sic.C.de apo. publi.l.quicunque, lib.x. & ideo potest probari contrarium. & ibi etiam not. quòd tempus ad tempus trahitur. ¶ Item præsumptio non inducit obligationem: sed consuetudo sic. unde sufficit allegare consuetudinem sine titulo: quia ex ea nascitur immediatè actio,de offi.ordi.c.dilectus,per Innocen.¶Consuetudines maiorum episcopus mutare non potest.xcj.dist. Eleuterius,per Archi.
15 ¶ † Consuetudo idem potest,quod pactum, unde potest naturalem obligationem inducere, & tollere, si hoc dictat tenor consuetudinis, ut not.in.l.j.C.de de-
16 cre. decu. lib. x.&.ff.de re.iur.l.nec ex prætorio † eo ipso,quòd consuetudo imponit pœnam,prohibere uidetur,si illud non inuenitur aliàs permissum, ut.ff.de reg.iur.l.nullus uidetur. sed si est aliàs permissum,nõ uidetur prohibitum, not.ff. de diuor.l.quod ait lex. ¶Alia est uirtus legis in puniendo, alia in prohiben-
17 do,ut. ff.de legib.l.legis virtus. ¶ † Consuetudo potest facere, quòd quis puniat delinquentem in terris confœderatis.ff.de captiuis.l.non dubito. uel ubi fœdus inducebat quandam subiectionem, quia non erat fœdus de pari. nam tunc par in parem non haberet iurisdictionem.ff.de manu.l.apud eum.nam & asinus in-
18 tumescit,ut.ff.de acquir. poss.l.j §.ueteres. ¶ † Potest quis citare in alieno territorio,si hoc dictat consuetudo.l.iij.§.fi.de testi. aliter non potest citare: quia
19 nec uicino fumum immittere. ¶ †Consuetudo potest inducere, quòd credatur ad plenum priuatæ scripturæ uirorum discretorum, licet non possit creare tabelliones generales, infra de fide instru. cum. P.ta-
20 bellio, per Innoc.¶ † Consuetudo [a] potest transferre possessionem ipso facto præsertim interueniente aliquo signo extrinseco,ut inuestitura tali quali.i. impropria,ut infrà eo. c.ex parte,& melius in.c.ex literis.& talis possessio ficta non impedit beneficium legis edicto, quod datur hæredi scripto, ar.illius l.notabilis, quæ est.ff.ad Treb.l.apud Iuli §.j & facit quòd ueritas & fictio circa idem bene concurrunt, & qui est tutus fictione,potest ueritatem implorare, non è contra, ut ibi not.

a *¶ Consuetudo potest transferre possessionem ipso facto; quod not. vide ad istud dictum scripta pulchra per Barba. in consilio 58.2.lib.*

21 ¶†Consuetudo dat priuilegium, de iudi.c.nouit,per Inno.Item declarat & extendit factum,ut.C loca.l li-
22 cet, per Cyn.† sicut consuetudo non inducitur per unum actum, ita nec interrumpitur iam inducta, ut no.ff.de reg. iur.l.nemo.§. temporalis: quia nondum est consuetudo fundata; ideò non potest tollere con-
23 suetudinẽ iam radicatã.† Super consuetudine põt sum dari libellus,de off.or.c.dilectus, p Inn.tam super petitorio,quàm super possessorio, de causa pos.c.cũ ecclesia,per Inn.¶Consuetudo nõ tollitur per rescriptũ principis, nisi de ea,uel de eius irrationabili motiuo
24 fiet mentio,ut no.Arch.xj.di.in his † Consuetudo nõ ualet,quòd clericus respondeat coram non suo diœcę. xj.dist. consuetudines, per Arch. quia clericus quò ad ius fori non est sui iuris;& idẽ corã quocunq; iudice non suo,ut no.Inn.infra de so.cõp.c.postulasti.& adde
25 quod dixi suprà,de const.in rub.¶† Cõsuetudo debet atten-

attendi in solutione pensionis, & fructuũ. C. de agrico.
27 & censi. l. domini prædiorum, li. 11. † Item ualebit cõsuetudo, ꝙ pro uno stario frumenti possint solui duo staria alterius bladi; & tamen obligatio dicitur certa, quia facultas solutionis non inducit incertitudinem obligationis. ff. de solu. l. si quis stipulatus fuerit. x. in melle. scias, ꝙ quædam recipiunt functionem per naturam. i. per artificium naturale in eadem materia, ut ꝙ soluantur duo argẽtei parui pro uno argẽteo grosso. quædam per usum populi, ut ꝙ soluantur xx. solidi imperialium pro uno aureo, & tunc ad interrogationem aurei si fiat responsio & promissio uiginti solidorum tenet stipulatio informata consuetudine & aptitudine conuertendi inuicem. ità intelligitur. ff. de uerborum oblig. l. quæ extrinsecus. ¶ Quædam sunt res omnimodo diuersæ, ut frumentum, & aliud bladum; & tunc unũ
28 pro alio non potest solui nisi ex consuetudine. † Item potest consuetudo dare licẽtiam utendi rebus alienis, dato tamen precio, uerbi gratia pro lignis, & lapicidi-
29 nis. ff. communia prædio. l. uenditor. §. si constat. † Consuetudo quandoque dat iurisdictionem realem, ut quãdo dat eam territorio. nam territorium sonat iurisdictionem: quia est eius continens, & iurisdictio est contentum officium eius, ut C. ubi & apud quem l. fi. quandoque dat iurisdictionem personalem, sicut priuilegiũ concessum communitati super eo, quod non est de iure communitatis, quæ non adhæret territorio, ut no. Dy. ff. de acquir. re. do. l. ergo. ¶ Consuetudo debet attendi super reuocationibus emphyteuticis, uel libellariis, ut no. in l. 1. in fin. de aqua quot. & æsti. ff. ubi est bona glo. ¶ Consuetudo debet attendi in his, quæ dantur pro ingressu militiæ, uel dignitatis, ut ff. de leg. 3. §. alumno.
30 l. his uerbis. ¶ † Consuetudo metitur territorio, ut C. de fundis patri. l. quicunque castrorum, lib. 11. Tabelliones debent seruare formularia consueta, ut tangit glo. C. de sacrosanct. eccles. l. iubemus nulli. §. fi. ¶ Consuetudo magis attenditur, quàm uerborum mera significatio, id est magistralis expositio. ff. de lega. 3. bono-
31 rum. §. quod tamen Cassius. ¶ † Consuetudo potest imponere pœnam *rei licitæ*, ut matrimonio, si ex eo sequatur illicitum, puta seminatur discordãtia, & tumultus in ciuitate c. statutum, de hæret. lib. 6. & est expres-
32 sum in l. liberum, in princ. ff. de ritu nup. ¶ † Consuetudo debet seruari in ingressu officij. ff. de offic. procon. nec quicquam. §. obseruabunt. Item in cibariis, & uesti-
33 mentis, ut supra dixi de consti. c. cum omnes. † Non ualet consuetudo, ꝙ appellatur a uicario ad episcopum: sed uidetur, quòd imò intelligatur appellatum ad superiorem, sicut quando appellatur ad parem. ff. de appel. l. 3. ¶ Sed certè isti non sunt pares, sed unum & idem tribunal, & iste est quartus casus iure ueteri non determinatus, tres enim erant casus, scilicet quando ad superiorem, quando ad inferiorem, & quando ad parem, & iste est quartus, quando ad neutrum istorum, sed eũdem. ¶ Consuetudo recipit extensionem & restrictionẽ
34 quatuor de causis, ut no. Archid. 44. dist. c. 1. ¶ † Consuetudo non potest permittere usurarum prauitatem etiam in uno numo: quia esset permutare naturalem usum pecuniæ in quendam abusum, & extorsionem, & quia mutuare ad usuras est pessimum exemplum, & est
35 ars deuorans pauperes 47. dis. sicut hi. † de hac prauitate debet cognosci in loco, ubi fuerunt usuræ extortæ 47. dist. de Petro, per Arch. non est negociatio fœnori accipere, sed dare fœnori. sic. ff. de institoria l. in eum,
36 ubi de hoc. ¶ † Clausula, supplẽtes, & de plenitudine, supplet circa solẽnitatem, non circa illegitimationẽ uel naturalem defectum 56. dist. Cænomanensem, per Arch. ergo nec consuetudo. ff. de testa. mili. l. 1. per Iac.
37 de Are. † Cessante causa consuetudinis, uel dispensationis expressa in ea, ità, ꝙ sit causa formalis, & non coniecturalis, cessat consuetudo, & dispensatio, si causa, seu ratio est de tenore statuti: aliàs non, nisi esset dispensatum causa necessitatis 50. distin. neophytus, per Archid. argumen. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. dulcissimis
38 ¶ † De consuetudine potest esse electio penès populum, nec uariare potest 61. distinct. studij, per Archi. Si ex consuetudine quis potest postulare, potest etiam eligere 63. dist. nosse, per Bern. hoc ius est præscripti-
39 bile, ut 71. dist. cap. hortamur, per Archid. † Vbi agitur ex contractu, inspicitur consuetudo loci contractus, etiam si contrahentes ignorent: quia consentiunt, & implicitè in consuetudine ipsius loci. ¶ Idem in maleficiis iure gentium prohibitis: sed ubi de iure ciuili non esset maleficium, sed esset casus permissus, excusat probabilis & communis ignorantia consuetudinis,
40 ut not. Spe. de consti. in fi. & hic per Innocen. ¶ † Iudex appellationis sequitur suas consuetudines in procedendo: sed in decidendo sequitur consuetudinem partium: quia iam determinauerunt istum casum secundum Innocen. Adde, quòd ubi non proponitur actio, sed secundum morem loci imploratur officium iudicis, etiam in decisoriis inspicitur locus iudicij: quia statuta alterius loci non includunt iudici. quandoque sola iurisdictio concludit ei, ut singulariter not. in l. 2.
41 ff. de eo, quod certo loco, † dicit Innoc. quòd ille, qui facit in fraudem consuetudinis, peccat mortaliter, & sic fraudantes gabellas tollerabiles peccant mortaliter presertim, quando sibiipsimet ciues imponunt eas. Adde, quòd ex hoc patet, quòd non est licitum fraudare gabellas per consuetudinẽ legitimè introductas.

ONSVETVDINES.[a] ¶ Consuetudines, quę ecclesiis grauamen inducunt, nõ ualet. hoc dicit intellige de grauamine, quod est contra libertatem ecclesiæ, id est contra priuilegia, uel immunitates ecclesiasticas. Item nec contra clericos, quando redduntur timidiores, & aduersarij audaciores. ff. quarum rerum actio non datur l. 1. §. quæ onerandæ, per Bart. de hoc dic, ut dixi auẽ. cassa & irrita, in lectura sua. Bal.

a ¶ *Circa istud cap. 1. aduerte, quia licet consuetudo onerosa ecclesiæ non ualeat; tamen ualeret priuilegium eiusdem effectus c. si propter, de rescrip. in 6. c. 4. 2. de pœn. & remis. in 6. cum glo. do Felin. in cap. accedens, de præscri. & ideò hic fallit illa regula, qua habetur, quod quicquid est quasibile per cõsuetudinem, quam regulam latè examinat Felin. ibi, Parens.*

SVMMARIVM.

1 *Sensus principaliores & necessarij in testibus sunt uisus, & auditus, & quicquid per eos sensus probatur, affirmatiuè probari dicitur, licet negatiuè proponatur.*
2 *Modicum signum signatũ est euidens argumentum.*
3 *Possessio totius fundi uirtute consuetudinis transfertur per modicum terra, etiam à fundo separata.*
4 *Inuestitura quid conferat.*
5 *Instrumenti traditione fit cessio iurium incorporalium, interdum etiam liberatio inducitur.*
6 *Ex duobus eiusdẽ nominis is præsumitur creditor, qui pos-*

ſdet inſtrumentum, diuerſi autem nominis inſtrumentum tenens præſumitur procurator deſcriptis in inſtrumento, quare ut procurator admittetur cum cautio. de rato.

7 *Eccleſia an acquirat poſſeſsionem ſine aliqua traditione?*

8 *Poſſeſsionis transferendæ multi ſunt modi.*

9 *Poſſeſsio poteſt tradi in ultima uoluntate.*

10 *Duorum ſpecialium concurſus ob ſalutem animæ interdum admittitur.*

11 *Donatio an poſsit in teſtamento adiici ad maiorẽ firmitatẽ.*

12 *Futura poſſunt uendi, & donari.*

13 *Conſuetudo, quòd teſtamentum factum cum authoritate epiſcopi ad pias cauſas non poſsit reuocari, an ualeat?*

14 *Conſuetudo, quòd clerici poſsint recipere ſine ſolennitate, an ualeat?*

X LITERIS. ¶Valet conſuetudo, per quam poſſeſſiones in eccleſiam & alia pia loca transferuntur per ſignum inueſtituræ ſine ſolennitate legali; ſicut arrha eſt argumentum tituli, ſic inueſtitura eſt argumentum poſſeſſionis traditæ animo & deſtinatione tradentis, & recipientis. Conſuetudo dat poſſeſſionem. h.d. etiam per actum improprium, ut per traditionem ſigilli, uel alterius rei. ¶Caſus. Erat conſuetudo, quòd ſi quis in bona ualetudine inter uiuos, uel in ultima uoluntate pro ſuorum remedio peccatorũ ponebat in manu ſacerdotis, uel ſuper altare ſub teſtimonio uidentium & audiẽtium modicum terræ animo donandi illam terram, talis donatio ualeret ſine alia ſolennitate, papa dicit, quòd hæc conſuetudo eſt uenerabilis & ſeruanda, & quòd hoc ſignum, quod ſcotatio dicitur, non ſolum donationis, ſed etiam traditæ poſſeſſionis eſt euidens argumentũ.

1 †Ibi, Videntium & audientiũ. Iſti ſunt duo ſenſus principaliores neceſſarii in teſtibus, & quicquid probatur per uiſum, & auditum, dicitur affirmatiuè probari, & ſi negatiuè proponatur; ut fama, quòd non ſim culpabilis, probatur; quia ita populus dicit & prædicat. & ſic omnis probatio fit per affirmatiuũ ſenſum. i. auditũ, idque quod probatur, licet ſit negatiuũ, tñ modus probãdi eſt aſſertiuus; quod eſt no. & ideò plures teſtes pferuntur 2. q. 4. omnibus, per Arch omne, quod directò cadit in ſenſum, eſt affirmatiuũ quò ad teſtẽ licet ſit negatiuũ quò ad partes. uide 8. q. 3. Artaldus, per Arc. & oẽ, quod teſtis dicit, ad ſẽſũ[a] referendum eſt, & de quò non eſt ſenſus, non eſt teſtimoniũ: quia teſtimonium non tranſcendit ſenſum. ff. de teſtam. l. qui teſtõ. §. fi. & ideò de miraculis nullũ propriè eſt teſtimoniũ. ¶Not. quòd per modicum ſignũ transfertur magnum ſignatũ

2 †Item no. quòd modicum ſignum ſignati euidens eſt argm: nã ſtare poſſum in duobus locis diſtantibus ſimul, in uno corporaliter, in alio per uiſum. Illud, quod deciditur ab aliquo, ſapit naturam concreti, ut gleba fundi, ut

3 hic. ¶†Not. quòd per modicum terræ transfertur poſſeſſio totius fundi, quamuis ſit ſeparata à ſolo, & hoc facit conſuetudo: alioquin per inueſtituram abuſiuam non tranſit poſſeſſio, ut in c. quæ ſit inueſtitura, colla. x. & no. per Dy. in c. i. de reg. iu. li. 6. Dicit tñ Inn. quòd per inueſtituram uel concessa licentia poſſidẽdi ſine alia inductione ita, quòd ſua authoritate pòt commodè poſſeſſionẽ acquirere.

a *¶Nunquid autem in a re perceptibili per ſenſum uiſus, & auditus ſufficiat teſtem deponere per ſenſum uiſus tantum, uide ſcripta hic in recollectis dom. And. Po. Nunquid autem ſufficiat deponere per ſenſum auditus tantum, uide pulcherrimè, cumulata per Alex. in l. quod meo. § ſi uenditorem. ff de acq. poſſ. & omnino adde hic.*

4 ¶†Porrò quid conferat inueſtitura, no. Arch. 63. diſt. Adrianus.

5 †Nos habemus, quòd per traditionem inſtri fit inueſtitura. i. ceſſio iuriũ incorporalium, ut C. de don. l. j. & ſic quòd poſſidet inſtrm, uidetur ipſum ius incorporale poſſidere: & interdũ traditio inſtrumenti principalis ſignum eſt liberationis & euidẽs argm libertatis, ut ff. de proba. l. ſi chirographũ, & plenè no. per Arch. 76. diſt. nunc, & hic per Ber.

6 †& ſi ſunt duo eiuſdẽ nominis, & unus poſſideat inſtrm, ille pſumitur creditor: quia pſumitur pro poſſeſſore: ſed ſi eſſet alterius nominis, præſumeretur illius procurator; & ex tali præſumptione admitteretur ad agendum nomine illius procu. cum cautione de rato, ut C. de pac. conuentis l. fi. quæ lex eſt no. adhoc.

7 ¶†Quæro, nunquid eccleſia acquirat poſſeſſionem ſine aliqua[b] traditione? Reſpon. quòd non. quia nec fiſcus, no. C. de ſac. ſan. eccl. l. fi. ff. de publi. l. commiſſa. ff. pro ſocio l. cũ duobus §. idẽ reſpõdit: quia poſſeſſio nõ ſolum animi, ſed facti eſt, ut l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtõ liber eſſe iuſſus fuerit. l. ſciendũ. ff. ex q. cau. mai.

8 ¶†Not. multos modos transferendæ poſſeſſionis, de quibus hẽs hic in gl. no. & adde quod no. 76. diſt. §. non uidetur, & j. ut lite pendẽte c. eccleſia, in fin ultimæ glo. 16. q. 1. moderamine.

b *¶Vide mod in l. traditionibus. C. de pac. & in l. quoties. C. de rei uindi. dum diſputãt illum paſſum, nunquid diſpoſit. in illius l. quoties, procedat in eccleſia, ibi uide all. plenè.*

9 ¶†No in tex. quòd poſſeſſio pòt tradi in ultima uoluntate, ſic. ff. de le. 3. l. Lucius, la prima: & tñ ſi facta eſt cauſa mortis ità, quòd mors fuerit cauſa ultima finalis, pòt reuocari; non tñ omne, quod fit in articulo mortis. ff. de teſt. l. hæredes palàm. §. fi. in glo. ff de do. cau. mor. l. Seia.

10 †Item no. hic duo ſpecialia cõcurrere. l. fictum titulũ donationis nudo & tacito pacto, & fictam traditionẽ, & tñ transfertur dñium, & poſſeſſio propter ſalutẽ[c] animæ, quod eſt no. dignũ. uide. ff. de acq. poſ. l. ſi aliquã rẽ, per Bar.

11 †Ergo ex eodem fonte pòt utrunque ſimul procedere, ſed ex diuerſo nõ pòt in teſtõ adiici donatio ad maiorẽ firmitatẽ, v. g. purè dicendo, lego & dono talẽ rẽ. certè illa eſt donatio cauſa mortis. i. legando dono. ſed cõditionaliter dicẽdo, lego, & ſi reuocauero, dono inter uiuos, & ſic incipiendo à legato, & terminando ad cõtractum ſub impoſſibili conditione cõtractus non ualet: quia factus eſt expreſſa fraude, ſ. contra libertatẽ teſtandi, ut no. C. de tranſ. l. cum dona. ff. pro ſocio l. cum duobus. §. idẽ reſpõdit, & ubi abundatior[d] cautela, ibi euidentior eſt fraus. ff. de proba. l. qui teſtamentum, & not. l. vj. de cond. inſt.

c *¶Ob ſalutem animæ transfertur dominium, & poſſeſsio, licet non concurrat uera & realis traditio. & ex iſto not. Bal. ego infero unam limitationem ad illã regulam, quæ habetur, quod duæ fictiones non poſſunt concurrere circa idem l. 1. cum ſi. C. de do. promi ut non procedat fauore animæ, ut uult hic Bal. quod no.*

d *¶Vbi adeſt abundantior cautela, ibi euidentior eſt fraus.*

12 ¶†Principaliter autẽ poſſunt futura uendi & donari C. quæ res pig. oblig. poſſunt. l. fi. C. de pac. l. fi. in gl. & no. ff. de teſta. l. hæredes palàm, & per gl. & Dy.

13 ¶†An ualeat conſuetudo, quòd teſtamentũ factũ cum authoritate epi ad pias cauſas, non poſſit reuocari? & uidetur quòd non C. de teſta. l. omnium, in uerbo, ſi ultimum comprobat. ad idẽ C. de pac. l. fi. ubi in pacto futuræ ſucceſſionis requiritur

tur perseuerantia usque ad mortem. ¶ Item ista consuetudo est contra bonos mores ciuitatis nostræ, id est Romanæ, ergo non ualet.ff.de verb.oblig.l.stipulatio hoc modo. ¶ Item est contra naturam substantialem vltimæ uoluntatis; quæ debet esse vltima & libera. Est enim ultimum, post quod non sequitur aliud. Item ad hoc infra de celebratione missarum. c.cum Marthe. Item non hoc potest facere testator, ne lex licen tiæ, & iuris forma abeat locum in suo testamento.ff.de leg.j.l.nemo potest. Item hæres, qui niti tur contra voluntatem defuncti venire, est indignus. ff.de his, quæ in testamento delentur.l.proxi.ff.de adi men. lega.l.ex parte. Et si testator apponeret hanc clausulam, si non ualet, uel non ualebit &c. intelligitur loqui ab intestato, non si nouum faciat testamentum perfectum uoluntate & solennitate.ff.de lega.ij. l. Lucius.§.filiam. ¶ Item non operatur, quando testamentum habet in se iniquitatem expressam, ut quia exhæredat filios sine causa.ff.de inoff.testa.l.Titia. In contrarium facit.ff.de dona.causa mor.l.accedit, per similitudinem, imò per propriam speciem, tam contractuum, quàm ultimæ uoluntatis, ut not. in.l.ij.in princ.& ibi gloss.ff.de do.præleg.quod apparet: quia ex ea oritur condictio ob causam, & sic ex ea surgit tacite contractus innominatus ff.de don. causa mort.l. senatus.§.nec dubitauerunt Cassiani. ¶ Item non tenet iuramentum, quia captiosum. Item quia contra ius publicum.ff.de leg.j.l.si qu s inquilinos.§.fi.nam testamenti factio publici iuris est. apparet ergo, quòd quamquàm testamentum potest mutari, & si quis propterea dicat quòd transit in contractum, habet dicere, quòd contrahens habet actionem ex eo contractu contra hæredem, & non possit sibi ipsi ius dicere. facit quod not.C.qui testamen.face.pos.l.senium §.fi.ff.cómunia præd.l.receptum. ¶ Item contractus, qui subrogatur loco testamenti inualidi, est inualidus. Vnde illa clausula, si non ualet iure testamenti, ualet iure contractus, est inualida, si testamentum est inutile per reuocationem testamenti: secus, si defectu solennitatis, & ratio differentię patet ex prædictis. In text.ibi, Ecclesijs, appellatio ecclesiarum monasteria includit.
14 liiij.dist.§.ad hoc authoritas. ¶ † Not.quòd bene valet consuetudo, quòd clerici possunt recipere sine solennitate; sed non ualet è contra, quòd possint obligare se, vel alienare sine solennitate, ut not. Archid. xvij.q.iiij.in uenditionibus, loquor de solennitate inuenta à iure canonico, non à iure ciuili tantum, ut nota.C.de sacrosan.eccle.l.hoc ius porrectum.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo, quòd in causis ecclesiasticis dictum populi habeatur pro sententia, non valet.*

1 AD NOSTRAM.† Non valet consuetudo, quòd in causis ecclesiasticis dictum populi pro sententia habeatur, casus patet, Ibi, sapientibus & insipientibus.not. arg.cótra arengas populorum. ¶ Ibi Vel aliquis, not.idē esse oēs, & unus pro omnibus ipsis consentientibus. ¶ Ibi, A non suo iudice, not. quòd populus non est iudex competens in causis ecclesiasticis. Idem in ciuilibus secundum Inn.quod est no. Ibi, Constiterit, not.quòd iudex non debet ferre sententiam, nisi ei constet de processu, & meritis causæ.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudinis prætextu presbiteri non possunt chrismare. potest tamen Papa de plenitudine potestatis id eis committere.*

1 QVANTO.† Prætextu cósuetudinis presbyteri infantes chrismare non possunt. unde apparet, quòd chrismare non est iurisdictionis, sed & maius ea. forte quia chrisma est articulus fidei, vel quia præcise est ordinis episcopalis: Papa tamen de plenitudine potestatis posset hoc committere simplici sacerdoti secundum Ber. de absoluta potentia, hic Innoc. ¶ Error communis nihil operatur. hoc dicit in summa. ¶ Casus istius capituli est facilis, & text. pulcher. quod fit, & fieri non potest, est sicut chimera & fumus, non realitas. C. de dedititia libertate tollenda, & hic.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum si positum sit, & demū ad tempus suspensum; an interim possit appellari?*
2 *Accusare potest quilibet de violatione interdicti.*
3 *Parte non citata iudex potest interloqui vbi quæstio est de iure.*
Item potest facere quæ veniunt ex mero officio, & proprio motu.
Item potest recipere informationem de notorio, & fama.
4 *Testis deponens de publica voce & fama si interrogatus de causa scientiæ dicit, quòd publice dicitur, an probet.*



CVM INTER VOS. Non valet consuetudo, per quam uiolatur sententia interdicti. ¶ Casus. quidam uiolabant interdictum prætextu consuetudinis, ac etiam quia exempti: papa reprobat consuetudinem, & præsumptionem uiolantium. & est arg. quòd episcopus potest punire exemptos non seruantes interdictum. ad hoc infra, de priuileg. episcoporum, in no-
1 uella. † disputat hic Innoc. si est positum interdictum, demum est ad tempus suspensum, utrum interim possit appellari? & determinat, quòd non quia licet sit suspensum quò ad actum exercitij, tamen non est eradicatum. nam aliud est cessare, aliud abrumpere, ut not.ff.de uerb. oblig. l.ij.§.j.&.l.inter stipulantem.§. sacram. Licet enim interim dormiat, tamen retinet, spiritum vitæ, & ideo elapso termino suspensionis nō suscitatur, sed excitatur ad actum suum ff.de peculio.l.peculium. §. si hæres, &.ff.de pact.l.si unus. §.j. Quare uiolantes istud interdictum tempore suæ efficaciæ efficerentur irregulares. hæc quæstio fuit de facto Bononiæ. dicit hic Ber. quòd contra obedientiam non præscribitur.l.à subdito: quia non debet esse sine capite: sed vnus episcopus bene posset præscribere
2 subditos alterius. ¶ † Dicit Innoc. quòd quilibet po-
3 test accusare de uiolatione interdicti. ¶ † Dicit Inno. quòd ubi est quæstio de iure, puta an teneat statutum, uel consuetudo, iudex potest interloqui super hoc parte non citata, quod est not.dignum. ¶ Idem tenet Dy. ff.de sta. homi.l. Arctusa. ¶ Dicit Archid. quòd ubi iudex facit aliquid ex mero officio, & proprio motu, non est necessaria partis præsentia, prima quæstio. vij. quoties cordis oculus, per Archid. ¶ Item de notorio & fama iudex recipit informationem in camera sua,

sua,nemine citato, ut not. Archid.xj.q6.3.eorum, & Innocen.qui matri. accusare possunt. c. cum in tua.

4 ¶ † Si testis dicit, quòd est publica uox & fama, interrogatus de causa scientiæ dicit, quia publicè dicitur, non probat: quia non debet idem esse ratio, quod dictum: sed debet aliquid addere, quia audiuit publicè dici.sed certè hoc secundum Dyn. tacitè intelligitur, ut no.Cy.in.l.si quis, ad Mace.in addi.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudines si sint diversæ, seruabitur rationabilior alij dignitati non præiudicans.*
2 *Consuetudo assignat tribunalia, & principalem sedem in prouincia.*
3 *Ex consuetudine faciendi præsumitur mandatum.*
4 *Papa non concedit literas cum alieno præiudicio.*
5 *Altare vnum non debet discooperiri, vt aliud cooperiatur.*
6 *Aqua, si vni tantum molendino sufficiat, quomodo duci debeat.*
7 *Priuilegium vnius non debet alterius tollere ius, aut naturalem facultatem impedire.*
8 *Dignitas est excellentior gradus inuidiam, & scandalum inter coæquales inducens.*
9 *Priuilegium Papæ super actu, quem Episcopus, capituli consensu accedente, poterat de iure expedire, operatur, vt exinde consensu capituli non indigeat.*
10 *Episcopis non videntur concessa insolita à iure generali, siue communi.*
11 *Casus dicitur quicquid rarò diuina, vel humana vi accidit.*
12 *Statuta an possint fieri circa futuram dignitatem.*

VM OLIM. ¶ In attribuendis officijs nouæ dignitatis seruabitur consuetudo vicinarum similium dignitatum, † & si
1 diuersæ sunt consuetudines, seruabitur rationabilior alij dignitati non præiudicans. h. d. ¶ No.quòd consuetudo assignat loca sedendi, & standi & non debet præposterari. ¶ Et no.quòd antiquiores clerici, & Doc.debent habere primũ locũ, & deinde ceteri [a] per ordinem. ¶ Et no.arg.pro scholaribus, quòd unus nõ debet usurpare locum alterius. ¶ † Con-
2 suetudo assignat tribunalia.ff.de iust.& iu.l.pen.& principalem sedem in prouincia.ff.de offi. præf. Augustalis.l.j.& seruanda est in suo foro. ff. de mune. & hon.l.& honor.§.item lex. ¶ † Ex consue-
3 tudine faciendi præsumitur mandatum.ff.quod cũ eo.l. Titianus; quæ est lex notabilis. ¶ Casus. quidam episcopus Anglicanus petit licentiam à Papa instituendi præcentorem in ecclesia sua, dummodo in conferendis ipsi præcentoriæ reditibus nulli alij præiudicium inferret, statuens ut dictus præcentor in sessionibus, processionibus & alijs illam haberet in dicta ecclesia dignitatem, quam habent alij præcentores in ecclesijs Anglicanis. modo alij præcentores habent diuersas consuetudines. Quærebatur, quæ consuetudo sit seruanda. Respondetur quòd rationabilis & approbata, & sine præiudicio alieno, dubium erat, quòd propter diuersitatem neutra consuetudo esset seruanda; quia varietas inducit obscuritatem: sed certè, quia consuetudo habet vim legis, debet seruari rationabilior.& est arg.quòd si in eo.vol.statutorum reperiuntur statuta diuersa, quòd æquius & iustius uidetur esse seruandũ, & sic incertitudo nõ uitiat statutũ.quia interpretationi prudentiũ supponit.ff.de origi.iur.l.j.& ij.quod est notabile. ¶ No.quòd consuetudo trahitur
4 ad loca uicina. ¶ † Not.quod papa non concedit literas cũ præiudicio alieno: quia cõcessio, ex qua sequit absurdum, dicitur cõcessio captiosa.ff.de transac.l.cũ Aquiliana.ff.de her. inst.l.illa institu-
5 tio, &.l.ille autẽ † Not. quod non [b] debet unũ altare cooperiri, aliud
6 discooperiri, † & facit ad qõnẽ molendinorum, quòd aqua debeat duci fm situm loci. Primò ad primũ molendinum. Secundo ad posterius, & per ordinẽ, quia non debet impediri prius per posterius, ut hic.C.de ser.& aqua.l.si manifeste. sed si aqua sufficit utrique, utrũq; gaudebit ea ff de aqua plu. arc.l. in concedendo, de consti.c.cum M.Ferra. ¶ Preterea ad emulationem nihil debet fieri.ff.de oper. publicis.l.opus. nam quilibet [c] debet esse intentus, ut alij prosit, & nõ noceat, de seruis exportandis.l.
7 seruus ea † No. quòd priuilegiũ unius non debet usurpare ius alterius, de uulgari substitutione ex facto: nec naturalem facultatem impedire. ff. de
8 ope. lib. libertus negotiatori, cum similibus † Dignitas reperitur etiam sine administratiõe.C.ubi senatores, uel clarissimi.l.3. & dignitas [d] nihil aliud est nisi excellentior gradus, qui inuidiam generat, & scandalum seminat inter fratres, ut.ff. de leg.2.cum pater.§.euictis. Opponitur, quod litera male dicat. Cõcessimus: quia frustra de nouo cõceditur, quod iure cõmuni possidetur.l.1.C.de thesauris, li.x.sed ita est, quòd episcopus potest in ecclesia creare nouam dignitatem: quia per hoc honor ecclesiæ, & p consequẽs utilitas augetur. ff.de iudi.l.si lõgius.§.fi.ff.de cond.& demõ.l.falsa.§.j. ¶ Sol.ista concessio facta fuit cã tollende dubitationis
9 doctorũ: nõ tñ erat necesse † uel dic, quod per istã cõcessionẽ liberius põt eps, quàm de iure cõi. Nam tunc indiget consensu capituli, nunc nõ, ut aliquid operet priuilegium, ut.C.de inoff.test.l.si qñ, &.l.j.ff.ad munici.
10 ¶ † Insolita tñ epis concessa nõ uident à iure gñali, seu cõi, ar.ff.de contrah. emp.l.fistulas.§.frumẽta.in ratione sui.dicit ibi, quod periculũ casus fortuiti post contractũ celebratum etiã super frumẽto uendito in herba frumẽtaria, seu in uiridi, pertinet ad emptorẽ, nisi
11 uẽditor in seipsum suscitat † & dicitur casus diluuiũ, grãdo immoderata, & omne, quod rarò ui diuina, uel humana accidit, sed illa quę frequenter cõtingunt, naturalia reputantur; & detrimẽtum inde cõtigens non uidetur exemptum per uerba de casu & fortuna loquentia. ¶ Ecce enim reditus, qui erant degrandinati me ignorante. respondeo non teneor.ff.de contrahen. empt.l.arboribus, ibi per Bart. nisi solita esset grando, ut concedamus, quòd inter solita & insolita magna est discrepantia. dic ut supra de consti. cum accessissent.

---

a ¶ *Vide omnino scripta per Doc.post gl. ibi, videtur, maxime per Alexan.Bar. So. Ias. May. dom. Bapt de Sancto Seuerino, & Decium, ex quibus poteris multa videre ad hoc notabilia, & in alijs locis etiam ibi relatis per eos valet in l. cũ quid, ff.si ce.pe.ver. est optima gl.*

b ¶ *Non debet cooperiri vnum altare, vt aliud discooperiatur.*

c ¶ *Quilibet debet esse intentus, vt alij prosit, & non noceat.*

d ¶ *Dignitas nihil aliud est, nisi excellentior gradus, qui inuidiam generat, & scandalũ seminat inter fratres. vide Bar. in l.1. C. de dig.lib. 12.*

accessissent. ¶ Ber. hic firmat, quod ad episcopum non pertinet nouarum dignitatum creatio, quæ in ecclesia, uel diœcesi sua nunquam fuerunt, sed ad papam. & si papa nouam creat dignitatem, ex ipso nomine patet, quod debeatur ei. C. de offi. præfec. ur. l. j. tex. no. & ex nomine appellatiuo datur uoluntas &
7 obligatio intelligi. ff. de iust. l. Lucius. tex. no. ¶† Not. hic, q possunt fieri statuta circa futuram dignitatem. forma enim fiendi, seu creandi datur futuris forma es sendi præsentibus. ff. de condi. & demon. l. si iam facta. & omnia priuilegia sunt quædam formæ artificiales, à quibus non est recedendum. ff. de admi. tut. l. quidam decedens. ff. fa. erc. l. si filia, in princ. sic seruitus ordinari potest circa futura: quia constitutio præuenit opus. priuilegium est, quod fit dignitas. sed forma est post, quàm est dignitas.

SVMMARIVM.

1 *Superior ubi non adsit sat est Vicarij consensum requirere.*
2 *Perdere possessionem prælaturæ an quis possit sine licentia superioris.*
3 *Ecclesia, & prælatus an sese mutuò possideant.*
4 *Apostata acquirit monasterio.*
5 *Dimittere possessionem nullus prælatus etiam simoniacus, uel intrusus potest sine superioris licentia.*

CUM VENERABILIS. Non ualet consuetudo; per quam prælatus potest sine sui superioris licentia dimittere prælaturam. nô ualet consuetudo, per quam rumpitur neruus ecclesiasticæ disciplinæ. ¶ Dicit Archi. q ecclesia dr neruosa: quia non frangitur. 24. di. fraternitatis, per Archi. ¶ Casus. Transierat prælatus de una ecclesia ad aliam absque licentia papæ, uel legati prætextu consuetudinis. papa reproba: consuetudinem tanquam sacris canonibus inimicam. ¶ Ibi, Fungeretur. f. simul. & sic not. in eadem prouincia posse esse simul duos legatos. ¶ Ibi Vel ab ipsis not. licentiam hanc à legato de latere concedi posse, de elec. c. abbatem, lib. 6. ¶ Opponitur, q ultramontanus electus in côcordia statim transire, & ad
1 ministrare possit. † ¶ Solutio. ubi non est papa, debet requiri locum tenens, ut hic. qđ est no. q ubi principalis abest, requiritur consensus locum tenentis, & eius authoritas sufficit. dicit Archid. q. ubi requiritur consensus superioris, si ille abest, sufficit requiri assensum sui uicarij. 62.

1 ¶ *Vbi requiritur consensus superioris, si ille abest, sufficit requiri assensum sui uicarij.*

2 di. Aretina. ¶† Quæro, nunquid sine superioris licentia possit perdere possessionem prælaturæ? respondeo sic. ff. de acqui. pos. l. si quis ui. §. differentia. & si ecclesia repetit eum, non poterit administrare, nisi denuò impossessionetu r. i. mittaĩ in possessionem per inuestitores, per Arch. 18. q. 2. c. Abbas. ergo recedens de possessione perdit illam, licet aliam non acquirat, & sic errat i causa finali dimittêdi possessionê, qđ est no. † Sed
3 certè imò mutuè inuicê se possident. f. prælatus prælaturam, & prælatura prælatum, ar. ff. de captiuis & postlimi. reuersis. l. cum dux. nam prælatura, licet sit quid incorporale, & re uera non possit possidere nisi mediãtibus organis corporeis: tamen iuris intellectu possidet, ut. j. de resti. spo. c. olim. quæ possessio potest appellari plusquam ciuilis. & dico q ecclesia hanc possessionem nô perdit, ut. C. de acqui. pos. l. ex liberis, & iô per talem prælatum acquirere potest, ut. ff. de usufru.
4 l. arboribus. §. de illo. ¶† Nã, & monasterium per apostatam acquirit, ut. ff. de aqui. pos. l. j. §. per seruum, q in fuga est. In cuius manibus debeat fieri resignatio be
5 neficij, no. Archi. 17. q. 2. §. j. ¶† Idem ait, quod nullus prælatus etiam simoniacus, uel intrusus potest dimittere possessionem sine licentia sui superioris. ut ipse no. 12. dist. nerui, uide Bar. in l. si quis ui. §. differentia. ff. de aqui. posses.

SVMMARIVM.

1 *Suspensus à iurisdictione, uel officio, an poterit excessus punire?*
2 *Iurisdictiones præcipuæ tres sunt, pecuniaria, decreti, & correctionis facinorum.*
3 *Consuetudo ius est ex facto, & qua ratione.*
4 *Priuilegium esse dicitur, ad ius commune, quod sublatum erat, redire.*
5 *Eligere uidetur, qui confirmat, minus autem propriè*
6 *Consuetudo, & priuilegium debent sane interpretari, & ad ius commune quò ad potest reduci.*
7 *Allegans consuetudinem, an possit ea probare authoritate solius glo. ordinariæ.*
8 *Consuetudo an possit probari per singulares testes.*
9 *Consuetudo an probetur per unam electionem, si electus fuerit in dignitate per 40. annos.*
10 *Capitulum suspensum non potest facere electionem abbatis, nec monacus suspensus in abbatem eligi.*
11 *Prælatus ab officio simpliciter suspensus, retinet iurisdictionem, propterea q; potest adhuc confirmare.*
12 *Super statu ecclesiæ, qua fundatur, potest diœcesanus, de fundantium uoluntate, statuta facere. & nu. 18.*
13 *Depositio in monacho quid operetur.*
14 *Ex consuetudine si oritur obligatio uel perceptio in re alterius, eius scientia requiritur, secus si formæ obseruantia consisten. in mera consuetu. authoritate.*
15 *Consuetudo populi præscribitur longo tempore etiam si includat ecclesias.*
16 *Capitulum sede uacan. potest constituere procuratorem super iure eligendi priorem, uel abbatem.*
17 *Statuta facere potest episcopus in ecclesia præter ius commune.*
18 *Contractus sine obligatione parit titulum, & præscriptionẽ.*
19 *Statuta qualiter debent ad concordiam reduci, si mens est dubia.*
20 *Testem producens an possit in uno articulo approbare, in alio reprobare, & no. cautelam. nu. 22.*
21 *Periuro in nullo creditur.*
23 *Suspensus an possit iudicare, præbendas dare, uel aliquam iurisdictionem exercere. & quid de occultè suspenso.*

CUM DILECTUS. De consuetudine potest introduci, q una ecclesia teneatur eligere de gremio, uel sinu alterius, & sunt duæ partes. thema cũ allegationibus quædam papæ declaratio, & quædam commis
1 sio. secunda ibi, quia nobis. † ¶ Omnis suspensio aut est dilatio, aut iurisdictionis uulneratio. & primo modo non est odiosa: secundo modo sic: quia lædit ius commune, & ideo est restringenda. ¶ Pone ergo, q quis est suspensus à iurisdictione stando in finibus generalita
2 tis, nũquid poterit punire excessus? ¶† Tres enim sunt iurisdictiones cardinales seu præcipue. f. pecuniaria, decreti, & correctionis facinorum. ff. de iu. om. iu. l. imperiũ, & simplici uerbo minor ɔtineri vř, ue. l. interpretatione

tione, de pœnis, in contrarium uidetur, quia ubi senté-
tia non distinguit, nec nos distinguemus, ar. ff. de alea-
to l. 1. quod autem. Sed nunquid suspensus ab officio
potest inquirere? & uidetur ꝙ non: quia officium & iu-
risdictio ad idem tendunt, hoc credo uerum. quia of-
ficium inquisitoris est iurisdictio nobilis, &, quia extra
ordinaria, de facili suspenditur. Casus. V. monachus
monasterij Andrien. fuit electus in abbatem ipsius mo-
nasterij: obijciebatur, ꝙ non erat iure electus: quia de-
bebat eligi uigore cuiusdam constitutionis de gremio
.i. de capitulo monasterij Caroforen. cuius tenor inse-
ritur hic in tex. ibi, ꝙ si præfatu. &c. Papa inuenit, ꝙ
electio prædicta erat facta à suspensis, & de suspenso, &
ideò cassauit eam: & quia dicta constitutio, siue statu-
tum episcopi poterat ita sanè interpretari, ꝙ nec totũ
derogaretur, nec iuri communi, nec priuilegio indul-
to monachis monasterij Andrien. qđ erat minus mo-
nasterium, & Caroforense maius, mandauit, ꝙ consue-
tudo seruetur, si probetur: aliàs de cætero electio fie-
ret de gremio proprij monasterij, & præsentaretur cõ-
firmanda. Ibi, Super iure, not. quòd ius oritur ex iure
communi. Item ex priuilegio, item ex iure communi,
consuetudine; & sic consuetudo est ius, non ob. c. 1. de
consti. li. 6. quia actus inducentes consuetudinem sunt
facti: tamen ex eis resultat ius, quod appellatur consue-
3 tudo. † Vnde cõsuescere est facti, sed ipsum intellectua
le, quod uocatur consuetudo, est iuris, sicut dicimus in
testamento, ꝙ materiale testamentũ, seu scriptura eius
est facti, sed intellectuale iur. ut in aut. de nup. §. dispo-
nant, & no. in l. 1. ff. de testa. Item consuetudo alia ra-
tione dicitur facti, quia indiget probatione, & in hoc
c. circa fictionem. Ibi, tam de iure, quam ex priuilegio,
dicitur priuilegium quicquid papa facit etiam ad con
4 firmationem iuris communis. † Quoddam igitur est
priuilegium iuri communi contrarium, quoddam iuri
communi consonans. Vel dic, ꝙ est priuilegium atten
to, ꝙ ius cõmune per prius erat uiolatum in fundatio-
ne monasterij per constitutionem diœcesani de consen
su patronorum. & sic reuerti ad ius commune, quod
erat quoddammodo sublatum, uocatur priuilegium,
ut dicimus de ecclesia Nouantulana. ff. de pa. l. si unus
§. pactus. uer. fi. in gl. & sic reparatio status appellatur
priuilegium, seu indulgentia. ¶In text. ibi, Amoriensi
episcopo, scilicet diœcesano loci. In tex. ibi, Confirma
tio, & sic fiet interpretatio contra episcopum, qui sta-
tuit electionem apud Caroforense capitulum pende-
re, & ponitur electio pro confirmatione; quia episco-
pus uidetur largiri ius suum, & non ius alterius, id est
5 eligentium. ¶† Ex quo no. quod qui confirmat, eligere
uidetur: tamen propriè loquendo cum eligere & con-
firmare competant diuerso iure, & diuersa non sunt
idem, sed tendunt ad idem, ut l. 1. §. solent. ff. quando
appel. sit. ut no. j. de conces. præben postulasti; sicut nõ
facit testamentum, qui confirmat testamentum, ut C.
de test. l. omnibus ibi, uide omnimodo C. de dona. in-
ter ui. & uxo. l. ex his uerbis. idem de ritu nup. l. qui in
prouincia. §. j. ubi ponitur confirmatio pro legitimatio
ne, tex. no. Ibi, Obtentu statuti, ar. ꝙ debemus inquire
re originalem causam consuetudinis. Item ꝙ statutum
& consuetudo possunt concurrere simul. Item ꝙ con-
suetudo potest interpretari statutum. Ibi, Sane posset
6 intelligi. † No. ꝙ consuetudo, & priuilegium debent sa-
ne interpretari, & ad ius commune reduci quantũ est
possibile, concor. ff. de uul. subst. l. ex facto. C. de noxa.
l. si serui. uin. ff. ad muni. consti. ff. de mune. & hono. l. ut
7 gradatim. §. sed & si. l. ibi, Probato, not. † ꝙ qui allegat
consuetudinem, debet eam probare, sed nunquid po-
test eã probare authoritate so-
a lius glo. [a] ordinariæ? dic ꝙ sic. C.
8 so. ma. l. dos à patre. ¶† Sed nun-
quid potest probari per testes sin
gulares? respondeo sic si finaliter
recidunt in unam conclusionem:
secus, si in diuersas conclusiones
eunt. ff. de test. l. ob carmen. §. fin.
quia in testibus attenditur finalis
conclusio, & consonantia. C. de
pœ. qui sententiam, ibi, in unum
rei finem, secundum Old. C. eo. l.
ij. per Cy. ¶ Ibi, præiudicet, ius cõ
mune cedit consuetudini utili-
tate, non authoritate, de feudi
cognitione. Obertus §. strenuus.
¶Consuetudo est quoddam mẽ-
brum, seu quædam species iuris
9 munici. ¶† Sed nunquid per unam
electionem, quando talis electus
stetit in dignitate per xl. annos,
est inducta consuetudo? uidetur
ꝙ non: quia in consuetudine req-
ritur actuum pluralitas. In con-
trarium, quia non minus opera-
tur continuatio, q̃ discontinuatio, cum consuetudo
pẽdeat ex præscriptione. Et dico, ꝙ si consuetudo pen
det ex statuto, ꝙ præscribitur per unicum actum lon-
gissimo tempore permanentem: quia habet a... unicu-
lum alterius actus. Ibi, præsentandum. episcopus enim
ad quem pertinebat confirmatio, potuit in fundatio-
ne monasterij hoc ius alteri concedere, & ideò intelli-
gitur ius suum concessisse, arg. C. de lega. l. ux. patrui.
ff. de le. j. si domus. §. fi. ff. de cõtrahen. emp. l. qui taber-
10 nas. † Deinde no. ꝙ actus electiui ad principalẽ digni-
tatem monasterij, id est ad abbatiam, non possunt fieri
à capitulo, quãdo capitulum est suspensum, nec de mo
nacho suspenso, & sic uides quid operatur suspensio in
monacho: quia ea durante non potest postulari, eligi,
11 uel confirmari. secus, si suspendatur prælatus ab offi-
cio suo: quia confirmare potest: quia confirmatio est iu
risdictionis, & suspenso prælato ab officio suo simpli-
citer remanet ei iurisdictio ordinaria & delegata: imò
plus: quia ordinarius suspensus à iurisdictione intelli-
gitur suspensus ab omni iurisdictione propria & ordi
naria, non à delegata: quia in ea fungitur loco ordina-
rij, qui nõ est suspensus, ut no. Arch. 24. q. 1. audiuimus,
& arg. ff. de officio eius, cui manda. est iurisd. l. & si præ
tor. nam habilitas domini potius inspicitur, q̃ habili-
tas ministri. Est autem dominus ille, in quo residet effe
ctus. ff. de le. 2. l. debitor. §. seruo. de multiplici suspen-
12 sione no. Arch 56. dist. apostolica, & ibi uideas. † No. ꝙ
in fundatione cuiuslibet ecclesiæ possunt fieri statuta
super statu ipsius ecclesiæ per diœcesanum de uolunta
13 te eorũ, qui fundant ecclesiam, uel monasteriũ. † Quid
operatur depositio in monacho? certè perdit reditus,
dicit Archid. 12. q. 2. abbatibus. no. ꝙ est consideran-
dum, qualiter quis est suspensus, uel interdictus, dicit
Inn. ꝙ excommunicato uel suspenso interdicuntur spi
ritualia. & ego dico, ꝙ interim est infamis infamia fa-
cti, arg. ff. de senat. l. Cassius fortius si aliquis est carce
ratus per superiorem, ar. ff. de manumiss. testam. l. testa-
14 mento centurio. † dicit Inn. quòd quando ex cõsuetu-
dine

a ¶*Vide alle. per Curtium iuniorem in l. l'au. ff. de solu. circa doc. Bar. ibi, & uide ultra ipsam Barb. consi. 24. Capol. consi. 4. colum. 4. Pau. de Ca. cõsi. 161. in princi. in præsenti causa non uertitur, & uide pro & contra, quæ extense scripsi in responsionibus ad motiua spectabilis domini Amb. ... de Albenga olim uicarij, M. do. Io. Bap. Spinole pretoris Papiæ. & habeo etiam scripta d. And. Rom. qui per quædam confirmatiua scripta mea in dictis responsionibus.*

dine surgit obligatio, uel exactio, seu pceptio i re alterius, requirit illius scia. ff. de publicanis. l. si publicanus. §. de rebus, per Bar. ¶ Sed si surgit solummodò quedã ob seruantia formæ, quæ non consistit in substantia cõsen sus partium, sed in mera authoritate consuetudinis, non requiritur; ut uerbi gratia numerus testium in aliquo contractu, uel ultima uoluntate, non requiritur scientia nisi eorum, qui haben: ius statuẽdi, & qui pos sunt ligare pupillos, & ignorantes. ff. de admi. tut. l. si si
15 ne. §. Lucius. ¶ † Dicit Inn. q consuetudo populi præscribitur longo tempore, etiam si includat ecclesias. & ratio, quia transeunt cũ uniuersitate, nisi sint ꝯ liberta tẽ ecclesię, uel ꝯ ipsarũ dñ. ũ, qđ est fortius, q̃ aliud pri uilegiũ, uel ꝯ ius commune ecclesiarũ: quia non minus defendi debet ecclesia in iuribus, q̃ in priuilegiis, ar. ff. de test. mili. l. eius militis. § militia, C. de sac. san. ecc. l. iubemus nulli. Dicit Inn. q eligere nõ competit canonicis iure publico, sed iure proprio ratione propriæ canoniæ: quia nulla canonica reperitur publica: tñ reducitur ad publicum. i. ad capitulum, quod est pu
16 blici iur. ¶ † In gl. cum ageret, not. quod capitulũ sede uacan. potest constituere procuratorem super iure eligendi priorem, uel abbatem. nam monasterium quandoq; regitur per priorem, qñq; per abbatem. ¶ In glo. lex dicit, ista consuetudo esset bona in electione rectoris scholarium, ut. l. fi. C. de condi. in publicis horreis,
17 li. 11. ¶ † In gl. licet episcopus, no. quòd episcopus potest facere statuta in ecclesia præter ius commune, nõ tñ contra ius commune potest ius unius ecclesiæ tollere, & alteri dare. ¶ Item no. q facilius est unam ecclesiam alteri subijcere, uel unire, quàm statum eius con tra ius commune reformare, & sic ecclesia unita retinet propria statuta. C. de iure do. l. etiam per Cy. Itẽ ex ista gl. no. quòd consuetudo recipit initium à titulo minus iusto: nam in præscribenda consuetudine non requiritur titulus solennis, sed sufficit talis qualis titulus secundum Ber. ¶ Porrò simplicitas in apicibus canonum, & exempla maiorum causant bonam fidem.
18 † Item not. q ꝯctus sine obligatione parit titulum, & præscriptionem. ff. de institoria. l sed & si pupillus, in fi. tex. ualde notabilis. no. q in fundatione ecclesiæ pos sunt fieri quædam statuta, quæ nõ possunt fieri ea fundata & dotata: quia rei formandæ potest dari forma, quæ vr inesse; quæ tñ non uideretur inesse, si adiungeretur ex postfacto rei formatæ. C. de do. quæ sub modo. l. perfecta. ff. de pac. l. iure gentium. §. quinimò. ¶ Et nota istam gl. quæ statuta, & de quibus possunt fieri super futuro, uel præsenti statu ecclesiæ. ¶ In gl. ibi cassauimus. i. cassam annunciauimus: quia non rumpitur, qđ ipso iure est nullum, ut. l. nam & sub conditione. §. rum
19 penda. ff. de iniusto testa. ¶ † In gl. similem interpretationem, nota bonã gl. pro interpretatione statutorũ, & qualiter debent ad concordiam reduci, si mens est dubia: nam si est certa & præcisa, non potest glossari ui de quod not. in c. pro possessore, de reg. iur. lib 6. in nouel. ¶ Item no. in eadem gl. q dicta testium[a] recipiunt interpretationem, & quòd non sunt calũ-
20 nianda. ¶ † Item recipiunt diuisionem, unde producẽs potest in uno articulo probare, in alio reprobare. C. de test. l. si quis testibus, ar. C. arbitrium tutelæ. l. cum interdictę. C. de neg. gest. l. Põponius scribit, de lib. lega. l. Aur. p
21 Bar. & no. per Archi. xxxvij. di. si quid ueri. ¶ † Sed hoc uidetur falsum: q̃a periuro in nullo creditur, & ideò producens testem non põt eum reprobare i uno, & in alio comprobare sed bene potest dicere, nolo uti in tali capitulo, & in tali non. Sed ei, ꝯ quem producitur, licitum est diuidere uerum à falso indistinctè.
22 † ¶ Oportet ergo producentem uti cautela, ut dicat, nolo uti in tali capitulo, sed respectu talis bene uolo uti, & non dicat q in aliquo dixerit falsum, & in aliquo non: quia tunc talis testis ei non prodesset ullo
23 modo; & not. talem practicã. ¶ † In gl. suspensus enim, quæritur, utrum suspensus possit iudicare, præbendas dare, uel iurisdictionem aliquam exercere? quidam dicunt q sic, licet non possit eligere, nec eligi. gl. finaliter tenet ꝯrium; & intelligit hoc uerum in suspẽsis ab hoie, nisi sit minor suspensio, i. participatione excõmunicati. ¶ Alij dicunt, q ea, quæ competunt ratione officij, non põt facere, qui suspensus est ab officio; sed ea, quæ competunt ratione beneficij, põt facere, sicut potest locare prædia beneficij sui. Item no. q occultè suspensus omnia potest quò ad alium, licet non quò ad se. i. omnibus potest conferre, sed non potest sibi cõferri. Dicit lex, q qñq; id, qđ est occultum, habetur pro euidẽti[b]. ff. de condi. ob causam. l. si pecuniã. §. si seruum, ubi tex. no. alibi glossatur ꝯrium. ff. de test. l. cum lege, & in aut. de tabel. §. pe. ubi est sing. glo. de tabellione, cuius depositio ignoratur. ¶ Extra quæro, utrum dicatur monasteriũ ante, quàm ibi sit numerus, qui possit eligere abbatem, uel priorem? ¶ Rñdeo sic, ut hic in tex. in uerbo, pullularet. ¶ Locus igitur statutus p monasterio dr monasterium, licet nondũ ibi sit collegiũ.

a ¶ *Vide eundem Bal. in l. de quibus. ff. de leg.*

b ¶ *Aliquando id, quod est occultum, habetur pro euidenti, pro & contra uide hic alle. & uide etiam multa scripta per Barb. hic circa ista uerba Bal.*

SVMMARIVM.

1 *Capitulum sine episcopo non potest mutare consuetudines, uel constitutiones ecclesiæ.*
2 *Solennitas eadem requiritur in destructione, & constructione alicuius actus.*
3 *Prælatus nullas potest derogare, uel præiudicare priuilegio ecclesiæ suæ.*
4 *Iussus, licẽtia, authoritas, decretum, consensus, ubi pro actus ualiditate requiritur, quando interuenire debeat?*
5 *Authoritas à iudice quibus uerbis interponenda sit. & nomen, author, quid importet?*
6 *Consensus quadruplex authoritatis, ministri, approbationis, & operationis. remißiuè.*
7 *Ratificatio quando locum non habeat.*
8 *Authoritas cur eodem contextu actus interuenire debeat, triplex datur ratio.*
9 *Verba quibus omnibus & singulis talis index interposuit authoritatem & decretum, cur sufficiat ponere in fine instrumenti.*
10 *Consensus quid sit.*
11 *Instans apud iuristas quomodo accipitur.*
12 *Consensus triplex est. s. præcedens, inhærens, & accedens.*
13 *Requisiti ut consiliarij, iudicandi ius non habent.*

1 CVM CONSVETVDINIS. † Capitulũ sine epõ consuetudines, uel constões ecclesiæ mutare nõ põt, præmissa rõne statuit & decreuit. sed a ibi, authoritate. dicit Archi. q non reperit, q capitulũ habeat ptãtem dispẽsandi. 48. di. c. j. per Archi. idẽ ait, q dignitas ꝓpositurę requirit ordinẽ psbyteratus. 60. di. nullus. & quòd ualet ꝯsuetudo, q i ecclesia maiori nullus possit eligi ad dignitatem,

gnitatē,nisi sit canonicus.lx.di.c.j.¶Idē ait, q̄ cōstitutus in minorib.pōt eligi ad dignitatē fine cura.lx.di.innotamus,per Archi.¶Casus.canonici Parisienses fine cōsensu episcopi mutauerunt consuetudines & constitutiones antiquas, & nouas cōstitutiones introduxerūt; papa decreuit non ualere. ¶No. q̄ in constōnibus, & consuetudinibus episcopi requiritur cōsensus capitu-
2 li.¶ † No.q̄ eadem solennitas requirit̄ in destructione a & constructione alicuius actus. ff. de lib. & posth.l.si ita.§. regula. C. de nup.l.si ut proponis. uide hic quod no.j̃.de uer.sig.c.ij. in gl. ex hoc,lib.6.& j̃.de priuilegiis. c.accedentibus,in nouel.& de filiis presbyterorum.c.j.super gl. lib.6.in nouel.ubi omnino uide.dicit archi q̄ nullum statutū potest facere ecclesia siue cathedralis,siue alia sine consensu episcopi, nisi super administratione rerum familiarium.xj.di. catholica, per Archi. Idem in collegiis laicorum,dicit Iac.bu.in l.j.ff. quod quisque iur. Dicit Arch.q̄ ne requiratur consensus,potest præscribi.xxj.di.de cæteris.per Arch.¶Et cum plurib. debet haberi consilium,q̄ consensus,hinc est, q̄ consiliū debet haberi cum duabus partibus. Ideo enim congregantur,ut consulantur, ar.ff. de arbi.l.sicut: tñ sufficit consensus maioris partis illarum duarum partium. ff. quod cuiusq; uniuersitatis nomine.l.nulli.xxxj.di.Mi-
3 cena,per Archi.¶† Item scias,q̄ nullus prælatus potest derogare,uel prẹiudicare priuilegio ecclesiẹ suẹ. xiij di.literas;per Arch. Idē ait,q̄ consuetudines maiorum cps mutare non potest.xcj.di.Eleutherius.¶Oponit gl.q̄ sufficit requiri consilium, & solue ut in ea.
4 ¶ † Et dic,q̄ quidam sunt actus, in quibus requiritur iussus,& debet p̄cedere quandoq; requiritur licentia: & idem. quandoq; requiritur authoritas,tunc in ipso actu est interponenda,uel immediate ante, uel immediate post:quandoq; requiritur decretum;& idem,ut no. Inno.in c.j.de re.eccle.non alie.li.6.¶Quandoque requiritur consensus & tunc potest interuenire ante & post,nisi requireretur determinato tempore.ff.cōmu-
5 nia prædiorum.l.fi.†Dicit Arch. q̄ ubi requiritur authoritas,non sufficit,q̄ iudex dicat,interpono consensum meū:sed dēt formaliter dicere interpono authoritatē b meā, ut no. Archi.di.xvij.q.4.§ etiam. & no. q̄ author idem est dicere, q̄ principalis.& ideo authoritas debet esse cohærens actui,& non potest interponi in absentia, nec tacite.sed requiritur expressio uerborum,ut no. ff. de reg.iur.l.ubi non uoce,& ff.de aut.tu.l.j.in fi. & l.obligari.§.tutor.& uide,quod no. Archi.xviij. q.2.quędā. ¶Item omnimodo uide,quod no. Bar.ff. de aqua plu.
6 arc.l.si aūt.†¶Item adde, q̄ quadruplex est cōsensus, s.authoritatis, ministerii, approbationis, & operatio-
7 nis,ut no. Archi.viij.q.1.uereor.¶† Item scias,q̄ quando aliquid est factum contra ius, uel contra iuris ordinem, non habet locum ratificatio, c ut puta si alienata est res ecclesiæ non præcedente tractatu, uel alius actus sit nullus ipso iure;ut no j̃.de elec.in causis, & melius in c.auditis.quandoq; tamen consensus superioris accedit ad actum, ut. j̃. de

a ¶ *Adde & extende a istam regulam ex pulchre cumulatis per mod.maximè per Ias. May. in l. ius autem ciuile. ff. de iusti. & iure.*

b ¶ *Vide scripta ad b istā per Alex. Are. & moder. in l.si quis mihi bona §. iussum. ff.de acqu.hære.*

c ¶ *An & quando habeat locum ratificatio in aliqua dispositione.*

iure patro.c.cura.Item quod consumptum est,ratificari non potest.ff.rem ratam habe.l.bonorum.¶Itē ratificatio est quædam fictio, & requirit actum ratificātis & aptitudinem rei ratificatæ. ff. communia prædiorū. l.fi.¶Item fictio non trahitur ad ea,quæ de iure impossibilia sunt,ut not.ff.de le.j.l.talis scriptura,ubi est gl.
8 sing.†& no.q̄ duplex est ratio,quare authoritas debet interuenire uno contextu. primò quia est fundamentum.secundò,quia est solennitas,sicut quælibet substātialis solennitas.ff.de Publiciana.l.quęcunq;.§.fi.¶Tertia ratio est,quia authoritas est actus legitimus,qui nō potest pendere.ff.de reg.iur.l.actus legitimi, & not.ff. de aut.tut.obligari.§.tutor.Et ideo si filiusfa.donat cā mortis,pater ex interuallo authorari non potest: sed incontinenti potest etiam ut donet fratri in eadem potestate cōstituto.¶Nec obst. q̄ patri quæratur usufru. quia hoc procedit consecutiuè ex legis dispositione, non principaliter immediate, ar.ff.de leg.j. cum filio. de hoc no.in l.j.ff.de aut.tu. Item pater potest illi usufructui renunciare,& accresceret donatario. C. de bo. quæ lib.l. cum oportet. § ij. nam inter fratres in eadē p̄tāte iure nouo ōhitur omnis obligatio ex causa peculiari,nisi in profectitiis,in quibus contrahitur sola obligatio naturalis.ff.de ōdictio.i.l.frater a fratre.ff. de
9 fideiussorib.l.si quis pro eo.§.primo.¶† Quæro,cū oīs authoritas respiciat ad principium, quid est qđ dicūt tabelliones quibus omnibus. & singulis sic peractis talis iudex suam interposuit authoritatem & decretū. Nam hæc uerba deberent poni in princ.instrumenti. ¶Respōdeo satis dicitur in prin. quod sit in medio,uel in fi. quia totum est unum structum,siue constructus. C.de insti.l.pen.j̃.de appel.c.2. requiris.ff. de mino.l. denique.§.j ff.si cer.pe.l.lecta.§.dicebam. & idem dico in tit.cessionis,qui debet poni in prin. & principiū intelligitur usque ad fi.sed ex interuallo uel in alio instrumento non ualeret.ita debet intelligi quod no. in l.j C.ne lice.po.in glo. sing. quæ est ibi. ¶Sed opponitur & u.f q̄ consensus debeat interuenire statim ut no. ff.de actio.& obliga.l.consensu.ff.de pac.l.j.§. conuentionis.C.de donat.nec ignorans.ff de contrahen.emp. l.j.in fi. ¶Solu.ibi nunquā & nullus fuit celebratus ōtus & ideo non potest ratificare: quia nullus consensus ibi præcessit.¶Sed impetus quidam animorum distātium & nisi unus ōhens intelligat alium nunq̄ ōctus
10 celebratur.¶† Consensus autem non est aliud quàm simul sensus & copula quædam animorum quæ uitiat̄ ab extraneo interuallo ut.l.eadem. ff. de duo reis. qđ aūt fit incontinēti dr̄ fieri in instanti ut.ff.de uerb.obl.
11 l.j.§. cū adiicit in uerbo illico.¶† Instans aūt non accipit̄ sic apud iuristas, sicut apud logicos. ¶ Nam instans quandoque dr̄ longum instans vnde & instantia iudicij appellata est. aliqñ ponit̄ pro puncto vt qñ est q̄stio puncti qui solo intellectu concipit̄ vt not.insti.de his qui sunt sui uel alie.iur.in princ.& ff.qd me.
12 cau.l.sed & patruus.§.fi.& l.arerusa.ff.de sta.ho.¶†Et dic q̄ triplex est consensus. s.præcedens,inhærens & accedens. uerbi grā. consensus in tractatu alienationum est p̄cedens. Item si dñs constituit procuratorem absentem,quia præcedit consensus dñi,a quo solo dependet mandatum. consensus si quidem procuratoris est in acceptando non in eo, qđ dat formā essentialem ipsi mandato. pater ēt p̄t consentire filio per literas nō solum generales sed etiam speciales.ut.ff. de decurionibus.l.honores §. fi. Quidam est consensus inhærens ipsi actui nam cum sit per modum substantiæ,non pōt separari

separari à substãtiato ut.ff.de uer.ob.l.inter stipulantẽ in prin.pone exemplũ in matrimonio, puella, interrogata an uir sibi placeat:noluit rñdere,tunc si puer rñdit q̃ sic & postea puella ex interuallo respõdit q̃ sic, non est õtum matrimonium. ¶ Quidam est consensus accedens & iste põt esse approbatorius. Item & confirmatorius & põt sequi ex post facto etiam ex interuallo,dummodò actus principalis non sit consumptus vt.ff.communia prædi.l.si & j̃ de iur.patrona. ca.cura. Dicit Arch q̃ si initium esset uitiosum, uel ꝓ ius sit factum, nõ conualescit ex ratihabitione.63.di.Salonitane.Idem ait q̃ nihil ago si cum alio habeo facere,nisi
13 simul cum eo facerem.63. dist. obeuntibus. ¶ † Idem ait,quòd qui requiruntur tanquam consiliarij non habent ius iudicandi nec maiori parti statur. lxv.distin. non debet.

SVMMARIVM.

1 *Maritus uitio suo redactus ad paupertatem non habet beneficium ne condemnetur, nisi inquantum facere potest.*
2 *Prodigus an possit in integrum restitui aduersus cõtractus celebratos.*
3 *Iuramentum prodigi cum authoritate sui curatoris, an sit ualidum?*
4 *Mobilia si inueniuntur in domo mariti præsumuntur mariti.*
5 *Mulieres possunt habere bona extra, & ultra dotem.*
6 *Mulier,quæ facit se pollui per adulterium, nihil debet habere,de bonis uiri,etiam ex pacto.*
7 *Mulier,quæ commisit adulterium, non debet ali à uiro.*
8 *Diuortium triplex est.*
9 *Vir utrum lucretur fructus rerum parafrenalium.*
10 *Statutum si dicat quòd matrimonium cõtractum in feruore amoris carnalis concupiscentiæ non ualeat,nisi interuenisãt instrumenta dotalia, an teneat?*

EX PARTE VESTRA. Non ualet consuetudo per quam quis inducitur ad male utẽdum substãtia sua, uel datur materia delinquẽdi. secunda pars ibi tenore præsentium. Casus in quadam terra erat cõsuetudo quòd si aliquis de illa terra vel extraneus prodigaliter vel casualiter consumpsit bona sua possit bona mobilia & immobilia vxoris alienare & q̃ si vxor committeret adulterium & uir repudiaret eam debet sibi assignare dimidiam partem bonorum suorum.papa considerans q̃ istę consuetudines sunt abusiuę ideo reprobat eas. Ibi indigena. i. in vrbe oriundus. Ibi,vel extraneus.idest incola qui ligaretur consuetudine loci, si consuetudo esset rationabilis:vt hic
1 patet à contrario sensu. † Ibi dissipauerit. ar. q̃ maritus,uitio suo redactus ad paupertatem, nõ habet beneficium ne condemnetur nisi inquantum facere põt. ff.de iure dot.l.pen.text.not.Item est arg.q̃ pater filio prodigo non tenetur dare alimenta.dicit gl.q̃ prodigalitas est vitium,quod quis committit in se ipsum nõ
2 in alium.ff.de secun.tab.l.j.§.exigit. † Sed nunquid ꝓdigus possit in integrum restitui aduersus ꝯtractus celebratos?dixit q̃ nõ si ꝯtraxit ante quàm ei esset interdictum bonis.sed si postea, sic vt singulariter no. in
3 l.1.C. de curatore furio. † Sed nunquid ualet iuramentum [a] prodigi cum authoritate sui cui curatoris?dic q̃ non: quia æquiparatur pupillo: ut l.

a ¶ *Vide scripta per Alex.& Mde.in l.is cui*

certi condictio. § quoniam.ff.si cer.pe.nam est interdictum eius consensui.Si.n.non contraxit cũ authoritate curatoris, tunc etiam naturaliter nõ obligatur:quia est interdictus ei consensus ff de fideiussio. l.cum lex.& l.marcellus.ff.de condi.inde. l. interdum. & ff.de uer.obl.l.is cui bonis.Item non potest etiam facere testamentum cum autoritate curatoris:quia datio curatoris non pertinet ad ius testãdi.ff. de lib.leg. l.aurelio.§.fi.ff ad treb.l.j §.fuit quæsitum. Sed quid si est notoriè prodigus,tamen non est ei bonis interdictum:utrum possit contrahere vel testari? vr̃ q̃ nõ:qa notorium æquiparatur sententiæ dic contra nisi contractus referatur ad turpem causam. l.si quis sciret.ff. de usucapi.pro emptore.ff.de an lega.l. quintus in fin. ff de act.& obli.l.fin. uel nisi ex tenore instrumenti appareat uitiũ prodigalitatis expræssum,uel statim subsecutum.tex.est fin. in d.l.si quis cum sciret in fi. quia ubi requiritur decretum,uel priuatio,notorium non habet uim sententiæ:sed in his, q̃ pñt induci per confessionem,notorium habet uim confessionis & sententiæ. unde apparet q̃,licet quis confiteatur se prodigũ, non propterea est ei statim bonis interdictum. ut.ff de
curato.furio.l.sæpe.& l. Iulianus. † Ibi,cum mobilia, 4
dic q̃ si mobilia inueniuntur in domo mariti, præsumuntur mariti & ideo vxor inducens res suas in domo mariti,dẽt esse sagax in protestando, & faciẽdo inuentarium de rebus cũ confessione mariti uel per publicum instrumentum ut ff de iure do.l.si ego.§.dotis ibi in testatione &c. Sed si reperiuntur in domo uxoris præsumuntur uxoris,nisi appareat q̃ maritus illud deposuerit:quia qui possidet domum,præsumitur possidere mobilia quæ sunt in domo. C.ne uxor pro marito.l.ob maritorũ.ff.de leg.2.l.titia.§.gaius.Ibi,alienat,hoc est ꝓhibitum ut.j̃.de pigno.c.ex literis. & no.
ff.de bo.dam.l.quinque,ubi videas. † Et no.q̃ mulie- 5
res possunt hr̃e bona extra & ultra [b] dotem ut ff.de dona.l.dona b tiones in cõcubina.§.species:quę non pñt administrari per uirum, nisi de consensu uxoris.& uocantur res parafrenales ut.C.de pact.cõuentis l.fi.& an in dubio præsumantur in dotẽ datę.gl.no. q̃ sic ff.de iure do.l.mulier bona.qđ uerum est si pcesserit tractatus de eis in dotem dãdis.ff.de iure dotium. l.quod autẽ: nam pp tractatum præcedentem aliquid præsumitur subsecutum ut.ff.de iudi.l.j.licet in alia materia. Ibi exigit,fortè quia uir petit diuortiũ Ibi,priuanda, no. q̃ non debet oriri habitus unde debet nasci priuatio.
6 † Item not.q̃ nihil debet habere de bonis uiri etiam ex pacto,mulier,quæ fecit se pollui per adulterium. Dicit lex q̃ grauius est in mẽte uiri adulterium uxoris,quàm homicidium filij.ff.de leg.2.l. codici. §.ren.
7 † Item no. q̃ mulier, quæ commisit adulteriũ, nõ dẽt ali à uiro, qđ no.C.de fideic.l.fideicommissum.ff.sol. ma.l.ab hostib.§. fi. Sed,si sine cã vir expelleret vxorẽ
8 tenereĩ ei assignare dotẽ suã.† Et dic q̃ triplex est diuortium.s.temerariũ,causarũ, ut pp furorem:& ignominiosum,ut pp adulterium. Primo casu vxor quæ temerariè diuertit,sibi imputet: qa licet dotẽ non perdat,tñ nõ debet ali extra domũ,viri vbi teneĩ operari. ff.de operibus libertorũ.l.sicut. Secundo casu dẽt ali ex reditibus dotis ff.so.ma.l si cũ dotẽ.§.si aũt in fæuissimo. Tertiò casu vxor adultera perdit dotẽ p sententiã,non ipso facto &, si decedat ante sñiam,eius hæ

b ¶ *Vide Pau. de Cast. & Moder.in l.maritus.C.de procura.*

boni.ff. de uerborum obliga.

ret debet pdere dotem: quia pœne delictorum non intentatorũ non transeunt ad hæredẽ vt.l.j. C. ne ex delictis defunctorũ: nisi istę pœnę essent deductę in pactũ vel dic ut.C.de adul.l.fi. & ff.so.ma. l.etiam.§.hæredi.

9 † Extrà quæritur vtrũ vir lucretur fructus rerũ parafrenalium & dr̃ ꝙ nõ, nisi quatenus vir consumpsit uxore permictente. extantes enim non facit suos, quia ꝑcipit iure familiaritatis: non iure proprio. qđ.n. dr̃ ꝙ bone fidei possessor facit suos fructus qui industria ꝑcip ũtur pro cultura & cura, siue coluit per se: siue per alium: nã qui per alium facit, per se fecisse vr̃, intelligitur qñ cogitatione dñi percipit: quia credit se dñm. Nam hæc est bona fides. C. de fur. l. apud antiquos: cõsumptos tamen non tenetur restituere propter liberalitatem vxoris; ita intelligitur quod no. C. de iure dotium. l. vbi adhuc. & l. fi. C. de pact. conuentis.

10 ¶ † Pone dicit statutum quòd matrimonium, ꝯctum in seruore amoris carnalis concupiscentiæ, nõ ualeat nisi interueniant instrumenta dotalia. Nunquid istud statutũ teneat? & vr̃ ꝙ sic ne matrimonia sint in incerto & ꝑcipuè quando nobilis ꝯtrahit cum ignobili: hoc statuit lex de eo, qui ꝯtraxit matrimonium cum concubina, cuius blanditijs sæpe inficiuntur animi perditorum vt. C. de naturali. lib. l. j. hoc habes insti. de nup. §. fi. Arch. dicit quòd statutum non valet & de iure cano. matrimonium cum concubina tenet sine aliquo instrumento dotali, uel matrimoniali. sufficit enim quòd sit contractum in forma ecclesiæ vt ipse eleganter no. 66. di. Osius. vbi latè.

SVMMARIVM.

1 *Iuri naturali, cuius trangreßio inducit periculum salutis, nõ poteſt per consuetudinem derogari.*

2 *Statutum quòd filia dotata non succedat, etiam si non habet interam legitimam: an sit bonum uel equum.*

3 *Frequentia delinquendi non excusat peccatum.*

4 *Statuta, quæ permictunt homicidia non ualent.*

5 *Pœna contemptibilis, ut quòd homicida soluat quinq; solidos. eſt inualida.*

6 *Consuetudo puniens totam diœcesim, uel contratam, pro delicto unius diœcesani, uel de contrata praua dicitur.*

7 *Dubius in conscientia quando intelligatur facere contra conscientiam?*

8 *Consuetudo ita demum præualet rigori iuris communis, si æqua sit, & naturalis.*
Propositum cum actu imperfecto mitius puniri debet, quàm cum actu perfecto.

9 *Occidere an poßim secundum bonam conscientiam in eadem rixa aggressorem meum?*

10 *Statutum uel consuetudo, quòd offensus poßit facere competentem uindictam quandocunque facultas se obtulerit, an ualeat?*

11 *Ratio eſt de extantione consuetudinis.*

12 *Inducitur consuetudo ex tenore actuum.*

13 *Opposita oppositis reprobantur.*

14 *Quæ gradu non specie differunt, probant teſtes deponentes unus de maiori alius de minori summa. ut in iurisdictione pecuniaria: secus his quæ gradu, seu specie differunt. ut, si unus teſtis de pecuniaria, alius de sanguinis iurisdictione deponeret.*

15 *Iudex examinans teſtes super consuetudine debet eos subtiliter examinare.*

16 *Præscriptio & consuetudo an differant.*

17 *Anni quadraginta quare non sufficiunt in seruitutibus præscribendis si habent causam discontinuam cũ in censibus percipiendis sufficiant.*

18 *consuetudo non contrahendi inducit prohibitionem contractus & commercij.*

19 *Iura communia, quæ de consuetudine non seruantur, pro nullis habentur.*

20 *Consuetudo generalis prælatorum, quòd poßit donare de pecunijs redactis ex fructibus pertinentibus ad prælatum, an sit ualida?*

21 *Ratione nobilitatis ecclesiæ, Item & sanguinis, permictitur quod aliàs non permicteretur.*

22 *Consuetudo quòd usufructuarius lucretur fructus, quos percipit antè quàm satisdet, an sit ualida.*

23 *Consuetudo an poßit esse scripta.*

24 *Scriptura non fit ad esse consuetudinis.*

25 *Consuetudo totum immutans an sit consuetudo.*

26 *Consuetudo si sit specialis in quodam oppido eiusdem prouinciæ: sed tandem extenditur ad totam prouinciam, an dicatur una consuetudo, an duæ.*

27 *Oppida, seu castra propriam consuetudinem habere poſſunt statuere autem contra statuta ciuitatis, nisi à principe confirmetur, non poſſunt.*

28 *Forma consuetudinis & eius subſtantia an differant.*

29 *Consuetudo interpretatur rudes sermones & etiam significata transformat.*

30 *Actus tot consuetudinis inducti nos probari oportet, ut exinde uerosimiliter arguatur consensus populi.*

31 *Poteſtas à consuetudine Arbitris data prorogandi semel, & pluries compromißi terminum, in quot actibus terminetur?*

32 *Prorogatio aliud eſt quàm reparatio.*

33 *Consuetudo per quem sensum corporis debeat probari per teſtes.*

34 *Consuetudo rei si dictet quòd præscribatur per quinquenniũ consuetudo autem actoris dictet quòd per decennium, quæ consuetudo seruabitur?*

35 *Dominium & rei uendicatio, quæ nascitur de corpore dominij, an sint idem.*

36 *Consuetudo quæ inducit præscriptionem annualem an ualeat.*

37 *Consuetudinis poſſeßio an reperiatur?*

38 *Pedagia an præscribantur?*

39 *Consuetudo proprie eſt de his quæ non poßidentur uel quasi & quid præscriptio?*

40 *Iura publica priuatorum præscriptio non usurpat.*

41 *Exigere paſſagium cui competit per cõsequens competit exigere pœnam ab his qui paſſagium fraudant.*

42 *Error non impedit præscriptionem.*

43 *Tempus interdum habetur pro consensu atque fide.*

44 *Consuetudo an ualeat ubi non deficit lex.*

1 CVM TANTO. † Iuri naturali, cuius trãsgressio inducit periculum salutis, non potest per consuetudinem derogari. Item consuetudo non tollit ius positiuum: nisi sit rationabilis & legitimè præscripta. Possessor malæ fidei non præscribit, licet consuetudo hoc dictet: quia continuatio peccati non minuit peccatum: istud est uerum actiuè, sed passiuè prẹscribitur. i. ut patiatur quis repulsam ff. de usuca. l. sequitur. §. si uiam per Bar. & sic quò ad extremum passiuum est licitum statutum, sed non est agendum ut. C. de præscrip. xxx. anno. l. si quis emptus. Et nunc intelligis illius legis rationẽ: quia in uno extremo est rõ æquitatis, in alio, non. Sciendum est ꝙ consuetudo alia bona & non æqua

qua vt in præscriptionibus. Alia æqua & nō bona vt q filij naturales succedāt æqua portione cum sęnmnis legitimis & naturalibus, vel pone melius exemplum q nulla præscriptio obstat veris dñis. alia bona & æqua
2 ut q testamenta seruentur. † Sed dubitatur nunquid statutum q filia dotata non succedat etiam si non habeat integram legitimam sit bonum vel æquum uidetur q imo sit bonum & æquum.vt.C.de adul.l.publico. per Cy. Item satisfac. intelligitur quemadmodum creditor voluerit sed omnes de populo videntur velle & intelligitur filia dotata si pater ei ordinauit dotem in testamento.ff.de admi.tuto.l.cum plures.§.in primis.

¶In gl. ēt si nondum sit nubilis ætatis,quia affectio & consilium patris peruenit ante tēpus vt notabiliter dicit tex.ff.quod falso tuto.l. an in patrem. Item qa vulgus ista opinatur vt.ff.de fun.instr. l.cū delanionis. §.j. & facit.ff.de condi.& demon.l.titio centū.§.titio genero.ver.& cū an nuptias.& quod ibi per Di.Iurisconsultus allegat vulgi opinionē ff. de infamibus. l.athletas. §. j. rustici sermones debent intelligi secundum vsitatum intellectum vt.not.ff de leg.3. l.librorum.§ q tñ
3 C.assius.† Ibi diutius:no.q frequentia delinquendi non excusat peccatum sed magis auget. C. de seruis fugit.
4 l.quicunque.& l.3.C.de epi. audien. ¶† Ibi salutis. scilicet eternæ unde non ualent statuta quæ permittunt homicidia: quia inducūt peccatum mortale:nisi ille,q occiditur,hanc pęnam mereatur,ut.C.de his qui ad ecclesias confugiunt. l. si seruus. nam quod legitimè factum est quinimmo quod legitimè passum est, & sic regula potius formatur passiuè quam actiuè, pœnam nō meretur.C.de adul.l Gra cus.ff.de eden l.quod ait.§. si.& in hoc debet potius inspici persona patientis quā facientis.unde bannitus bannitū impune potest offendere si statutum dictat q bānitus possit impune offendi.& est ratio quia offensus non potest se uindicare,nisi accuset & accusando facit se actorem & alia pars obtinet locum rei & ideo fauorabilior ff.so.ma.l.cū mulier.& ideo nec inquiri potest:quia inquisitor tenet locum accusatoris & ei incumbit probatio q sit malum perpetratum & tñ aliqñ permittitur inquisitio & non accusatio vt singulariter no.in l j. C.si tutor non gesse
5 rit.¶† Scias q pœna contemptibilis,ut quòd homicida soluat quinque solidos, tanquam derisoria non ualet quia remissio pęnæ incentiuum tribuit delinquendi & excitat ad peccatum. in delictis puniendis, quæ sunt de specie grauium delictorum,requiritur seueritas ff. de pub.l.licitatio. §. q illicitè. grauitas autem pœnæ arguit enormitatem delicti per ar.ab effectu,ex quo licite arguitur,ut not.ff.de re.iu.l.in omnibus.& ea non attenta debet puniri homicidium, vt eleganter notatur per Archi.23.q.4.duo ista.ubi omnino uideas. Ibi corruptela dixit lex quòd prauæ consuetudines non
a sunt seruandæ nec [a] imitandæ.

a *¶Intellige & decla. ista illud not. ex his quæ scribit latè Ias. in l.de quibus.ff.de legi. & Fels.in ca. 1.de re iud. quibus adde qd ponit panor.in c. qualiter in ij.not. infra. tertio.2.*

† Itē dixit lex q consuetudo praua est punire totam contractam, idest totam uillam,vel totam parochiam pro delicto unius cum cæteri non sunt in culpa, ut legitur,& not.in aut.ut nulli iudicū. vbi est optima glo. licet vulgaris & per linguam assessorum diuulgata. Sed nunquid consuetudo uincit cōscientiam? dic quòd conscientia,sicut bona fides,est facti:vt.no.ff.de acqu. re.do.l.in bonæ fidei.& facta nulla iuris consecutione
7 possunt mutari.ff.de acqui.pos.l.j.§.vir.uxori. ¶† Scias
b tñ quod dubius [b] in conscientia non intelligitur facere contra cō b scientiam nisi postquā monstrata est sibi veritas. ita intelligitur qd no.Inno.infra de iudi ca. nouit.

b *¶Dubius in conscientia non intelligitur facere contra conscientiam nisi postquam monstrata est ueritas.vide de isto dicto Roder.in l.pompo.§. cum quis.ff.de acqu. possess.*

8 ¶† Ibi,Iuris authoritas.in usibus feudorum datur regula è contra quòd legis romanæ non est vilis authoritas,non tñ tanta q uincat consuetudinem, in capitulo obertus.§.strenuus. de feudi cognitione.& si intelligitur de consuetudine æqua & naturali satis pōt concedi:quia pualet rigori iuris cōis. uerbi gratia,ius cōe statuit q percutiens cum gladio animo occidendi puniatur vt homicida, sed consuetudo dictat, q si mors non est secuta, puniatur solum de vulnerato,vt not.Cy.C.ad l.Corneliam de sicarijs. l. is qui cum telo.& C.de epis.& cle.l.si qs non dicā rapere.& vide qd no. Arch.in c.si quis suadēte diabolo. ppositum.n.cū actu imperfecto æquitas dictat mitius puniri quàm cū actu pfecto C.de ser.fugi.l.si fugitiui serui. Ideò ēt lex dicit cū telo quia ex qualitate instrumēti præsumitur animus occidendi j de homicidio,ex significasti,vel non occidendi.ff.ad.l.Corneliam de sicarijs.l.j.§.sed & si clausa.& ibi per Iac.de Are.Intellige considerari an unum dumtñ sit aptitudo perficiēdi.
9 ar.no.in l j.C.vñ vi. ¶† Sed nunquid secūdū bonā conscientiā possim in eadē rixa occidere aggressorē meū? dic q nō,si possum fugere.ita intelligitur qd no.ff.de iust. & iur.l.vt vim.sed de iure humano non teneor cū mea verecūdia vel periculo fugere.ff.ad l.Aquiliā si ex plagijs.§ tabernarius ibi per Cy.l.di c.de his per Archi.
10 vbi oio uide. ¶† Sed nunquid ualet statutum uel cōsuetudo q offensus possit facere cōpetentē vindictā qñcunque facultas se obtulerit?& vr q non: quia inducit votum captandæ imò inducēdæ mortis:certè illud non est uerum:quia istud statutum non intelligitur in casu homicidij. dico ergo ualere:quia potest lex dolū cum dolo compensare & nemini iniuriam facit fiscus si remittit pœnam,quæ sibi debetur,sicut sunt omnes pœnæ criminales.quia nemini iniuriam facit qui iuri suo renunciat:& no.istam rationem. ¶Ibi rōnabilis nō requiritur hic ratio strictè.i.inconuincibilis propositio,sed sufficit aliquod bonū motiuū,vt no. in l.j.§.j.ff. de postu. ¶Tñ quanto melior est rō tanto maior extēsio:quia extensio non fit nisi per rōnem,quæ est immediata causa extensionis,vt eleganter,not. Cyn.in lege
11 prima. C. eo. ¶† Scias igitur quòd licet ratio non sit de esse consuetudinis,nisi quando consuetudo est contra ius scriptum,tamen est de extensione consuetudinis: quia vbi non est ratio, ibi est plantatum in arido, quod non pullulat. ¶Modo dicamus aliqua de probatione consuetudinis. & Bern. dicit hic eleganter,quòd non facilis est eius probatio. & Cyn. melius examinat.C.eo. l. 2. uideamus nunc de quarto. uersicu. 2. quæritur. ¶Ex cuius dictis elice ali-
12 quas conclusiones. ¶† Prima est,quòd,quia ex tenore actuum inducitur consuetudo, ideo opportet quòd testes concordent in tenore actuum: quia discordia in forma facti reddit testes singulares: sicut dicimus in simili, si unus testis deponit, quòd agens numerauit: alter quòd reus confessus est sibi mutuatum: isti testes non probant: quia discordant in forma facti. Nam idem dicendum est

de consuetudine: quoniam in facto probando requiritur uniformitas testium sm Iaco. de Ra. & Cy. ubi.s. ¶ Tamen sciendum est, q isti duo testes, & si non pbant plenè, tn probant plusq semiplenè: quia ueritas, & confessio uersantur circa idem. text. est singu. j. de success. ab intesta. c. cum dilectus. ¶ Modò 9 hoc surgit quæstio, qualiter probetur desuetudo, cu non sit ibi tenor actuum? rndeo probatur per actus incompassibiles. uerbi gratia, statutum & consuetudo erat, q maritus lucraretur tertiam partem dotis: desuetudo probabitur per 9rium usum. s. q per multas snias, quæ transierut in rem iudicatam, longo tempore obseruatas, fuit pronunciatum, q integra dos restitueretur: nam qd ultimum est, præualet, ut. ff. de alimen. leg. l. Mella. §. j. tamen hic non accipio ultimum in intentione, ut ibi sumitur, & ff. de acquir. pos. l. si quis ante. Sed accipio ultimum in uigore, & efficacia, ut. C. de testa. l. sancimus. Ex his sequitur conclusio, q opposita oppositis reprobantur, ut. C. de 9hen. & commit. stipu. l. optimam, in fi.

13 † ¶ Sed dubium est, si unus dicit, q uidit pronunciari super dote centum librarum, alter in dote ducentum librarum, uel mille, utrum probent? Rndeo sic: quia q ratio coniungit per omnimodam idépt tatem, facti diuersitas non disiungit. Vnde in consonantia testium magis attenditur ratio, q factum, ut not. ff. de condi. & demonst. l. cum tale. §. falsum. nam ratio est naturalis & uniuersalis propositio, quæ habet prędicare de multis eiusdem rationis. ff. de excu. l. scire oportet. §. sufficit. C. de indicta uidui. l. fi. ff. de uer. sig. l. nominis, & rei. §. j. & de hoc satis disputat Cy. in l. j. C. e. ¶ † Ex his

14 talis sequitur cóclusio, q ea quæ differunt gradu & nó spé, ut iurisdictio maior, & iurisdictio minor in eadé spé iurisdictionis, licet i latitudine eius, id est i magnitudine eius discrepent, probatur per testes deponétes, unus de maiori, alter de minori; puta unus de ducétis, alter de cétum. secus, si actus essent sub diuersa specie, & unus deponeret de iurisdictione pecuniaria, alter de iurisdictione sanguinis: quia non sunt eiusdem generis, nec formæ. facit quod no. Dy. l. ij. ff. de excusa. tuto. quia intellectus testis non apprehendit ea per eádem rationem, sed per diuersam considerationem; & ideò testes isti non sunt socij in testificando, sed penitus separati; & hmói testes dńr singulares: quia numeri singularis, & de hoc alibi dixi. & adde, quod no. Cynus in l. unica. C. de sen. quæ pro eo, quod interest, proferútur, in fi. ubi dicit, q licet animus testiú sit de affectu; tń si ratio est de effectu, probatur interesse: quia ratio

15 deducit testes ad cócordiam, qd est notabile. ¶ † Not. q iudex, qui examinat testes super consuetudine, dét eos subtiliter examinare: quia hæc est regula in omnibus, quę sunt difficilis & dubitabilis probationis. C. de sen. quæ pro eo, quod interest. l. j. §. in aliis. nam iste est de casibus, in quibus subtilitas approbatur. & puto ét, q de simili consuetudine intentata possit interrogare testes; quia unum simile plerumq; cognoscitur p aliud

16 simile. ff. de legi. l. de quibus. ¶ † Quærunt. docto. q differétia est inter præscriptionem, & consuetudinem? & dic q præscriptio est de rebus acquirendis: sed consuetudo est de bono & æquo seruando, & de rebus disponendis. ¶ Item præscriptio requirit continuationem: sed in consuetudine non attenditur continuatio: quia surgit ex actibus discontinuis. dicit archi. q consuetudo est similis actus repetitio, sed præscriptio est eiusdem possessionis, uel quasi continuatio. xvij. q. ij. serui tium. ¶ Idem ait, q ratione consuetudinis longi temporis debetur census, nisi agatur de pręscribendo 9 ecclesiam, uel sine ti. quia tunc requiruntur. xl. anni. Archi.

17 ibi. ¶ † Sed quæ est ratio, quare in seruitutibus pręscribendis, si habent causam discontinuam, non sufficiunt quadraginta anni, & in censibus percipiendis sufficiút? ¶ Respondeo, quia in censibus pręstandis interuenit pstatio: sed in seruitutibus sola patientia, ut no. per Cy. C. de pac. l. si certis annis. Dicit tex. l. ualitura momento. quæro enim, quare uocat momentum longi temporis tractum? considera: tria sunt tempora: principium, cursus, siue medium, terminus: siue perfectio. inchoat in primo actu publico, & currit usq; ad ultimum exclusiuè. completur autem in ultimo instanti; & istud appellatur momentum, quanquam totum tempus cum actibus suis posset dici consuetudo, & sm consuetudinem disponentur actus medij, argumen. ff. soluto matrimonio. l. diuortio. §. quod in fæuientem. & no. q omnis concursus in fine canitur. sicut uidemus in concurrentibus ad brauium, & in alijs similibus; argumen. cō

18 tra. ff. de fun. dot. l. si fundú. ¶ † Et

1 *Arbitramentum in spiritualibus, nisi sit iniquum, est executioni mandandum. & an arbitramentum iniquum sit ipso iure nullum? num.2.*
3 *Arbitramentum quare in rem iudicatam non transeat?*
4 *Compromissum si non ualuit à principio,an arbitrium possit ratificari?*
5 *Faciens per alium an propriè dicatur facere per se.*
6 *Substantiali non potest quod falsum est.*
7 *Moniales compromittere possunt, de electione abbatissæ etiã in proprium episcopum.*
8 *Laudum arbitri an possit corrigi per iudicem?*
9 *Clausula, de iustitia, non importat conditionem sed monitionem: iudex enim etiam iniquè decernendo ius facere dicitur.*
10 *Clausula compromissi, & promiserunt non petere reductionem, & si peteret aliquis eorum, & obtineret, promisit tantundem alteri reddere, & restituere, an ualeat?*
11 *Excessus immoderatus damni facit dolum præsumi.*
12 *Arbitramentum omne in spiritualibus est bonæ fidei.*
13 *Compromissarius si fecit malam electionem, uel electus recusauit an poterit iterum eligere?*
14 *Is, cui mandatum est, quòd eligat potestatem ciuitatis, si eligit, & electus recusat; an poterit iteratò eligere?*
15 *Electo, uel postulato non competit ius deliberandi ante præsentationem.*

Causa

CAVSAM, QVAE inter. Compromittentes, siue alteri electionem committentes tenentur recipere electum à compromissario, si sit idoneus. ¶ † No. ꝙ arbitra-
1 mentum in spiritualibus est executioni mandandum,
2 nisi sit iniquum † dicit glo. ꝙ quando est iniquum, est ipso iure nullum, quod est uerum et in rebus profanis. quia non uꝛ hoc fecisse de mente compromittentiũ, ut ff. de oper. liber. l. libertus ita. uel dic ꝙ in reb. ꝓfanis ipso iure ualet, si compromissum est factum super con tractu stricti iuris: sed debet rescindi per iudicem, oblato super hoc libello rescissorio. Primum probatur. ff. de arbi. l. ita demum. Secundum probatur. ff. de uerborum obligatio. l. si quis cum aliter. Et hoc nisi esset iniquum apparenter, & existenter, quia tunc est ipso iure nullum, sicut sententia, quæ continet expressum errorem, ut l. j. de errore calcu. sed in contractib. bonæ fidei, si dolus inesset, non ualeret ipso iure. uel dic idem, quod in dolo mediatoris, ut no. ff. de dolo. l.
3 eleganter, in prin. ¶ † Et scias, ꝙ arbitramentum non transit in rem iudicatam: quia magis accedit contractui, q̃ iudicio, ut not. in authen. ut differentes iudices,
4 in prin. collatio. ix. ¶ † Quid si compromissum non ualuit à prin. utrum arbitrium possit ratificari: uꝛ, ꝙ sic, quia ratihabitio de falso facit uerum, ut l. tertia. ff. rẽ ratam haberi. ff. ad municipa. l. Titio, dum tamen substantia non sit consumpta. ff. rem ratam haberi. l. bono
5 rum, & no. ĩ. c. quàm sit, li. 6. in gl. sufficit. ¶ † Item qui facit per alium, propriè facit per seipsum quantũ ad legis ueritatem, si ille habet speciale mandatũ, uel æquipollens. secus, si generale, ut no. ĩ. co. ut circa, in gl. penul. li. 6. ¶ Sed gl. dicit, ꝙ interpretatiuè, non uerè facit, qui per alium explicat. l. j. §. deiecisse. ff. de ui & ui arma. & quandoque nec uerè, nec fictè, ut quia esset cõtra naturam, ut in adulterio, ut ibi notatur. Nam uirtus legis non potest actum corporalem, cui inest passio sensus, transmutare in aliud sensibile corpus; sed cõsidera, quia ubi uocant fictionem, tu uoces functionem ut ff. de uerb. oblig. l. continuus. §. si ab eo. non est enim, proprie fictio: quia licet non sit ueritas opere in persona propria. ff. de condi. indebi. l. si non sortem. §. libertus. tamen est iuxtà ueritatem, sed fictiones non possunt aptè reduci ad simile ueritatis. ¶ Ex prædictis ergo uidetur, ꝙ ratificari possint, si tempora patiuntur, simile uerbum. ff. de adulte. l. non accusaturus. dic quòd non ualet ratificatio. quia nõ põt seruari forma iuris,
6 ubi deficit substantia. † quod autem falsum est, substantiari non potest. ff. de uerbo. signi. l. Paulus. ad hoc facit, quod not. in l. instar. ff. de iure fisci. lib. x. quod non ualet, non habet substantiam; & tamen potest habere
7 formã, Cyn. C. de pact. l. pacto successorum. ¶ † Item nota ꝙ moniales possunt compromittere de electione abbatissæ et in proprium episcopum, & sic possunt cõpromittere in alium, qui non est de collegio. Nam episcopus non est de collegio, sed superior eo, secundum
8 Bern. ¶ † Quæro, quid de laudo arbitri, utrũ possit corrigi per iudicem? dicit gl. ꝙ non, quia debet ei stari, siue æquum, siue iniquum sit. dici potest, ꝙ, maximè de æquitate canonica, corrigi põt, si enorme sit, & hoc nõ per appellationem, sed simplicem recursum, implorando iudicis officium misericorditer loco deficiẽtis appellationis. ff. qui satisd. cog. l. arbitrio. licet rigor iuris ciuilis non uideatur hoc pati. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. stari, qui est contra omnẽ naturalem æquitatem, & solum habet persuasionem: quia qui, cõpromittunt in arbitrum, iudicẽ spernunt, & hoc forte fuit legis motiuum. ¶ Quid si in compromisso dicitur ita; ꝙ possit iudicare de iure & æquitate? respondetur, ꝙ uidetur æquum omnibus, uel pluribus, uel saltem sapientibus, censetur æquitas naturalis & scripta. & si nõ est in membranis: tamen in corde hominis, nisi ius scriptum statuat ꝓrium expressè. ff. qui & à qui. l. prospexit
9 ff. de excu. tuto. l. scire oportet. §. sufficit † no. ꝙ clausula, de iustitia, non facit conditionem, sed monitionem, quia iudex ius facere dicitur etiam, cum iniquè decernit, ut l penul. ff. de iusti. & iur. non quia debeat, sed q̃a potest, ut eleganter, not. ff. de condi. indeb. l. si non sor
10 tem. §. hæredi. ¶ † Si uerba compromissi ita dicant, & promiserunt non petere reductionem, & si peteret aliquis eorũ, & obtineret, promisit tantundem alteri parti reddere, & restituere. Quæritur, utrum hæc clausula ualeat? Respon. sic. pro hoc est lex no. ff. de lib. leg. l. Aurelio. §. testa. ibi, & si sunt plures clausulæ non compatibiles, ultima inspicitur. Ibidem. no. ꝙ. §. stari, mõstrat compromittentis futurum periculum sibi posse in re amicabiliter contingere. & ideò compromittentes non possunt conqueri de lege. sed conquerantur de suo prauo consensu. arbiter tamen non transibit impunitus, quia enormiter iudicando facit litem suam,
11 ut. C. de arbi. l. penul. † & immoderatus excessus dam
12 ni facit dolum præsumi. ff. de præto. stipul. l. fi. ¶ † Vltimo no. ꝙ omne arbitramentum in spiritualibus est bonæ fidei, & debet esse bonæ conscientiæ, ad quã debent referri arbitria, quæ dantur aliquibus. ff. manda
13 ti. lege creditor, in fine. ¶ † Quærit gl. an compromissarius poterit iterum eligere, si fecit malam electionem, uel electus noluit consentire? dic ut infrà eo. si cõpromissarius, lib. vj. text. dicit, quòd compromissarius habet prouidere, & aliud est prouidere, & aliud eligere. Ista quæstio soluitur in d. cap. si compromissa-
14 rius. ¶ † Quid si mandatur alicui, quòd eligat potestatem ciuitatis, & eligit, & ille non consentit? arg. ꝙ possit iteratò eligere. ff. de condi. & demon. l. hæc conditio, in princi. ff. de iureiur. l. qui per salutem. Nam de effectu uidetur potius cogitatum. C. si mancipium ita fuerit alienatum. l. ea quidem. ¶ Ista quæstio fuit dispu
15 tata per Iacob. de Belui. ¶ † Et no. quòd ante præsentationem non competit electo, uel postulato ius deliberandi; ergo nec acceptandi, nec repudiandi, vt no. ĩ. eo. cupientes. §. pen. in gl. ex quo li. 6. ¶ Quærit Bern. utrum compromittentes possint rè integra cõmissionem reuocare, remittit ad cap. in causis. infràe. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio quid operetur?*
2 *Reuocari quomodo debeat, quod nullum est.*
3 *Reuocari potest omnis interlocutoria. Fallit tribus casibus.*
4 *Sententia appellationis deserta an ualeat?*
5 *Pars, quæ errauit, quando possit emendare?*

NOSTI. Electus ante confirmationẽ beneficia conferre, uel alijs administrare non potest, quòd si fecerit, studeat reuocare.
1 ¶ † Quæro quid operetur confirmatio? dic ut in gl. p Cy. C. de do. inter ui. & uxo. l. ex his uerbis. ¶ † Quæro, q̃uo reuocaretur, qđ nullum est? responde reuocatur de facto, sicut de facto processit sic. ff. de ferijs. l. j. §. j. C. de sacros. ecc. l. iubemus. §. œconomus. &

a ¶ *Vide Bart. consilio 40.li.j. & vide pulchra & aurea uerba Aretini in leg. qui superstitis.ff. de acqui. haeredi.*

mus'. & not. q quis uenit ꝯ factũ a proprium: quia de iure [a] non te nuit.ff.quorum leg.l.j.§.quod ait & est uia brocardica, de qua tractāt legistæ.ff.de adop.l.post mortem, & Ber.hic distinguit. Nã aut loquimur in iudicijs, aut in negotijs. Primo casu aut est interlocutoria; & iudex potest mutare & reuocare, & ego dico ẽt in deterius inspecta mera iudicis potestate, quæ potest de albo facere nigrum, & de nigro album.ff.de peculio, eo tempore, & no.ff.de condi.ind.l.si non sortem.§.hæredi, & lex qñque facit istam digressionem.ff.de secun.tabu.l.æquissimum.

3 ¶ † Ista ergo glo.tradit regulam, quòd omnis interlocutoria potest reuocari. Idem not.C.sententiã rescin.non posse.l.j. Fallit si iurisdictio est consumpta, uel officiũ iudicis expirauit, uel terminus litis uenit ità, q iudex non habeat ultra, quid faciat. de offic. delega.c.significantibus.ff.de excusa.tut.l. scire oportet. §.consequens.ff.de arbi.l.qualem.§.fi. & scias q omne iudicium incipit ab interlocutoria.i.à citatione, ut in stitu.de pœna temerè liti.§.fi.& ideò iudex citationem suam potest cancellare, & terminum in ea assignatum reuocare. terminus iste, siue dilatio dicitur expectatoria: quia finis eius est comparitio; de hac loquitur. ĵ. de offic.deleg.c.consuluit. alia est denunciatoria, ut quando quis dicit se opus facturum tali die, & iste non prorogatur, ut.ff.quod ui aut clam.l.si iure.§.fi. ¶ Porrò interlocutoriam reuocare potest nõ solum author sed successor eius interloquentis, uel superior, si ad eum causa deferatur.ff. qui satisd.cog.arbitrio; & dic ut in l.quod iussit.ff.de re iudic.

4 ¶ † Dubitari potest, qd de sententia appellationis desertæ? Nam licet concludat parti, tamen non concludit iudici, quin ualeret eius sñia errore non expresso. Nam cum ad eum adhuc pertineat cognitio, utrũ appellatio sit deserta, uel nõ, ergo non est functus iurisdictione sua. Igitur ualet sententia, & hæc est ueritas, dicam. ĵ. de appel. c. cum cessante; & hæc quò ad iudicem

5 † sed pars, quæ errauit, aliquando potest emendare, aliqñ nõ, ut l.edita actio. C.de edẽ.& ff.fam.erc.l.qui familiæ. factum autem superioris, ut rescriptum, emendare non põt, ut.C. de li. cau.l.cum precum. de negociis autem dimitto, quia esset nimis longum. ¶ Adde, q hodie taliter administrãs est ipso iure priuatus, ut infrà eod.auaritiæ, lib.6. etiã si uelit administrare sub prætextu œconomatus, uel protestationis: q̃a est fraus in nomine, quod not. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Electio facta post appellationem, & contrà priuilegia ecclesiæ debet rescindi.*

2 *Confirmatus an dicatur is, à cuius confirmatione fuit appellatum.*

3 *Repulsus per exceptionem an efficiatur infamis.*

4 *Bannitus propter contumaciam an sit infamis. dist. nu.6.*

5 *Condemnatus ex inquisitionẽ in absentia an sit infamis.*

7 *Innouans lite pendente an efficiatur infamis?*

8 *Sententia lata ex contumacia ad pœnam pecuniariam an transeat in hæredem.*

9 *Mors, etiam appellatione pendente, soluit criminale iudiciũ.*

1 ONSIDERAVIMVS ¶ † Electio facta post appellationem, & contrà priuilegia ecclesiæ debet rescindi: tamen secũda electio facta non cassata prima non ualet. Dico quando est possibile de iure, uel de probatione, q prima confirmatur.ff.de excu.tut.l.diximus. sed si est nulla ipso iure, tunc secunda electio non tanquam secunda, sed tanq̃ sola præualet, efficaciter prima non cassata secundum Comp.& Io.An. quia quod nullum est nullius authoritatis est. Item quia paria sunt nullum & cassatum, ut ff.de iniusto testa.l.posthumi.§.post defectum. sed cassata non præstant impedimenta; ergo nec ea, quæ sũt ipso iure nulla. dic q ubi non requiritur sententia, ibi non requiritur cassatio: sed ubi requiritur sententia, etiam si dicatur nulla, ibi requiritur quòd petatur cassatio. facit ad statutum Perusinum. Et si dicas qui potest cassari, si nullum est? respondeo, quod habet esse, potest cassari quantum ad figuram esse

2 † Verũ dicatur confirmatus ille, à cuius confirmatione est appellatum? & quantum pertinet ad merum factum, sicut quantum ad effectum nudum, no. ĵ. eo. auaritiæ, lib.6. argumentum.ff.iudicatum solui.l.penul. ¶ Casus. Ioã. Frontim post appellationem factam fuit electus contra priuilegia ecclesiæ, appellatione pendente fuit facta secunda electio de alio. utraque electio cassat̃, absque tamen infamia electorum, nec potest alter eorum eligi in eadem uacatione, sed in alia sic. ¶ Adde, quòd si quis ex famosa cã esset repulsus, nec in alia, nec in eadem posset eligi.

3 † Sed nunquid per exceptionem repulsus efficiatur infamis? dic q nulla exceptio infamat. quia sententia, quæ fertur super exceptione, est ĩterlocutoria.ff.de infa.l. Lucius, & l.quid ergo. §.quãtum. ubi traditur regula, q nulla interlocutoria infamat nisi ex adiuncto genere pœnæ executæ, eod.titu.l. ictus fustium. ad hoc facit de ord. cogni.ca. cum dilectus, in fi.

4 ¶ † Dicunt iuristæ, q bannitus propter contumaciã non est infamis: quia bannum est interlocutoria, & potest mutari, seu emendari, ut l.diuus.ff.de custodia reorum: & immediatè cã banni est contumacia. Nam contumacia examinata seorsum à crimine nõ imponit terminum liti, nec iurisdictio est cõsumpta, nec officium iudicis est expiratum, cum restat id, qđ principale est, id est diffinitio causæ, & terminus pœnæ.

5 † Item dicunt, q condemnatus ex inquisitione in absentia non est infamis, quanq̃ sententia principalis lata super inquisitione sit diffinitiua: quia est terminus litis, & ideo non potest reuocari. ut.ff.de arbi. l. qualem.§.fi.& ratio est, quia in ea non est seruatus ordo iudiciorum, & quia est processum ꝯ ius commune, ut ff.de suspec.tuto.in l.iij.§.præterea, per Dy.

6 † ubi ergo immediata cã condemnationis est contumacia absque eo, q constet de maleficio, talis condemnatus nõ est infamis. secus, si sententia fertur ex inquisitione cõtra præsentem, quia talis sententia eum faceret infamem, dummodo esset lata præcedentibus aliquibus indiciis, uel coniecturis, & non ex impetu, uel ex abrupto ij.q.j.nos in quenquàm. ¶ Porro si lata est à iudice incompetenti nunquam infamat, ut ĵ.de iudic.ca.at si clerici.& hæc est rõ, quare lata ab arbitro nõ infamat, ẽt si emologetur. quia nec confessio facta coram arbitro, ut.ff.de infamibus.l.quid ergo.§.ex compromisso. Nam apud arbitrum nulla est iurisdictio iure publico introducta, ut. C.de arbi.l.j. nec est necesse appellari ab ea. quia ex ea non oritur actio iudicati, licet quandoque oriatur actio in factum ex generali capite.s.quoties alia actio deficit. ut.C.de arbi.l.ne in arbitris, & l.cum antea. titulus eius actionis est ex uariis figuris causarum, quia non habet materiam formantem

mantem sibi nomen specificum, nec aptâ ad informare nominatim titulum actionis. unde anomola dici potest, id est sine regula. †Vltimò no. ꝙ ille, qui innouat
7 lite pendente, male facit: tamen non efficitur infamis: quia certæ sunt causæ expressæ à iure, quæ sunt famosæ: aliæ uerò non sunt famosæ, nec faciunt quem ineligibilem, ut hic. ¶ † Extra quæritur, utrum sententia lata ex contumacia ad pœnam pecuniariam transeat in hæredem. Dic ꝙ sic: sed si non esset lata, nulla pœna ex fictione descendens, etiam lite contestata transiret in hæredem, ut probat illa lex no. ff. de iure fisci. l. eius, ꝙ delatorem. †Porrò etiam pẽdente appellatione mors
8 soluit iudicium criminale, si bona ueniebant in consequentiam status tacitè, & nõ principaliter propter se: idem si pendente tẽpore appellandi, & de hoc est unica gl. in iure. ff. de accu. l. ex iudiciorum, & ibi per Di.
9

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus confirmat[us] potest mandare suis suffraganeis, etiam si non receperit pallium, quòd consecrent consecrandos.*

2 *Sede uacante an Metropolitanus possit mandare capitulo iurisdictionem?*

1 SVFFRAGANEIS. † Metropolitanus confirmatus potest mandare suis suffraganeis, etiam si non receperit pallium, ꝙ consecrent consecrandos. Dicit glo. ꝙ episcopus in sua diœcesi omnia potest: archiepiscopus uerò episcopo præcedente eum in sua diœcesi, ut no. ĩ eo. c. quamquam, in ult. gl. li. 6. ¶Op. ante receptũ pallium archiepiscopus non potest consecrare, ergo nec alij consecrandum committere, uel mandare: quia qui non potest per se, nec per alium. In qua enim uirtute facit iste alius nisi in uirtute mandantis? ut. ff. de offic. eius, cui man. est iurisdictio. l. & si prætor. si ergo non potest mandans per se, ergo nec per alium. Sol. fallit hic regula, præterea hic non commissio, sed mandatũ, siue iussus, qui importat necessitatem, & ideò litera dicit, mandatum, nõ autem dicit ad commissionem, qñque tamẽ reperitur, ꝙ quis dat, quod nõ habet, ut no. ff. de iusti. & iure l. manumissiones, quia habet causaliter, licet nõ formaliter. i. in uirtute causandi. ff. de manu. l. ab agnato. sic episcopi quando habent gladij potestatem, alteri delegant eam, sed per se non exequuntur: quia essent irregulares. Porrò iste Metropolitanus mandat iurisdictionem, quod potest, nõ consecrationem: quia eam consecrator hẽt iure proprio & ordinario, tamen erat quoddam ligamen, quod impediebat, quod remouetur per mandatum. quædã enim possumus cum adminiculo alterius, quæ non possumus soli ff. ad l. Aquil. l. ita uulneratus. † Sed nunquid uacante sede Metropolitanus possit hoc mandante capitulo? respondeo sic, ꝙ succedit in iurisdictione secundũ Compost. & idem est dicendum de consecratione uirginum, & de celebratione ordinum, ut posit hoc mãdato capituli expediri per aliquem, id est per episcopum consecratum.
2

SVMMARIVM.

1 *Cassatio duplex, scilicet declaratoria ob uitium formæ, & rescissoria ob uitium personæ.*

2 *Cassationis causa in sententia non expressa ex actis aperitur, alioquin mitior præsumetur causa.*

3 *Remotus per exceptionem an fiat infamis.*

4 *Exceptionem proponens quare ad pœnam talionis subscribere non teneatur, & talio quid sit?*

5 *Infamia an surgat ex attestationibus testium.*

SVPER EO. Cassata electione ꝓpter uitiũ formæ, poterit iteũ eligi idem; secus, si propter uitiũ personæ, uel simoniæ etiã si ne suo uitio cõmissæ, puta ꝑ fratres, uel cõsanguineos itã, ꝙ simonia fuerit finalis causa electionis, & est specialis in uitio simoniæ: aliàs est iniquissimum, ut unus alterius odio prægrauetur, ut l. iniquissimum. ff. de iuris & facti ignorantia. Dicit Ber. ꝙ omnis illegitimè natus est irregularis, etiam bastardi; & tamẽ adulterium quandoque Deo placet non ratione causæ, sed ratione finis. unde ex Iesse bastardo surrexit uirga, id est Dauid, sicut scriptum est, surrexit uirga ex radice Iesse. sed ista fuit Dei dispensatio, ne regnum remaneret sine tanto hærede. Golias autem
1 fuit spurius, ut dicit magister historiæ. † Cassatio est duplex, scilicet declaratoria, ut propter uitium formæ, & rescissoria, ut propter uitium personæ, ut hic, & primo modo exponitur cassari, id est in irritum nunciari, & facit ad statutum Perusinum de cassandis testamentis non insinuatis, quæ propter defectum insinuationis sunt ipso iure nulla, ut intelligatur petere cassa
2 tionem, qui petit propterea nullum declarari. ¶†Sed quid si est dubium, propter quid fuerit electio cassata? Respondeo, iudex debet in cassatione exprimere causam, ut ff. de infa. l. 2. §. ignominiæ. si non exprimat, recurritur ad acta. ff. de suspe. tu. l. enim, si nõ apparet, tunc, quia maius est uitium criminis, q̃ ordinis non seruati, præsumitur cassata propter uitium formæ: quia mitior præsumptio est eligenda in dubio, ut ff. de pœ.
3 l. si præses. † Quæro, utrum remotus per exceptionem fiat infamis? gl. sentit hic ꝙ sic, adeò, ꝙ ad nullam dignitatem posit promoueri; quod intelligitur non ui exceptionis, sed propter probationem criminis, ut in auẽ. quomodo oportet episcopos. §. si quis autem talis
4 & 81. dist. tantis Daniel. † Porrò natura exceptionis, ut ex eius diffinitione apparet, est excludere, & non punire, ut no. 3. q. 1. hoc quippe, & ideò non habet se necesse subscribere ille, qui excipit: quia pœna nõ imminet hinc, ergo nec inde, quia debet esse conuersio talionis: quia talio nõ est aliud, q̃ retorquutio pœnę. Et adde, quod no ĩ. de accus. super his, & quod dixi s̃. eo. considerauimus. † No. ꝙ secundum ius ciuile ex at-
5 testationibus testium nõ surgit infamia. ff. de iureiur. l. sed & si possessori. §. penul. sed de iure canonico sic, si probationes sunt luce clariores tanquam ex notorio; sed ex præsumptionibus non surgit infamia.

SVMMARIVM.

1 *Constitutus in minoribus an possit eligi in abbatem.*

2 *Superior quibus uerbis ad electionem, uel postulationem, uti debeat.*

VM monasterium. Monachus unius monasterij, seu eremitarij potest in alio monasterio eligi in abbatem. Casus. fratres monasterij de Pellicia obseruantiam religionis, & ordinem abiecerunt: tandem quendam monachum eremitam uitæ laudabilis & boni testimonij in abbatem

in abbatem postulauerunt: episcopus assensit, & supplicauit papæ, ꝙ confirmaret tamquam canonicè factũ; quod papa confirmauit. ¶ No. ꝙ propter malos mores, & uiuere inordinatè non perditur ius eligendi, quanq̃ tenentes uitam dissolutam possunt de monasterio expelli secundum gl. q̃d tene menti. ¶ Opponitur, ꝙ eremita nõ possit eligi in abbatẽ, quia potest habere proprium, sed abbas non potest habere proprium. Sol. hic loquitur de eremita, qui sic uocabať à loco, sicut Camaldulenses: tamen erat monachus & professus: alias nõ posset eligi in abbatem, ut ĩ e. officij, & c. ad nostrã, licet nõ esset eiusdem ordinis & eiusdẽ habitus: hodie uerò licet possit postulari, non põt eligi, ut ĩ. e c. 1. in cle. & de intellectu illius capituli uide, quod no. Arch. xvj. q. j. qui uere, & ĩ de exces. plat. c. uno, li. 6. in uerbo,
1 eremitæ causa. ¶ † Quæro, utrũ cõstitutus in minorib. possit eligi in abbatem? gl. dicit ꝙ non, sed dẽt postulari. Arch. no. contrariũ ĩ. eo. cum ex eo, lib. 6. prima uerior secundũ Io. And. ¶ † Quæro, quibus uerbis sit utẽ
2 dum per superiorem in postulatione, & quibus in electione? respondeo in electione dẽt dicere, cõfirmamus: in postulatione debet dicere, admittimus, secundũ gl. facit. ff. de ritu nupt. l. Qui in pronuncia. Din. in uerbo, confirmamus.

SVMMARIVM.

1 *Electio uacantis ecclesiæ pertinet ad conuentum.*
2 *Occultè fieri dicitur quod uni, uel duobus dumtaxat manifestatur.*
3 *Consuetudo præscribi non potest contra libertatem ecclesiæ.*
4 *Contra libertatem ecclesiæ fieri quid dicatur? & num. 14.*
5 *Liberum non dicitur quod ex alieno nutu pendet.*
6 *Princeps secularis statuens, quòd prælati non eligantur sine eius consensu, uel nisi compatriotæ sint, ualde errat.*
7 *Vis compulsiua licet non interueniat, si tamen interuenit dolus, dicitur fieri contra libertatem ecclesiæ.*
8 *Iurisdictio, quòd sit ordinaria, quomodo cognoscatur.*
9 *Semel fieri non sufficit, nisi fiat idoneè.*
10 *Electio secunda, non reprobata prima, quæ fuit facta contra ius constitutionis, est ualida. Idem si prior facta fuit metu tiranni, uel consuetudinis. num. 12.*
11 *Verba illa, qui pro tempore fuerit, quid importent?*
13 *Metus inoluntatem, error ignorantiam detegit.*
15 *Sensum negare, & adminicula quærere, est infirmitas intellectus.*

VM TERRA. ¶ Non ualet consuetudo, per quam collegium uacãtis ecclesiæ ad uoluntatem patriarchæ, uel regis tenetur sibi prælatum eligere. Laici ex consuetudine non possunt præscribere ius eligẽdi, hoc est uerum, si sunt laici professione & habitu: secus in conuersis, & oblatis. Sed quis eligat priorem hospitalis, no. ĩ. e. c. super eo, q̃d, in ult. gl. ¶ Casus. erat cõsuetudo Hierosolymis, ꝙ ecclesia collegiata uacante conuentus, ad quẽ electio ptinet de iure, nominaret secretè patriarchę, uel regi duas personas, & ꝙ patriarcha, uel rex haberet facultatẽ alteram ex ipsis assumendi in þlatum, & etiam utrumque cassandi. papa consuetudinẽ reprobat: quia est contra ecclesiasticam libertatẽ, & mãdat electoribus, ꝙ cõueniant in unũ locum, & inuocata spiritus sancti gratia, ꝙ personã nominent, i. eligant itã, ꝙ in materia. i. in persona, uel in modo. i. in forma non sit peccatũ; quod facere ualeant, donec ecclesiæ uacanti sit de cõgrua persona prouisum. i. sit facta legitima & solemnis electio, ex post facto non prohibetur hoc insinuare regi, uel patriarchæ, & reqrere eius assensum: hoc tamen prætermisso non uitiatur electio. ¶ No. quędam præponuntur, & significant uel procemiũ, uel causam: quædam postponuntur, & ista non regunt uerbum principale, sed ab ipso reguntur, & uerbum principale est capitulum, non rex. ¶ In tex. ibi, Cum terra. i. sancta
1 Hierusalẽ. ¶ Ibi, Conuentus, no. ꝙ † ad cõuentum uacãtis ecclesiæ pertinet electio. Ibi, Latenter in auribus pa
2 triarchæ, uel principis, † & no. q̃d uni soli, uel duobus manifestať, dicitur fieri latenter, & occultè. ¶ Ibi, Plenariam. i. ad libitũ uolũtatis. ff. de le. 3. l. fideicommissa. § q̃q̃. ¶ Ibi, Libertatis: qa pœna infligitur eligendi libertas. i. effectus libertatis. No. ꝙ illud, quod est cõtra formã ecclesiæ, dr̃ esse contra libertatem ecclesię. Ibi, Prauitatem, id est quatenus est praua. Ibi, Abolendã, id est non est necessaria abolitio iudicis. ¶ Et no. quando electio est facta cõtra libertatẽ ecclesiæ, ea non cassata potest fieri alia. † Item no. consuetudinẽ contra li
3 bertatem ecclesiæ præscribi non posse, & statuta cõtra libertatem ecclesiæ præscriptione temporis nõ firmari. † Item not. ꝙ contra libertatem ecclesiæ dicitur id,
4 quod est contra libertatem electionis, & eius uirtutẽ. Item contra libertatem dicitur cõsuetudo unius terræ, licet non lædat uniuersalem statum ecclesię, sed in uno loco tantum. Item contra libertatẽ ecclesiæ dicitẽ pluribus modis, ut plenè dixi in auẽ. cassa & irrita, de
5 sac. san. eccl. ¶ † No. hic, ꝙ libertas requirit efficaciam, nec dicitur liberũ, quod ex nutu alterius dependet. Itẽ no. ꝙ dr̃ contra libertatẽ ecclesiæ id, quod est cõtra ius commune, ut contra ius collegiatorum ecclesiasticorum.
6 † ergo principes, & tiranni, qui statuunt, ꝙ fine eorum consensu electiones prælatorum non fiant, errãt nimis. Quid si statuunt, quòd nõ possint fieri de extraneis, sed solum, de cõpatriotis, & in patria inueniuntur multi probi, & probissimi? Respond. hoc est honestum:
7 tamen uulnerat libertatem. quia nimis arctat eã. † Itẽ no. ex isto capitulo duas propositiones, uidelicet licet non interueniat uis compulsiua, si tñ interuenit dolus, dicitur fieri contra libertatem ecclesiæ, arg. ad hoc. ff. quarum rerũ actio non datur l. 1. §. quæ onerandæ, & in c. sciant cuncti, de elect. li. 6. unde, qui facit uiolentiam consanguineis eligentiũ, ur̃ facere ipsis eligentibus: quia unusquisque timet de carne propria. & custodit sanguinem propinquorũ, ut legitur & not. ff. de in ius uoc. l. 2. ff. quod metus causa l. isti quidẽ, ff. de iusti. & iur. l. ut uim. ff. de cond. & dem. l. hæres meus. §. quod
8 in fraudem. C. si quacunq; præditus potestate. l. j. † Itẽ no. ꝙ perperam factũ potest reformari, si quis hẽt ordinariam. i. iure proprio potestatem. cognoscitur aũt, ꝙ sit ordinaria: quia transit ad successorẽ, & est in rem scripta & perpetua. ¶ Ibi, in unũ locum, itã, ꝙ nõ unus in uno loco, alter in alio. ¶ Ibi, Spiritus sancti gratia: quia ablatiuus iste, scilicet inuocata, importat cõditionem, ut ff. de euic. l. cui ictis, & ff. de cond. & dem. l. à testatore, uidetur ꝙ hæc inuocatio sit de forma substantiali, quod nõ credo de esse esse, sed de bene esse, qa cõ
9 sistit in sola reuerẽtia, & non instruit aliquid. † Ibi, Donec, no. quòd non sufficit semel. fieri, nisi idoneè fiat. ff. ad Tertullianum l. 2. §. si mater. ff. qui satisda. cog. l. quoties. ff. de fideiussorib. l. qui satisdare. ff. de iureiur. l. qui per salutem. Ibi, Nolumus, no. ꝙ contra libertatem ecclesiæ rex, uel Patriarcha nil possunt statuere.
10 ¶ † Vltimò no. ꝙ ualet secunda electio, non reprobata prima:

prima:quia fuit facta ɔ̃ ius constitutionis.facit regula, non præstat impedimentum, li.6. ¶Contra istud ultimum notabile glo. opponit, quòd primum sit falsum in defectu materiæ,ut.s̃.eo.consideramus. Nam nõ ualet electio,prima non cassata,dic ut in gl.solu. qa eligentes scienter indignum perdunt uocem:sed dic, ꝙ hic ignoranter elegerunt indignum.¶Tertiò oppo.ꝙ propter uitium formæ perdunt uocem, ergo iterato non possunt eligere, ut.j̃.eo.quia propter. Sol. ibi de iure nouo,hic de antiquo. Nam tempore istius decre-
11 talis non erat illa pœna introducta.¶†Item no. hic illa uerba,qui pro tempore fuerit,de quò habetur alibi in pluribus locis.sensus horum uerborum, qui pro tempore fuerit.i.tunc temporis.quæ dictio,tunc, complectitur totum actum à principio usque in finem: qa comprehendit tempus necessarium,ut. C. de testamẽ. l.j.Aliquando no.extremitatem temporis. ff.de cond.
12 & demon.l.3.¶†Item scias, ꝙ si electio prælati est facta per metum hominis, uel consuetudinis, uel metu indignationis principis, potest etiam fieri prima non cassata:quia illa facta fuit contra libertatem ecclesiæ,
13 ut hic patet.¶†Porrò metus detegit uoluntatem, error-ignorantiam discooperit, & nihil sub cælo est ità contrarium uoluntati,sicut metus,ut no.ff.de iurisdictio.om.iudi.l.si per errorem,quem uox tonitrui, id est feruor in clamore populi incutere consueuit,ut.s̃.e.c.Osius. Nam uiscera commota sunt,& mẽs consternata clamoribus,& quod natura timet,ratio naturalis timere uꝛ:quia anima angustias corporis sentit, & intus pũgit,quod exterius premit.¶Adde,ꝙ ubi sensus, ibi passio.& si bonus est sensus,bona est passio; & si malus,mala:tñ omnis homo cõsideratur dupliciter, uno modo ẽm carnem.i.sensualitatem; alio modo ẽm spiritum.Qui autem ẽm carnem & sensualitatem, uocatur homo exterior.Qui autem ẽm spiritum, interior; & interdum spiritus gaudet de eo,quod caro ingemi-
14 scit & prolat.†in materia ecclesiasticæ libertatis quicquid affligit sensum, uel adducit illicitum terrorem, dicitur esse contra libertatem; & tñ quod fit contra conscientiam.i.contra hoĩem interiorẽ, sine metu sensualis passionis,non dicitur fieri contra libertatem ecclesiæ,sed contra libertatem conscientiæ. ¶Item no. ꝙ ubi ploratus & ululatus,ibi passio penetrat cor, & eo modo probatur metus per uiam signi, licet forte testes nesciant probare metum per uiam causæ, ut qa audiuerunt ululatum;sed non uiderunt cruciatũ.¶Et adde,quod no.Bar.ff.de no.ope.nun.l.pupillo. §. si qs ipsi.Item per locum à communiter accidẽtibus. C.de
15 probatio.l.neq; tales.†Item negare sensum,& quærere adminicula est infirmitas intellectus.ff.de uerb.obli.l.continuus.§.cum ità.ff.de his,qui sunt sui,uel alieiuris.l.filium.

SVMMARIVM.

1 *Electus confirmatus,etiam non consecratus, quæ sunt iurisdictionis potest; quæ ordinis,& dignitatis episcopalis, nequaquàm.*
2 *Ad episcopalem iurisdictionem quæ pertineant?*
3 *Regulariter iurisdictionis sunt, quæcunq; consecrationis ministerium non exigunt.*
4 *Episcopalis ordinis,uel dignitatis quæ sint?*
5 *Sacerdotibus an liceat mercaturam exercere.*
6 *Habitum postponens an habeat priuilegium clericale.*
7 *Priuilegij clericalis amißio quid importet.*

1 TRANSMISSAM. Electus† confirmatus, ẽt nõ cõsecratus, pt oĩa, q̃ sunt iurisdictionis;sed nõ ea q̃ sunt ordinis,& dignitatis epalis.& sic hẽt iurisdictionẽ,ità & banna,& oĩa,q̃ iurisdictioni accedũt,ut no.j̃.e.qa sæpe,super uerbo,reseruari,li.6.Sed hoc uerũ,nisi fructus iurisdictionis,uel uacationis sint alij reseruati.j̃.e. statutũ,in cle.qa noĩe prouentuũ ista oĩa continent.ff.qđ ui aut clã.l.is,q in puteũ.§.si postea.tex.no.nec est necessaria alia inuestitura,uel amãtatio qa inuestitura aliqñ fit p mãtellũ,ut no.insti.de uer.ob post prin.in gl. naui,uel p baculũ.Per.A.uel.R.uel p ziferas non pt fieri electio:qa naturaliter non significãt hoc,ut no.inst de uer.obl.post prin.in gl.habilibus,quã no. ¶Casus. eps erat electus & cõfirmatus,tñ nõ erat cõsecratus: uolebat punire excessus suorũ clericorũ,qui faciebãt mercimonia laicorũ.Itẽ eorũ,qui postposito habitu clericali uestes induũt laicales. dicebatur p istos clericos, ꝙ anteq̃ esset cõsecratus,excessus eorũ nõ poterat corrigere:papa dicit posse:sed nõ ea, q̃ ministeriũ desiderãt consecrationis.hæc exceptio, tu non es confirmatus,est ꝑiudicialis, puta si tanq̃ ꝑlatus agebat.Ideo.n. dr̃ ꝑiudicialis,qa facit interim actorẽ silere, & nõ procedi super cã prius,q̃ exceptio terminetur, nec super alia.secus,si exceptio nõ esset ꝑiudicialis.C. de excep. siquidẽ.Et ad intelligẽtiã horũ uerborũ facit, qđ no. inst.de actio.§ ꝑiudicialis,in gl.ordi.ordo ꝑiudicialis dr̃: quia oĩbus litibus mouendis interim præiudicat.
2 †Primò q̃ro extra de his, q̃ pertinẽt ad iurisdictionẽ? gl.dicit, sicut iudicare,excõicare, subaudi absoluere, corrigere,subaudi excessus,uel malos mores.dicit lex ꝙ malus mos est nubere.j̃.annũ luctus.C.de secũ.nup. l.j.tñ de hoc non intelligitur hic:qa de iure canonico nõ punitur pœna poli, nec pœna fori pp licentiã apostoli;misertus est apostolus naturæ humanæ. Itẽ mr̃a recipere à uasallis ecclesiæ.Itẽ inuestitire.dicit Compo.hic,ꝙ per inuestiturã acqritur ius; qđ uerũ est in iuribus rerũ incorporaliũ:sed in rebus corporalib.requiritur inuestitura corporalis.dic ut.s̃. de consuetu. c.2.Itẽ cõfirmare.s.electos,postulatos, uel ꝑsentatos. uel ẽt feuda,ut in c.j.qui successores teneãtur,colla.x. Itẽ bñficia conferre,subaudi ecclesiastica,uel temporalia,puta feuda;qa feudũ appellatur beneficiũ. & sicut pt inuestire, ità ẽ ɔ̃rio pt disuestire rationabili cã subsistente.Itẽ dicit gl.ꝙ similia, quæ consistunt in iu-
3 risdictione.hoc enim scias per regulã † ꝙ omnia,quæ non requirunt ministeriũ consecrationis, dñr pertinere ad iurisdictionem.¶†Modò uideamus ea,quæ sunt
4 ordinis epalis,siue dignitatis epalis,dicit gl. est ordinare clericos.uide qđ no.Arch. 18.q.2. si qs abest, & Hos.j̃.de of.archi.c.ultimo.bñdicere uirgines, ecclesias,uel altaria consecrare,qa quò ad ista ante consecrationem dr̃ ecclesia quodammodo uidua; uel ei si-
5 milis,quia non est plenè nupta.¶†Scd̃m Ber. q̃ro an liceat sacerdotibus mercãtias facere?certũ est ꝙ turpes mercantias,& negociationes nulli licet facere sunt. n. quædã mercantiæ turpes,ut facere cãbiũ siccũ,& similia:sunt & aliæ honestæ & mundo necessariæ, tñ sacerdotib. non est permissum, qa debent uacare diuinis officijs.& iõ sacerdotes non debent ascribi in libro mercatorum & descripti non haberent beneficiũ matriculæ:quia qui actu non deseruit, nomen habere non debet.C.de sa.san.ec.l.qui sub prætextu:& tñ si fecit, nõ denegatur ei actio.ff.de episco.& cle.l.2.ar. ff. de per. hær.l.si possessor,ei,nec ɔ̃ eum.l.in eum. ff. de institoria.

6 ria. ¶ † Quæro, an ille, qui postponit habitum, habeat priuilegium clericale? Respondeo sic, nisi sit præmonitus.

7 ¶ † Quæro, quid est dictum priuilegium clericale perdere? respondeo .i. non debet ab ecclesia defendi, cuius maiestatem nititur impugnare secundũ Berac si diceret est extra protectionem ecclesiæ. C. de naturalibus liberis. l. j.

SVMMARIVM.

1 *Pacis causa potest quis cogi renunciare beneficio. Subsistitq; renunciatio licet non seruetur compositio.*

2 *Pacti inobseruantia an, & quando tribuat causam recedendi ab eo, quod finitum extitit?*

3 *Contractus innominati quomodo dignoscantur, & ex quibus uestiantur?*

4 *Abbatiæ qui renunciat, renunciat liti, & causæ.*

5 *Appellatio per eum, cuius non interest, interposita quando ualeat?*

6 *Appellatio in causa sanguinis per consanguineum interposita ualet, etiam non sequuta ratificatione.*

7 *Statuto quòd homicida decapitetur, nisi habeat pacem intra mensem: amicus homicidæ recipit pacem pro eo, quam ipse ratificauit elapso mense, an talis pax ualeat?*

8 *Metus habet in se consensum, & dissensum simul.*

9 *Electionem qui acceptauit, potest iuri suo renunciare in iudicio.*

10 *Renunciatio per donatorem facta beneficio legis ultimæ C. de reuo. dona. promittendo non reuocare prætextu alicuius ingratitudinis prætensæ, uel ueræ, an ualeat?*

11 *Iudicium nouum an deroget ueteri.*

12 *Innominati contractus qui uestimentum exigant: qui non?*

13 *Liberalitas ex certa scientia procedens quando donationẽ, quando promissionem sine causa importet?*

14 *Ex nudo pacto, interdum actio de dolo oritur, interdum condictio ex canone.*

15 *Agens ad pretium rei uenditæ ex instrumento, continente confessionem rei traditæ, an repellatur ex eo, quòd postea solenniter promiserit eandem rem tradere, emptoris confessione non obstante?*

16 *Prioratus monachorum an sint eis confirmandi?*

17 *Irritari non potest id, quod irritandum nec uè sit, non apparet.*

18 *Ciuitas si est supposita interdicto, an ciues patroni possint præsentare.*

CVM INTER. j. Qui renunciauit abbatiæ, licet non sit consecutus beneficiũ occasione abbatiæ sibi pollicitum, ad abbatiam redire non pôt, nec appellare, ne ad ipsam abbatiam alius eligatur: si tñ electio alia fiat à suspensis, pôt se tanq̃ quilibet de ca. opponere, & est ueritas inquirenda. ¶ Casus. R. senior fuit electus abbas: quidã monachi, & R. iunior se opposuerunt. Papa cõpulit dictũ R. seniorem renunciare abbatiæ .i. iuri sibi quæsito per electionẽ: sed uolens eũ recompensare contulit ei quoddã aliud beneficiũ eiusdem monasterij: sed illi monachi, qui erant eius æmuli, impediuerunt, ne hrẽt possessionẽ: & dũ uellent facere aliã electionẽ R. senior appellauit: tñ ipsi elegerunt R. iuniorem. Papa dicit talẽ appellationẽ non ualere, quia nõ intererat appellantis ex eo, quia renunciauerat iuri suo: sed quia obiiciebaẽ R. iuniori, q̃ eligentes eũ erãt suspensi, & habebat præsumptionẽ & indiciũ pro & ꝯ, commisit cãm iudicibus, quibus mandauit, q̃ si de suspensione non appareret, q̃ de persona idonea prouideret, id est de dicto R. iuniore, si appareret idoneus.

1 ¶ † No. ꝓ bono pacis quẽ cõpelli ad renunciandũ. Itẽ no. q̃ licet non seruet̃ cõpositio, tñ firma manet renũciatio. & rõ est, quia ꝯtus innominatus hinc & inde non hẽt locũ in spiritualibus, uñ renuntiatio est p se & simpl'r, & prouisio est per se, sicut si in uno instrũo ꝓmicterẽ tibi dare fundũ, in alio instrũo tu promicteres ẽt incontinenti mihi dare domũ. ex hoc .n. non resultaret ꝯtus, do ut des. & iõ si donatio est hincinde facta in diuersis instrũis, quælibet donatio est simplex, &

2 ir reuocabilis; qđ est no. dignũ. † Vel dic cũ quærit̃, an ꝑ non obseruantiã pacti possit recedi ab eo, qđ finitũ est, aut non pôt reponi in pristinũ statũ; & non receditur, ut hic, & C. de transa. l. cũ mora aut pôt reponi; & tunc aut cã dat esse & conseruationẽ in esse; & tunc pôt recedi: aut nõ dat esse, sed est quidã respectus à re

3 motis; & tunc non pôt recedi, ut hic. ¶ † Vbicũq; apponitur dictio, ut, quæ ex natura sui hoc sonat, resultat ꝯtus innominatus. uerbi gra, do ut des, facio ut facias, & duo alij, qui ex præposteratione cognoscuntur, ut facio ut des, & do ut facias, & oẽs sunt primæ, uel secũdæ personæ. Si aũt tertia supponit̃ persona; ut do ut faciat, non est propriẽ ꝯtus innominatus: quia tertia ꝑsona non obligatur. & uestiunt̃ isti ꝯtus uestiméto extra rẽ, sicut hõ, qui calefit ab igne, calefit calore extraneo, & non calore innato. & ista est natura ꝯtuum, frigidorũ, siue innominatorũ: quia sũt gl. iuris ciuilis frigidæ naturæ sunt, & non uestiunt̃ nisi per uestimẽtum appositũ eis ad similitudinem hois nudi, ut not. ff. de pac. l. iurisgen. § quinimò, & ad similitudinẽ hois, q nascit̃ nudus. Itẽ hois, qui frigore ꝯhit neruos, & ꝑ frigiditatẽ non est aptus ad aliqd agẽdũ. riget. n. corpus ꝑ frigiditatẽ, & extendit̃ uirtus eius ꝑ caliditatem, & philosophi legũ imitati sunt philosophos naturæ. ff. de ꝯhẽ. emp. l. Labeo scribit, si mihi. Si ꝯtus est nudus; non pôt dici q̃ istud sit pactũ nudũ, cũ ex eo oriat̃ obligatio naturalis: tñ si sit traditio; multũ operat̃, de dos inter ui. & uxo. l. Papi. cũ nihil sit, confirmari non pôt; & nũc intelligis rõnẽ illius legis. & idẽ in donatione, quã facit pr̃ filio existenti in eius ptãte, de donat. ante nup. l. j. C. per Cy. ff. de dona. l. 2. per Bar. ¶ Not. q̃ ꝑ conflictũ præsumptionũ ꝯriarũ natura aliquid operat̃. idẽ dico, si una fama est ꝯria alteri: quia neutra hẽt ꝑdñiũ in pari cã.

4 ¶ † No. q̃ qui renunciat abbatiæ, renunciat liti, & causæ, & iõ si appellat, ne noua electio fiat, eius appellatio ipso iure non tenet: quia iã renũciauit

5 proprio interesse: qđ est notabile. ¶ † Ex hoc sumit̃ regula, q̃ ille, cuius non interest, non appellat; qđ intelligitur .i. si ex eo capite appellat, ex quò capite non interest, licet intersit ex alio capite: q̃a caput non intẽtatũ non iuuat appellantẽ. Itẽ uerũ est, q̃n appellat proprio noĩe; sed alieno noĩe appellare pôt ẽt is, cuius nõ interest, ẽt sine mandato, dummodò ratificetur infra tps appellandi, ut. l. j. in prin. ff. de appel. reci. saluo, q̃

6 in cã sanguinis non requiritur ratificatio: quia † cognatio naturalis uult, q̃ quis possit defendere sanguinem alterius etiam inuito eo, ut. ff. de ap. l. non tamen. arg. l. 2. & 3. ff. de libe. cã. uñ puto falsam cõem opi. in casu,

7 qui sequit̃. ¶ Dicit statutũ, q̃ homicida decapitetur, nisi hẽat pacẽ ĩ. mensem: mõ quidã amicus recipit pacẽ pro ipso, quã ratificauit elapso mense: dñr. n. q̃ non ualet pax. ego dico ualere: quia licet amico sanguinem amici redimere, nisi forte dicatur aliud in appellatione, aliud in pacto. Sed ego respondeo, quòd liberatio

ratio quæritur absenti & ignoranti, ut. ff. de iureiu. l. Labeo. Itē uides, q tenet cessio facta per metū, & hoc ideo, quia intererat ecclesiæ pp uitandum scandalum secundum Vin. Item quia ex postfacto accessit libertas ad actum, q ratificauit factum, ut no. ff. de condi. ob tur
8 pē cām. l. si ob turpē. C. quod me. cau. l. 2. ¶† Et not. ut dicit gl. q metus habet in se consensum & dissensum simul, & fit permixtio ɔtrariorum in eodem subiecto, & resultat quoddam mixtum in anima. nam libertas animæ dissentit: sed sensualitas consentit, ne maius de
9 trimentū patiatur. ¶† Item no. q qui acceptauerit electionem, pōt iuri suo renunciare in iudicio. & tunc ipso facto est aperta uia nouę electioni sine aliqua iudi
10 cis interlocutione facit. C. de pac. postquā liti. ¶† Extra quæro, donator renūciauit beneficio legis ultimę. C. de reuocādis donationib. pmittēdo non reuocare ptextu alicuius ingratitudinis pūtīsæ, uel ueræ, pteritæ uel futurę, nec occasione finalis cāæ, nunqd teneat hōdi renunciatio? dicit Spe. q aut cāæ non fuerunt expssæ, & non tenet. ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. quæsitū, ff. si quis in ius uoc. nō ierit. l. j. Idē, si specificatæ sunt, sñ dant cām delinquendi per dolum, vt ipse no. in spe. de do. culpa autem bene posset remitti. Item renunciari finali causæ, ac. illius. c. resoluta tota cōuentione resoluitur obligatio ipso iure, ut no. in l. 1. ff. de dona. in
11 magna glo. & ibi per Bart. ¶† Extra quæro, nunquid nouum iudicium deroget ueteri? & uī q sic. C. ne de statu defun. l. si maritus. In contrarium uidetur, qa fidei qualitas inspicitur, & non tēpus, vt hic. multo fortius hoc dico in fama: quia fama nouissima posset esse procurata, seu subornata, ut. ff. de adulte. l. miles §. de-
12 functo. ¶† Denuo uides, q gl. loquitur hic de contractibus innominatis. sunt autem quatuor contractus innominati duplices, s. qui non uestiuntur nisi uestimēto implementi, ut. C. de rerum permu. l. ex placito. ff. de præscrip. uer. l. naturalis. simplex aūt contractus innominatus est nudum pactum, qđ non desiderat implementum, de quo no. ff. de actio. & obli. l. j. in magna gl. Verbi gratia, promitto tibi non interueniente stipulatione. x. hac adiecta rōne: quia sic uolo, & sic mihi placet. cām enim accipimus, quemadmodum promissor acciperet, etiam si in principio substātia perfunctoria fit, & ideò quælibet conditio pro causa hr. ff. de uerb. ob. l. à Titio, Caue tibi, illa lex loquitur in stipulatione, in qua conditio non habet necesse uestire pactum, qđ ex propria substantialitate & solēnitate uestit, sed in pacto nudo non est ita: quia oportet, q conditio sit uestire ualens, & causare obligationem, ut. ff. de pact. l. si intra. ff. de nautico fœnore. l. periculi, no. ff. de iure
13 iu. l. si quis cum debitore. † Porrò liberalitas ex certa scia donatio est, si promissor est donare ualens: aliàs non est donatio, sed promissio sine cā, ff. de don. l. Ari
14 sto. ff. de exce doli. l. 2. §. circa. ¶† Ex pacto nudo orit condictio ex canone, & interdum actio de dolo. l. eleganter. §. seruus pactionis, sicut est, qñ dolus non pōt purgari per uigorem cōtractus, punitur p uiā delicti: quia dolus non debet remanere impunitus, vt l. j. ff. de crimine stellionatus. uerum est, si aliud non impediat. Impedit autem eum, si fefellit fidem. ff. loca. l. quæro. §. inter locatorem. nam si non implenti denegatur exceptio, fortius denegatur actio, ut no. C. de transac. l.
15 nec intentio, & gl. ibi dat istam regulam. ¶† Pone, emi à te rem, & facta fuerunt duo instrumenta. in primo fui cōfessus rem mihi traditam: in secundo promisisti mihi tradere, non obstante prima confessione: petis pretium, obijcio exceptionem rei nō traditæ: tu d cis, q ex isto secundo instrō non oritur exceptio rei non traditæ, qa traditum dicitur, quemadmodum creditor uoluerit. E' contra dicitur, quòd confessio rei traditæ fuit confessio simulata: quia contrarium eius probatur per aliud instrumentum. C. de non nume. pecu. l. in contractibus. Certè hic non est simulatio, sed uidetur confessio spe futuræ promissionis. sed ista exceptio non potest opponi in isto genere contractus, sed agam ex secundo contractu ad traditionem, & non proponā exceptionē: quia exceptioni rei non traditæ fuit renunciatum saltem tacitè. Item quia primum instrumentū non perdit uires suas, & potest utrunq; instrumentū saluari, & non sine cā de consuetudine fiūt duo instrumenta. sed in uno & eodem instrumento nō esset dubium, q obstaret exceptio rei non tradite, quę debet corporaliter tradi. ff. de act. emp. l. Iul. §. offerri, & l. qui pendēte, & ff. de iureiu. l. si duo patroni. § Marcellus, & qđ substantialiter no. ff. de pact. l. ab emptione. ¶ In gl. quia ius, no. q propter dubium iuris deuenitur ad compositionem. Itē quādo sine magnis sumptibus non potest liti finis imponi & facit pro arbitra
16 mentis. ¶† In gl. licet enim, no. q prioratus monachorum non sunt eis confirmandi: si tamen fuerint canonicè electi, non sunt sine cā remouendi. ¶ In glo. Sed nonne, ista gl. tenet, q in spiritualibus non habet locum condictio ob cām: quia non cadit in eis contractus innominatus. ¶ In gl. hic concurrunt. Ista glo. tenet, q si duæ sunt præsumptiones hinc inde pares, & neutri fauet ius cōe, se sunt inuicem perimunt, sed si alia præponderat, illa extinguit aliam. In gl. sed quia, ista gl. tenet q psumpsitio, quæ tēdit ad absolutionē, pualet. In tex. ibi, Postulantem, no. q monachus proprio arbitrio potest pro sua postulatione agere. Item liti renunciare Ibi quia tamen, no. præsumi pro confirmatis
17 ab episcopo. Ibi, Non potuimus, no. † q non potest irritari id, q non apparet irritandum, vel non irritandum, & in dubio post, quàm est cōclusum in causa, uel non restat aliqua dilatio data, uel danda, præsumitur ualidū omne, qđ est ritè factū, & maximè confirmationes prælatorum. Ibi, Relaxata per hoc non cōualescit electio facta à suspensis: quia fuit facta cōtra ius: tamē ex quo sublatum est obstaculum, potest de nouo fieri.
18 Ibi, A' suspensis, hoc. s. uocauit interdictos. ¶† Sed hic quæritur, si ciuitas est supposita interdicto, utrum patroni possint præsentare? dic q sic, si ciuitas tantū: secus, si ciuitas, & ciues sunt interdicti, vt. j. de senten. ex com c. si sentētia, li. 6. Alij dicunt, q interdicti possunt præsentare, non eligere: quia minus est interdictum, quàm excommunicatio maior. nam æquiparatur minori excōicationi interdictio à diuinis, ut no. j. de ele. ex. mini. 3. 4. & ulti. ca. in 3. glo. Ibi, Consultatur, supple per electionem, ut patet in antiqua secundum Hostien. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Electus administrans ante confirmationem ipso iure priuatur omni electionis iure. Nisi forte fecerit ex necessitate. nume. 3.*
2 *Hæres nihil potest administrare, nisi iussu superioris.*
4 *Administrare non ualens, an possit alterum dotere modum administrandi?*
5 *Consulere, & mandare an sit administrare?*

1 QVALITER. † Si electus administrat ante confirmationẽ, uel non habet sciam, reprobatur. Ibi, Iuraméta, no. ꝙ recipere iuraméta à uasallis, & clericis consistit in administratione ecclesiastici patrimonij: ꝑmictere se tñ installari non nocet propter generalem consuetudinẽ & dic ꝙ hodie, si administrat añ cõfirmationẽ, ipso iure ꝑdit oẽ ius ex electiõe q̃situ, ut. j. e. c. auaritiæ, li. 6. dic ut ibi. ¶ In tex. ibi, Ex ea, uel ob cã. Ideò fit ista inculcatio uerborũ, ut cõphendat ea, q̃ fecit alijs, & alij fecerũt sibi, ẽt si tendant in merũ fauorẽ ecclesiæ, qđ est
2 no. dignum. † No. similitudinẽ de hrẽde deliberante, q nihil administrare põt, nisi iussu superioris, ut. ff. de iure deli. l. ait ptor, & gl. hic positã recita. ¶ Et no. rõnẽ, quia qui administrat ante confirmationem, meretur infirmationem, primò quia immittit falcem in messem cõfirmationis, scđò, q̃a facit sibi nomẽ, qđ nõ habet, q̃a administrat nomine ꝑlati ille, q non habet ius, nec nomen ꝑlati. Tertiò, quia ꝑsumitur ꝙ auaritiæ cã; Item ꝙ subtrahat, nec refert magnũ, uel modicũ administret q̃a modicũ ferméti totã massam corrũpit. simile in hærede, qui studiosè aliquid omictit in inuẽtario, & in
1 BONAE. † Qui sine licentia papæ administrationem recipiunt, episcopum postulantes, sunt iuris eligendi potestate priuati, & transit potestas ad alios etiã numero pauciores secundũ gl. & hoc placet Inn. Vel sic, qui per impressionem laicorum postulant aliquem ipso iure potestatem eligendi amittunt secundũ Inno. & hoc secundum Compost. Casus, eps Vormaciensis fuit postulatus in archiepm Maguntinum à canonicis, tunc præsentibus: absentes uerò, quia timebant impressionem, & ideò non redierant ad præsentes, elegerũt in archiepiscopũ præpositum sancti Petri Maguntini: appellatum fuit hincinde ad papã, papa mandauit episcopo pnestino Apostolicæ sedis legato in illis partibus, ut si constaret, ꝙ dictus postulatus ad ecclesiam Maguntinam se transtulisset, uel ministrasset, eius postulationem decerneret irritam, & tandẽ si constaret, ꝙ dicti absentes per metum nõ potuissent cõparere, confirmarent electionẽ dicti præpositi, non obstante appellatione contraria: quia cũ aduersarij nõ detulerint appellationi interpositæ per aduersarios, non est eorum appellationi deferendum, non obstante etiã, ꝙ dicti electores præpositi essent numero pauciores, & licet hæc essent notoria, tamen cardinalis ad cautelam examinauit testes, quãquam non citata parte, & cassauit postulationem, & cõfirmauit electionẽ. Contra ꝓcessum cardinalis obiiciebat, ꝙ parte non citata, & ꝙ ipsi succumbentes non potuerunt securè coram dicto cardinali comparere. Modò dicit papa, ꝙ pro processu præsumitur, & ꝙ hæc negatiua, ꝙ non fuerint citati, non potest per rerum naturam probari, & ꝙ si singuli canonici hæc deponerẽt, essent testes singulares; & ideò non probarent; finaliter propter indignitatem postulatorum confirmat sententiam cardinalis, quod dicit se posse: quia propter indignitatem saltem ad ip-
2 sum papam pertinet disponere de pastore. ¶ † Ex hac decretali multa notabilia colligũtur. primò, quod episcopus, qui sine licẽtia papæ transit ad aliam ecclesiã, perdit ambitam & propriam, licet hic papa noluerit
3 auferre proprium episcopatum. ¶ † Item canonici, qui sine licentia papæ ipsum recipiunt, priuati sunt potestate eligendi, & deuoluitur ad alios, licet sint pauci. Item qui non defert appellationi aduersarij, nec suæ debet deferri per aduersariũ. Itẽ quòd præsumitur ꝓ processu iudicis, licet contineat crimẽ alterius. Itẽ ꝙ testes singulares non ualent. Item quòd nuncius ad excusandum non ualet; quia sicut fuit missus nuncius, ita potuit mitti procura. cum pleno mandato ad causam. In tex. ibi; Petentibus, id est postulantibus; & facta fuit ista postulatio post appellationem interpositã à præposito, & suis, ut patet j. Ibi, Archiepiscopum, scilicet modernũ, quondam præpositum. Nam dictio, quõdam debet apponi rei præteritæ, ut no. in l. eius, q in prouincia. ff. si cert. pet. in princ. Ibi, Ipsius archiepiscopi. s. moder. Ibi, Ipse. s. præpositus, non archieps, & sui cõplices. Ibi, Metu. s. tangente factum electionis. & sic timebatur impressio circa uoces. Ibi, Interpositam. s. p illos, qui Varmaciensem postularunt. Ibi, Quoniam frustra. ff. so. ma. l. uiro ac uxore. ff. de mi. l. auxiliũ. Ibi, & præter licentiam nostram recipientes, & in hoc stat ratio finalis, quare fecerunt se inhabiles ad eligendũ, uel postulandum. Ibi, Notorio, qa quod multi populi uident, impossibile est esse occultũ. Ibi, Testes, etiã nõ citati testes hoc casu opitulantur, cũ aliàs testes debẽt esse citati, ut C. de epi. & cle. l. presbyteri, & ibi plenè dixi in lec. Ibi, & paucissimis. unde sufficeret, si non fuissent, nisi duo: sed unus non sufficeret, quia electionum regula duorum & non paucorũ numero est contenta, ut s. eo. c. 1. Ibi, Consecrauit, adiunctis sibi duobus episcopis 55 dist. porrò. Ibi, Fautoribus, q erãt de canonicis: alias non sunt citandi: quia ad eos non ꝑtinet. ff. de uen. inspi. l. 1. §. fi. Ibi, Examinatione. s. solẽni secundum Inn. j. de iurciur. c. ad nostram, el 3. sed ad cautelam cardinalis, ut omnis suspicio tolleretur, cardinalis recipit testes informatorios. Ibi; Præsumitur, uerum

uerum eſt, quatenus acta patiſitur: citatio tamen, quæ
non apparet, præſumitur non eſſe. ff. de contrahen. emp.
l. in lege. & l. Rutilia. Ibi, ꝙ omnia: tamen ſi in minimo
4 apparet contrarium, nihil præſumitur ritè actũ. † In
tex. ibi, præſumamus, dic ꝙ præſumptio hominis non
eſt probatio, nec releuat ab onere probandi, ſed eſt
quoddam adiutorium probationis, ſed pſumptio legis
non eſt probatio, ſed releuatio; ſed præſumptio iuris,
& de iure eſt ſimul probatio, & releuatio. Idem facit
confeſſio facta contra ſe, uel ſuum hæredem, niſi ſit fa
cta per modum cauſæ impulſiuę, quia tunc non probat
ff. de libe. lega. l. Aurelius. §. fi. Nam ibi non poteſt eſſe
cauſa finalis, quia non ualeret legatum, ut. ff. de le. j. l. ſi
creditori. Ecce quidam in teſtamento legauit mihi. x.
pro reſtitutione uſurarum, nunquid concurram cum
creditoribus eius? certe non, ſed cum legatariis con-
curram pro rata. d. l. Aurelius. §. fin. tex. notabilis, con-
5 cordat. ff. de do. l. ex hac ſcriptura. ¶ † In tex. ibi, nulla,
interdum tamē poteſt probari per hoc, quia dicit tex.
quòd non potuiſſet fieri citatio in capitulo, quin ſci-
uiſſem, cum præſtò fuerim. negatiua enim probatur ꝑ
cauſas affirmatiuas, uel cogentes ad negandum. ff. de
his, qui ſunt ſui uel alie. iur. l. filium. ff. de itine. actuq;
priua. l. j. ff. de acquirend. hæredit. l. Pantonius. ¶ Ibi aſ-
ſerere, etiam ut teſtis, quia non eſt negotiatorum, ſed
lis ſimul omnium. i. capituli. cap. ueniens. infrà de teſti.
quando cauſa eſt plurium ſimul, aut faciunt ſibi partes
per concurſum, uel utilitatem eiuſdem iudicij, & nul-
lus eorum poteſt teſtificari: aut non faciunt ſibi par-
tes, & tunc quilibet poteſt teſtificari: quia cauſa eſt pu
blica illius collegij, & non propria alicuius eorum.
6 ¶ † Ibi, ſinguli ſingulares, hic ponitur diffinitio, qui te-
ſtes ſint ſingulares. & per hoc, quòd dicitur ſinguli, no-
tatur proprij corporis ſubiectum: quia quilibet teſtis
eſt in proprio corpore ſingularis, & dum ſubdit, ſingu
lares, ſignificat depoſitionem & rem depoſitam. Nega
tiua, quæ ſubijcitur ſenſui, eſt probabilis. teſtis ſingu-
laris dicitur, qui deponit de eo, quod alius neſcit.
7 † Notorium, ex quo quilibet de populo poteſt eſſe te-
8 ſtis. † Exititij ciuitatum, qui propter odium rationa-
bile non poſſunt comparere, non ſunt citandi, nec ha-
bent uocem in concione, uel parlamento, loquor de
concionibus populi: ſed propterea non perdunt ius
eligendi prælatum: quia remanent canonici, & citandi
ſunt, ut compareant per procuratorem, ſi uolunt. ff. de
procu. l. j. §. uſus. nec ſufficit mittere nunciũ quia nun-
cium mittunt ad declarandam neceſſitatem compari-
tionis, non cauſa negocium explicandi. ff. de ne. ge. l. li-
berto. §. fin. tamen nuncius interdum accipitur largè,
& impropriè pro procuratore, quia non eſt uis in no-
mine, ſed in tenore mandati, ut no. in cap. petitio. infrà
de procura. & l. neque, de procura. per Cy. ¶ Ibi, lega-
tum, ubi eſt legatus de latere, ibi præſumimus ceſſare
9 metum. ¶ † Ibi, nuncium, ex hoc præſumuntur citati:
quia miſerunt nuncium, & iſta eſt bona præſumptio;
quia qui comparet, præſumitur uocatus, nec enim ex
facto comparuiſſet, ſed ex certa animi deliberatione,
quod eſt notandum. ¶ Ibi, pariter deliquiſſent, no. ꝙ
ubi utraque pars facit ſe indignam, ius deuoluitur ad
Papam. ¶ Ibi, ſine iuris iniuria, no. quòd non debet fie-
ri iniuria legibus. ff. de mino. l. ait prætor. §. permitti-
10 tur. ¶ † Ibi, Ratam habemus, not. per hæc uerba diffi-
nitiuam ferri. dico ergo, quòd duæ ſunt regulæ ad co
gnoſcendum, an negatiua poſſit probari abſque iuris
præſumptione: prima regula talis eſt. omnis negatiua,
quæ ſubijcitur ſenſui per ſe, uel per accidens, poteſt
11 probari per teſtes: † exemplum quando de per ſe eſt,
quando negatiua probatur per monſtrationem ſcri-
pturarum, ut ſi uolo probare, quòd tu non es ſcriptus
in tabula decurionum. nam uiſa tabula ueritas appa-
ret oculata fide, ut. C. de rebus creditis. l. fin. Viſus con
cipit negatiuam per determinatum obiectum: & uoca-
tur conceptio, non uiſio; & uidendo, quòd tabula eſt
raſa, uideo quòd in ea nihil eſt ſcriptum. ¶ Sed aliqui
nimis ſubtilizantes dicunt, quòd propoſitio de non en
te non poteſt directè probari: quia probare eſt rem ꝑ
cauſam teſtificari: ſed non ens non habet cauſam. ¶ Sed
dominus Cyn. dicit, quòd largo modo loquendo iſta
eſt directa probatio, quod intellige non per propoſi-
tionem, ſed per abnegationem. uerbi gratia, ſi uideo
poſſidentem agrum, & tu non es ille, ergo tu non poſ-
ſides, & hoc abnegatiuè ſequitur: quia ab actu poſſi-
dendi abnegaris. Nam cum ſis corpus, ſi corpore aliter
poſſideres, uiſui pateres: ut no. in l. j. §. j. ff. de iti. actuq;
priua. ¶ Porrò uideo hoc eſſe, & aliud ab hoc abeſſe,
& quia uiſus hoc comprehendit ſine ingenio intelle-
ctus ex naturali inſtinctu, qui eſt etiam apud bruta ani
malia. iſta probatio dicitur immediata, & clara, per ſe
patens naturaliter. i. mixta ratione ſenſus, & intelle-
ctus. Nam uerum eſt organum naturale hominis, &
quod iſtis duobus inſtrumentis animæ mixta conſide-
ratione concipitur, naturaliter ſciri neceſſe eſt, nec eſt
opus extrinſeco duce intellectum mouēte, cum per ſe
pateat, ut not. Cy. in l. ij. C. de errore aduocatorum, &
poteſt fieri per ſolitum curſum. i. practicam iudicio-
12 rum. ¶ † Exemplum de per accidēs eſt, quando ex eo,
quod uideo, reſultat id, quod non uideo. uerbi gra-
tia, uideo te nunc Romæ, ergo non es Carthagini: ta-
men Carthaginem nunquā uidi, nec eius littora noui.
& iſta uocatur probatio indirecta, quæ adhibita & ad
iuncta ſibi quadam diſputatione intellectuali tāquam
ſyllogiſticè comprobatur. nam mens ita arguit, nō po-
teſt quis eſſe ſimul in diſtantibus locis: ſed iſte erat Ro
mæ; ergo tunc non erat Carthagini, ut. ff. de uerb. ob.
l. fi. §. ſi inter eos. C. de contrahen. & cōmit. ſtipu. l. op-
timam. in fi. quia enim argumentum mentis neceſſariū
eſt, iſta probatio non dicitur mera probatio ſenſus, &
13 appellatur probatio indirecta. ¶ † Secunda regula eſt,
omnis negatiua, quę non ſubijcitur ſenſui, nec per ſe,
nec per accidens, nō poteſt probari per teſtes, nec per
aliquam ſcripturam mundi, niſi per ſcripturam con-
feſſionis. ff. de proba. l. ij. C. de non nume. pecu. l. gene-
raliter. ff. de leg. j. l. Titia. §. Caius. nam ibi per confeſ
ſionem teſtatoris bene probaretur negatiua, ſi uerba
eſſent conſonantia & adaptari poſſent, ut ibi no. & ra-
tio prædictorum eſt: quia omnis probatio teſtis requi-
rit ſenſum corporis, & inde naſcitur, unde ſenſus habe
tur, ut plenè dicam infrà de teſt. c. cum cauſam. unde
in teſte nihil aliud eſt ſcire niſi ꝑ ſenſum ſcire. Inſunt
autem homini quinque ſenſus, ut not. ff. de acquiren.
poſſeſ. l. quod meo, qui ſunt inſtrumenta animæ ratio-
14 nalis & uitalis. † Scias etiam, quòd negatiua conuer-
tibilis ad affirmatiuam, uel æquipollens affirmatiuæ,
poteſt plenè probari per teſtes diſcretos & intellecti-
uos, ut. C. de codicill. l. nec codicillos, & quod ibi not.
& uocatur iſta negatiua prægnans eo, quòd parit affir
15 matiuam. ¶ † Sed nunquid aliqua arte uerborum po-
teſt transformari negatiua in affirmatiuam, uel è con-
tra? dicunt quidam quòd ſic. nam ſecundum eos aliud
eſt dicere, non ſum maior: quia cum nihil aſſeram,
non

non astringo me ad probandum, licet natura negotij, seu litis possit astringere me.ff. de iureiu.l. nam & postea §.si minor.aliud ē dicere,sum minor,& tūc astringo me ad probandū,quia affirmo me minorē.ff.de mino.l.de ætate.¶ Alij non faciūt uim in prolatione uerborum,sed in sensu eorum:quia non curamus de cortice literarum,nec de modo significandi, sed de ipso significato.hoc tenet gl. in clemē. §.j̄.de rescri.¶ † Pratica a aduocatorum est, ꝙ ut admittant̄ ad probandum,ponant affirmatiuè. uerbi gratia,pono ꝙ res fuit absque eo,ꝙ tali loco & tp̄e percussérim sacerdotē,& super hoc potero inducere testes saltim ad probandum indicia innocentiæ.secus,si dicerem, pono ꝙ non percussi. quia ista proprie loquendo non est positio,nec est bene formata:ideo iudex non tenetur super ea examinare:quia ea,quæ non sunt ꝓbabilia,non sunt ponibilia. Nā finis positionis est,ut respondeatur,& finis responsionis est, ut releuetur ponens ab onere probandi.nec ēt dēt admitti tanq̄ capitulum,quia capitula fiunt ad probādū, sed ista negatiua non pōt probari, nisi esset coarctata loco & tp̄e.¶ Alij dicunt,ubicunque est dictio,absq; ..., ibi est negatiua,& loqueretur magis propriè,si diceret

a ¶ *No.practicam ad uocatorum. & uide de ista materia late scripta per doct. in l. in ista.ff. de uer.obl.*

17 abnegatiua. ¶ † Deinde tu uides, ꝙ in notorio nō requiritur citatio,& possunt recipi testes ad cautelā parte non citata;& hoc uerum in notorio populari, ut in transitu epi ad aliam ecclesiam,quia qđ oēs uidēt, id notorium esse necesse est. ¶ Porrò est aliud notorium iudiciale,seu sententiale,quod per diffinitiuam sententiam est declaratum,quia res iudicata hr̄ pro notoria ueritate,quod etiam,ex quo diffinitum est.non requirit ulteriorem citationem,ut not.j̄.de appel.c.ex rōne ¶Sed contra istud opponitur de clem.pasto. de re iud. ubi in notorio dr̄,quòd requiritur citatio,& ꝙ finis citationis est comparitio, & finis comparationis est defensio,quæ est de iure naturali,si fundatur super innocentia,nec tolli pōt ēt de plenitudine pt̄atis imperatoris, Resp.rex Robertus quicquid faciebat, faciebat ꝓ statu ecclesiæ,& ne hæreticus imperator inuaderet Romam,& Apuliam.Ideò rō & natura regem Robertum proterunt à barbara natione,nec de illa clausula, de plenitudine pt̄atis,tanq̄ falsa nihil operatur. ¶ Illa ēt uerba, Ex certa scia supplētes,si quis esset defectus, implicant ꝯdictionem,quia dictio,si quis esset, importat cōdōnem,& qui conditionalis est,ambiguus est,& ambiguè loquitur,ut ff.de actio.empti.l.j. in fi. Post hæc uides,q̄n negatiua non probatur per testes singulares

18 nimirum,quia nec affirmatiua, † Est autem negatiua duplex.s.negat na sensus,per quam subtrahitur sensus à re sensata,ut cum dico,non uidi,non audiui. Alia, per quam negatur aliquis actus, ut in superioribus pa

19 tet.¶ † Sed quomodo cognoscitur singularitas in testibus?respon.q̄n non concordant in unum rei finem, uel q̄n unus nescit,si alius dicat uerum,necne ita,ꝙ unus non potest alium redarguere. Nam ibi ꝯrietas nō uī.i.non pōt uideri,nec consonantia sentitur.i. non potest sentiri:quia ꝯriorum eadem est disciplina. Sed uī ꝙ testes semper sint singulares;quia per medium testificandi quilibet deponit de proprio sensu. Sed respō, ꝙ sicut per multas uias itur Romam,& finaliter est una conclusio;ita per multos oculos uidetur una ueritas & unum obiectum;puta idem homo,uel idem aer, & ista est conuenientia & coniunctio sensuum in idē,

Discrepantia autem est illa, quæ facit testes singulares.Vnde omne genus differentiæ notabilis quantitatis testes ad singularitatem reducit.& sicut dicimus de hære.qua.& diffe.ita dicere possumus de testium qualitate,& differētia, de quo alibi dicam latius.¶Formetur ista propositio,omnes isti interfuerunt.quilibet de se dicit,non interfui;nonne probata est falsitas dictæ propositionis?iste tex.dicit ꝙ non uerum dicit tāq̄ sufficienter & directò probantes.sed tanq̄ uehemente r adminiculantes inferunt dictam orationem esse falsam, ut.l.j.in fi ff.quemadmodū test.aperiantur,& j̄ de succe.ab intest.ca.cum dilectus.¶ Amplius no. ex constructu apparere,an testes sint singulares,uel non. Nam si non possunt construi cum uerbo pluralis numeri; puta cum uerbo deposuerunt propter discrepantiam, quia non terminantur ad idem,sunt singulares,ut in hoc exemplo Titius deponit de boue,Seius de asino,nō possumus dicere, Titius,& Seius deposuerunt: quia inter eos coniunctio nulla est,ut.C.de tempo.app.l. ꝑ hanc. Si uero deponant ambo de asino,possunt construi cum uerbo pluralis numeri,ut Titius, & Seius deposuerunt de asino:quia iste terminus,asinus, qui subijcitur probationi,est unus & idem terminus,unum & idem subiectum testificationis.¶ Sed quid dices,unus deponit de duobus solidis alter de.24.denarijs?resp. si non sint interrogati de qualitate uocis,probant. quia idem est sensus.Nam & si peterentur duo solidi,& sententia iudicis condemnaret in 24.denariis,ualeret sententia.ff. de aur.& argen.le.l.Titiæ.¶Idem in stipulatione.nā ad interrogationem factam per unum pōt responderi per reliquum.ff.de uer.obli.l.quæ extrinsecus. ¶Si autem fuissent interrogati de qualitate uocis.quia iudex interrogasset,quibus uerbis usi fuerunt,& unus dixit, quòd promissor dixit.24.denarios promitto,alius testis dicit ꝙ duos solidos promitto.Isti essent singulares: & diuersitas uocis facit singularitatem in teste articulatè deponente:quia literæ & uoces non sunt eodem modo compositæ. Item no.quòd testis aliquando dicitur solus,quia unus solus est productus in causa, & tamen recipiendus est:quia prodesse potest.ff.de iureiur.l.admonendi,quandoque dicitur singularis, ut quia sunt plures discrepantes. quandoque dicitur nullus,ut quia astruit meram negatiuam per circunferentiam non limitatam. quia hæc negatiua non potest inuestigari

20 per sensum, nec mos iudiciorum eam recipit.¶ † Sed quid si testes possunt esse singulares, & possunt non esse singulares. uerbi gratia,unus dicit, quòd fuit præsens,quando mutuaui decem,& fuit interrogatus, an alius fuerit præsens,& similiter secundus testis dicit, hoc adiecto,quòd non recordatur,an alius fuerit præsens? Nam iste est actus iterabilis, & potuit esse diuersis locis & temporibus. consultum fuit quòd isti testes non essent contestes,non quia præsumatur pluralitas, sed quia possunt esse singulares.¶Eodem modo circa res, si habeo duos fundos confinatos iisdem confinibus, tamen habent situm diuersum. quia unus habet situm uersus agrum, ponamus Petri ab ortu solis, alter ab occasu, & ideò ad omnem æquiuocationem tollendam, quæ in testibus reprobatur, tabelliones Papienses exprimunt confinia, & etiam situm loci, & eodem modo debent facere testes ad clarè probandum. Nam obscura probatio ideò non est probatio: quia indiget probari, ut infra de probatio.

21 cap. in præsentia. ¶ † Capio gloss.quæ incipit, si citati.quæro,nunquid impediatur electio maioris partis

tis, si minor pars pp metum non potest comparere? respon. sic, si timeant impressionem fieri à maiori parte, ne dolus maioris partis eis prosit: siue timeant impressionem fieri personæ, siue uoci, nec tenentur mittere procuratorem in tanto negocio, quando sunt impediti facto aduersariorum, ar. ff. mandati. l. Idemque sed si inimicitiæ aliunde procedunt, q̃ à capitulo, imputent inimicitias proprias: quia culpæ annumerátur. ff. locati. l. si merces. §. culpæ. quia non debet ius pñsentium propter absentiam aliquorum uacillare, ut. C. de decur. l. nominationum. li. 10.

a ¶ *Adde scripta per las. in l. ij. C. de trans.*

22 ¶ † Qui timet [a] exercitū uenientem, habet iustum metum. ff. loca. l. item quæritur. §. exercitu. ff. quod metus cã. l. metum, in prin. Nam hominem armatum naturaliter timet quicunque non est armatus, ut l. iij. §. si quis. ff. de ui & ui arma. nam unusquisque præsumitur timere. quod stul-
23 tum esset non timere. ¶ † Quæro similiter cũ gl. utrũ absentes possint ad se trahere præsentes? respon. sic, si absentes sint maior pars, & timent impressionem: aliàs debent accedere ad consuetum locum, uel procuratores mittere: uel melius debent requirere alios, ut ueniant ad locum tutum & communem, secundũ Ber. fa-
24 cit, quod not. ff. ad Trebellia. l. de ætate. ¶ † Itaq; concilium & collegium congregari debet in loco tuto, de offi. dele. c. statuimus, lib. 6. ¶ In gl. & ita, no. q notoriũ examinatur & quia hoc fit ad cautelam, & non de necessitate, non oportet aduersarium citari, ſm Inno. & Hostien. adde quod no. in c. 1. ff. de offi. dele. lib. 6. per
25 Arch. ¶ † No. q notorium dr duobus modis. s. actiuè. Item passiuè, uerbi gratia, iacet in platea homo interfectus, & nescitur à quo, illud est notorium passiuè, & est notorium inquisitionis. sed si constaret de morte, non posset fieri inquisitio de homicidio. ff. ad Sylla. l. j. §. illud. sed si in utroque extremo est notorium. i. in patiente, & faciente, peruenitur ad sententiam leuato uelo, & sine mora temporis: quia notorium uim habet diffinitionis, nec necessaria est citatio, cum reus sit pñsens, & in laqueo ius dicentis, ut ff. de iniust. test. l. si q̃s filio, circa medium, & C. de feri. l. prouinciarum. sufficit gladius ei, cui misericordia non sufficit. ff. de iuris-
26 dictione omnium iudicum. l. imperium. † Notorium aliud euidentiæ semper permanentis, ueluti flumina perennia, & montes, & perpetui situs, & ædificia ciuitatum. ¶ Aliud euidentia quondam, ut ciuitates dirutæ, & aluei dimissi à fluminibus, de contrahen. empt. l. si aquæ ductus, cum. l. se. & pontes, quorum remanserunt arcus, & antiqua uestigia, ut ff. de acqui. re. do. l. insulam, in fi. Nam umbra præteritorum est quædam imago præsentium. Aliud est notorium, sed nõ sic notorium, quin tractum temporis possit esse ambiguum
27 † & dic q notorium est adiectio entis, & nisi cõstet de substantia, non põt constare de accidenti. i. de notorio quod est accidens, ut singu. no. ff. de proba. & l. si arbiter, in fi. quod notorium sit qualitas, no. ĩ. c. 1. de officio dele. libro sexto, in gl. magna. ¶ In glo. j. secundum corsum. ¶ Ista est notabilis gl. in probatione negatiuæ & adde quod no. Io. And. in capitulo sine possessione,
28 de re iur. li. 6. in nouel. ¶ † Dicit gl. q negatiua probatur per iurm. adde q si ꝯ iurãtẽ esset suspicio, istud iurm appellatur iurm purgationis. C. de his, qui ad ecclc. confu. l. præsenti. C. de pe. iud. qui ma. iud. auth. nouo iure. ¶ Item per iurm probatur bona fides adesse & mala abesse, ut no. insti. de actio. §. aliæ. Item ad probandum, q rationes non sint in fraudem conscriptæ, uel redditæ probatur per iuramẽtum, ut. C. de do. l. si quis pro redemptione; quod tamen committitur arbitrio boni uiri inspecta quantitate causæ, & qualitate ꝑsonæ, ut l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re. mili. mala
29 fama iurantis extenuat iuramẽtum. ¶ † In gl. & sic eẽt, no. an testes possint iurare de conscientia aliena & dic quòd non præcisè, sed addendo hæc uerba, ſm cõscientiam meam talis non est citatus, uel nõ culpabilis, sed ista talis testificatio nihil probat. fallit ubi testis deponit de iudicio artis, ut quia medicus dicit ſm iudiciũ meum uulnus non erat mortale, uel non est remansura euidens cicatrix. Nec enim tunc iurat, s. præcisè dicere ueritatem, ut not. ĩ. l. j. post prin. ff. de uen. in pos.
30 mit. † Deinde no. an qñ præsumitur omnia solenniter acta, præsumatur citatio? & litera uĩ dicere q sic. dic ꝯ, nisi sit præsens, quia de citatione debet constare tanquàm de fundamento præsumptionis, ut not. Inn. ĩ. de eo, qui fur. ordi. suscepit. c. innotuit, & facit ĩ. eo. c. Cu
31 mana. ¶ † Quærit gl. quomodo probatur citatio capituli? & dicit q sufficit, q literæ dirigantur prælato, & aliquibus maioribus, & præsentent publicè in capitulo, uel claustro. de hoc no. 72. di. c. proposuisti. ff. de re. iu. r. l. non põt uideri dolo carere, & propter eorũ contumaciam capitulum potest excommunicari ſm Ber. Et est rõ, quia maior pars est principalis, & facit integrum capitulum. non est. n. procuratrix: quia nõ habet mandatum ad hoc. Deinde gl. dicit q nuncius non est idoneus responsalis: quia oportet, q super singulis certioraret dominum, & ore eius loqueretur, quod esset ualde difficile alteri parti. Et not. quòd Papa hic procedit allegando, quia omnes exceptiones, quæ oriuntur ex corpore actorum non oportet proponi, sed duntaxat allegari, ut no. Bar. ff. uerbo. obliga. l. cum qui
32 itã. §. qui itã † ubi dicit, q exceptio, quæ est ex eodem corpore instrumenti cum actione, elidit eam, licet non proponatur excipiendo, licet gl. notet contrarium. ff. de pac. l. si unus. §. pactus, ne peteret. Bart. dicit uerum in officio iudicis. sed gloss. dicit uerum ex officio exceptionis. ¶ Alia gloss. disputat, qñ quis priuetur iure eligendi ipso facto, uel per sententiam. & adde supra. ca.
33 proxi. ¶ † Et scias. quòd aut lex ultra procedit dicendo, ipso iure, uel ipso facto, uel immediate, uel mox, & tunc non est opus sñia ius dicentis, ut no. in auth. de inces. nup. in prin. aut non procedit ultra & tũc aut priuatio inducitur per taxati uel præfixi tpis lapsum, & tunc fit ipso iure: quia permissum intra tp̃s uideĩ post tempus esse prohibitum. ff. de le. ij. l. statu. §. Stichum. aut per culpam; &, tũc quia in examinatione culpæ requiritur ministerium iudicantis, intelligitur per sententiam; & sic differẽtia est, utrũ ꝑ canonẽ sit facta priuatio, an uerò fienda per ministerium canonis. habes de hoc plura iuris ciuilis argumenta. ff. ad Turpil. l. j. §. accusationem. ff. de test. tute. l. si quis sub cond. in authen. de non alie. §. quia uerò Leonis. C. de sacros. ecc.
34 l. iubemus. §. æconomus. † Et no. q tempus tacitã repudiationem inducit, ut not. ff. de neg. gest. l. si ego, & habet uim pacti. & ideò non tollit ciuilem obligationem ipso iure, quæ radicata erat. ff. de actio. & obli. l. obligationum ferè. §. placet. illud constat, quod alij, quàm repudianti non nocet, ut. ff. ad Trebel. l. facta. §.
35 si quis bonorum. ¶ † In glos. not. quòd qui non mittit procuratorem, cum possit, aut contumax est, si non paret imperio superioris, aut negligens, si patitur se dãnificari; quia negligentia omnia lædit: aut excusatur, &

36 †& ista excusatio est triplex una, quæ incidit inuito, ut febris subitanea.ff.de re iudi.l.quæsitum,& tempestas maris.ff.de publi.l. Cæsar. & præceptio regis, uel maioris,infra eo,de ap.c.cum parati. Quædam est excusatio, quæ accidit ex natura causæ, propter quam quis non tenetur iudicio sisti, ut.ff.iu. so.l. uir bonus. Idem,si propter ferias.ff.si quis in ius uoca.non ierit. l.ij.in fin. quandoque quis excusatur propter priuilegium,si tale est,cui renunciare, non potest, ut infrà de fo.comp. c.si diligenti.¶In glo.§.quia,ista glo.quærit, quæ sunt illæ tres causæ, de quibus loquitur litera,& ponit duas oppositiones,secunda ibi,dic uel ex tribus. dic quod tres rationes sunt, quare postulatio fuit infirma. Prima,quia postulatus ꝓpria authoritate trãsiuit, quod non potuit fieri citra contemptum potestatis Papæ.quia ubi usurpatio,ibi contemptus. Secunda ratio est.quia postulantes non minus se fecerunt indignos,quàm indignum eligendo. Tertia ratio est, quia postularunt post appellationem legitimã,& post protestationem metus, qui metus erat satis notorius ꝓpter potentiam Philippi de facto electi in imperato-
37 rem. †Nam ubi est potentia, & coniecturæ,quod uoces uiolentur,ibi presumitur esse timor,arg.ff.de noui oper. nun.l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori. Nam qui timet loqui,securus non est.ff.quarum rerum actio nõ datur.l.j. §.quæ onerandæ. Metus, sicut dolus probatur ex perspicuis insidijs, ut.C.de dolo.l.dolum, & ex capitalibus inimicitijs ut infrà,ut lite non contest.cap. accedens. ¶Demum glos. opponit,quòd utraque tam electio, quàm postulatio debeat cassari: quia utraque post appellationem fiebat; ut supra eo.c.considerauimus.¶Item opponitur,quòd postulatio non fuerit ipso iure nulla, licet facta post appellationem,quod patet, quia si appellantes renũciarent appellationi suæ, rata maneret pòstulatio; ergo non est nullum, quod potest resumere firmitudinem. ¶Item postulantes, non postulauerunt indignum, sed postulatus ex postfacto se fecit indignum. Sed ego respondeo,quòd ipsi fuerunt causa istius indignitatis, & participes sceleris: & sic mixta ratione utriusque & postulatio irritatur, & postulantes priuantur:quia magis delinquit, qui in possessionem indignum recipit,quàm si indignũ scienter eligerent quoniam grauius est facto delinquere,q̃ uerbo.Et quia contempserunt legẽ uiuam,id est mandatum Papę:& plus peccat,qui legem uiuã offendit,q̃ qui mortuam legem, ut.ff.de arb.l.Celsus. C. de libe. & eorum liberis.l.ij.in fin.¶
38 †Alia glo.quæ incipit,dicit Laurentius, format quæstionem,quando utraque pars eligit indignum, utrum ius eligendi reuertatur ad primos electores?dic quòd non:quia eadem est uacatio:& de priuatione ad habitum non est regressus,ut C.de libe.& eorum lib.l.j. in fine priuatio perlusoria fiat, argu.de iudic.l.si prætor. unde, quod quis perdit una uice, non resumit,sed deuoluitur ad superiorem. simile, regula uulgaris iuris ciuilis dicit,quod aufertur ab indigno, applicatur fisco.C.de inoffi.testamen. l.Papinianus.§. meminisse. unde per simile uoces,quæ auferuntur ab indignis,applicantur Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Electo sufficit probare, quòd tempore electionis eligentes possidebant ius eligendi.*
2 *Præstationes personales non possidentur.*
3 *Proprietas adhæret ossibus domini.*
4 *Emphyteuta non tenetur ad canonem actione reali.*
5 *Condictio ex canone, Reintegranda, an concernat possessorem.*
6 *Condictio ex isto canone, Querelam, an sit natiua, uel datiua.*
7 *Pro iure, quod quis habet in suo, competit negatoria, pro eo,quod in alieno,confessoria,pro eo,quod in publico,iudicis officium.*
8 *Possessio incorporalium acquiritur præstatione uel patientia.*
9 *Obedientia subtractione perditur eius quasi possessio.*
10 *Metu non petens pensionem an perdat possessionem? remissiuè.*
11 *Iura incorporalia, & præstationes personales an possideantur. & num.39.*
12 *Emphyteuta, uel simplex colonus, Fisci, Ecclesiæ,uel priuatæ personæ ob cuius temporis cessationem à solutione expelli possit?*
13 *Libera esse omnia præsumuntur. Libertas quid sit?*
14 *Censuum receptione an præsumatur quis habere directum rei censualis dominium.*
15 *Censu trium Imperialium debito,si per xl.annos fuerint soluti tres Cortonenses, qui minus ualent, quàm imperiales, an sit præscriptum priori obligationi?*
16 *Stante statuto, quòd principalis contrahens teneatur soluere gabellam, quis erit principalis? Locator an conductor? Cedens an cessionarius?*
17 *Incorporalia propriè non possidentur.*
18 *Nomina debitorum propriè quasi non possidentur.*
19 *Censuum annuorum quare sit quasi possessio?*
20 *Possidetur,uel quasi quicquid præscribi potest.*
21 *Præsentationem in ecclesia, an possit præscribere populus.*
22 *Possessio,in petitorio iudicio probat ad præparationem causæ, non ad decisionem.*
23 *Spoliatus quando quis dicatur iuribus incorporalibus personalium præstationum?*
24 *Appellari potest à sententia lata super condictione ex canone, Reintegranda.*
25 *Iudex,à quo, si efficiatur iudex,ad quem,an poterit cognoscere de sua iniustitia.*
26 *Cumulatio aut unius causæ ad se ipsam respectu diuersorum remediorum, aut unius ad alteram. & differentes earum effectus.*
27 *Cumulari non possunt contraria: tamen,si reus patitur cumulari,& non excipit, tenet iudicium.*
28 *Sententia an debeat formari in personam procuratoris, uel domini?*
29 *Procurator est organum domini, & nisi per organum non potest transire sententia ad dominum.*
30 *Dominus quare promictas uel sententia interesse, uel iudicatum soluere?*
31 *Sententia si fertur super usufructu formali, necessariò concipitur in persona domini.*
32 *Possessio populi de eligendo, an sit contra ius commune?*
33 *Pro possessore priuilegij contra ius commune indulti an,& quando præsumatur?*
34 *Electio a possessore facta ualet licet possessio postea euincatur.*
35 *Bona fides unde proueniat.*
36 *Conductor lite pendente an teneatur soluere pensionem.*
37 *Præstationes annuæ an possideantur.*
38 *Obligationes personales possideri non possunt.*
40 *Pedagia colligentes in suo territorio,an habeant aliquod interdictum contra denegantes.*

41 Ponte,

41 *Ponte, ubi pedagium colligebatur, destructo, an priuilegiũ, uel praescriptio extendatur ad nouum pontem?*

42 *Iudex, qui ex quodam impetu, ordine iudiciario non seruato, processit ad priuandum aliquem possessione, uel quasi, potest reuocare, quod fecit, etiam possessore non uocato.*

43 *Consulens ad interesse tenetur uel officio iudicis, uel actione de dolo.*

44 *Concessio fundi ad longum tempus, reseruato pleno dominio utili & directo, an dicatur alienatio.*

1 QVERELAM. †Sufficit electo probare, quòd eligentes tempore electionis ius eligendi possederunt. ¶Qualiter probetur quasi possessio status, no. Cy. in l.j.C.ubi causa status. ¶Casus, œconomus sanctæ Agathæ nomine ecclesiæ, & Cardinalis tituli sancti Vitalis Gubernatoris eiusdem ecclesiæ, proponebat contra presbyterum Petrum tenentem ecclesiam sancti Saluatoris duplicem quærimoniam. & primò, quòd dictus presbyter tenebat dictam ecclesiam sancti Saluatoris occupatam indebitè, cum pertineret ad dictam ecclesiã sanctæ Agathæ pleno iure. secundò, quòd dictus presbyter subtraxerat dictæ ecclesiæ sanctę Agathæ pensionem.xvij. denariorum debitam dictæ ecclesiæ sanctæ Agathę per dictam ecclesiam sancti Saluatoris ꝓ ipsa ecclesia, & thermis, siue stufis: sed dictus presbyter respõdebat, quòd ipse canonicè possidebat: quia secundum antiquam consuetudinem erat præsentatus per populum, & institutus per Cardinalem sanctæ Susannæ, tanquam de capella subiecta titulo sui Cardinalatus: ad articulum de pensione dicebat se non teneri. Ista causa fuit commissa Innocen.iij. antequàm esset papa; qui postea factus papa pronunciauit pro dicto presbytero, tanquam legitimè instituto eò, quòd erat ꝓsentatus per populum, qui tempore, quo ipsum præsentauit, erat in quasi possessione præsentandi: salua tamen quæstione super iure patronali inter dictam ecclesiam sanctæ Agathæ, & dictum populum; super secũda uerò petitione pensionis subtractæ pronunciauit pro dicta ecclesia sanctæ Agathæ in persona dicti œconomi: quia cõstabat, quòd dicta pensio erat solita pręstari, & de nouo erat subtracta: reseruauit tamen quæstionem inter ecclesias memoratas, an dicta pensio sit
2 debita, nec ne. ¶†Not. quòd personales præstationes non possidentur: quia si possiderentur, pactum nudum traditione subnixum esset efficax ad agendum, saltem possessorio iudicio; quod est falsum ut.C. de pact. l.si certis annis. non ob. istud.c. quia hoc fiebat in signum subiectionis rei, cui cohærebat, sicut seruitus. Dicit Innocent. quòd effectus proprietatis est possidere.
3 ¶†Item quòd proprietas adhæret ossibus domini, sicut alia iura. Itẽ quòd difficilis est probatio proprietatis infrà de resti. spol. c. sæpe, in prin. ¶Præstatio realis est, quę afficit quemlibet possessorem: personalis non afficit possessorem. l. fin. in fi. ff. de contrahen. emp.
4 ¶†Emphyteuta non tenetur ad canonem actione reali: quia obligatio hęc non sequitur fundum: ergo non habet locum capitulum, Reintegranda, hic pro pensione subtracta: quia possessorium non reperitur, ubi non correspondet petitorium, & pro istis personalibus præstationibus non habet locum confessoria. ff. de serui. rusti. præ. l. pecoris. ff. usufruct. quemad-
5 mo. caueat. l. si ususfructus nomine. ¶† Quæritur, utrum an condictio ex canone, Reintegranda, concernat[a] possessorem? respondeo sic, si habet facultatem rei restituendæ: aliàs non, ut. ff. quod me. cau. l. si cum exceptione. §. quatenus: quia non tenetur ad aliud ex facto alterius, nisi ut patiatur aduersarium possidere. l. fi. ff de op. no. nun. sed si culpa sua perdidit facultatem, tenetur ad interesse possessionis, non proprietatis, ut ff. quod met. cau. l. si mulier, in prin. & l. si duo. §. fin. uti possidetis.
6 ¶†Quæro, utrum condictio ex isto canone, Querelam, sit natiua, uel datiua: & uidetur natiua: quia nascitur ex contractu uestito æquitate naturali. contrarium dic, quòd datiua, uide Cyn. in l.j.C. ubi causa status. dic quòd omne possessorium est natiuum, licet extensio eius aliquando sit datiua, ut infrà de iudic. c. quia. v.
7 ¶†Not. ꝙ pro iure, quod quis habet in suo, sicut est ius libertatis, quis intentat negatoriam, sed pro iure, quod quis habet in alieno, sicut est ius seruitutis, quis intentat confessoriam, ut no. Innoc. ĩ de offic. ordi. conquerente. sed pro iure, quod quis habet in publico, puta colligendi pedagium, competit officiũ iudicis, ut no. Spe.
8 in ti. de cau. pos. c. querelam. ¶†No. quòd possessio incorporalium acquiritur duobus modis. s. præstatione, ut. c. querelam. & patientia, ut. C. de ser. l. ij. & tunc est necessaria scientia eius, contra quem præscribitur, ut plenè & subtiliter no. per Inn. in d. c. conquerente. Eius autem, qui non est in obstatiua possessione, scientia nõ requiritur. l. is qui in puteum. §. Aristo. ff. quod ui aut clam. No. quòd populi, qui præstant pallium in signũ protectionis, sunt liberi. ff. de cap. l. non dubito, ꝑ Bar.
9 ¶†Per subtractionem obedientiæ perditur eius quasi possessio: nisi quis ius suum audacter prosequatur per prætorem, uel armata manu, ar. ff. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. meminisse, de agri. & censi. lit. li. xj. & l. si coloni, e. tit. Pone, episcopus accessit causa uisitandi, ac comedendi, & fuit expulsus, an fuit spoliatus ea uice tantum, an imperpetuum? Nam hæc causa possessionis perpetua est, uel saltem iterabilis, quòd satis potest defendi, ar. ff. de ser. ur. præd. l. hæc autem iura. si non competebat ei uisitatio, non dicitur expulsus. C. de ui, & ui ar. l. colonus. Ego consului, quòd ab omni possessorio, quòd concludit merè de iure canonico, & nõ est inuentum a iure ciuili, possit in quolibet foro appellari: quia inspicimus ius canonicum, in quo fundamus iudicium, & non ius ciuile, quo inspecto, ipso iure agi non posset: quia ista actio non possit edi, & sine actione nemo experitur. & uide Bart. de no. ope. nun. l. de
10 pupillo. §. si quis prætori. mirabile uerbum. ¶†Quæritur, utrum si quis metu non petit pensionem, *perdat* possessionem: responde, ut no. in uera pos. C. unde ui.
11 l. cum quærebatur, per Cy. ¶†Incorporalia iura, quæ terminantur per aliquam rem corporalem, quãsi possidentur, dummodò per locum circumscribantur, ut seruitutes, uel quasi, sicut sunt continua seruitia, ut hic: sed personales præstationes non possidentur: fallit ubi implicant causam status, uel libertatis, ut hic. Itẽ fallit in uniuersalibus iudiciis. l. fin. ff. de peti. hære.
12 †Qui non soluit pensionem fisco, statim cadit a iure suo elapso termino, q aũt nõ soluit ecclesiæ, cadit post bienniũ: si priuato, post trienniũ, & hæc in emphyteuta: sed in simplici colono semper requiritur biennium, si erat

a ¶*Vide omninò scripta per Doct. maximè per Socin. in sua repe. l. rem quæ nobis. ff. de acquirend. possess. & adde pulchra scripta ad hoc ultra ibi all. per d. Philippum de Pu. in quadam sua disput. quæ incipit ex nobilissima urbe Perusina.*

erat pactum de non expellendo. ff. loca. quæro. §. inter locatorem. sed si non erat tale pactum, statim potest expelli, cum non uult soluere pensionem. j. de dila. c. literę, per Inn. ¶ Pactum liberatorium idem operatur, quod pactum obligatorium cum traditione. C. de trā sa. l. quamuis, per Cy. tñ per pactum liberatorium non paratur conditio usucapiendi, e. ti. l. si pro fundo. quia 13 non ualet nisi ad excipiendum. l. siue apud acta. ¶ † Libertas est naturalis status cuiuslibet rei, & ideo oīs res præsumitur libera, de ope. no. nun. l. si prius, in gl. ordi. & l. altius. si ser. uin. ¶ Dicit Bar. ꝙ dñia præsumūtur acquisita, primis & antiquis possessoribus: quia à possessione orta sunt dñia. ff. de acqui. pos. l. j. & l. rem, quę nobis, per Bar. ¶ Per obedientiam alteri quæritᷣ, sicut per patriam ptātem, ut no. insti. de inuti. stipula. §. si qs alij, in gl. ordi. ¶ Officium iudicis est potius actus, q̄ actio: qa maximè in facto consistit, ut no. inst. de actio. in prin. ¶ Si pr̄ stipulatᷣ censum sibi, & filiis, uiuēte pr̄e filij nil debēt hr̄e. C. de op. liber. l liberti, p Cy. ¶ Propter morā creditoris non petentis melior fit conditio debitoris non soluentis. ff. ad Trebel. l. mulier. §. si heres. 14 tex. no. ¶ † Vtrum ex receptione census, quis præsumatur hr̄e directum rei, censualis dñium? respondeo, nō, ut no. Bar. in l j. §. hic Titius. ff. de publ. nisi fiat ex causa, quæ hoc importet, ut ex causa emphyteusis, quæ in dubio non præsumitur: tñ ꝯ̄tus factus in dubio intelligitur factus sm̄ consuetudinem, & notarius potest ponere in suis instr̄s clausulas consuetas. ff. de aqua plu. 15 arc. l. si prius. §. placuit, per Bar. ¶ † Pone, debetur cēsus trium imperalium annuatim: sed iam sunt. xl. anni, ꝙ non fuerunt soluti imperiales, sed Cortonenses, q mi nus ualent, an sit præscriptum antiquæ obligationi, & noua obligatio sit exorta? dic, ut no. Bar. in l. si prius, in prin. de aqua plu. arc. dic ꝙ statur nouæ formæ. ff. de usu. l. qui semisses: quia ex temporis cursu præsumitur nouatio. ¶ Ecce intrusus fecit tibi solui censum p uim, nunquid soluens liberatur? rn̄deo, non, ut no. in Spe. de resti. spo. §. nunc dicamus, ubi uide multa ad intellectū nostræ decretalis necessaria; uide quod no. insti. de ac. §. præiudiciales: aliàs nihil intelliges de hac materia. 16 ¶ † Pone, statuto cauetur ꝙ principalis ꝯ̄hens non teneatur soluere gabellam: modo quæro, quis dicatur principalis, an locator, an conductor? rn̄deo uterque quia hincinde oritur actio directa: sed si oriretur directa & ꝯ̄ria tunc directa diceretur principalis. uide qđ no. insti. de acti. §. præiudiciales. ff. de dona. l. Aristo. & l. qui saxum, per Bar. ¶ Quæro, quis dicatur principalis, an cedens, an cessionarius? rn̄deo, quò ad dominiū causæ cedens: sed quò ad dñium litis cessionarius, ut. C. de procu. l. qui stipendia: & in eius persona formatᷣ sn̄ia, & facit. l. & quia, de iuris. om. iu. frustra fit per fictionem, quod potest fieri per ueritatem, dicit tex. notabilis, insti. qui. mo. ius pa. po. so. §. præterea ibi, nostra autem &c. & j. de præben. accedens. Ibi, quærelā. i. libellum quærimoniarum non enim loquitur de quærela, quæ proprium nomen & tempus est sortita. sicut enim est quærela inofficiosi testamenti, & inofficiosæ donationis inter uiuos, inofficiosæ dotis, non numeratæ pecuniæ ex causa mutui, & non numeratæ dotis. & not. quòd ille, qui dicit, conqueror, agere uidetur, ut not. j. q. iiij. quia præsultatus. ¶ Ibi, Petebat, not. formam libelli. ¶ Ibi, Pleno[a] iure, no. i. in temporalibus & spiritualibus. sic & j. de priui. c. cum & plantare. non enim potest exponi hic, pleno iure. i. po ssessionis & proprietatis: quia agens non possidebat. dic ꝙ aut est una præstatio; & tunc non possidetur actio; quia non computantur inter res, sed inter obligationes. ff. de uer. sig. l. mouentium. ff. de pecu. l. quam Tuberonis. § in peculio. ff. de aut. tuto l. potest. aut sunt plures præstationes: & tunc aut accedunt uni sorti; & idem. ff. si cer. pe. l. lecta. aut sunt plures sortes annuæ & siquidem nō accedunt ad longum tempus & idem. aut accedunt, & trāscendunt longum tempus & tunc si inter immobilia computantur, ad eorum similitudinem. i. ad similitudinem seruitutum possidentur, ut hic: sed leg̃ ſtæ non concederet, ꝙ posideantur reditus: aliàs sequeretur, ꝙ qui legat annuum reditum legaret usumfructum; quod est falsum, ut. ff. de usufru. leg. l. fundi Trebatiani. uel dic, ꝙ de iure ciuili aliud est, q̄ de iure canonico, fauore ecclesiarum, & piorum locorum: quia annuus reditus uidetur esse, & est de corpore bonorū ecclesiæ, & tanq̄ corpus ecclesiastici patrimonij posside tur, & omne ius, ex quo oritur confessoria, est & potest quasi posideri, quia seruitus est. ¶ Ibi, Respondebat, p hanc responsionem fit lit. conte. ut. j. de resti. spo. c. cū ad sedem ¶ Ibi, Pertineat, per hoc respondetur primæ petitioni de amotione. ¶ Ibi, Nec aliquam, per hoc respondetur secundæ petitioni de pensione. ¶ Ibi, Sed ipse, hic declarat qualitatem suæ possesionis. ¶ Ibi, Duximus imponendum, supple & imponimus. rem enim iudicatam significat, cum ulterior sententia nō spe retur. 17 ¶ † Ibi, Cum populus quasi in possesione, ideò dicit, quasi, quia incorporalia propriè non posidentur, sed quasi posidentur; quia non plenè, nec corporaliter possidentur. ff. de acquir. re. do. l. seruus. §. incorporales. ff. de usuca. l. sequitur. §. si uiam. Sunt tamen quædam incorporalia, quæ quasi possideri non possunt, ut nomina debitorum obligatorum, l. fin. ff. quo. bono. Et est ratio, quia nihil potest posideri, uel quasi, nisi locus sit certus. ff. de acquir. possessio. locus, & l. iij. §. incertam. sed nomina debitorum nullum habent locum circumscribentem ea, uel circumscriptum ab eis: quia non respiciunt certi loci facultates, nec subiacent alicui rei corporali, qua mediante possint quasi posideri, ut. ff. de iud. l. fideicommissum. §. tractatum. C. de presc. long. temp. l. fin. Item omne posidere est sentire, seu possesio sensus; sed nomina non sentiuntur, ut naturaliter patet etiam ex diffinitione possesionis. & quasi. præterea quasi possesio incorporalium non acquiritur, nisi per patientiam aduersarij, ut. C. de serui. & aqua. l. 2. sed in nominibus debitorum non reperitur effectus per patientiam, sed per præstationem. Amplius, diuturna[b] præstatio præsumptionē debiti generat, sed præscriptionem non causat. ff. de usur. l. cum de in rem uerso. Itē ad hoc text. 18 notabilis. ff. de leg. iij. l. quæsitum. §. j. † Ad huius intelligentiam scias, quòd nomina debitorum sunt quędam intellectualia iura absque corpore, uel quasi, & non possunt quasi posideri nisi impropriissimè & passiuè, non actiue, & cum uniuersitate, quæ sua aptitudine comprehendit corporalia & incorporalia: ut. ff. de peti. hære. l. regulariter. ¶ Item ut hoc cognoscas, scias, quòd illud posidet, quod ipsa pos-

a ¶ *Vide multa cumulata de isto uerbo, pleno iure, per d. Fel. in c. auditis, de præscri & scripta extēse per me in uno meo consi. quod feci in fauorem canonicorum sanctæ Mariæ Gualtæ cōtra comitem Charoldū.*

b ¶ *Vide Bar. in l. litibus. C. de agri. & cen si. lib. 11,*

Bal. super primum decret.

sessione non extinguitur, sed remanet in esse & natura: sed actiones personales per solutionem euanescũt; & ideò actus, qui deberet inducere possessionem, facit
19 totum oppositum: quia inducit extinctionem † quomodo ergo dicit hic papa, quasi possideri annuam pensionem thermarum, cum hæc sit personalis præstatio ab omni realitate separata? respon. papa optimè loqtur: quia isti annui census æquiparantur rei immobili, quæ innouat fructus, qui sunt ualidissimũ possessionis, arg. ff. de solu. l. Titia. Item hæc est seruitus quædam, ꝑ quã quasi possidetur persona, & status ipsius, ut C. de agri. & censi. l. litibus. Item talia possunt per consuetudinẽ præscribi. e. ti. l. domini prædiorum, lib. 11. Item ꝓ talibus iuribus competit confessoria: ergo sunt iura rea-
20 lia, ut insti. de act. §. j. & §. æque. ¶ † Et scias, ꝙ omne, qđ potest prescribi, possidetur, uel quasi: aliàs prescriptio non posset procedere. sileãt ergo Ia. de Ra. & sui sequaces, qui ꝯ hanc decretalem somniarunt, ut ipsi referũt. C. de pac. l. si certis annis. ¶ Est præterea quædam possessio præstationum relatiua, sicut possessio feudi soldatæ. Nam si dñs possideat uasallum, id est qualitatem eius, reciproce, & uasallus feudum, ar. insti. de actio. §.
21 præiudiciales. ¶ † Vltimo no. hic, ꝙ populus potest prescribere præsentationem in ecclesia, cum hic dicat, ꝙ potest possidere: quia ad possessionem sequitur præscriptio, & sufficit qualisqualis occasio possidendi, ut consuetudo præscribatur. hoc tenet Ioan An. ĩ. eo. generali, lib. 6. in gl. quæ incipit, supra de consuetudine, & in regula, quod alicui, in Mercurialibus. Arch. dicit ꝙ ecclesia, quæ est nata libera, non recipit hanc spiritualem seruitutem, & ꝙ ius præsentandi est adeò annexum spirituali, ꝙ non potest præscribi à laicis, ut ipse no. 71. dist. hortamur. & nunquid in hoc casu populus poterit uariare, quia non constat eum habere patronatum, sed solam possessionẽ? Aliqui dicunt ꝙ nõ: quia ista possessio est fragilis & nuda. sed hoc ꝓ Arch.
22 61. dist. studij. ¶ † Possessio non ꝓbat in petitorio quantum ad decisionem causæ, sed quantum ad præparationem sic. l. j. ubi causa status per Cy: dicit Pe. ꝙ ille, qui uadit ad nundinas, retinet omnem possessionẽ. C. unde ui. l. si per Cy. tñ cum primum negligit reuerti, perdit naturalem, sed nõ ciuilem, nec suspicari debeat
23 repelli. ¶ † Ibi, Sed de nouo subtracta, ẽt per unũ actũ oritur quasi interdictum recuperandæ. Dic ꝙ quãdiu quis habet possessorium retinendæ possessionis, nõ intelligitur spoliatus: quia tunc esset trãscẽdum ad possessorium recuperandæ possessionis. qñ quis ergo dicatur spoliatus iuribus incorporalibus personalium prestationũ, uel patiẽtiarũ ĩ seruitute, & qñ turbatus n gligens, tractat, hic Inn. ¶ Spoliatio quandoq; fit ui & dolo, qñque dolo absque ui. 3. q. 1. reintegranda. Itẽ spoliatio est, qñ alius possidebat; sed qñ possessio erat uacans, potest esse dolus, sed nõ spoliatio: est tñ inuasio. C. unde ui. l. fi. ¶ In personalibus præstationibus dicitur uim facere ille, qui tenetur soluere, & non soluit tempore prefixo asserendo se esse liberum, & sui iuris, & sic rebellando: sed si non negat uinculum seruitutis, sed est solummodo in mora non soluendi debitũ, non dicitur inuasor, ut colligi potest ex dictis Inno. Dicit Inn. ꝙ per unum actum cessantis diligentiæ eligendi, uel petendi debitum non perditur possessio. Inn. dicit, ꝙ si sum solus in possessione posidendi, uel eligendi, & patior alium facere, uel plenè possidere, perdo possessionem; sed si aliquid de fructibus percipio, etiam per minimum retineo totum. ff. si ser. uin. l. si in eo. §. fi.

24 ¶ † Sed nunquid à sententia lata super condictione ex canone, reintegranda, potest appellari? respondeo sic, si succedit loco actiõis, qđ me. cau. uel de dolo. secus, si succedit loco interdicti. ff. quod met. cau. l. cum exceptione. §. hæc autem actio. ¶ Ibi, In eundem statum, no. quibus uerbis debeat fieri restitutio incorporalium. ¶ Item uidetur, quòd de his sit præstanda cautio, ut. l. 1. C. uti pos. Ibi, Salua quæstione, ideo saluatur, quia tangebat qualitatem possessorij; tamen tunc non poterat determinari. unde quod in suspenso retinetur, debet reseruari. ff. qui po. in pign. ha. l. Claudius, in fi. & infrà. de test. c. significauerunt, & nihil est reseruabile, nisi donec potest in suspenso retineri. C. de fru. &
ipso nō cōferret, teneret collatio solius epi, ar. optimū ff. de procu. l. filius. §. sed & filia. ff. qui mo. pig. uel hy-
4 po. so. l. sicut. §. uenditionis † & si canonici se subscribāt epo, uel sigillent, per subscriptionem, uel sigillum probatur consensus, ut C. de re. alie. non alienan. l. distrahente, ubi est gl. fin. & facit. ff. de autho. tuto. l. accipien
5 tis † Reuoco igitur in dubiū, utrū sit uerū de iure cōi, q creatio canonicorū, & collatio pbendarum cathedralis ecclesiæ pertineat simul ad epm & canonicos? glos. dicit q sic: quia unum corpus sunt, in quo caput est episcopus, canonici mēbra. Alij dicunt, q collatio propriè pertinet ad epm, consensus ad capitulum, sm Cōpo. itaque ex postfacto poterit consentire: sed si simul pertineret ad utrūque tanq ad unum corpus, deberēt conferre uno contextu, & non seorsum, & diuisim: de hoc no. 16. q. 1. possessiones. j. de appe. c. à collatione, l. 6. tenet Archi. 21. di. in prin. & est expressum, q institutio & destitutio pertinet ad prælatum, de hæreticis. c. cum ex iniuncto, in fi. quod clarum est, si à destitutione incipias: quia ideò destituit, ut alium instituat, arg. ff. de testa. tutel. l. si quis sub conditione. Federicus de Senis dicit, q in inferiori ecclesia collegiata, uacante præbenda, præsentatio pertinet ad capitulum institutio ad epm: quia capitulum fungitur loco patronij, de quo hic plenè per Colle. ¶ Ibi, Iure suo, dumtā modū nō excedat, nec mensuram, neq; in alienū manū immittat. C. si. regun. l. si constiterit. ff. de acqui. hære. l. duo
6 fratres. ff. si serui. uindi. l. sicuti. §. Aristo. ¶ † Quero, nūquid possum facere in meo, si alij nocet, ita, ut ei auferam commoda consueta? dicit Bart. q sic, si aliquid mihi prodest: sed si dūtaxat nocendi animo facio, tunc secus. ff. de aqua plu. arcen. l. si in meo. ff. de dam. infec. l. Proculus. hæc uera, qn de meo facio in meo. secus, si de alieno in meo. ut l. j. ff. de tigno iniuncto: uel de meo in alieno, ut l. in fi. quod ui aut clam aut de alieno in alie
7 no, quia facere nō possum † & scias a q quæstio fuit de facto, utrū aquam, de publico discurrentem per agrum meum, possim: ꝯ ueterem consuetudinem diuertere, & consumere ad irrigationem hortorum, quos de nouo emi, in præiudicium habentium à longissimo tpe molendina inferius, q sine solito cursu aquæ non possunt molere, uel nimis deteriorantur. & dicebatur, q possum. non. n. facio ut inimicus, sed qa mihi prodest per gl. quæ est hic. in contrarium dicebatur, q non possum extrahere aquam de cursu ppetuo; quia licet aqua recipiatur in riuulis prædiorum meorum, recipitur ut in fistulis, non q fiat mea propria, cū caput aquæ sit commune, ut. ff. de eden. l. siquis ex argētarijs. §. si initium. Item quia inferiora molendina uidentur hoc præscripsisse, ut ff. quemadmo. serui. amit. l. qui fundum. Item si aliqn potuit diuerti, tn, quia hac licentia noluerunt uti, perdiderunt ius suum negligentia finaliter partes composuerunt, & inter se diuiserūt aquam, qđ fieri potest, temporibus & mensuris. ff. de uar. cog. l. de usu aquæ. ff. quemadmo. ser. amit. l. nam
8 satis. §. j. ¶ † Ista ēt gl. facit ad quæstionem de eo, qui uult facere molendinum inferius in præiudicium habētis sup ius, de quo per Cy. C. de seruitutibus & aqua. l. si manifestè. ubi dr, q aut flumen erat priuatum illius, qui primo habuit, & eius, qui secundo fecit; & tunc in secunda parte pōt facere secundus, quicquid uult facere principaliter, ut sibi prosit, non ut alteri noceat, ut d. l. proculus. ¶ Sed quid si facit mixta consideratione,

a ¶ *Vide scripta per Ias. in repe. l. quominus. ff. de fluminibus.*

ut noceat & prosit: alias non facturus, nisi nocendi animum haberet? respondeo facere posse: quia non ex affectu, sed ex effectu iudicandum est; nec dr fraudari consilio, qui non fraudetur re. ¶ Vincitur ergo hic animus, à iuris licētia, ar. ff. pro donato. l. si uir uxori. ¶ Aut flumen erat publicum, & tunc aut superior habebat molendinum licitè; & prohibetur inferior: aut illicite, & tunc superior non pōt agere ꝯ inferiorem. quia nō hēt ius agendi, cum sit prædo, nec debeat hre cōmoda possessoris: quia ꝯ ius publicum possidet. ff. ne quid in lo. pub. l. ij. §. idem ait. ¶ Inter prædones non competit agere, licet competat possidere. ff. cōi diui. l. cōi diui. §. in-
9 ter prædones. tex. † no. Ibi melius, quòd interdum quis probat de iure potiori, & per hoc uincere debet. C. de ædi. diui Adr. l. edicto. § j. ¶ Interdum de iure æquali, & tamen unus probat per plures testes, q alius. & similiter uincit non potioritate iuris, sed præponderatione probationis, cui habet maior fides, ut hic, & ff. de testi. l. si ob carmen. §. fi. Interdum pariter probant: & tūc aut uterque uincere pōt de iure cōi, & est melior conditio rei, quia pp conflictum probationum neuter pbare vr. ¶ Aut ius cōe fauet uni, & non alteri, & tūc uincit ille, cui ius cōe patrocinatur; quia duo faciunt pro eo ius, & probatio. Sed pro aduersario unum tm. s. pro
10 batio. Et duæ rōnes uincunt unam † & hoc facit ad qōnem de facto, quæ erat de quadam uilla inter duas ciuitates, & utraque probabat de quasi possessione per testes, & antiqua instra. ¶ Quærebatur, an illa uilla deberet diuidi inter dictas ciuitates, uel quæ essent partes iudicum? ¶ Dicebatur, q non dēt fieri diuisio: quia nō erat actum ad hoc, ut d. l. fundus. ff. cōi diui. uidebatur, q iudex posset gratificari, salua conscia, ut no. ff. de re iu. l. duo iudices dati. sed vr, q iudex p parte ferat sniam pro uno, pro parte pro altero, ut no. Bar. ff. uti pos. si duo: quia concursu faciunt sibi partes p indiuiso. sed si res non posset diuidi, ut præbenda, & iurisdō, tunc sit scribendum superiori, ut no. in c. statuimus de consel. li. 6. in nouel. Mihi vr, q iudices non possent aliquo mō condemnare, nec declarare pp condōnem probationum, sed uterque inquantum reus deberet absolui, & qui melius de facto posset tueri suam possessionem tueretur, uel compellerentur compromictere in aliquos amicos cōes ita, q possent iudicare nō astringendo se ad formam alicuius libelli, & tunc possent se qui opinionem dicti Bar. per quam tolleretur materia armorum. ff. de ser. rust. præ. l. itineri, in glo. ¶ Et adde
11 qđ dicam. j. de prob. licet causam. ¶ † Quæro, nunquid ille, qui agit ex cōsuetudine, agat petitorio? respōdeo sic, quia consuetudo non dr nisi præscripta, ex qua oritur uerum ius eligendi, & conferendi, ut hic per Bern. ¶ Quæro, qn quis petit imponi silēcium aduersario super iniuria, quam dicit sibi inferri eo, q non recipit canonicum à se institutū, an dicatur intentare petitoriū uel possessorium? respondeo, possessorium secundum Ber. & not. formam utriusque libelli. ¶ Item not. quòd potest quis agere, ne uis fiat ei, cui de beneficio prouidit, & sic agit pro executione sui decreti. ¶ Quærit gloss. nunquid hic esset una petitio, uel duæ? & dicit quòd duæ. in prima intentabatur possessorium: quia causa sapit possessionem; in secunda petitorum, & cumulantur eodem libello respectu diuersorum temporum, uel dic, quòd uterque libellus fundatur officio iudicis implorato, ut l. j. in fin. ff. de ser. rusti. prædio. & l. Aurelius. §. centum. ff. de libera. lega. & l. fi. ff. de offi. procu. Cæsa.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dispensare an possit episcopus super ætate eorum, qui eliguntur ad inferiores dignitates.*
2 *Arbitri de facto coram se, quomodo testificari possint. Et quid de facto à se.*
3 *In exceptione non persistens uidetur tacitè ab ea recedere.*
4 *Sententia interlocutoria lata super ætate appellatione suspenditur.*
5 *Reuocare an possit iudex interlocutoriam latam super ætate, si post decem dies non est appellatum.*
6 *Testis unus non excusat eum, qui promisit probare sub pœna talionis, nec à pœna compromissi, si petens reductionem ad arbitrium boni uiri, probet per unum testem tantum.*

CVM DILECTI. Compromictentes electum à compromissariis refutare non possunt, si sit idoneus, nisi sit electus contra formam compromissi. ¶Casus. Canonici compromiserunt in tres, quibus dederunt potestatem eligendi de gremio: isti tres discussis intentionibus singulorum elegerunt archidiaconum, quem Metropolitanus postea confirmauit declarando prius, quòd erat ætatis legitimæ. Modò quidam de capitulo dicebat electionem non ualere propter defectum ætatis, & quia excesserunt terminos potestatis sibi datæ in compromisso, quo cauebatur, quòd deberet eligi nominatum ab omnibus, uel à maiori parte, subdentes, quòd iste fuerat nominatus à paucis & minori parte. Papa mandat, quòd ab istis contradictoribus exigatur iuramentum de malitia, & ab electoribus de ueritate: & si isti tres electores, aut duo ex ipsis asserunt maiorem partem canonicorum in ipsum electum concordasse, ratã habeant confirmationem, & aduersarium priuent beneficio: quia obligauerat se ad probandum, sub pœna priuationis proprij beneficij, non obstante quòd singuli contradictores testificarentur quilibet de suo non consensu: quia sunt in suis testimoniis singulares. si uerò dicti tres testificentur dictum electum à paucioribus de capitulo nominatum contra dictam formam compromissi, cassent electionem, & confirmationem electi. ¶Ibi, Gremio, si hoc non fuisset dictum, po-
1 tuissent eligere de extraneis. ¶†Ibi, In ætate, nunquid episcopi possunt dispensare super ætate eorum, qui eliguntur ad inferiores dignitates, gl. dicit quòd non; dic ut in c. unico. ĵ. de æta. & quali. lib. 6. Ibi, Malitiosè,
2 istud est quasi iuramentum purgationis. ¶†Ibi, Tres electores, no. arbitros testificari de facto coram se: sed an de facto à se, hic uidetur casus quòd sic: quia testificantur de inquisitione uotorum, & per hoc probant se seruasse formam mandati, seu compromissi; de hoc no. C. de arbi. l. ne in arbitris. ff. de iure fisci. l. deferre. §. idem decreuerunt, per Bar. dic, quòd coram se non potest testificari, sed coram alio distingue, aut quæritur de arbitri iniquitate; & non potest: aut de minoris facilitate; & potest. ff. de min. l. præses: aut de ueritate, & tunc de processu iudicij potest, sed de decisoriis nó, si exinde uult suam diffinitiuam fundare, uide ibi Iaco. Bu. ¶Alij dicunt, quòd imò potest, si ad eum non pertinet commodum, uel incommodum: de compromisso autem in se facto non potest testificari; ita intelligitur lex, ne in arbitris. ¶Ibi, Spoliantes, quia se astrinxerat promictendo: quandoq; tamen dicitur se astringere arctando & proponendo, si id incidere potest ipsi causæ: aliàs non dicitur se astringere; quod dic ut no. Bar. ff. de re iudica. l. Diuus. dicam. ĵ. de probatio. c. li-
3 cet causam. ¶†Ibi, Institerit, not. quòd ille, qui nó persistit in exceptione, uidetur tacitè ab ipsa desistere. ¶Ibi, Transijt, not. quòd interlocutoria lata super æta-
4 te, si non appelletur, transit in rem iudi. ¶†Ibi, Suspensa, no. quòd interlocutoria lata super ætate suspenditur per appellationem. ff. de min. l. intra utile. ¶ Sed nunquid hęc interlocutoria faciat ius apud omnes, gl.
5 quærit hic: dic ut. ff. de mino. l. de ætate. ¶†Quæro, an iudex possit reuocare interlocutoriam latam super ætate post decem dies, si non est appellatum. gl. dicit quòd sic; ergo idem, si appellatio est deserta, nisi esset lata de partium uoluntate, ut singulariter not. in l. j. in
6 fin. ff. de præt. stip. ¶†Pone, aliquis promisit aliquid probare sub pœna talionis nunquid excusetur per unum bonum testem? Io. And. dicit hic, quòd non: quia nomine probationis non continetur unus testis, sed liquida debet esse probatio, ut legitur, & not. ff. de condi. & demon. l. Lucius, & adde quod no. in c. 1. de elec. lib. 6. ¶ Eodem modo unus testis non excusat à pęna compromissi, si petens reductionem boni uiri probat per unum testem tantùm, cum succumbat in causa. hic tamen uide Bar. in l. qui Romæ. §. fin. ff. de uerb. oblig.

SVMMARIVM.

1 *Generaliter loquens an contra se ipsum loqui uideatur?*
2 *Electus, seu nominatus, præbens assensum computatur in numero eligentium. uide num. 4. & 5.*
3 *Eligere seipsum, an quis possit? & num. 6.*
5 *Eligentes si solùm sunt septem, & tres uia scrutinij eligunt quartum, an iste quartus poterit confirmari.*
7 *Compromissarius an possit alteri compromissario committere suam potestatem?*
8 *Executor ad distribuendum bona testatoris, si sit prior prædicatorum, an possit distribuere in conuentum suum.*
9 *Authorari sibi ipsi an quis possit?*
10 *Executor relictus an possit eligere filium suum in pauperem.*
11 *Officialis debet esse contentus stipendio.*
12 *Fisci rationarius locupletatus ultra solita stipendia potest à fisco spoliari.*

CVM IN IVRE. Vide quod no. in. c. Cumana. Si ex septem compromissarijs tres eligant quartum, & ipse quartus consentit, si est idoneus, eius electio confirmatur. ¶Casus. Defuncto decano cuiusdam ecclesiæ capitulum compromisit in septem de ipsis canonicis hac forma, ut ille, quem omnes septem, uel maior pars eorum ex se; uel aliis de gremio nominarent, recipiatur per ipsum capitulum in decanum: tres ex eis, puta. A. B. C. elegerunt quartum, puta. D. Alij tres, puta. E. F. G. elegerunt quendam alium: modò dictus. D. electioni suæ consensit: quæritur, utrum debeat confirmari? respondetur, quòd sic authoritate iuris ciuilis. ff. quod cuiusque uniuer. nomi. l. planè, & per formam
1 compromissi, si est idoneus. ¶†Extra not. quòd in generali sermone non uidetur quis loqui contra se ipsum. ff. de pecu. l. quam Tuberonis. ff. de pec. leg. l. si peculium. §. sicut. ¶Vnde, si rex statuit, quòd omnes homicidæ sint in banno, non uidetur bannire seipsum, licet sit homicida: quia non uidetur de se cogitasse: secus, si essent tres statutarij, ex quibus duo haberent potestatem

potestatem. Nam si tertius eorum esset homicida, includeretur edicto, quanquam ipse fuerit unus ex statuentibus: quia ipse non imponit legem sibi ipsi, sed alij duo imposuit sibi legem, arg. ff. de admi. tu. l. si plures. §. fin. Et scias, quòd illi, qui unum eligunt, uidentur alium excludere per naturam incompatibilitatis,
2 ut. ff. de leg. j. l. quod rerum. § penul. ¶ †No. quòd electus, seu nominatus præbens assensum computatur in
3 numero eligentium. ¶ †Opponitur, quòd nemo potest eligere se ipsum, ut. ff. mand. l. si tibi. §. si cẽtum tibi. Solu. hic in causa publica, seu uniuersitatis, ibi in causa priuata, & est ratio, quia in causa publica, uel quasi uoluntarie iurisdictionis unus gerit uicem duorum. nam tanquam eligens gerit uicem uniuersitatis, tanquam cõsentiens gerit uicem sui priuati interesse. ff. de adop. l. si consul. C. qui testa. fa. poss. l. senium, per Pe. & Cyn.
4 & d. l. planè, super quam fundat se papa. †Dic, quòd electio aut fit in ecclesia cathedrali, uel regulari, uel alia collegiali uiduata ita, quòd sit necessaria uia scrutinij, & forma capituli, quia propter. infrà eod. titu. & tunc non computatur electus in numero, ut plenè no. infrà eod. cap. Cumana. aut proceditur per uiam compromissi, ubi non est necessaria illa uia scrutinij; & tunc computatur in numero, ut hic, & idem in alijs electionibus, in quibus forma illius capituli, quia propter, nõ est tradita. ¶ Naturaliter autem nemo seipsum auget augumẽto numeri, ut. ff. de pac. l. si plures. sed quod nõ potest principaliter, potest accessoriè, ut. ff. de aut. tuto. Item illud dicitur potius non impedire, quàm efficere. l. si pater. §. fin. ff. de manu. uindi. ¶ †Quæro; quid
5 si in ecclesia non sunt nisi septem canonici, & tres eligant quartum per uiam scrutinij, nũquid iste quartus poterit confirmari? & uidetur & bene, quòd non; quia quando proceditur per uiam scrutinij, electus non cõputatur in numero: quia esset contra formam capituli, quia propter. sed si esset talis electio, in qua non esset necessaria illa forma, tunc electus simul consentiẽs computaretur in numero, ne officium suum sit sibi dãnosum, ut d. l. planè, & debet consentire, non anhelare, ne uideatur ambitiosus. ¶ Quæro, super quo fundatur ratio istius. cap. respon. super forma compromissi in illo uerbo, ut ex se, mirabile est. iste tex. fundat se super. l. planè. unde si non esset uerbum, ex se, tamen teneret electio ex uirtute compromissi. quam uirtutem dat ratio dictæ. l. planè. iste ergo electus, quod non potest ex persona sua, potest ex consensu compromittentium, uel ex persona capituli, quod uice persone fungitur, ut. ff. de fideiussoribus. l. mortuo. & si tu dicis hic non est maior pars capituli, sed media pars, respon. aliquid additum paritati facit de pari maiorem; quia dat ei fomẽtum auxilij, argumen. in capitulo, duobus,
6 de rescriptis, lib. 6. ¶ †Ex prædictis no. quòd non uidetur alicui data potestas per aliqua uerba generalia eligendi se ipsum per se. Sed quæro, quid si uni est data plena potestas, utrum potest se eligere? Respondeo non, quia non uidetur de hoc cogitatũ. ¶ Quid si duobus, an unum ex se altero consentiente? Respondeo, non: quia unus non facit numerum. Item quia qui consentit, non disponit, sed dispositum coadiuuat. ff. de manum. uindi. l. si pater. §. fin. qui tex. est multum no-
7 tabilis. ¶ †Quæro, an compromissarius possit alteri cõpromissario committere suam potestatem? uidetur quòd sic: quia committit ei, cuius fides est electa. In contrarium: quia non est electa insolidum, sed cum altero, ut. l. Titium Mæuium, in princ. ff. de admi. tut. & no. ff. de arb. l. sicuti, & ar. C. de cadu. tol. §. ne autem,
8 qui text. est notabilis ad multa. ¶ †Nunquid ergo, si prior Prædicatorũ est electus executor ad distribuendum bona testatoris, possit distribuere in conuentum suum? & uidetur quòd non: quia cõuentus & ipse prior censetur una persona. tu dic, quòd sic: quia quantum ad industriam, quæ est electa, cõuentus non est eadem persona, nec posset conuentus exequi, tanquam ipse conuentus habeat ad hoc mandatum. unde licet ipse prior non posset distribuere sibi pro suis necessitatibus: tamen potest distribuere conuentui pro necessitatibus & subsidijs conuentus, quãquam ipse prior auctoritate legis potius, quàm sua, imò ipsa necessitate includatur in conuentu, tanquam unus ex cæteris, ut ff. de annn. lega. l. qui Marco. quæ lex est no. ad hoc, & facit quod not Cy. C. de leg. l. cum quæstio, & Bart. in l. ij. & iiij. ff. de stipu. seruo. ¶ Amplius hæc faciunt ad
9 alias quæstiones. †Ecce senator urbis authoratus fuit sibi ipsi in numero mille florenorum. dicit Cy. non ualere, licet publicè in senatu authoritatem præstiterit, & hoc per theoricam Petri, quam ponit. C. de sac. san. eccl. aut. quibuscunque modis, ut. C. de cõtrahẽ. empt. l. cum ipse, & l. j. C. de contractibus iudicum. nec est simile, quod dicitur in isto capitulo, quod hic nititur iusta ratione sua, & alterius. ¶ Sed in quæstione proposita surgeret acquisitio obligationis sua authoritate tantum. è contrario uero acquireretur alteri, & non sibi, ut quia donat alteri. & ultra legitimam summam bene posset interponere decretum insinuationis apud acta sua etiam & in camera sua, nèdum in loco publico causarum, ut. d. l. si consul, & c. ff. de manu. uindi. l. an apud, dummodò illum locum primò eligat pro suo tribunali: ut. l. ij. §. dies. ff. quis ordo in bo. possessione seruetur. Sed uidetur, quòd imò posit, ut. ff. de contrahen. emp. l. fistulas. §. fundum. ubi dicitur, quòd in executione officij necessarij quis potest exequi sibiipsi: sed ibi præcesserat legitima obligatio, & consen-
10 sus domini: hic non. † Dubitatur, an pater relictus executor posit eligere filium suum in pauperem? & si quidem non est pauper, non potest: quia excedit terminos mandati, ut no. C. de sac. san. eccl. illud. nec sufficit fictæ paupertatis ingenium. l. j. C. de mendican. ualidis, li. xj. Si autem est uerè pauper, & ex hoc acquireretur patri ususfructus, non potest, ut no. in l. j. ff. de autho. tuto. & arg. ff. de bo. lib. l. quæritur. Si autem pater renunciat usufructui, uidetur ualere: quia patri nihil acquiritur, & facit tanquam executor, non tanquã
11 pater. ff. de ado. l. si pater. §. qui duos. †Porrò ex officio non debet quis locupletari, nisi quatenus stipendia patiuntur, ut in aut. scriptum est exemplar, & c. ff. de neg. gest. l. qui usuris, ibi dum di-
a cit, abstinentem omni lucro [a] fi-
12 dem, & est tex. aureus. †& si requiritur locupletatus ultra solita stipendia, si est officialis fisci, & qui gessit rationes fiscales, potest ei fiscus auferre: quia præsumitur subtraxisse fisco, uel turpiter acquisiuisse, ut not. in l. facultas. C. de iure fisci, lib. 10.

a ¶ *Aldi dicit text. in c. quid dicam. 14. q. 1. quòd homini fidelis totus mundus diuitiæ sunt.*

SVMMARIVM.

1 *Vacante imperio, si alicui est commissa administratio, nil de immobilibus potest alienare.*
2 *Filius quo iure patri in regno succedat?*

3 Baro

Baro est nomen nobilitatis, & potentatus.

4 Conductione finita colonus, cuius tempore messis est matura, an possit in ipsam messem falcem mittere.

5 Papa non debet supprimere officium, uel potestatem electionariorum imperij.

6 Reges Franciæ quare possint eligi in imperatores?

7 Coronatur imperator tribus coronis. & quid operetur corona nu. 8.

9 Eligentium scienter indignum in imperatorem, ipso iure deuoluitur potestas in alios.

10 Papa si antequam eligeretur, iurauit renunciare papatui ad beneplacitum cardinalium, an ualeat iuramentum.

11 Imperatoris officium quod sit.

12 Terminus ad eligendum imperatorē electoribus à iure præfixus non est, sed statuere potest Papa, & eo lapso, supplere negligentiam electionariorum.

13 Iustitia quare Astræa nuncupata sit?

14 Infamia progenitorum descendit in posteros.

15 Contra iuramentum, de cuius ui dubitatur, non debet quis propria authoritate uenire.

16 Imperium non procedit per successionem.

17 Spurius regis, ob uirtutem electus, deficiente stirpe legitima, an teneatur soluere debita regis?

18 Soluere debita tenetur, qui succedit in bonis uacantibus.

19 Gens libera spurium in regem eligendo, tacitè eum legitimat.

20 Prælatus si nomine prælaturæ iurauit aliquid soluere, & postmodum deponitur, uel renunciat in manibus superioris, an liberetur à iuramento?

21 Nulla obligatio extrà suos terminos temporales, reales, aut uerbales, trahenda est.

22 Prælatus si iurauit soluere intra mensem, & datur sibi dilatio ad alium mensem, an sit periurus in secundo mense non soluendo.

23 Petens absolui à uinculo periurij an uideatur se fateri periurum?

24 Contra iuramentum illicitum uenire an possit quis propria authoritate.

25 Iuramentum exemplo perniciosum semper relaxandum. &

26 Perniciosum exemplum quod dicatur?

27 Excommunicari an possit aliquis procuratorio nomine, uel absolui?

28 Officium confirmatum eidem officiali quando censeatur idem cum primo?

ENERABILEM. ¶Electus in imperatorē à maiori parte illorum, ad quos pertinet electio, si fuerit idoneus, confirmabitur p Papam. Vide quod no. j. c. auaritiæ, super uerbo, confirmetur, li. 6. uide j. de maio. & obe. soli-
1 tæ. ¶ † Si uacante imperio alicui est commissa administratio, nil de immobilibus alienare potest j. eod. ti. cui procuratio, lib. 6. arg. & uide quod not. infrà eo. c. indemnitatibus, in gloss. not. nouum casum, li. 6.
2 † filius succedit patri in regno iure regni, non iure Romano. c. grandi, de sup. negli. præla. li. 6. ibi loqui-
3 tur de successione fratris. ¶ † Baro est nomen nobilitatis, & potentatus. c. fundamenta, eo. tit. in 6. & c. grandi, alleg. in super scriptione. ¶ Casus. Duo fuerunt electi in discordia, uidelicet Ottho, & Philippus. propterea Papa misit legatum in Alemaniam, ut alteram prædictarum electionum, quam inueniret canonicam, confirmaret: legatus uerò, præmissa diligenti examinatione confirmauit Otthonem: reprobauit electionem contrariam, propter quod principes, qui reprobatum elegerant, miserunt ambasiatorē ad Papam dicentes, ꝙ hoc iudicium non pertinebat ad Papā, uel legatum eius: quia aut legatus gerebat offm electoris, aut cognitoris: si electoris, hoc nō potuit facere, quia non est suæ potestatis, sed principum, ad quos pertinet electio, si cognitoris, perperam processit: quia parte non citata, hoc usquè ibi, uerum. ¶ Ibi Papa recognoscit potestatem principum in eligendo: sed dicit, quòd principes debent recognoscere potestatem Papæ in examinando personam electā, quia eum habet inungere, consecrare, & coronare, & ad eū pertinet impositio manus, unde potest eum reprobare. Quid enim. si esset sacrilegus, & execratus tyrannus, fatuus, hæreticus, uel paganus, nunquid eum inungeret, consecraret, uel coronaret? certe nequaquam. Nec ob. ratio in contrarium, quia legatus non elegit, nec quò ad factum eligentium infirmauit, sed denuntiauit personam indignam, non propter eligentes, sed propter electum, & quia electores ducis Philippi malo ordine processerunt: quia aliis cōtemptis; adiicens. ꝙ cum in electione uota principum diuidūtur, uel nolunt, uel non possunt eligere, ad papam ꝑtinet, quem debet ungere; consecrare, & coronare, & ex hoc fundatur intētio Otthonis regis, & probat, per simile usque ibi, sunt enim. ¶ Deinde inuehitur ꝫ ducē prætendendo ei quatuor eius uitia, s. excommunicationem, periurium, persecutionem ecclesiæ, & suorum progenitorum periurium, & ꝙ ambitiosè usurpauit regnum Romanorum. dicebatur pro parte ducis Philippi, ꝙ dictum iuramentum non tenebat. papa respondet, ꝙ hoc pertinet cognoscere ad superiorem, non ad iurantem. Præterea dicit, ꝙ si dictus dux imperiū obtineret, libertas principum in electione periret, & de cetero aliis principibus obtinendi imperium fiducia tolleretur, & ꝙ imperium non uadit per successionē, sed per electionem. Et propterea mandat à prædicto duce recedi, non obstante iuramento fidelitatis per nonnullos præstito ei tanꝙ regi Romanorum: quia, eo ad obtinendum imperium reprobato, iuramētum huiusmodi obseruari non debuit. tex. in c. fundamenta. j. eo. li. 6. dicit, ꝙ donatio Constantini fuit miraculum, seu accessio miraculi: quia sicut Constantinus fuit liberatus à lepra, ità & populus Romanus fuit liberatus à lepra idolatriæ. & ideò ista donatio fauore fidei, & in omnē terram transiuit sonus eius: miracula tamen non sunt
4 trahenda ad consequentiam. ¶ † Ibi, Falcem no. ꝙ non debet quis immittere falcem in agrum alienum. dicit lex, ꝙ finita conductione colonus, cuius tempore matura est messis, non potest in ipsam messem mittere falcem. ff. de usuf. leg. l. si. ff. de usuf. l. defuncta. ff. si cer. pe tā. l. si quis nec causam. §. si. dominus tamen cogitur ꝑmittere, si uult mercedem: quia quæ seminauerit homo, hæc metet secundum apostolum. ¶ Ibi, derogauerat, quod fieri non debet, ut. l. j. C. de offi. præfec. urbis. ¶ Ibi, Perperam. i. nulliter, ut no. C. de accu. l. si ac-
5 cusatoribus. ¶ † Ibi, ut debemus, ergo papa non debet supprimere officium, uel potestatem electionariorum imperij, ut no. in c. ad apostolicę, de re. iu. li. 6. & in clene Romani, de iureiuran. ubi omninò uide, ibi, Ab apostolica sede. i. à catholica ecclesia, & à populo simul. ff. de origi. iuris. l. 2. §. post originem. & qualiter & quare fuit imperium translatum ꝑꝑ peccatum græcorum,

ponit

ponit hic Ber.¶Ibi, Consuetudine, à qua electores, &
6 imperia processerunt.¶†Ibi in Germanos.i.in Theutonicos, & sic de alijs nationibus non possunt reges Romanorũ eligi.tñ reges Franciæ possunt eligi in imperatores: quia Carolus tantæ familiæ princeps fuit de Alemania, & sic eius posteri sunt Alemani. Ibi, Inun-
7 gimus &c.s. per manus cardinalis Host.†Ibi, Coronamus, tribus coronis coronatur imperator, ut no.in d. cle.ne Romani.tñ corona aurea nõ est necessaria quãtum ad administrationẽ ei conferendam, quã habet statim, ꝙ est electus legitimè in concordia, uel à maiori parte, ut no.Cy.in l.bene à zenone. C. de quadr.
8 præscri.† Quid ergo operatur corona? respõdeo, qa est postrema confirmatio, ut no Archi.23.dist.in nomine domini.ibi, Coronamus, dicit Innoce. ꝙ ista corona tribuit confirmationem. Dic, ꝙ ultima corona de auro, quæ fit Romæ, dat postremam perfectionẽ, & est culmen omnium coronarum, quę sub cœlo sunt. Ibi, Manus, dicit Aristoteles, ꝙ manus est organũ organorum.¶Ibi, Excommunicatum, uide quod not. in c.1.in tit.hic finitur lex, deinde incipiunt consuetudines regni, colla.x.¶Ibi, Tyrannum, uide quod not. Io. An.in cle.j.de bapti.¶Ibi, Consecrare, hæc consecratio est umbra ueteris testamenti, & ordo ecclesiasticus, sed non sacer, de hoc not. 63. distin. Valerianus. x.di.de capitulis. Ibi, respondentes, no.ar. à diuisione solui per tertium adiacens.i.per nec sic, nec sic: sed qa
9 datur tertius casus † Ibi, Ex eo, mẽs literæ est, ꝙ si eligant scienter indignum, ipso iure deuoluta est ptãs eligendi in alios, sicut in electionibus ecclesiasticis.ĩ. eo.congregato.& ĩ.de ap. constitutus, ſm Inn. Hoc dictum est ualde notabile, ꝙ in electionibus laicorum idem sit, qđ in electionib. clericorũ; & pp hoc si archiepi eligerent indignum, deuolueretur ab eis ẽt in principes seculares, ad quos pertinet electio, quod rarò alibi inuenies, ꝓptereà electio imperatoris est mixta archiepõrum, & laicorum, nec habet magis uocẽ clericus, ꝙ̃ laicus.¶Ibi, denunciatoris.ĩ.de ap.c.nouit.
10 ¶†Quid de Papa, qui iurauit ante, quam eligeretur renunciare papatui ad beneplacitum cardinalium? respõdeo, non ualet istud iurm̃, primò, quia est ꝯ libertatem uicarij Iesu Christi. secundò, quia moribus nostris non conuenit patres tpales hẽre.ff.de adop.l.si tibi filius, nisi forte pp sedandum schisma.& si esset periurus, dñt quidam, ꝙ est suspendendus ab executione pontificalis officij, nec põt se emendare: quia se emendando seu renunciando definit esse Papa. unde condõ cuius existentia infert priuationem, nõ recipit moræ purgationem, ut. ff. de sta. li.l. Thais ancilla.§.intra. ¶Ibi, denunciatoris.no. ꝙ denunciator non habet de necessitate citare eligentes, uel electũ.quia est quædã executio sñiæ priuationis iam latæ ſm Inn.¶Ibi, Cõtemptus, no.qui alium contemnit, nihil efficaciter agit.¶Ibi, Fauore; per hoc patet ꝙ in numero pari Papa põt gratificari. Et est ar. quòd iudex probabili rõne motus potest fauere alteri parti. Ibi, Defensore, no-
11 ta. ꝙ † officium imperatoris est defendere ecclesiã, ut hic, & Papam exaltare.63.di.tibi dño.& clerũ tueri.96.di.c.ult.& miserabiles personas & uiduas.24.q.5.principes, & c.administratoris, ſm gl.¶Ibi, Admoniti, pendente ista admonitione & expectatione electores possunt recedere ab una parte, & cum altera concordare, ut.s̃.e.licet, secundum Io. And.¶Ibi, Notoria.i.publica.¶Ibi, Manifestum, quod impedit promouendum; & si graue sit, debet periurus deponi, quia in famis. C. de transf.l.si quis maior, dummodò de periurio sit conuictus, & condemnatus, uel sit notoriũ: aliter secus. ff. de infamibus.l. Lucius, Ibi, Admoniti &
12 expectati, ꝓ hoc patet, ꝙ † electoribus imperatoris non est aliquis terminus ad eligendum præfixus à iure: sed Papa bene potest statuere terminum, & post terminum supplere negligentiam electionarum.¶Ibi, Defensore, hac rõne ne catholicus populus pp schisma ueniat in ruinam, imperator põt apponere remedia extrinseca; non dico intrinseca, ꝙ disponat de papatu. iste reprobatus seipsum interrogare debebat, & dicere, quare es tristis anima mea? & respõsio est hic, quia peccatum ꝯ me est semper. & quia conscientia pungit, & accusat me, & oĩs respublica est ꝯ me: quia ubi notorium ꝯdicit mihi, & maximè notoriũ in ecclesia Dei, ibi necesse est, ꝙ iustitia, quæ de cœlo ori-
13 tur, confundat me † dicit Vgutio, ꝙ Astræa.i. iustitia quæ de cęlo descendit, dicta est ab astris.i.a stellis, qa lumen suum naturaliter cõtcat uniuersæ creaturæ. ¶Ibi, Persecutio, no. ꝙ omnis ꝑsecutor catholicę ecclesię est exterminandus, qđ est ꝯ Papas, q gubernant
14 schisma.¶ † Ibi, Progenitores, no. ꝙ infamia progenitorum transit in posteros.¶Ibi, Postulauit, ꝙ q petit se absolui à uinculo excõicationis, fatetur se liga-
15 tum.† Ibi, consulere, no. ꝙ nemo dẽt propria authoritate uenire ꝯ iurm̃, si dubitatur, utrum sit ualidum, necne.¶Ibi libertas, no. ꝙ libertas infringitur: si arcta-
16 tur. † Ibi, Ex successione, not. ꝙ monarchia imperij non uenit per successionem, & no. ꝙ duplex est successor.s. ꝑ deriuationem; & ad hunc transit iusiurãdum præstitum à prædecessore.ĩ.de iureiuran.c.ueritatis: & per oppositionẽ, siue ꝯdõnem; & ad istum non transit: quia non est propriè successor: quia aduersarius ꝓ nullo hꝫ, & ideò iurm̃ hic annihilatur, & non trãsmutatur. Et no. hãc considerationem: ruit.n.iurm̃, si ruit fundamentum. ¶ Ibi, Domo, id est agnatione.¶Ibi Obseruari, not. quòd reprobato fundamento re-
17 probatur iuramentum. † ¶ Quæstio talis est. deficiente legitima stirpe fuit creatus rex de consensu omnium populorum illius regni propter inclytam uirtutem suam spurius regis præteriti: petebatur ab eo, quòd solueret debita prioris regis: dicebat se nõ teneri, quia non successerat in regno, sed erat nouum regnum, & noua creatio. nam cum antiquum regnum fuerat sine spe reparationis consumptum, non potuit resuscitari, sed potuit de nouo creari.ff.de iu. & iur. l.ex hoc iure. Item fiscus non uidetur esse idem fiscus sed nouus fiscus, ar.ff.de pac.l.si unus.§.pactus, uersi.sed si pactum.ff.de adi.le.l.si seruus.ff.de solu.l.qui res.§.aream. In contrarium uidetur, quòd ex qno subrogatur loco primi in honore, debet subrogari etiã
18 in onere, in aut.ne filius, uel agnatus, colla.x.¶ †Itẽ istud regimen non tam resolutum est, quàm uacans: sed qui succedit in bonis uacantibus, tenetur soluere debita, ad quæ ipsa bona uacantia sunt obligata. ff.ad Trc. l. recusare. §.si fisco. Item ille est similis legitimato, qui succedit ex dispensatione legitimationis; & ideò censetur ut hæres, qui tenetur soluere debita patris, ut infrà de uoto, c.licet. Item regnum, sicut hæreditas, est uniuersitas iuris, & possessionis.ff.ex quib.cau.maio.l.cum miles. §.j.iuris dico immediatè, possessionis aũt dico mediatè apprehensione, uel quasi.ff de acq.pos.l.cũ hæredes. §. si quis testamẽto.l.j.§. Scæuola.sed ꝓ prima opinione, ꝙ nõ teneatur, est, quia istud regnum est castrense, non paternum,

ternum, & filius de suo Castrensi peculio non tenetur soluere debita paterna, ut.l.j.§.scien.de separa. bono.
19 ¶ † Item, gens libera, de qua no.ff.de capt. l. hostes, potest spurium eligere in regem pro tutela regni. immò puto, quòd etiam possit legitimare. Nam certum est, quòd nullus seruus de iure ciuili potest esse legitimus filius.ff.ad Treb.l.hæredibus.§.filij: tamen si eligitur prętor per gentem, quę non recognoscit superiorem, efficitur legitimus atque liber; quia propter inclytam uirtutem, etiam si populus erraret, fingitur consensisse propter bonum publicum.ff.de offi.præt.l.
20 Barbarius Philippus. ¶ † Quæro, prælatus nomine prælaturæ iurauit aliquid soluere debere: tandem uitio suo depositus est ab officio, uel renunciauit in manibus superioris, utrum sit liberatus à uinculo iuramēti? dicit Io. An. quòd sic: quia non iurauit tanquam ipse in propria persona, sed tanquam alius in persona ecclesiæ.ff.quando ex facto tutorum.l.post mortem; quod uerum est, si debitum erat contractum pro utilitate, uel necessitate ecclesiæ: secus, si pro negocijs proprijs. Item secus, si non prælatus, sed gestor sine mandato, & sic potest exponi.l. procu. qui pro euictione. i. procurans. quia sua sponte se astrinxit, nec ratificatio domini tolleret ius quæsitum contrahenti, ut.l.fin. ff.de pa. uel loquitur, quando nomen procuratoris non est expressum in instrumento: quia dixit, ego Petrus non autem adiecit, ego procurator. & hæc uera. uel ibi procurator dixit expressè, obligo fidem meam, uel sponte se obtulit oneri duplæ, & contractui absque speciali mandato domini. Quid si est expressum utrumque nomen interposita copula, quia dixit, ego Titius, & procurator? dic, quòd uirtute copulæ uidentur duo rei debendi, & uterque insolidum tenetur hoc casu, dominus pp naturam officij, & procurator propter natu-
21 ram uerborum † illud sciendum est, quòd nulla obligatio debet trahi extra suos terminos tēporales, uel reales, uel uerbales.C.loca.l.si cum Hermes.ff.eodē.l. fin.in prin.ff.de fideiuss.l.stipulatus es, & l.fideiussores magistratuum.§.pro Aurelio Romulo.unde, quod nō cantat instrumentum, nec ego cantabo more Venetorum.ff.de institoria.l. Lucius. Item ratio contrahendi inspicienda est.ff.de constituta pecunia.l.fin. ff.de exercito.l.Lucius, & not.ff.cō.præd.l.si in uenditione, &.ff.
22 de leg.ij. l.cum pater.§.dulcissimis. ¶ † Pone, prælatus iurauit soluere. infrà mensem, prorogata est sibi dilatio ad alium mensem; certum est, quòd in primo termino non est periurus, sed quid de secundo? & si quidē fuit facta prorogatio cum repetitione iuramenti, non est dubium, quòd esset periurus, & remouendus à prælatura. Si autem simpliciter, uidetur quòd non sit periurus, ut.ff.locati.l. cum in plures.§ lege dicta, & arg. j.de iureiur. c. Clericus. item uerè sunt duo termini, quia duæ terminandi formæ, quæ non terminantur ad eundem terminum, licet terminus, qui extenditur, assumat sibi formam termini extendentis; & è conuerso terminus extendens assumat sibi naturam primitiui tēporis, & est quædam fictio, ut no.Cy.ff.de arb.l.si cum dies, in prin.in additionibus. In contrarium uidetur p l.Celsus.§.idem ait.ff.de arbi.Item non debet ei prodesse beneficium prorogationis, quam secutus non est, sed potius contempsit eam, & facit.ff.de leg.j.talis scriptura: quia prorogatio uidetur facta cum eisdem modis, & eisdem qualitatibus, arg.ff.loca.qui ad certū, & cum eisdem pœnis.ff.de uerb.obli.l.cum stipulatus sim mihi à Proculo. Non obstat.l.dicta, quia ibi sub certa forma, quæ forma erat postea mutata, secundū quod exponit ibi Martinus Sili & non dicitur propriè prorogatio, ubi forma est mutata, ut not. in c. hi qui authoritate, infrà de præben.lib.6. Porrò si non esset prorogatio temporis, sed cuiusdam contractus facta repetitio sine iuramento, non esset periurus, ut.ff.de præ-
23 toriis stipula.l. Valerianus. ¶ † Quæro, an ille, qui petit se absolui à uinculo periurij, uideatur se fateri periurum? respon.sic; & tamen potest quandocunq; se excusare à periurio.ff. qui satisd. cog.l.pen.ff de publi.l. Cæsar. dicit Innoc. quòd ille, qui petit se absolui, non uidetur confiteri obligationem. Tu dic, quòd aut petit se absolui à uinculo, & si quidem loquitur simpliciter, uidetur fateri. Si conditionaliter, non, ut not. C.de exceptio.l.siquidem. Sed si excommunicatus nō dicat; Peto me absolui à uinculo, & sic à iure, sed à facto excommunicationis, uel petit reconciliari, & non uidetur fateri uinculum, sed proponere merum factū,
24 arg.ff.de uerb.oblig.l.quidam cum filium. † Quæro, an quis propria authoritate possit uenire contra iuramentum illicitum: uidetur, quòd debeat adiri superior, & sine eius authoritate non possit ueniri contra, ut hic. In contrarium uidetur, quia illicitum iuramētum reputatur impossibile, ut.ff.de legat.j.l. si quis inquilinos.§.j. & lex absoluit iurantem, ut no.ff. de iure pa.l.adigere.§.fin.ubi est glo. sing. quæ dicit, quòd ubi lex remittit iuramentum, locum apostolici papæ tenet. Item in eo, quod necessariò deferendum est, non est necessaria superioris autho-
a ritas.[a] ff.de leg.3.l. fideicommissa.§.si quis illicitè. Sol. aut per apertam naturam negocij apparet, quod iuramentum est illicitum; & tunc non oportet iudicē adire pro relaxatione iuramenti. aut est dubium, & tunc refert, aut nō potest seruari sine interitu propriæ salutis; & ideò, intelligo etiam de salute corporali, ut si quis iurat inire duellum. Nā etiam sub iusto clypeo perire potest, & nemo est dominus membrorū suorum.ff.ad l. Aql.l. liber homo. Aut potest seruari sine periculo, & tunc aut est præstitum dolo, uel metu, interueniente tamen consensu, licet inualido; & tunc debet per superiorem relaxari: quia causæ cognitionem desiderat. Item, quia nemo potest ius sibi ipsi facere. de metu habes. infrà quod met.causa.c.1. de dolo habes exemplum in usurario: quia usurarius semper est in dolo. quia contemnit legem diuinam, licet ex parte iurantis non sit pec-
25 catum. † Dicit Innoc. hic rem ualde notabilem, quòd ubicunque iuramentum est perniciosum exemplo, debet per iudicem scilicet ecclesiasticum relaxari. Ex hoc arguo, quòd si quis iurat non allegare, nec probare, quòd laudum sit latum per dolum, quia istud iuramentum est perniciosum exemplo, potest peti relaxatio iuramenti, & tandem petetur reductio, quia per relaxationem aperitur uia ad iudiciarium ordinem, non autem fertur diffinitiua, ut j.de iureiur. c.1. Item dicit hic Inno. quòd si necessitas urget, uel non possit haberi superior, potest quis sua authoritate uenire contra illicitum, uel temerarium iuramentum. Idem, si magna necessitas spiritualis hoc exigat, uerbi gratia, si iurauit non denunciare prælatum suum de dilapidatione. Ista sunt dicta Innoc. quæ sunt multum nota-
26 bilia. † Perniciosum exemplum est illud, quod dat aliis exemplum, & materiam delinquendi, sicut utile exem-

a *¶ Vide dominū Card. Flor. in consil. 35. inci. quidam habens unum filium. uer. ad secundam facilis est responsio.*

exemplum est purgare prouinciam prauis, & perniciosis hominibus. C. ad l. Iul. repetum. l. j. & l. congruit. ff.
27 de offi. præsi. ¶ † Quæro, nunquid aliquis procuratorio nomine possit excommunicari, uel ab excommunicatione absolui? & est ar. quòd non. ff. de hære. inst. l. pater fa. testamento. dic, quòd non debet fieri: factum
28 tamen tenet secundum Ioan. And. hic in nouel. ¶ † Et prædicta faciunt ad quæstionem, quidam fuit potestas electus pro sex mensibus: nam si pro alijs sex mensibus fuit denuò electus, duo officia sunt. si autem dixerunt, prorogamus ad aliud semestre, est unum & idem officium, ar. ff. de fur. l. inficiando. §. infans: & tunc ideò nõ deberet stare nisi ad unum syndicatum pro utroque semestri, & arbitrium sibi datum in primo semestri uideretur repetitum in secundo, ut no. Bar. in l. iiij. ff. de dam. infe. nisi prorogatio esset per statutum prohibita, ar. ff. de iu. l. ij. §. j. ¶ Sed quid si esset clausa iurisdictio, & postea facta esset prorogatio post clausam iurisdictionem, puta ultima die primi semestris? ut. ff. de ferijs. l. pridie. Respon. non est eadem iurisdictio, ut. ff. de præcario. l. in rebus. §. fi. & eodem modo si per statutum non posset prorogari tempus, quia nõ ualet tanquam prorogatio, sed tanquam de nouo datum, nisi esset factum in fraudem statuti, facit infrà eod. c. commissa, lib. 6. & not. infrà. l. j. C. de priuilegijs scholariũ, lib. 12. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus, qui se uidet in mortis articulo, an possit cum suo capitulo tractare de electione successoris?*
2 *Electio facta de successore ante sepulturam defuncti, an ualeat?*
3 *Rege mortuo an filius debeat coronari ante lapsum tridui?*
4 *Iustitia triumphat super omnem aliam uirtutem, uitam, famam, & scientiam.*
5 *Citatio inualida non arctat citatum.*
6 *Contemptus an reddat electionem nullam, ita, quòd non sit necesse prætorem adire, ut eam cesset.*
7 *Ius plurium in electione delinquentium an deuoluatur ad unum collegij eiusdem non delinquentem?*
8 *Vniuersitas an resideat in uno.*
9 *Exclusorum ius an, & quando accrescat non exclusis.*
10 *Ius accrescendi, in emphyteusi ex stipulatione, & in feudo an habeat locum?*
11 *Ius accrescendi non procedit in his, quæ primordiales fines excedere nequeunt.*
12 *Ius accrescendi uel ex non facta acquisitione, uel ex funditus resoluta, oritur.*
13 *Electio potestatis si pertineat ad duo collegia, et pars unius ex istis collegijs delinqua, an deuoluatur potestas ad aliã partem, an ad reliquos de utroque collegio.*

BONAE MEMORIAE. Cassatur electio maioris partis facta contempta minori, uel non legitime citata: tamen antequã cassetur, ad minorem partem ius non deuoluitur eligendi: & si eligerent, cassat. ¶ Casus. Dum adhuc episcopus Cremonensis uiueret in humanis, tñ de morte ipsius desperaretur, capitulum facit citari. H. studentem in ciuitate Rhegij ad certum terminum in uigilia Pentecostes pro futuri electione Pontificis facienda: tandem elapso termino, & episcopo mortuo antequam corpus eius sepeliretur, & absente prædicto. H. canonico, capitulum dedit eligendi potestatem quibusdam, qui elegerunt Archipresbyterum. deinde dictus. H. credens ad se ius deuolutum eligendi elegit magistrum suum, electione facta uice capituli non cassata. Modò papa dictum. H. priuat uoce, quia deliquit, non expectando iudicium papæ super cassatione, irritans electionem dicti. H. deinde cassat alteram electionem: quia fuit facta occasione tractatus facti corpore episcopi nondum tradito sepulturæ, & quia contempto dicto. H. qui licet fuerit citatus, non tamen citatio ualuit, & ideò non potuit arctare citatum. dicit hic Innocen. quòd citatus, qui die statuta non tenetur comparere propter solemnitatem diei, uel alia de causa, tamen postea competenti tempore comparere debebat. non obs. ff. si quis in ius uocatus non ierit. l. ex quacunque, in fi. quia ibi non dicit, quòd non teneatur comparere postea tempore congruo; & hoc quando tempus statuitur a iudice. sed quando statuitur à lege, non prorogatur instantia, sed debet cõparere congruo tempore ante terminum. tex. est notabilis. C. de temp. ap. l. ij. in fin. & hoc nisi lex, uel statutum ultra procedat: quia à finibus legis, uel statuti non est recedendũ, ut. ff. de so. l. si lege, in prin. illum. §. fi. intelligo in ferijs solemnibus: quia solemnibus diebus celebrantur, & sunt certæ, & possunt præuideri. in repentinis & fatalibus, quia incertæ sunt, Et dici prorogatio. ff. ex qui. cau. maio. l. sed & si prætorem. §. sed si feriæ. & si necessaria fit restitutio, fiet sine libello, ar. ff. si quis cau. l. ij. §. si quis in iudicio. & no. quòd restituetur non solum quantum pro quanto, sed quale pro quali. ff. de uerb.
1 obli. l. & ideò hæsitatur, per Bart. ¶ † Quæro nunquid prælatus, qui uidet se in mortis articulo, possit tractare cum suo capitulo de electione successoris? Responsic, non tamen aliquid determinando, uel promittendo, nec de certa persona præficienda: alioquin cassabitur electio. Quæro, quis dicatur esse tractatus. Respõ. ille, qui fit capitulariter & solemniter, non ille, qui fit
2 perfunctoriè & difformiter secundum Inno. ¶ † Quæro, si ante sepulturam est facta electio, an ualeat? & uidetur quòd non, quia triduo est uacandum ab electione propter exequias defuncti, & quia uidetur contra canones facta. dicit Innoc. quòd ualet, & quòd ita fuit obtentum in curia. Nam statim, quando ecclesia est uiduata, potest ei prouideri de nouo sponso, cum sit soluta a lege uiri, & nubat in domino, & prædicta sunt
3 ar. † quòd rege mortuo filius eius non debet de honestate coronari nisi post triduum: quia post tres dies Christus resurrexit à mortuis. ego in filio non facio temporis distinctionem, quia corona cõtinuatiuè descendit in ipsum, ut insti. de hære. quæ ab intestato. §. sui, licet corona exterior requirat manus impositionem, & officiorum celebritatem, ar. s. co. uenerabilem. ¶ Ibi, Desperaretur, scilicet per medicos, quibus est credendum, uel per euidentiam facti. ¶ Ibi, Rhegij, no. quòd ciuitas Rhegij habet prærogatiuam, siue priuilegia studij. ¶ Ibi, In uigilia. uigilia est dies non feriata; & etiam die feriata posset fieri citatio ad eligendũ: quia quò ad hoc nõ sunt feriæ. 15. q. 4. in summa. ¶ Ibi, Pro sua, idest quam fecit de suo doctore, ut patet in antiqua. ¶ Ibi, Temeritate. s. dicti. H. eligentis, non magistri electi. Ibi, Expectare. simile. ff. de excusa. tuto. l. diximus. ¶ Ibi, Ad secundam, cum aliis pariter celebrandam. Ibi, Ad irritandam, id est irritam nunciandam. Host. Ibi, Contradicentis, sensus literæ est, q̃ si capitulũ eligit de nouo eundem, quem elegerat prius, dictus. H. non potest contradicere scilicet pro aliquo

suo

suo singulari interesse: tñ quilibet canonicus pôt obijcere rationes formatas à iure sm Inn. & huic aufertur uox ꝯdictionis, sed non uox electionis sm Abb. & Egidium. ¶†Ibi, Iustitia exigente, not. q iustitia triũphat super omnem aliam uirtutem, uitam, famam, & scientiam; & sic non prodest bona fama, ubi quis caret iustitia, uel ubi reperitur peccatum esse. ¶ Ibi, Cõtemptus obesse, dic q aut contemnitur, qui est in iure, & possessione eligendi; & tunc habet locum pœna contẽptus. secus, si esset in iure, & non in possessione: uel in possessione, & non in iure, ut no. Host. j. de rest. spo. c. in literis: qđ est not. dignumm secundum Colle. ¶ Ego dico, q quædam species spoliationis est contemnere possessorem, & q ubi possessio tribuit ius eligendi, nõ requiritur proprietas, ut. ff. de acqui. possess. l. mulieri, & l. naturaliter. §. nihil commune. item cum eligere, prout est actus eligendi, non sit aliud, q̃ fruitio ipsius iuris, non potest auferri possessori bonæ fidei, qui facit fructus suos: sed ubi possideret mala fide, non faceret fructus suos ab alio perceptos, ut ff. de usu. l. qui scit. §. in bonæ fidei. ¶ Ibi, Tractatum, per hoc electio non est nulla, sed annullanda, ut no. Inn. s. e. considerauimus; & hoc quando fuit tractatus habitus eo uiuo, licet in extremis: sed eo mortuo soluta est à lege uiri, & nubat in domino, ut no. Archi. 99. dist. nullus, & j. eo. si electio, li. 6 & tangitur. j. e. ne pro defectu, secundum Colle. ¶ Ibi, non traditum sepulturæ, dicebãt antiqui poetæ, ut patet in gl. lucani, q sunt in homine. s. anima, quæ redit ad cœlum, corpus, quod reuertitur ad cinerem, & umbra, quæ circa corpus insepultũ ante, quam uadat ad inferos, stat annis centum. Nam sæpe accidit, q uidemus umbram, & non corpus, sed fabulæ sunt ꝯ catholicam fidem. ¶ Ibi, tractatum, si hoc sit causa electionis cassandæ, expone tractatum. s. diffinitiuum, id est ducentem ad finem secũdum Host. Ibi, Vnius, not. contemptum unius nocere, sicut cõtemptũ multorum. ¶ Item no. q plus obest non citatio, q̃ dissensus. sic. ff. de arbi. l. sicut, etiam si constet de præcisa intentione absentis; quod est ꝯ Inn. j. de testa. c. Raynaldus. ¶ Ibi, Nec prędicta, rñdet tacitę obiectioni, qa diceret aliquis, iste non fuit contemptus, quia citatus.

5 † Papa respondet, q citatio inualida non arctat [a] citatum, & si non emanat debito tempore, postea non conualescit. & est argumen. q iudex non possit inquirere de morte ante mortem, licet uulnus sit mortiferũ. ff. de confess. l. si is, qui Stichum. & licet pendente iudicio moriatur uulneratus, tñ ex inquisitione male formata & præpostera non potest sequi condemnatio. Itẽ no. q ad hoc ut citatio sit ualida, debet hñe extrema possibilia, id est principium, & finem.

pendent, & nō debet responderi. nam si primò negauit, & postea confiteretur, esset periurus. ff. de iureiur. l. qui iurasse, si pater. Ia. Bu. in auf. principalis. ¶ Idē ibi Rainerius. sed Cy. in §. quod obseruari, repræhendit illam gl. & male, ut in no. in l. si à te, in princ. ff. de exce. rei iu. & facit quod no. ff. de iureiu. l. cum. qui. §. in popularibus. Aliquando opponitur positioni, quòd est obscura, cui non debet responderi: quia respōsio obscura nō releuaret ponentem. ff. de confes. l. certum, in prin. & quia male ponenti non est respondendum C. de transf. l. ut responsum. ff. de testa. l. Domitius ¶ Aliqñ obijcitur positioni, ꝙ est generalis: tñ in actionibus generalibus. i. quæ sunt statutæ a iure, ut sint generales, uel uniuersalibus. i. quas ius statuit esse uniuersales, possunt fieri positiones, quæ naturæ actionis congruunt, quoniam & probationes ualent, ut no. in l. j. ff. de eden. Itē obijcitur positioni, ꝙ est alternatiua. l. prætor, in prin. ff. de iniu. dic, ꝙ alternatiua trahens formam ex ꝯctu alternatiuo procedit: quia non est in potestate ponentis diuidere eam, sed si est in eius potestate, non procedit alternatiua positio. ut uerbi gratia, pono sic, ꝙ tu fuisti mihi condemnatus, uel confessus. quia obscura est, de uerbo. obli. l. ubi autem nō apparet. §. qui illud aut
55 illud. ¶ † Quæro, quid si est semel responsum, an sit ulterius respondēdum? respondeo non in eadem instantia. Alij dicunt, ꝙ aut est respōsum de ueritate, & ꝑpetua est responsio: quia semel uerum semper est uerū. i. semꝑ retinet ueram prædicationem originis suæ, secus in putatiua. ff. de dam. infe. qui bona §. si quis stipulatus, ubi gl. no. & hoc excusat testem, si olim dicat se nō recordari, & hodie dicit recordari ſm Ia. Bu. ¶ Aliqñ obiicitur positioni, ꝙ est positio iuris. i. de casu legis. Ia. Bu. sed si nō est tex. sed glo. adhuc idē puto: qa nō est in potestate rñdentis, sed iudicis interpretari dubia iuris. Porrò, si fiat positio de casu cōsuetudinis,
56 est respondendum, quia probandum Ia. Bu. † Sed nunquid super facto proprio datur dilatio ad respondendum? respon. sic, si est de longinquo, uel si est factum implicitum, quod pēdet ex calculo ſm Ia. Bu. & Bar. eius
57 discipulum. ff. de pac. l. emptor. §. Lucius ¶ † Sed nunquid possit reuocari confessio facta dato prius termino ad deliberandum? respon. non, si acceptauit terminum, & respondit de ueritate, & nō de credulitate, ut ꝫ. de diuor. c. ex literis per Ber. & hoc uerum, si respondit de facto proprio. sed si de alieno, posset probari error: quia non plus operatur confessio, quam promissio
58 ¶ † Pono, quòd sum minor, & læsus, non debet respōderi, quia de duabus positionibus. quarum una pōt esse uera, alia falsa, facio unam. nec habetur pro confesso, qui non respondet, quia non debet responderi, nisi diuidatur. ¶ Item necesse est, quòd illud uerbum, læsus, declaretur, quia posset læsio esse casu fortuito. ff. de mino. l. uerum. §. si locupleti. Item in parua quanti-
59 te. ff. de in inte. resti. l. scio. † Pono, ꝙ testes sunt bonæ famæ, vꝛ ꝙ nō debeat responderi: quia esse bonæ famæ est articulus iuris: quia talis quis nascitur, tu dic, ꝙ est & fama iuris, & fama facti, cum qua quis nō nascitur, quia ex factis oritur sicut è cōuerso infamia facti, tamen infamia nunquā præsumitur. C. de inof. te. l. omni
60 mō. † Illud scias, ꝙ ad offm iudicis ptinet repellere positiones iniustas, uel superfluas, quia & interrogatoria pōt refrenare, ut no. ff. de iureiu. l. si duo patroni. §. idem Iulianus. C. de app. l. ampliorē. §. in refutato-
61 rijs. † Itē scias, ꝙ sicut iudex non tenꝛ admittere positionē implicitā, ita nec rñsionē iplicitā, sed dēt facere omnimodo

oĩmodo rñderi ad interrogata, nec pati aliud ꝑmisceri, id qđ quo qs nõ est interrogatus, & iõ si reus dicit, feci ad meã defensionem, non debet pati, ꝙ ista responsio ponatur in actis. Item quia contraria cumulat, & quod prædixerat perimit, nisi id probare uelit: iudex tamen ex ista responsione posset eum condennare nõ probãtem causam excusationis suæ, sicut qs tenef probare exceptioné, cõstito de facto qđ sui natura est obligatorium. C. de excep. l. si quidem. ff. de rei uin. l. offi-
62 ciũ. ¶† Quæro, pone ꝙ quis rñdet ad id, quod in iure consistit (uerbi grã inquiritur, ꝙ facit ꝯ formam statutorum, & respondet ꝙ fecit ẽm formam statutorũ) tñ. confessus est factũ: quia responsiones, quæ in iure ꝯsistunt, non faciunt rñsionem conditionalẽ, ut. ff. de cõdi. & demon. l. multũ interest. Et aduerte, interrogationi, an fecerim ꝯ ius, non debeo rñdere, & si rñdeo, nihil operatur hæc adiectio ꝯ ius, etiã si ꝯfitear, & nullã defensionẽ mihi affert de aur. & argen. leg. l. ornamentorum. ¶Notorium est res, uel factũ demonstratũ ab usu, ubi habemus sensum, de fama non curamus. ¶Fama a † est pica rei gestæ, uel q̃ re-
63 putat pro gesta, & debet hre alibi quod indiciũ discretionis: aliàs
64 est uana & inefficax. † Qualitas est accidens factũ principale seu substantiã informãs. ¶Ciuitates non habent merum imperiũ. & iõ alteri dare de se submittere non põt. ¶De sapientia dei procedit intellectus, & de gratia infusio, & de perfectione donum perfectum. Iacobi primo. & inter cuncta, quæ promoueãt intellectũ, est desideriũ bonæ famæ quã si qs nõ simulatè affectat, dignus fit sacerdotio & honore, vñ desideriũ bonæ famæ añ oĩa nos pcedat. nã bene operari, & alij non cõicare est aromata in obtuso uase retinere, ubi redolentia non & qđ diuinius & cõius est, sepultum iacet. Nascit aũt fama ex gloria uirtutis: quia fama dẽt esse associata discretioni. ¶Porrò fama propriè loquendo & ab excellẽtiori extremo non potest esse nisi bona sit: quia fama est arg. uirtutis. Cęterũ si mala est, uulgo qdẽ fama uocaf, sed debet dici opinio uoce populi nũciata Tñ ubi habemus sensum certiorẽ, de fama non est nobis curæ, nisi uelimus transire ad notoriũ tũ, & illud non indiget fama si est notoriũ demonstratũ uisu. bonum igitur famæ, & bonum notoriũ estaurum pp maiestatẽ ueritatis, & argẽtum propter conscię puritatẽ & candorẽ tñ ꝑpter redolentiã, seu odorẽ: tamẽ ad ista non peruenit sine myrra, id est sine amaritudine, q̃ licet in ore, id est in prin. sit amarissima, cũ est in stomacho & digestione, efficit
67 ualde dulcis. † Dico igitur, ꝙ desideriũ bonæ famæ, q̃ dẽt esse sociata uirtutib. dẽt esse motiuũ operũ, & qa intellectus est donũ dei, & cũ ipso permanet sꝑ, idcirco deo inhærebo, & eius altissimæ maiestati humiliter supplicabo, ut q dedit motiuũ, tribuat operis effectũ. Hoc aũt opus cõplani in multa ĩfirmitate, sed deus adiutor fuit, cui grãs ago: qa si qd sum, ipse fecit me, & n ego me. ¶ Dicit Inn. ꝙ ille, qui resignat bñficia, quæ ĩdebitè tenet dũ iminet electio, & iste postea eligit, ꝙ pſumit ambitio, & nõ uere pnia, quæ est uirtutis opus. ff. sol. ma. filiæ meæ, & sic pſumit fraus ex actuũ sequela. ¶Dicit In. ꝙ dispẽsatio, uel priuilegiũ, ex quo nemini fit piudiciũ, ualet ẽt lite pẽdente impetratũ. ff. si qs cau. l. qui aũt. ¶ Dicit Inn. ꝙ qui pseuerat in crimine, indispensabilis est, Inn. Simile habes notoriũ. ff. de
68 iniuriu. l. cũ qui. §. in popularib. ¶† Et no. ꝙ crimen, in quo reperit perseuerãtia, est unũ & idẽ numero, ar. ff. de fur. l. inficiãdo. §. infans. Sed ea, in quibus reperitur coniunctio, sunt reuera plura: tñ finguntur unũ & idẽ, ut no. ff. de act. & ob. l. pe. & ff. de fur. l. uulgaris, in prin. Quædã autem sunt separata uoce & interptatione, & de his loquif, ut ff. de priua. deli. l. nunq̃ plura. D. cit In no. ꝙ cũ accusatore illegitimo, uel teste nõ idoneo dispensari non pt: quia fieret in alterius præiudiciũ. Inn. de mino. ait pror. In his quæ sunt contentiosæ iurisdictionis, non potest iudex ꝯ legis statutum dispensare: quia si posset dispensare, ab hac iniustitia nõ posset ap-
69 pellari, quod est falsum. ¶† Dicit In. ꝙ probationes testium debẽt in meliorẽ partẽ interpretari. i. in cã, quæ non sapit crimen, In. ar. ff. pro soc. l. marito. ¶Dicit In. ꝙ suspẽdere magis pertinet ad iurisdictionẽ, quàm ad curã aĩarum, quæ vr in secreta ꝯfessione ꝯsistere. Inn.
70 ¶† Dicit Inn. ꝙ indulgẽtia, uel rescriptũ est inualidũ ꝑpter expſſionẽ falsitatis, uel suppſſionẽ ueritatis, qua expſſa nõ emanasset indulgẽtia, uel rescriptũ: aliàs nõ uitiaf, In. ff. de in ius uoc. sed si hac. §. patronũ. ff. de nata. rest. l. 2. Et sic si in mendacio expresso, uel tacito cõsistit finalis cã non ualet indulgẽtia, ar. ff. de pac. l. tres fratres. ¶Dicit Inno. ꝙ indulgẽtia de pluralitate intelligit de futuris, si ea licite quæsiuerit, In. unde solũ pluralitatẽ ꝑmittit tñ cætera canonicè dñt esse licita, arg. C. de inoff. te. l. si qñ. in pri. Sed ꝯ dictũ In. facit. ff. de ser. ur. pd. l. si seruitus. Sed ibi ex ꝯtextu uerborũ patet solutio. Adde. ff. de le. l. cũ lex. ¶Dicit In. ꝙ si in indulgẽtia ꝯtinef dictio, dũmõ, ꝙ ñ ĩportet ꝯditionẽ, sed quoddã
71 mandatũ, In. qa non apponit in initio ẽm In. ¶† Dicit Inn. ꝙ si papa mãdat alicui, ꝙ dispẽset cũ aliquo, tale mãdatũ ẽ referendũ ad ius, ꝙ dispẽset, si uiderit dispẽsandũ; & iõ non ualet dispensatio in pluralitate, nisi psona sit sublimis, uel lrãta, vel aliàs necessaria: secus si papa dispensat p seipsum: quia de factis eius nõ licet iudicare, In. ¶Tñ Io. An. cũ Cõpo. tenet ꝙ ẽt cum alijs possit dispensari. Io. And. ait latitudo uoluntatis principum non restringit, ar. C. act. ab hære. & ꝯ hæredes. l. j. in rõne literæ. ¶Dicit Inn. ꝙ si quis habet dispensationem super duobus obtinendis, & illa obtinet, si unũ ex illis amisit, non poterit loco illius licitè aliud impetrare, Inn. quia iam substãtiata est gratia, & pro par-
72 te firmata. ff. qui & à qui. l. matrimonij. ¶† Dicit Inn. ꝙ rescripta sup bñficijs debent facere mentionẽ non tantum de uno beneficio, sed de omnibus, & nõ solum de beneficijs, sed de reditibus. uel dic, dicit ipse, quòd aliud in dispensationibus, quę sunt restringẽdæ, aliud in rescriptis beneficialibus, quæ sunt amplianda, nisi saperent ambitionem. Ex hoc patet quòd de iure communi non est fienda mentio de reditibus. idest de annuo ualore beneficij, ar. ff. de leg. 2. cum pater qui filio, quod tene menti. ¶Dicit Inno. quòd dispensationes sunt restringendæ, & ultimæ uoluntates amplian dæ. Inno. Tu distingue secundum legem, cum quidam, ff.
73 de libe. & posth. † Dicit Accu. quòd innouatio priuilegiorum non confirmat inualida, in l. prima. ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iur. ¶Dixi in usibus feudorum, quòd si quis impetrat à principe confirmationem feudorum, hoc non intelligitur nisi de his feudis, quæ canonicè possidentur, ut in cap. licet, per quos fiat inuesti. & per quos recipiatur, ubi est tex-
74 tus singula. ¶† Not. secundum Ioan. Andr. confessio procurato. eligentium non nocet electo secundum Pet. & Abb. & maximè hoc uerum est, quando confitetur de his, quæ contingunt factum electi, & non

a ¶Multa moralia habes hic de bona fama, & unde etiam multa per Barb. in consi. 47. 2. parte.

& non facto electionis, Ioan. An. Item hic non erat lis contestata: sed erat processum ex abrupto. ff. de excep.
75 do. Si procura. agit. ¶† Dicit Io. An. sm Gof. & Host. q p exceptioné peremptoriam nõ fit li. cont. Io. And. in exceptionibus impedientibus processum dic esse tex. iurisconsulti. ff. de condi. inde. l. eleganter. §. si qui post. itẽ ex. c. si litem contestaretur, esset contra naturam priuationis, ad quam tendit, de hæred. insti. l. ex facto etiam agitatum. Item cum exceptiones sint arma reorum, absurdum est dicere, quòd reus excipiendo uelit aperire uiam procedendi actori fundando iudicium per contestationem litis. Item ex priuatione non surgit habitus, ut. ff. de hær. inst. ex facto etiam, de exce. rei finitæ non est dubium: quia illæ non sunt tantum peremptoriæ, sed præiudiciales. i. inpediunt processum. Et ideò non inducunt processum: quia esset cõ
76 tra rerum naturam. † Dicit Ioan. And. quòd si commenda est facta, ante, quàm cassetur, non tenet electio facta per illos, qui læduntur ex commenda, etiam si non fuerunt uocati, sed contempti per epm. nam cum hoc pertineat ad iurisdictionem episcopi, & si malitiose fecerit, oportet prius cassari commẽdam, quam possit fieri electio, Io. And. de istis commendis plenè tractat hic per Hostien. ergo in iurando iure, quo non expedit aliquem citare. Qõ fuit de facto, præpositus Argentinus obtinuit dispensationem in hac forma, quòd præter obtenta posset beneficium unum curam habẽs liberè recipere, ac licite obtinere. Quærebatur, utrũ per hec in obtentis esset dispensatum? & dicũt fuisse iu
77 dicatum quòd non. Io. An. † & sic dictio, præter, non includit plures dispensationes, ar. in l. j. C. de do. pro. a mi. Et dic. quòd ista dictio,[a] præter quando aduersat, uel excipit, excipit, & hoc est, qñ præcedit genus, à quo excipit aliquam speciem, ut lego tibi omnes seruos meos præter Stichum aliquando implicat, & cõiungit, ut. ff. de pignoratitia act. l. j. Super quo talis datur doctrina, q aut hoc, quod consequitur dictionem, præter, potest contineri sub genere præcedente expresse, aut nõ. primo casu ponitur exclusiuè, ut. C. de epi. & cle. l. parabolam, & l. nullum. ff. de repu. Scdo casu ponitur inclusiuè, ut. l. sed hæ. §. præter, de procu. tamen cum hoc stat q mens loquentis debet seruari. Et si loquens est minister legis, debet interpretari secundum mentem legis, quæ plurima inconuenientia abhorret, vt in nostro c. in fi. Item si dictio, præter, ponatur enunciatiuè, sicut est in casu istius quæstionis, non disponit, sed dispositũ
78 custodit, si est rationabile: aliàs non. † Dicit Ioã. And. q an quis fecerit animo furandi, uel non, arbitrabitur bonus iudex ex qualitate & coniunctione personarũ, ut. l. si quis impera. male. & l. j. C. de sica. & l. fi. ff. de ac. & ob. & l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mi. & no. C. de fur. in l. ij. quod intellige de furto, quod committitur per amotionem de loco ad locum. Sed quando committitur furtum per contrectationem. i. occultationẽ tunc non est locus coniecturæ propter euidentiam cri
79 minis, ut. ff. de acqui. re. do. l. quæsitum. † Dicit Hosti. quòd si inuenis rem alienam, debes facere illã præconizari, vt furti suspicionem euites. Sed si fecisti aliq. expen. potes uti retentione, donec tibi reddatur, Hos. & ff. de cond. inde. l. si non sortem. § si emptum, in gl. ff.
80 de rei uin. sumptus. ff. de pig. ac. si necessarias. §. fi. † Dicit Hosti. quòd uacante ecclesia propriè non fit furtũ rerum ecclesiæ. Io. An. quod superius declaraui. Adde quod no. C. de fur. l. si nondum, & no. quòd quidam dicunt, quòd exceptio de criminibus requirit specificationem loci, & temporis: alias est inepta, ut in c. pñtiũ, de testi. li. 6. Sed contra eos est casus in isto. c. vbi exceptio pluralitatis, quæ includit crimen, opponitur sine coarctatione mensis, uel loci, sed sufficit dicere, quòd tempore electionis, non exprimendo de quo mense. Non ob. c. præsentium, quia confiteor, quòd si de hoc fieret interrogatoriũ, posset fieri interrogatio de istis circunstantijs, ut ibi, sed non quòd sit de necessitate formæ opponendum, nec de substantia materiæ: quia quodlibet certum eiusdem substantiæ, & naturæ comprehensum in genere exceptionem parit, & hæc dicta pronunc sufficiant in isto aureo capitulo.

[a] ¶ De dictione, præter, uide Barb. & ibi scripta per doct. in l. age cum Geminiano. C. de transac.

SVMMARIVM.

1 *Electo sufficere maiorem partem uotorum, quomodo intelligi debeat?*
2 *Excludi de facto non debet quis à iure, quod sibi competit ratione possessionis, & fructuum.*
3 *Fructus quid sit?*
4 *Fructus agro cohærentes, item ab eo separati ad quem pertineant?*
5 *Dominus usufructuario mortuo non tenetur stare locationi per eum factæ.*
6 *Singularitas est in testibus quò ad personas quò uerò ad dicta debet esse conformitas.*
7 *Electio uitiatur, ubi quid de forma omittitur. & quæ sint de forma electionis.*
8 *Electio per quæ uerba debet fieri.*
9 *Iuris dispositio & iuris possessio, uel quasi in eisdem consistit in quibus ius canonicum.*
10 *Sola uocatio ad eligendum uocato possessionem tribuit, eligẽdi ius non tribuit.*
11 *Collatio an sit necessaria, quando, ad electionem proceditur per uiam compromissi.*
12 *Maior pars, in materia electionis, quæ dicatur.*
13 *Singularitas in eligentibus aliter sumitur quàm in testibus.*
14 *Vniuersitatis sub nomine puniri non debent singuli de ea, quibus, in eodem crimine singulariter pœna fuit arrogata.*
15 *Formam mandati qui non seruat, nihil fecisse uidetur.*
16 *Electiones plures habens, unam duntaxat prosequi potest.*
17 *Electioni factæ non uocatis uocandis, si ij ante præstitum consensum obierint, an eorum loco subrogatos consentire oporteat?*

IN GENESI. Irrita est electio, in qua collatio non processit, uel quæ facta est non à maiori parte capituli, uel quæ est singularis, non communis, & no. quòd in cassatione electionis cuiusdam Gulielmi omnes istæ causæ interuenerunt, & sunt duę partes, prima ponit tres cassationis causas, secunda ibi, nos his. ¶ Casus. uacante quadam ecclesia Anglicana fuit electus quidam V. cuius tamen electio fuit pluribus rationibus abusiua, primò quia dictus V. non habuit consensum maioris partis totius capituli, sed partium cõparatione minorũ, secundò quia non facta plena collatio. Nam numeri ad numerum nõ: quia utrum. G. & H. canonici haberent uocem in electione, tractatum non

extitit

extitit in collatione. Item non fuit facta collatio zeli ad zelum, & meriti ad meritum. Tertiò quia electio non fuit communis, sed singularis, quæ electio singularis non ualet tribus rationibus. Primò quia frustra. nam cum uota in scrutinio per singulos deponantur, si ualeret electio singularis, esset inculcatio uerborũ, quia esset idẽ per idẽ replicare. Secũdò, quia non esset una electio, sed plures, & sic electus non haberet unicam electionem, sed plures. Tertiò quia ex singularibus propositionibus non resultat una conclusio. Præterea dicit, duo canonici erant in canonicatus possessione, uel quasi habendo stallum in choro, & locum in capitulo, legendo, & cantando, ut canonici ad tractatus, ac electiones dignitatum, & personatuũ, quæ iam occurrerunt pro tempore faciendæ tanq̃ canonici pro tempore sunt uocati, quanq̃ hac uice unus fuerit cum controuersia protestationis admissus. alius autem nõ uocatus, cum uocandus esset, ut. s. de consue. ecclesiæ Anglicanæ. papa igitur hanc electionem totaliter abusiuam decreuit irritam & inanem, & istud ca. est ualde not. ¶† Ibi, Comparatione, no. q̃ non sufficit electo habere maiorem partem cõparatione facta ad aliâs partes, sed absolutè requiritur maior pars totius capituli. i. oĩum uocem habẽtium. ¶ Ibi, Singulariter singuli. i. quilibet per se. dicit enim lex, q̃ decem & decem nõ faciunt uiginti: quia non terminantur ad eundem numerum, & duo numeri ad inuicem distãtes non faciũt eũdem numerum, ut. ff. de so. l. ubi lex, & ff. de uer. obl. l. scire debemus. & duæ excommunicationes non faciunt unam excommunicationem. Vnde necessaria est absolutio de qualibet. ¶ Ibi, Singularibus, uel particularibus, ratio naturalis & dialectica est ista. dicit philosophus, quòd genus distributum in species non est genus. dicit lex, q̃ indefinita æquipollet uniuersali, nõ singulari, ut. ff. de pec. le. l. si peculiũ seruo. & quod particularia nõ ęquipollẽt indefinitæ. ¶ Ibi, Per signum uniuersale. ff. de re. du. l. si is qui ducenta. §. uirũ. ff. de le. ij. l. si pluribus. ff. de hæ. inst. l. hoc articulo. ¶ Item not. q̃ electio nõ recipit diuisionem, & ideo debet fieri uno contextu. q̃a una electio tñ ẽ apud capitu-
2 lũ. ¶† Ibi. Sic excludi, no. q̃ ille, q̃ est in possessione, non dẽt de facto excludi à iure, qđ sibi competit ratione possessionis, & fructuum. † est aũt fructus, quicq̃d
3 accidit possessioni, siue possit imbursari, siue pertineat ad solũ animi affectũ, ut est eligere, licet propriè fructus dicantur illi, qui beneficio roris infusi & labore hominũ adhibito ad ortũ & maturitatem perueniunt. & ultra hoc requiritur aliquãdo aptitudo utẽdi, & quędam præparatio ad usum, ut in usufructuario: quia hoc ostendit uocabuli significatio, ut no. ff. de usufr. l. si fur. ff. de fur. l. si apes. ff. quib. mo. usufru. ami. l. si usufructuarius messem. ff. si cer. pe. l. si q̃s nec causam. §. ulti. ff. de fur. l. si seruus. §. locaui.
4 ¶ † Et scias, q̃ fructus cohærentes agro sunt dñi, ut. l. fructus pendentes. ff. de rei uind. Separati aũt à bonæ fidei possessore. i. ab eo, qui se dñm credit, & est in plena possessione, statim fiunt eius. idem, si ab alio nomine ipsius: sed separati ab usufructuario non statim fiũt eius, nisi sint extracti de fundo, uel reconditi in horreo, & tunc non ante usufructuarius est in plena possessione ipsorum fructuum, ar. ff. de act. emp. l. qui pẽdentem, ẽm gl. sed merus fructuarius non fit dñs, nisi in horreo responsuerit permittente, uel asignante domino fundi ẽm quosdam. ¶ Census uerò & pensiones non sunt in dñio nostro ante, q̃ præstetur, sed sunt nobis debitæ ex conuentione nostra, non alterius, ut. ff.
5 de usu. l. defuncta. ¶† Et si interim moritur usufructuarius, qui locauit, uel capite minuit dñs, potest expellere conductorem, ut. ff. loc. si quis dño, & l. si quis fundum, & C. de usufr. l. corruptionem. ¶ Ibi, In choro, no. q̃ qualitas loci significat actuum qualitatem. Item not. q̃ per qualitatem actuum probat uera possessio, uel quasi. ¶ Ibi, Cantando, ar. q̃ ille, qui legit in cathedra tanq̃ doctor, præsumatur doctor, si sic sit ad lecturam assumptus. Item est ar. q̃ ex habitu exteriori præsumatur dignitas. ¶ Ibi, De consuetudine, no. consuetudinem dare modum, & formã, ac etiam iurisdictionem. ¶ Ibi, ꝯ formam, no. q̃ ea, quæ fiunt ꝯ formam iuris, non ualent: quia forma est, quæ dat esse rei. Item no. quòd in isto. c. ponuntur multa, quæ sunt de forma
6 substãtiali electionis prælatorum. ¶† In gl. Cõsensus, ibi, testibus, dic quòd in testibus est singularitas quò ad substãtiã personarum, sed quò ad testificata debet esse cõformitas. & ideo magis propriè dicimus attestationes inualidas, quia singulares, q̃ testes inualidos quia singulares. ¶ In gl. sic patet, pro practica istius gl. uide hic. In. & in noue. ¶ In glo. unde, ibi, sub protestatione, no. hic de dñia protestationis, utrum referatur ad proprietatem iuris eligendi, an ad posidẽdi. & an
7 qui tacet, uideatur consentire protestationi, † uide hic per Inn. No. ex hac decretali ẽm Ber multa, quæ sunt de forma electionis, quæ si omittãtur, uel aliquid de illis, non ualet electio, primò quia maior pars totius capituli hẽt esse in ele. aliter non ualet. Item collatio necessaria est numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum. Item cõis debet esse electio siue uniuersalis, & oẽs, qui in scrutinio cõsenserũt, publicato eodem oẽs una uoce debẽt ipsum eligere, uel unus de mãdato illorum. Item omnes, qui requisiti fuerũt in scrutinio, dñt in collatione. Item q̃ absentes sunt uocandi, si sunt in loco, unde consueuerũt uocari. sed istud ultimum non est de forma; quia si absens uellet postea cõsentire, nõ cassatur ea electio. sed confirmatur. quod ultimum est uerum, si fuit facta à maiori parte capituli: aliâs non posset ratificari, ut. j. c. auditis. ¶ Sed opponit, & uĩ, q̃ nunquàm possit ratificari; quia nemo potest ratificare, quod suo nomine nõ est gestũ, ut. l. seruus. ff. de preca. So. illud uerum in profanis, secus in spiritualibus, ut no. 9. q. 2. c. Lugdunensis, & no. s. c. qđ sicut. uel dic, q̃ ista non est propriè ratificatio, sed est quædam cõfirmatio, ut. l. si pater, in fi. de mañ.
8 uin. † Sed quæro, dr̃ hic, q̃ electio dẽt esse cõis, per q̃ igiĩ uerba dẽt fieri? rñ. siq̃dem fit per oẽs, potest fieri uerbis uniuersalibus, ut nos canonici. Si uerò fit per unũ uice oĩm, dẽt fieri uerbo singularis numeri. sed significationis oĩm cõplexiuę. ut ego. s. de mãdato uniuersorum noĩe, uice capituli eligo. G. nec est necesse dicere in prælatũ: q̃a tacite intelligiĩ ut est gl. sing. in l. quod aũt. ff. de iure do. & hæc uera iure isto. sed hoc dic, ut no. in c. cũ ab uno infrà. de re iu. li. 6. & scias, q̃ in electione canonicorũ, uel in alijs actibus nõ est curãdũ de istis apicibus uerborum, sed solũ in electionibus prælatorũ, de quibus loqu ĩ. c. quia p.p. ẽm doct. ¶ Qualitercũq; ergo uoces possint induci ad intellectũ capitularem, ualẽt ea, quæ fiunt à capitulo; & tñ ualet & operatur uox ultima, quantum prima. ff. de hære. instit. l. quo loco, in princ. Sed in electionibus præla. dẽt seruari forma nouo iure tradita, & not. in Bal. super primo decret.

¶ V. de quatuordecim dicta pulchra aggregata per Barb. in rep. c. qui admi. fo. 12.

iure ciuili similem subtilitatem. nã dicit lex, ꝙ factũ
per unum consilio multorum est iuuari factum prin-
cipale: sed factũ per plures per se, siquidẽ habeant unã
realitatẽ, similiter reputatur unũ factũ, & furtũ unius
rei, & eadem de re datũ. Si aũt plures realitates, ut cõ
tempta maiestas ꝑtoris, qui à quolibet insolidũ cõtẽ-
nitur, tunc plura facta sunt, ut. ff. de iuris. om. iu. l. si fa
9 milia. ¶ † Deinde no. hic, ꝙ in quibus consistit ius cano
nicũ, in eisdẽ consistit iuris dispositio, & iuris posses-
sio uel quasi, ut habendo stallum in choro, locum in
capl̃o, cantando, ad tractatus & electiones dignitatũ
procedendo tanq̃ canonici, ut. j. de ꝑbẽ. c. relatũ. ¶ Itẽ
no. ꝙ possessio & quasi tribuit ius eligendi. idem facit
cõis opi. ſm Ber. qđ est no. ¶ Quæro, quare dicit lite-
ra, in possessione, uel quasi? rñ. qñ locus hẽt suum mo-
dũ significandi, ut stallũ in choro, & locũ in capl̃o, ista
dr̃ possessio & quasi, ut no. ff. ex qui. cau. maio. l. itẽ ait.
§. tñ ei. Sed alia signa incorporalia, puta uocari ad. c.
significant solummõ quasi possessionẽ: quia ipsa uoca
tio non est quid corporale, ut. l. j. ff. de re. di. Itẽ lege-
re, & cantare non est quid corporale: quia uerbũ in ae
re statim resoluitur. No. ergo, ꝙ persona in loco hẽt
suum modũ significandi, ut ꝑtor in sede. itẽ res in lo-
co, ut furcæ in territorio: quia significant merum im-
perium ſm Oldr. ¶ No. ꝙ admittere aliquem cũ pro-
testatione significat quandã perturbationẽ libertatis
10 antiquæ, & non præiudicat, nisi ille consentiat † no. ꝙ
per uocationẽ ad eligendũ acquiritur possessio; nõ tñ
confertur titulus, nec ex hoc solo attribuitur ius eli-
gendi, quin possit euinci ab eo, ut. ff. de decur. l. Mode
stinus. ¶ Not. ꝙ à quo loco quis uocetur, & ad quẽ lo-
cum, consuetudo inspicitur, dic ꝙ si in scrutinio qui-
libet cautus dicit, eligo. tñ est dicere, quantũ consen-
tio in eligendo. ¶ Sed quæro, quid si dicat, uolo elige
re? rñ. ista non est electio ꝯsensus, sed sunt uerba enun
ciatiua simplicia, quæ nihil operãtur, ut sin. no. in l. ser
ui. elec. in prin. ff. de le. j. ¶ Est enim regula, ꝙ quoties
finalis uoluntas dẽt sequi, præambula uoluntas non
est uoluntas, sed quædã animi ꝑparatio, quod est not.
dignum. item no. hic requisitionem fieri extra diæce.
11 ¶ † Quæro, utrũ qñ procedatur per uiã compromissi,
sit necessaria collatio? rñ. non: quia nullo iure hoc ca-
uetur ſm Compost. dicit hic Ber. ꝙ electio põt fieri
per plures noĩe collegij, ar. ff. de proc. l. plures. tu dic,
ut in c. sicut eum, j. eo. tit. li. 6. ¶ Quid si committit ele
ctio, & ipse dicit, nos Titius? rñ. istud nos accipitur ꝓ
singulari numero ꝑp illud, quod sequitur, Titius, &
est. j. Numerus est dinumeratio capitum. i. eorũ, apud
quos est electio. zelus bonus. i. uis minor & animũ re-
spicit eligentium. meritũ bonum est in præmio: deme
ritũ in pœna. collatio idẽ est, qđ discusio & meritum,
12 & demeritũ respicit electum. † Dicit Ber. ꝙ illa maior
pars censetur, quæ est iustior, & maiori nititur ratio-
ne & æquitate breuiter, qđ est uerum supposita nume
ri paritate. & uide quod not. infrà. de his, quæ fi. à præ
la. ca. noscitur, in glo. sed nonne. dicit Bart. quòd fru-
stra esset idem repetere. C. de test. l. testamentum, &
l. non ideò. C. de leg. l. cum quęstio. ff. de au. & arg. leg.
l. pediculis. l. Labeo, & de uerbo. ob. l. qui bis. Ista siqui
dem dicitur inculcatio; ut no. in l. certi condictio. ff. si
13 cer. pet. ¶ † Dicit Ber. ꝙ singulares testes non sunt, nisi
quilibet singularis. i. unicus: tamen caue tibi, quia Ber.
ponit malam similitudinem: quia testes singu. dicun-
tur. i. discrepantes & non consonantes in eundem rei
finem, uel in circunstantiis uariantes, tex. est unicus.

C. de pœ. l. qui sententiam. sed in electione dicunt sin-
gulares, quantum unusquisque per se eligit, licet con-
cordent in eundem finem, & habes simile. ff. de uerbo.
oblig. l. scire debemus, in prin. dicit. l. quòd aliud est di
cere, Lego usumfructum gregis; & aliud est dicere, le-
go usumfructum decem ouium, ut not. ff. de usufru. l.
quid ergo. §. sed quod dicitur. nam aliter sumitur signi
ficatio ex uniuerso, aliter ex distributiuo, ut no. ff. de
pig. act. l. si necessitas. §. si annua. & si populus facit iniu
riam, & intersint Titius & Martinus, uerius est dice-
re, quòd populus faciat iniuriam, quàm Titius & Mar
tinus, ut. ff. de reg. iur. l. aliud. §. refert. & facilius dispẽ
satur, & per procuratorem se defendere posset, ut. l.
14 tam collatores. C. de re mi. li. 12. † Si tamen actus cu-
iuslibet ꝑ se & scorsum discernitur, bene possent sin-
guli accusari, ut no. ff. de iurisd. om. iud. l. si familia. &
si puniuntur ut singuli non punientur sub nomine alte
rius uniuersitatis, arg. ff. de condi. fur. l. si seruus. §. bo-
15 næ. & adde qđ no. de pœn. l. aut facta, § ultimo. ¶ † Di-
cit Ber. quòd qui non seruat formam mandati, nihil
fecisse uidetur. hæc regula est uera in mandato: idem
in permisso, uel concesso, ut. ff. de iureiur. l. qui per sa
lutem. Tractat hic Io. An. de forma electionis. ¶ Item
dicit, quòd triplex est collatio plena, semiplena, & ꝑ-
functoria. & dicit Cõpost. presumi, quòd collatio fue
rit facta in concordia. & adde quòd not. Innoc. infrà.
de eo, qui furti. ordi. susce. c. innotuit. & mirantur ali-
qui, quare tanta subtilitas sit, quòd electio pronuncie
tur per unum. nam chorus, & facientes chorum sunt
idem, & uniuersitas, & simul facientes uniuersitatem
sunt idem, ut. l. sicut. ff. quod cuiusque uni. no. ¶ Sed ad
mirari est signum intellectus non capientis ueritatem
16 rei. & ideò dic, quòd ratio est efficacissima: † quia si
quis haberet plures electiones, non posset nisi unam
prosequi, ut no. infrà eod. tit. c. ut quis duas, libr. 6. &
illa esset singularis, & per eam nihil reportaret, quã-
quam ista subtilitas non seruetur in aliis, in quibus
non est tradita forma concilij, ut. suprà. dixi. Itẽ non
posset formari decretum, quod interuenit in electio
nibus, de quo no. Spe. de ele. ubi uideas per te. dicit
hic Io. An. ꝙ electio facta contra concilium est irrita
ipso iure; quod est uerum, si deficit numeri substantia
litas: secus, si forma, quæ est simpliciter forma, ita, ꝙ
non substantiat: quia tunc non est irrita, sed irritanda
secundum Ber. Sed pro Io. An. fa
a cit, quia[a] paria sunt aliquid fieri a
sine. l. & contra. l. ut in aut. de
trien. & semis. §. consideremus, &
ff. de pac. l. contra. iu. regu. ¶ Di-
cit Inno. quòd aliud est dicere,
quòd eius uox ualeat, quantum
de iure dẽt ualere. Aliud est di-
cere, ualeat eius uox, si de iure dẽt interesse. nam pri
mus sermo significat possessionẽ, secũs uerò proprieta
tem, no. ad hoc. ff. si ser. uin. l. 2. §. Põpo. Sed nunquid
qui nõ ꝯdicit protestationi, vr̃ tacite cõsentire. Inno.
s. e. dudũ, in gl. cõtestãdũ, dicit ꝙ cõfiteri intelligũtur
illi, ad quos pertinet ꝯdicere, si moniti nõ ꝯdicũt: sed
ibi loqtur in eo, qui hẽt necesse confiteri, uel negare
quia monitus est ad respondendum; sed hic sumus, i
alio casu, & iõ ſm cõem regulã nemo vr̃ tacitè cõsenti
re, ubi actus nõ fit ꝯcupiscibilis, uel meritorius, ut di-
17 cit hic Inn. in gl. sua, sed licet collatio. ¶ † Extra quę
ro, processum fuit ad electionẽ uocãdis non uocatis,
& postmodum isti non uocati ante, quàm consentiant
moriuntur.

¶ *Paria sunt aliquid fieri sine lege & contra legem. istud dictum dicit mirabile Iason. in l. illam. C. de col.*

moriūtur,& alij loco eorū subrogātur nūqd oportet q successores cōsentiāt? est argum.q sic,ut l.receptam ff.communia præ.quæ hic allegatur in glo.hæc.n. fuit, qō antiqua Roffre.Beneuentan.in libello iu.cā.&facit ff.de nou.ope.nun.l.non solum.§.j.& §.morte.

SVMMARIVM.

1 *Notarius laicus an possit adhiberi ad scribendum spiritualia negocia.*

2 *Vtile uitiatur per inutile propter assumptam formam iuri contrariam.*

MESSANA. Non ualet electio epi facta p canonicos & laicos,et si sic se habeat cōsuetudo loci.Et no.q illud.c. loquitur de electione pōtificis sed in alijs electionibus dic, ut.j.de test.c.dilecto,& j.de præb.c.dilectus,uide.s.c. c.sacros.& no.q cap.congregatū ex pmissis & phibitis capituli authoritatē non hēt.Et ideo interessentia phibitorū uitiat reformationes populi;q est no.dignū. ¶Casus.cōsuetudo erat,q qdā solennes laici interessent cum canonicis in electione pōtificis, quærit quid iuris?Solue ut in litera.adde tñ, q licet laici non possint interesse ad eligēdum, pñt tñ esse ad protegendū canonicos,& armata manu fm Io.And.qui et dicit, q laicus tabellio potest interesse ad scribendum Io. An. in nouel.qđ no. ¶Item no.consuetudinem libertati ecclesiæ ꝯriam non ualere, nec per eam possessionem acquiri posse.No.q actus actinorū non cadunt in subiecto inhabili.No.q ratione prohibiti uitiatur cōcessum
1 ¶†Sed an notarius laicus possit adhiberi ad scribendū spiritualia negocia?dicit hic Io.An.q sic, sicut potest esse testis,qui æquiparatur tabellioni,ut ff.de te.l. Do
2 mitius.¶†Not.q pp sumptam formam iuri cōtrariā utile per inutile uitiatur.& hæc in electione. idem in cōpromisso.nā si cōpromittentes assumūt formā iuri contrariam,non hēt in se pactū, ut.ff.de const.pe.l. pe. l.j.§.eū qui,& ff.de pa.l.si unus.§.itē si acceptilatio,fm Io.nam in potestate contrahētium erat assumere formam antiquitus constitutā,q̄ si puertunt, uidētur nolle cōtrahere.secus,si peccatum sit in materia, ut quia acceptilatio interponatur sup contractu iuris gentiū: quia pmutare naturam non est ita in eorum ptāte;& ideò tunc ualet,ut ualere potest,ut.ff.de accepti.l. an inutilis,ar.ad istam qōnem.ff.de cōd.inst.l. quia ratio. Quædā tñ.l.dicit,q assumptio inutilis formæ non uitiat,ut.ff.de uer.ob.l.cum qui ita.§.te &Titium sed ibi stipulatio hēt in sua essentia principali debitam formam;& ideo superuacua adiectio non uitiat, & sic non obst.

SVMMARIVM.

1 *Electio à maiori,non tamen saniori, parte facta non confirmatur.*

2 *Electioni celebrandæ, qui interesse abnuit, contemnit, non contemnitur: quare iteratò requiri non oportet.*

3 *Citandus non est ulterius, qui semel dixerit nolle interesse.*

4 *Beneficio suo quilibet renuntiare potest.*

5 *Consensus non præstitus in scrutinio non auget numerum.*

1 ECCLESIA VESTRA. † Non sufficit ad confirmationem electionis, quòd sit facta à maiori parte capituli, nisi & pars illa sit sanior. Et diuiditur in tres partes:nam in prima narratur factum: in scđa ponūtur allegationes ptis.i tertia cāe diffinitio secunda ibi,tandem tertia ibi nos igitur.¶Casus,uacāte ecclesia Catalanensi canonici conuenerūt in unū,absente.V. qui tunc noluit interesse: tūc statuerūt terminū ad electionē celebrandā.ueniēte uero termino dicto.V. non uocato pmisso solemni scrutinio.14.elegerūt Bertrandū psbyterū cardinalē Rhemēsem canonicū.& 17.elegerūt Libert rādū Rhemēsem canonicū tādē.V. cōsensit electioni dictorū 17. demū utraq; pars corā papa petebat electionē cōfirmari allegabāt itaq; p pte dicti Liber.q erāt plures numero:qa excedebat in quatuor.Et ex hoc inferebant, q psumatur melior zelus:qa ubi maior est numerus, ibi melior zelus psumendus est,ps uerò dicti cardinalis tria all.Nā primū infringebat electionē.d.Li.ex defectu ætatis,& sciæ.Scđo electionem suam iuuabat rōne ætatis maturæ & eminentis sciæ, & quia electionē cardinalis uita & moribus præcellebat, nec nō electa persona.Sed tertio dicebatur,q consensus.V.nō patrocinabatur:quia ipse non fuit contemptus, sed cōtēnēs & sic perdidit uocē ¶Itē qa eius ꝯsensus nō fuit prēstitus in scrutinio,sed post electionē. unde eligentes dictū cardinalē nō possunt notari de cōtēptu. Subdebāt prēterea,q cōtēpus nō reddit electionē cardinalis nullā,qa citatio absentis nō est de forma concilij,qa nihil est de forma nisi qđ conciliū statuit p forma:aliàs eēt absurdū,q dictū conciliū corrigeret oīa iura multis uigilijs excogitata:papa igit hincinde ppositis, quia ī dictū Liber.sanior ps nō cōsensit,licet de numero maior,ipsius Liber.electionem snialiter irritauit. ¶Not.
2 qđ dixi in summario.¶†Secūdo no.q qui nō uult interesse ad celebrandā electionē,se facit alienū à termino statuēdo electioni fiendæ, & potius vr cōtemnere capitulū,q̄ contēni,& sufficit semel contēnere, ut iterū requirēdus non sit,& cōsensus dēt præstari in scrutinio,& non post & attētata post formā cōcilij nō ualēt, sed reliqua non uitiātur.Illa ergo,quæ sunt de forma pprie sumpta omissa uitiāt,sed ea,q̄ sunt circa formā ipso iure non uitiāt fm Go.in summa huius tituli.dicit hic Ber.q ille,qui dixit semel se nolle interesse,nō est amplius citandus:quia renunciasse vr.dicit.Inn.q citatus ad unū actū dēt citari ad alium illi non connexū.dicit hic Ber.q ille, qui non debuit citari rōne absentiæ,si casu re integra reperiatur præsens,dēt admitti ad eligēdū,arg.ff.de uerbo.ob.l.continuus.§.cū ita. uel dic sic,q ille,qui non uult interesse in principio, & in tractatu electionis,& in assignatione diei, nō est postea citandus ad electionem:quia ut patet in litera non est contēptus à ca.sed ca.potius est contēptū ab ipso.tu dic,quòd aut noluit interesse in substātiali principio, & non est ulterius citandus. aut noluit esse in quodam præludio;& tunc debet citari; & ratio differentiæ est ista:quia substantia est qd indiuiduum; sed istud præambulum,scilicet assignatio termini est qd separatum.Et ideo ī iudicijs,in quibus quilibet actus est in se perfectus,ut no.in c.sæpe.de uerbo. signific. in clem. citatus ad unum actum uerus contumax quò ad ipsum actum,debet citari ad alios actus si enim esset,& si in primo actu comparuisse, ut.j de off.dele. c.consuluit,& ff.de no.ope.nun.l.prætor.§.si aliquando.& dic ut plenè dixi.C.quomodo & quando iu.l.cō

sentaneũ in lectura mea nouissima, ubi inuenies multa bona. ¶ No. q iste Bertrandus pbyter cardinalis retinebat primũ canonicatum iuxta consuetudinem pbyterorũ & diaconorum cardinalium, quia retinent priora beneficia; & est simile qđ no. 93. di. c. iuratus, ẽm Io. And. ¶ No. tamen, q tpe, quo iste electus fuit, non erat cardinalis, sed canonicus. aliàs debuisset postulari, nõ eligi, nisi dicas, q hoc permittitur considerato iure canonicali, qđ sui natura ordinatur ad intrinsecas pmotiones.
3 ¶ † No. ẽm Ber. q ille, qui semel dixit nolle interesse, non est ulterius citandus: quia sp psumitur esse eiusdem animi & uoluntatis, ut no. ff. de in integ. rest. l. j.
4 ¶ † Certũ est. n. q beneficio suo quilibet renuntiare põt, ut ff. de pac. l. pacisci ꝯ edictum; & dic, ut ibi no. & ideò põt dari potestas iudici & arbitro, q procedat, altera pte non citata, ut ff. de arbi. l. diem pferre. §. si qs litigatorum, & omologari potest snia lata pte non citata, ut C. communia utriusq; iu. l. j. Vel dic, ut
5 ibi no. ¶ † No. q consensus non præstitus in scrutinio nõ auget numerũ. & est rõ, qa iste cõsẽtiẽs nõ ẽ capitularis, nec debito loco & tpe cõsensit; & ideò licet in piudiciũ suũ ualeat consensus, tñ secus quo ad uotũ ipsius, aliàs sequeretur, q electio pẽderet ex suo consensu, qđ est impossibile, ar. ff. cõmunia præ. l. receptum, ẽm Inn. & no. hic tres no. glo. Ber. quæ tendunt ad idem, & allegant bona iura, quę nõ trãscribo. deinde hic habes aliã gl. no. Ber. quę incipit, ex hac decretali, quæ tractat de iuribus numeri, & de iuribus authoritatis, & de iuribus zeli, quem. §. restringe solum ad electionem plato rum, de quibus legitur, c. quia pp nam in pfanis electionibus sp attenditur numerus, ut ff. ad muni. l. quod minor, nisi horum decretum esset ambitiosum, uel iuri ꝯrium, ut ff. de decr. ab ordi. facien. l. ambitiosa, uel nisi ad hoc non extenderetur eorum officium, ut no. ff. de pact. l. item magistri Bal.

SVMMARIVM.

1 *Instrumento confecto sine die, uel consule, uel loco, an tabellio poterit iterum reficere, & ea ponere.*
2 *Publicatio instrumenti fit ad æternam rei memoriam.*
3 *Erroris probatio tot exigit testes, quot probatio ueritatis.*
4 *Testis ex interuallo errorem non corrigit. Et quando uariare, uel uacillare dicatur.*
5 *Notarius rogatus de instrumento cogitur illud publicare.*
6 *Variatio an & quando sit licita & nu. 9.*
7 *Inchoatum necesse est quòd ad finem perducatur.*
8 *Voluntarium in exordio, fit postea necessarium.*
9 *Desiderium apud acta publicatum an possit corrigi.*
10 *Scrutinio publicato an possint postulantes uariare.*
11 *Variandi permissio a iure indulta, unica uariatione finitur.*
12 *Prohibitio uariandi publicato scrutinio afficit tam singulos quàm uniuersos de capitulo.*
13 *Electione tanquam singulari à papa cassata, an ius quæsitũ ex consensibus, & à scrutinio sit abolitum electo.*
14 *Electus à d. obstantibus eligendus ne sit, an postulandus esset si appareat postulandum fuisse, an postulari possit?*
15 *Publicatio scrutinij unde sumpsit originem.*
16 *Publicatus in scrutinio qualiter aget, ut fiat electio.*
17 *Canonici si sint adeo rebelles, quòd publicato scrutinio nolint eligere, ad quem transeat ius eligendi.*
18 *Actus qualitas non uariatur ex persona succedentis in actu.*
19 *Publicato scrutinio si omnes canonici ruina pereunt, deinde alij sunt subrogati, an noui canonici teneantur eligere ex primis uotis.*
20 *Appellatiuo nomine quæcunque geruntur ad substitutos transeunt. & commissa a lege semper censentur nomine appellatiuo, secus in his quæ ab homine.*
21 *Agi an possit ex contemptu contra istos subrogatos.*
22 *Scrutinio publicato si numerus & omnia sint æqualia, an canonici possint uariare, & eligere aliquem tertium.*

PVBLICATO. Scrutinio publicato non est pœnitudini locus, sed debet ad electionẽ pcedi, & si oportuerit per superiorem cõpelli. h. d. primò. Vel sic scrutinio publicato mutare se uel emendare non licet, immo cõpellitur eligere. Et intellige hoc, quando publicatio tenuit: alias licitum est uariare, ut ĩ e. ti. c. perpetuò, li. 6. & ff. de arb. l. quid tamen. & ff. de iureiu. l. qui per salutem. istud. c. intelligitur, nisi uariet accedendo maiori parti. capituli. Nã sapiẽtis est mutare cõsiliũ nõ in alterius detrimentũ ẽm gl. in summa huius ti. reliqua dic, ut in gl. hic no. positis. Et est arg. q publicato instrũ non possit tabellio illud reficere aliquid addẽdo, uel detrahendo mutando, uel transformando, super quo puncto do. Lambertinus de Ramponibus de facto
1 consultus rñdit, ut ĩ. ¶ † Sed nunquid confecto instrõ sine die, uel consule, uel loco, poterit iterũ tabellio reficere, & ea ponere, si bñ recordet; ar. q sic. ĩ. de sac. iterã uel nõ. c. j qa ei credit de his, q̃ gessit, & C. ad l. Cor. de fal. l. si qs decurio, & ff. de adul. l. accusaturus. ¶ Tu distingue, aut incontinenti, seu ex modico interuallo fiat, & ualet tunc instrm: aut post magnũ interuallũ; & tũc non ualet instrm, ut in aut. de æqual. do. §. illud. ff. de uer. ob. l. j. in prin. ẽm Alb. Papien. & s. de elec. c. officij. & ĩ. de test. cog. c. pterea Alij dicũt, q nullo mõ põt ẽt incontinenti post, q̃ facta est copia parti, cũ functus sit officio suo, ut ff. de re iu. l. iudex. ĩ. de offi. dele. c. dilectus, & in præal. §. aliud. nec. n. soli tabellioni creditur, in aut. de hæ. & Fal. §. si uerò. sicut nec soli arbitro, ut l. nec in arbitriũ. ff. de arb. quia qđ ab initio, in totũ sine suspicione est, qđ uerò postea factum suspicione non caret, ut in aut. de æqua. do §. ne cõtingat. imò ẽt dicunt plures, q si principale instrm confectum est. & aliqd ignoranter, uel alio mõ sit omissum, tabellio non poterit amõ ẽt partibus psentibus & cõsentiẽtibus illud addere per pall. aut. & ff. de rei uin. l. in fundo, & uide ẽt. ff. ad Vel. l. si emãcipa; quod durũ vr. uñ cõsulti à me super hoc periti sapiẽtes concordauerũt, & bñ q si tabellio pt ostendere se per errorẽ, & non ex certa scia hoc omisisse, bñ põt iterum prædicta apponere & ualebit instrm. aliàs non. consulo tamen sibi, quòd licentia iudicis reficiat illud. Lamberti de Rãpo. dicit Arch. quòd notarius pt corrigere suum errorẽ faciẽdo de hoc mentionẽ, ut ipse no. 35. q. 8. qa ergo, & §. se. ẽt no. quòd ẽt inquisitor pt corrigere suũ errorem; quod tene mẽti, qñ ueritas eodẽ instrõ cõprobatur, error nõ nocet, ẽt si nõ corrigatur, ut l. 4. ff. de le. j. ¶ † Cõsidera, ois publicatio instrõrũ fit ad æternã rei memoriã, ut C. de re iu. l. gesta, & no. ẽt per Ber. ĩ de of. dele. c. cũ iure. sed quod ęternũ est, mutationẽ nõ recipit, ar. ff. de ser. ur pdi. l. eũ debere columnã. Quid ergo, si est erratũ? rñdeo necesse est, quòd petat error corrigi. itẽ
3 quòd error pbet. † tot ãt testes sunt necessarij ad pbationẽ erroris, quot sũt necessarij ad pbationẽ ueritatis. nã eadem est cognitio ꝯriorũ. ut. ff. de le. ij. l. cũ pponeretur, & ibi dixi in lec. mea solenni & corrigi poterit

4 terit scriptura mandato iudicis.† Testis autem ex interuallo non posset corrigere errorem suum etiã iudice mandante, ut. ff. de test. l. qui falsa, uel uaria, & ff. de fal. l. eos: quia uacillanti & narianti nõ datur fides. Est autem uacillans, qui dubitando loquitur contraria. Varians autem est, qui sine dubitatione determinat se nunc ad hoc, & nunc ad illud. & de hac materia correctionis, & erroris dixi plene post Cy. ff. de sta. ho. l.
5 imperator. ¶† Deinde no. optimum ar. ex isto. c. ꝙ notarius rogatus de instrumento cogitur illud publicare. deinde reuertere ad materiam. c. quã explicat hic Io. An. in commento. & uolo, ꝙ scias ꝙ electio habet tres partes integrales sibi inuicem cohærentes, s. scrutinium. ista est prima pars. Publicationẽ scrutinij, & ista est secunda pars, & in se perfecta, & ideo inuariabilis. nec est nouum, ꝙ una & eadem res habeat plures partes, ut no. ff. de arb. l. Celsus. §. idem ait. ff. de con. & dem. l. hæc scriptura. & electionem, quæ totum perficit, & ista est tertia pars. in scrutinio cuiuslibet uox est singularis: quia singulariter & naturaliter profertur. electio autem est terminus communis: quia com
6 muniter profertur per unum uice omnium. ¶† Collige brocarda. primum est, ꝙ non est licita uariatio. sic no. ff. de procu. l. in causæ, & hoc circa idem dispositum, sed circa diuersa sic, ut. ff. de ac. emp. l. si sterilis.
7 §. quia. ¶† Secundum est, ꝙ inchoatum necesse est ad effectum perduci. dicit enim. l. ꝙ pollicitatio uestitur
8 operis inchoatione, ut no. ff. de polli. l. j. § cæpisse. † & qđ in exordio est uoluntariũ, postea fit necessariũ, ut no. ff. cõm. l. in cõmodato. §. sicut. Quedã tñ sunt adeò liberæ uolũtatis, aliàs potestatis, ꝙ in necessitatẽ trãsire non possunt. sic est, ꝙ in re mea, durante mea, & in meo arbitrio non possum mihi legẽ imponere, ut no. ff. de præca. l. j. §. cum precario. ¶ Quæro, quæ est ratio istius. c. & rñ. quia ex scrutinio ius oritur eligendi, rñ igitur ei, qui debet eligi, sit ius quæsitum. s. officium iudicis, quo mediante oportet eligi, ar. ff. de re. l. si quis sepulchrum; nimirum, si pœnitentia nõ habet locum.
9 Præterea dixit lex, ꝙ † desiderium apud acta publicatum non potest corrigi, ut le. & no. in l. rura. C. de omni agro deser. li. 11. & facit quod legitur & not. C. de rep. habetur. l. sicut, ubi omnino uideas: aliquando tamen admittitur uariatio, ut no. ff. de interro. ac. l. fin. sed ibi non erat ius quæsitum absentibus, & sic nõ ob. Qualiter autem illa lex intelligatur, ponitur p Bart. in l. is potest, in v. co. ff. de acqui. hæ. ¶ Quæro, quid si diu celata improbitas emersit in lucem? respondeo cessat ratio rẽ sequi. & ideò iustæ pœnitudinis nõ denegatur assensus, ar. C. de ap. l. si quis libellos, & ff. de
10 confir. tu. l. utilitatem. ¶† Quæro, quid in postulatione, utrum publicato scrutinio possint postulantes uariare? dicit hic Ber. ꝙ non, quod intellige post, q̃ publicatio est præsentata papæ; sed ante sic: & ratio differẽtiæ, ne illudatur summo pontifici, ar. C. de his, qui à non domino manu. l. fi. dico tamen, ꝙ si sine causa uariant, tenentur postulato ac. iniuriarum: quia hoc factum habet in se contumeliam. ff. qui satis. cog. l. si uerò. C. qui pro rei quali. & no. ꝙ. l. dicit, ꝙ uarietas est
11 erubescenda, ut. l. eo. C. de mo. mul. † & ubi iura admittunt uarietatem, non admittunt eam, nisi semel, ut. C. de re. cre. l. si quis iusiur. Ibi, Superiorem, proximum, uel saltem papam. j. de iure patro. l. nulla, & ff. de le. j.
12 l. huiusmodi. §. fi. ¶† Quæro, dr hic, ꝙ non licet uariare, nunquid hoc intelligitur, ꝙ non liceat singulis, an etiam non liceat uniuersis? rñ. neutris, nisi uota essent ipso iure nulla, ut de ineligibili ẽm Inn. aliàs sequeretur, quòd cogerentur delinquere, & eligendo ius perdere eligendi; quod est absurdum, ar. de his, quæ no. l. j. ff. de uer. sig. l. Nepos Proculo. ff. de condi. insti. l. filius. Porrò illud possumus, quod de iure possumus, ut. ff. de condi. ind. l. si procurator. §. Celsus. quod uerò non possumus, facere non debemus. ¶ Modò ego q̃ro, quid si electio non est nulla, sed annullanda, nunquid publicato scrutinio tenentur eligere? dicit Inn. ꝙ sic. quia ipsi non sunt eius rei iudices, sed superiores quia forte confirmabit electionem, ar. ff. de pecu. l. eo tempore, & l. quod debetur. & est argu. ad quæstiones laicorum. pone, aliquis est insacculatus, modò uenit tempus, quo debet extrahi de sacculo. oppo. debere lacerari. quæritur quid iuris? rñ. si insacculatio est ipso iure nulla, nõ debet extrahi, sed lacerari: sed si est cassanda per sententiã, debet extrahi & publicari; & tunc in ꝯdictorio iudicio confirmabitur, uel infirmabitur, per theoricam Inn. quod est ualde no. dignum & quo
13 tidianum. ¶† Quæro, electio facta fuit. tñ non ualuit, quia omissa fuit collatio, uel quia electio non fuit communis, sed singularis, & ideò papa cassauit eam, nunquid ius quæsitum ex consensibus, & ex scrutinio sit abolitum electo, an uerò iteratò teneantur canonici eligere ex eodem scrutinio? dicit Io. An. ẽm Archi. ꝙ cum in hoc non reperiatur aliquod peccatum electi, ꝙ ius quæsitum non perdidit. & ideò non cassatur totum: quia non cassatur scrutinium, sed solum id, qđ est uitiosum. & hæc uera, licet alij dicant, ꝙ non potest cassari electio nisi in totum: quia istæ tres partes electionis. s. scrutiniũ, ipsius publicatio, & electio sunt unus actus. unde non potest pro parte cassari, & ꝑ parte non. Sed prima opinio est uerior, sicut dicimus, ꝙ id, quod est nullũ, reformatur ex actis ualidis, ut not. C. quomodo & q̃n ind. l. si ut proponis, & ff. de app. l. si expressim. & dicti tres actus, licet subordinatiuè concludant ad unum finem, tñ quilibet est actus per se. unde electio consideratur tunc, cum inchoatur, & in hoc non fuit uitium. ¶ Item cum publicatur in scrutinio, & similiter non fuit uitium. Item cum postea solenniter fit; & in hoc fit uitium; tñ est separabile ab his, q̃ uitiosa non sunt. & ideo utile per inutile non uitiaẽ, ut. ff. si cer. pe. l. certi condictio. §. q̃n. qui. §. optimè fa
14 cit, si subtiliter inducaẽ. ¶† Quæro, si sit dubium, utrũ aliquis sit eligẽdus, uel postulãdus, & fuit electus: tandè postea apparuit, ꝙ debuit postulari, an poterit postulari? rñ. sic successiuè, dum tñ tpa largiuntur. Sed si simul dr, eligo & postulo, neutrũ ualet: quia non sunt cõsensus determinati ad unã speciẽ prouidendi ecclesiæ uiduatæ. dñt igiẽ primò declarare, postea ad certã uocẽ prorũpere ẽm Io. An. nã iudicia nõ pñt pẽdere ex futura deliberatione, ut no. ff. depo. l. j. §. si quis argẽtum, ita & electiones prælatorũ, ut no. j. e. c. ij. li. 6.
15 ¶† Quæro, unde sumpsit originẽ ista publicatio scrutinij? rñ. à quadã similitudine, s. à publicatione testiũ, quorũ uoces sunt mortuæ ante, q̃ legitimè publicentur, ut. ff. quæ in frau. cre. l. 2. & 3. in uer. ponatur. & C. de re iu. l. gesta. & si notarius sua temeritate publicaret sine iudicis authoritate, incideret in pœnam falsi, ut. ff. de pœ. l. si quis aliquid. §. instrumenta. delictum tamen tabellionis non noceret illi, cui est ius quæsitum ex attestationibus, ut. ff. de sta. ho. l. imperator.
16 ¶† Quæro, qualiter aget ille, qui est publicatus i scrutinio, ut fiat electio? rñ. aget ꝓponendo de se, sed in gñe; quia dicet, dico ꝙ fuit publicatũ scrutiniũ; nõ tñ

dicet, in quo maior & sanior pars cõsensit in me: quia posset notari in eo ambitio:nam expressa nocent, non expressa non nocẽt,ut.ff.de hære.insti.l. si quis Sẽpronium,& ff.de autho.tuto.l.j.¶† Quæro,quid si canonici adeò sunt rebelles,quòd publicato scrutinio nolunt eligere?rñdeo, superior tenetur eũdem eligere: quia ad eum transit ius eligendi illud idem numero, qđ erat penes canonicos,ar.ff. de eden.l. quædã.§. his autem,& succedit in iure; & in facti prosecutione necesse est,q sit idem ius numero,& de eodẽ electio debeat fieri.Talia enim sunt subiecta.i.electio,qualia ꝑdicata demonstrant,i.scrutinium,arg.regulæ generalis.ff.de interro.ac.l.si defensor.§.j.& ff.de pac.l. item quia.§.idem Iul.¶Præterea nouus iudex non facit nouum iudicium,sed in eodem succedit,ut. ff. de iudi.l. mortuo.¶ † Et sic ex persona succedentis in actu non uariatur qualitas actus,ut not.C.de neg. gest.l. fine,ꝑ Cyn.secus, si actus continuatiuè non descendit in nouam personam,ut no.ff.de præca.l.quæsitũ.§. ultimo.

19 ¶† Quæro,pone,q publicato scrutinio omnes canonici ruina perierunt,deinde alij sunt subrogati, nũquid noui canonici tenentur eligere ex primis uotis?respõ. sic quia una est canonia,& idem,si non esset una:quia non esset ibi distinctus numerus præbendarum, ut no. ꝫ.de præbend.c.dilecto,arg.ff.de iud.l.proponebatur.

20 † Quæcunque enim appellatiuo nomine geruntur,transeunt ad substitutos,ut no.ff. de pac.l. tale pactum. §. fi.ubi est glo. satis alle.ut no. ff.de iur.om.iu.l.& quia. ¶Vnde est sciendum, q quædam committuntur ab homine,& tunc aut per nomina propria, aut per appellatiua. Sed ea,quæ committuntur à lege, semper uidentur commissa per appellatiua nomina, ut no.in l. annua.§.j.ff. de ann.le.& est ratio : quia nomen appellatiuum,quod rem ualere facit, tacite intelligitur, ut. ff.de pac.l.si unus.§.is seruus hæreditarius.Idem, si in nomine appellatiuo subesset causa, quæ non subsit in proprio,ut no.ff.de inst.l.Lucius.

21 ¶† Quæro, nunquid ꝯ istos subrogatos possit agi de contemptu?& uidetur q non:quia ipsi non contempserunt, & huiuscemodi contumaciæ non uidentur ad successores transire, ut no.ff.de iure fisci.l.eius,qui delatorem. ¶Sed ꝯ credo, quia non debet uariari qualitas ex persona successoris,ut no.ff.de uer.ob.l.ij.§.ex his.¶Item quia cõtemptus est defectus afficiens ipsum actum, & ipsam rẽ,ut sic dicam, unde transit cum suo uulnere, ar.ff. de ac. emp.l.in uẽditione.

22 ¶† Quæro,qđ si publicato scrutinio numerus & omnia sunt æqualia, ita, q si fieret electio,non ualeret,ut.ꝭ proxi.per Ber.nunquid canonici possunt uariare,& eligere quendam tertium,& recedere à quolibet eorum scrutinio,in quos consenserunt per prius?respon.sic,quia in anima sunt,& fuerũt præcedentia uota. Et ideò quod nulliter factum est, non præstat agendæ rei impedimentum. nec propriè dr ista uariatio,sicut nos dicimus, q idem iudex, qui tulit sententiam malam,potest postea solenniter ferre sententiam contrariam,ut no.C. de sen. quæ sine cer. quanti.l.fi.Porrò plurima alia possunt in isto.c.queri, quę ideò omitto:quia Io.An.illud.c.commentauit.

S V M M A R I V M.

1 *Correctionis celeritas ueniæ tribuit causam.*

2 *Simonia committitur etiam mutuando pecuniam gratis.*

3 *Corrumpens electores inscio eligendo, eius potius inimicus reputandus est, quàm amicus.*

4 *Consentiens post factum an sibi præiudicet, ac si ab initio procurasset.*

5 *Consensus de sui natura potest interuenire ante factum,in facto,& post.*

6 *Fallit si requiratur certo & determinato tempore.*

7 *Item fallit,quando ex post facto preclusa est uia consensui.*

8 *Dispensationis causa sublata tollitur dispensatio.*



SI ALICVIVS.Cum remoto dispẽsari non potest,sed cum eo,qui liberè resignauit beneficium, uitio alieno comperto potest dispensari.† Et est arg. q celeritas correctionis inducat ueniam, ut.ff. de adul.l. 1
si adulterium cum incestu. Cassata electione propter simoniam etiam sine culpa electi non dispensat episcopus ea uice cum cassato : secus, si electus resignauerit ſm lec. gl. Tu dic q ipse somniat. Et duæ sunt partes. secunda ibi, quamuis. ¶Casus.quidam fuit electus ꝑ simoniam eo ignorãte commissam: hoc deuenit ad notitiam superioris,qui eandem electionem sententialiter cassauit. tandem dictus superior uult in illa uacatione dispensare cum electo,q iterum eligatur sinceriter,ac gratè; quæritur,an possit?rñ. q non,si fuit electus ad aliquam prælaturam.Sed pone, quidã fuit electus ad simplex beneficium per simoniam se ignorãte commissam,qui statim,q hoc sciuit,liberè resignauit, nunquid episcopus potest cum eo in eodem beneficio dispensare?rñ.q sic.No.ignorantem puniri uitio alieno.& hoc ideò, quia actus in se est infectus, & hẽt radicem à mala causa. Hoc enim notandum est, q uitium principij semper rem afficit.i.actionem,uel causam.& ideò non nocet successori,ut no. ff. de exceptio. do.l.

2 apud Celsum. §. si cum legitima. ¶ † Et no q simonia committitur etiam pecuniam mutuando gratis, tex. est no.ff.de cal.l. quinetiam. & intelligo istud.c. qñ simonia est commissa cum maiori parte capituli.nam si maior pars sinceriter eligit, non debet reprobari electio propter delictum minoris partis, ne in potestate unius canonici sit electionem euertere, ar.ff.de arb.l.

3 nec in potestate.¶ † Porrò nec amicum reputo illum, qui corrumpit electores; imò reputo eum aduersariũ ipsius electi,qui struit ipsius cassationem,ut hic, & de materia istius.c.no.in spe.tit.de lega.§. nunc ostendendum,uer.3 3.ibi uideas.

4 ¶† Quæro, unà cum Ber. nunquid ille,qui post factum consentit,sibi præiudicet, ac si ab initio procurasset? rñ.sic, † quia consensus habet

5 istam naturam,q potest interuenire ante negocium,in negocio,& post.& ideo dicit lex, quòd statim post scientiam quis debet dissentire,ut.ff.de adulte. l. si adulterium cum incestu.§.diui fratres. C.de incest. nup. l. cũ

6 ancillis.† Quod dixi de consensu, fallit quando consensus requiritur certo & determinato tempore, ut. ff. de insa.l. quid ergo, in princ. & ff. de noxa.l.in de-

7 lictis.§.si extraneus.¶ †Item fallit,ᵃ quando ex post facto præclusa est uia consensui,ut.l.uti, & l. bonorum . ff. rem rat. habe. dicit Archid. quòd dispensatio est iuris communis uiolatio. xliiij. dist. c.j. de positus nunquàm reperiatur nisi à papa,ut no.l.di.qui semel,

a ¶*Vide Aret in consilio 99.*

8 & c.minor.¶ † Sublata causa dispensationis tollitur dispensatio,ut no.in di.c.priscis, per Archi. Simoniaca renunciatio beneficij non tenet,ut no.1.q.1.ordinationes,per Archi.clericus,qui commisit simoniam in uno beneficio,potest aliud obtinere. 1.q.3.per Arch.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Impedito, nisi, cum possit, impedimentum remouere negligat, non currit præscriptio & nu. 16.*
2. *Inhibere quis possit, ne ad electionem procedatur sine sua licentia?*
3. *Pater filio, etiam sub potestate constituto, luctum procurare non potest.*
4. *Excommunicato uel interdicto an currat tempus eligendi?*
5. *Prohibito eligere sine licentia an sufficiat semel licentiam petere.*
6. *Papa mandat eligi, cum consilio abbatis infrà mensem, aliàs, quòd abbas ipse eligat, abbate dolo latitante, an labatur mensis.*
7. *Canonici Patriarchalium sedium sine licentia papæ patriarcas eligere nequeunt.*
8. *Mora in executione officij nunquam purgatur.*
9. *Temporis cursu non læditur, qui non fuit negligens.*
10. *Fatales ubicunque casus fortuitus noces.*
11. *Remouere impedimentum qui potest, & non remouet, consentire uidetur.*
12. *Præsumuntur præscripsisse, qui longo tempore interfuerunt electionibus.*
13. *Causa cur præsumatur potius in traditione, quàm in nuda promissione?*
14. *In collegialibus an, & quando stetur maiori parti,*
15. *Scrutinio publicato, si omnes recedunt, nec eligunt, unus in capitulo remanens eligere potest.*

HIS QVIBVS. Impedito eligere p suspẽsionem ab actu currit præscriptio, si impedimentũ potuit de facili remouere.h.d. & est ualde no.c. ¶ Qui pôt impetrare.& p eũ stat, imputet sibi, ut not.ff.de contrahen.emp.l.Labeo scribit, si mihi, ubi tex.no. Dum.n.canonici nõ pñt eligere, nõ currit eis tps, ubi possint impetrare licẽtiã eligendi.uel sic, nisi amotio impedimenti posit impetrari, impedito eligendi pscriptio non decurrit ¶ Casus. Interdictum fuit aliquibus, q absq; superioris licẽtia eligere non præsumant: quæritur, utrum ipsis tps eligendi currat, uel labatur?& respon.quòd non, nisi ex tunc, cum fuerint in mora postulandi licentiam eli-
1 gendi. ¶†No.q impedito non currit præscriptio, nisi amotio impedimenti non pcuretur ab eo: qa talis culpa æquiparat moræ.nos.n.dicimus in iure ciuili, q debitum conditionale non pscribitur nisi conditio sit potestatiua ipsius creditoris.nam hac rõne præscribitur ius offerẽdi, ut not.ff.de præscriptio. xxx. anno.l.cum notissimi.§.sed & si qs, fm gl.Gui.de Cu.& facit.ff.de
2 cond.& demon.l.hæc conditio.¶†Modò quæro, quis possit facere hanc inhibitionem, ne procedatur ad electionem sine sua licentia? rñ.papa cum cã, uel sine, qa nudum eius pceptum non ualet, cum non possit auferri alicui ius cõe.nam fortior est uirtus testatoris in bonis proprijs, q legati in beneficijs: & tñ nudum pceptũ testatoris nõ ualet, ut l.filiusfa.§.diui.ff.de leg.j. & no. per Cy.C.de fideiu.quoties.¶Itẽ consuetudo hoc disponere potest, ut est in archiepo Rauẽnate fm Ber. Itẽ uř, q ex cã possit alius superior hoc mandatum facere, ut quia canonici erãt parati ad eligendum dissipatorem, uel tyrannum ar.ff.de contrahẽ.emp.l.siquis sciẽs.nam licet canonici possint dare sponsum ecclesiæ, intelligitur de tali spõso quẽ hře non sit luctui, nec de decori ecclesiæ, arg.ff.de contra tab.l.3.§. si emãcipa-
3 tus.†nã nec př, qui hẽt filium in ptãte, pôt luctum filij pcurare, ut.C.de sen.pas.l.in qõne testamenti, neq; patrimonij onus euertere, uel dissipare, ut ff.ad Treb.l. imperator,& facit.ff.de admi.tu.l.tutor fin dignitatẽ
4 ¶†Sed statim qro, utrum excõicato, uel interdicto currat tps eligendi:& uř q non, ut no.ĩ.eo.ne pro defectu per Inn.& j.de conce pbẽ.c.qa diuersitatem.in õrium uř, q si non rõne moræ, tñ ratione culpæ, ut ff.de min.l.Papinianus exuli.Item qui pcurat impedimentum, non uř ab alio impeditus, ut ff. si quis cau.l.2.§.quod diximus.Io.An.hic fm Host.uř tenere, q currat tẽpus ar.ff.ad Ter.l.1.§.cõfestim.¶Considera, q aut culpa pcedẽs ordinatur ad casum impediẽdi electionẽ,& remouẽdi eos ab electionibus,& bñficio, ut quia discesserũt: aut nõ ordinat ad casum, ut qa õxerunt, ex quo secutũ est, q quia non soluerũt, sunt excõicati; primo casu currat pscriptio: scđo uero casu non.hæc.n. regula traditur à doctoribus iuris ciuilis in l.2.§. q si cum prægnans.ff.si quis cau.& ar.ff.ex qui.cau.in.po.ea.l. Fulcinius.§.quid sit latitare.Porrò contractus non est cã cõcernẽs electionẽ, sed cã immediata est excõicatio,& ista cã non stat in pectore eligentium, sed in ptãte superiorũ;& cã immediata inspicit, nõ remota.ff. rerũ amo.l.si mulier.siquis tñ procurasset cãm suę excõicationis, ut p hoc ei nõ labatur tps. sibi imputet, ut. ff. ex qui.caus.ma.l.& q data opera.¶Alia dic, ut dixi.ĩ.
5 e.tit.c.ne pro defectu.†¶Extra quæro, nũquid dẽt semel licentia petere?& uř q non, ut l.1.ff.de libe.dimi.& C.de tẽp.ap.l.fi.in uer.summa ope.Nam in uno actu non pt instãtia ponderari, sed in pluribus, ut no.ff.de pig.actio.l.fi.in fi.¶In contrarium uř casus.ff.de usu.l. mora,& qđ ibi no.p Bar.¶Tu dic, q qñ in prima sua oblatione facit, qcqd sibi incũbit, non est necesse q denuò protestetur aliàs sic,& ita saluatur ista uia brocardica.¶Oppo.& uř, q impedito eligere currat tps eligẽdi.Nã dũ pẽdet citatio & expectatio absentium canonici sunt impediti, ut.C.de dila.l.siue pars:& tamẽ tps currit, qa utiliter & necessariò currit. nam totum hoc structũ est de ipsa electione, ar.ff.de mi.l.deniq;.§.j.Sed Host.dicit cũ Inn.q illud tps prouidit.l.conditor: sed tps, de quo loquitur istud.c. nõ prouidit legis cõditor, cũ sit pter ius.Et motiuum suum pôt corroborari p.l.sed si p prætorẽ.§.si feriæ.ff.qui.ex cau.ma. ubi pp ferias repẽtinas datur restitutio: pp solemnes uerò non: qa fatales casus non pñt præuideri, ut no.in l.3.ff.de admi.re.ad ciui.pti.& quia de rarò cõtingẽtibus non fit regula, ut ff.de legi.l.nam ad ea. istud ẽ bñ dictũ Tamen sciẽdũ est, q utilia tpa ẽt psciẽti impedimẽtũ non currunt, ut l.2.§.dies sunt.ff.quis or. in bo. pos.ser.Sed tempus eligendi est utile, quia requirit liberũ pos.& iõ ẽt si casus potuit præuideri, nõ tñ currit
6 impedito.†¶Sed qd dices, papa mãdauit, q electio fieret.j.mẽsem cũ cõsilio cuiusdã abbatis: alia ipse abbas eligeret. Nõ abbas nunq pmisit se iueniri, ut posset ei notificari? dicit In.q nihilominus tps currit: qa durius agitur cum homine, q cum lege.ergo ex dolo suo abbas lucrabitur ius suum,& ius eligendi; quod est ualde absurdum.Sed ipse dicit, q contra hanc fraudẽ debet prouideri per Papam: potest dici, q abbas citabitur solemniter assignata sibi certa die quasi protestãdo,& si non compareat, canonici.j.dictum tempus eligent, arg.eorum, q no.ĩ eo.ti.c.cum in ueteri.& C de ann.excep.l.ut perfectius,& quia si papa cogitasset de fraude, non cõcessisset hoc abbati, ar.ff.de pa.l.tale pa-
7 ctum.§.fi.cũ gl.†¶No.hic dicit Io.An.q canonici quatuor patriarchalium sedium sine licentia Papæ nõ pos

sunt eligere patriarchas p extrauagantē Bonifacij, q incipit Romana ecclesia. dicunt doc. q mora, de qua loqtur illud. c. cōmittitur arbitrio boni uiri, & bn dicit p. l. si ita quis. §. Scia, & l. continuus. §. cum quis & § itē qui insula. ff. de uer. ob. Vnde dicit gl. in l. 2. §. item qd diximus. ff. si quis cau. q a euitatur amaritudo, & ex duobus con trarijs fit unum optimum tempe

a ¶ *Euitatur amaritudo, & ex duobus contrarijs fit unum optimum temperamentū.*

8 ramentum. ¶ † Ber. tractat hic de purgatione morę, & dicit q mora non pt purgari, qn fit translatio in aliū ipso iure & idē dicit do. Dy. ff. de uer. obl. l. si seruū. §. sequitur. ¶ Sed ego dico, q in executione officij nūq purgatur mora: qa lapso termino deponit officium; & hoc ēt dicit Ber. satis notabiliter & intelle-
9 ctiuè. ¶ † Et no. hos modos argumētandi: primus est, q nō læditur ex cursu tpis ille. qui nō fuit negligēs, con cor. in aut. de ap in prin & C. qui petāt tu. l. cū à matribus. & C. de ap. pses. ff. de pub. l. Cæsar. ff. de uer. ob. l. &
10 iō hæsitat. † Fallit ubicūq; casus fortuitus nocet ut in uenditionibus, & in conditionibus casualibus & nō potestatiuis, nec mixtis: quia à casu & à fortuna oriuntur dāna fatalia qbus resisti hominū consilio nō pōt, ut ff. de admi. re. ad ciui. pert. l. j. §. si eo tpe, & ff. de dā. inse. l. fluminū. §. seruius. C. lo. l. damnū. ¶ Porrò fortuna est in oi re dn̄atrix. ff. p socio. l. cū duobus. §. dāna. tn̄ aliqn̄ ꝯ naturales, uel fortuitos casus cōceditur reparatio uel in integrū restitutio, ut ff. de serui. rust. pdi. l. & Attilicinus; & sic uirtute iudicij dāna pn̄t reparari.
11 ¶ † Alius modus argumētādi ex isto. c. est, q qui pt remouere impedimētū, & non remouet, consentire vr, & de hoc no. C. de nat. lib. l. j. itē q negligētibus iura non subueniunt, ut no. ff. quæ in frau. cred. l. j. & l. pupillus, & ff. ex qui. cau. ma. l. non. n. negligentibus. & sic qui negligit, sua iura pdit. quia negligētia oīa lædit. Vn̄ uersus scriptus literis aureis sup ostio cameræ regis Roberti sic dicebat Negligētia b par de damno, ogic farò, domā farò, chagia, altrui for de gua dagno. Tempus deputatū ad electionem celebrandam est utile, ut not. per Archid. 61. dist. bene intellige ad exclusionem sed ad inclusionem cedit ignoranti. i. ptās acquiritur ignoranti tps lapsum antecessori, ut no. ff. de in-

b ¶ *Qui negligit, iura sua perdit, uide de istis dictis Bald. hic omnino pulchrè per d. Andr. Barb. in consi. suo. 41. in. 1. parte. ubi commemorat ista dicta Bal. hic & alia & uide etiam per Feli. in c. si autem, uers. negligentia de rescrip.*

12 sa. l. genero. ¶ † Qui longo tpe interfuerunt electionibus, præsumuntur præscripsisse: quia psumitur q non fuerint admissi ad eli-
13 gendum sine causa. † nā cum eis uideatur tradita possessio eligendi in traditione semper præsumitur causa ut no. per arch. 63. dist. c. nolēe, licet in promissione nuda non præsumatur causa: quia promissio de facili fit: sed traditio fit cum maiori deliberatione, ut ff. de excep. do. l. 2. §. arg. Capitulum est nomen appellatiuū intellectuale & incorporale, sicut omnia nomina appellatiua, & nihil potest facere nisi per sua membra, ut 63. dist. c. nullus, per arch. ¶ Vnde cum dico capitulum sancti Bernardi, nomen sancti Bernardi est nomen proprium ueniens declarationem nominis appellatiui, qd est capitulum, ut. ff. de an. le. l. annua. §. 1. huic intellectuali currit præscriptio temporis per negligentiam organorum. & tamen dicit Arch. si in procuratorio exprimantur nomina omniū singulariter, nec aduciatur capitulariter, isti singuli non faciūt collegium in hoc
14 actu, ut ipse not. 33. dist. c. illud. † & est regulare, q in collegialibus semper statur maiori parti, ut. 31. dist. c. Nicena. & noīe capituli continētur prior, & decanus capituli: qa in toto pars continetur. 45. di. c. sed illud, per Archi. tu dic, q quædā incūbunt uniuersitati facere; & tunc quod facit maior pars, forma tn̄ seruata, oēs fecisse uidentur. quædam uerò prohibētur fieri; & tūc maior pars non piudicat minori, ut l. j. C. de magi. conueni. quædā uero sunt media inter hęc; & tūc utiliter factū oēs repræsentat, sed inutiliter factum non vr ab oībus factum, nisi interueniat authoritas superioris; & hæc uera sunt, qn ex multis resultat unum caput, sicut collegiū, sed si non resultat unū intellectuale corpus ex ipsis tūc unus in alterum nihil pōt, ut l. p fundū.
15 ff. de ser. rust. præ. † Si publicato scrutinio oēs recedūt sed non eligunt, unus solus, q remāsit in capitulo, pōt eligere. 65. di. c. si forte, per Arch. Electus cōfirmatus si possessionem nō habet, prima bn̄ficia retinet. 93. di. c. si qui, per Arch. unanimes uoluntates uniuersali uoce prolatæ faciūt electionē esse canonicā. 93. di. legimus, per Arc. ex quo aliquis facit actus canonicales simul cū alijs canonicis, psumitur canonicus. c. di. ꝯ morem, per Arch. in ul. gl. no. q qn̄ fit translatio personarū, siue alicuius iuris in pœnā, non habet locū purga-
16 tio moræ. † ¶ Itē no. q illis qui non sunt in mora, tn̄ sunt in culpa, qa pn̄t remouere impedimentū, & nō remouēt, currit legalis pscriptio; qd est bene not. Dicit lex, q ei, qui non pōt facere riuū, & nō facit, nō currit præscriptio aq ducēdæ, ut ff. quēad. ser amit. l. si partē in prin. Dicit ibi Cy. no. ex isto. §. q iuri mihi nondum competēti nō præscribitur. Cy. certè ibi res. i. seruitus nō erat in rerum natura, & res quæ non est in rerū natura præscriptionem & extinctionem non recipit, cum natura præscrip. negatiuæ sit extinguere.

SVMMARIVM.

1 *Suspensio an intelligitur perpetua, cum non dicitur usque ad quod tempus sit.*

De translatione episcoporum. Rubri.

CVM EX ILLO Patriarcha, qui cōfirmatum in archiepm transfert ad sedē epalē, ab eporum confirmatione suspendit. h. d. & diuiditur in quatuor ptes. Nam prima 1 pars pbat trāslationē eporum soli papę cōpetere. secūda narrat rephēsibile factū patriarchæ. tertia rn̄det tacitæ obiectioni. quarta pęnā imponit. secūda ibi, miramur. tertia ibi licet. quarta ibi ne igit. ¶ Casus patriarcha Antiochenus. B. electū in Archiepm Apamiēsem ad Tripolitanam ecclesiam quæ est episcopalis, transtulit. Papa ualde de hoc miratur quia canones pcedētes ex generali priuilegio beati Petri hoc reseruant summo pontifici. Secundò quia iste Patriarcha non fecit dictū electum maiorē, sed minorē, nec eū archiepiscopauit: sed potius dearchiepare præsumpsit. nā licet nō esset cōsecratus: erat tamen cōfirmatus; & iō tātā audaciā punit: qa ipsū patriarchā ab eporū cōfirmatiōe suspendit. No. q illa, quæ sibi apostolica sedes reseruat, ab alijs non dēt attentari. Itē q confirmatus in archiepisco-

epm nondũ consecratus,potest suffraganeos confirmare.Item no.quòd temeraria audacia est puniẽda? Quæ rõ,cũ hic non dicatur usq; ad qđ tps suspendit,utrum suspensio intelligatur perpetua?& dico quòd sic, quia ista pœna est ordinaria,ar.C.de pœn.l.seruus.sed qđ si Papa diceret,suspendimus te ad tps,nec diceret ad q̃tum tps?respondeo intelligitur de decennio,ut not.ff. de pœ.l.si.diutino,& nõ est alibi. Dicit hic Ber.ꝙ imperium non est ita immediatè a Deo,sicut papatus;qđ bene no.dicit hic Io.An.quòd priuilegium concessum prælato vr̃ concessum & ecclesiæ.Idem no.Accu.C.de sacrosã.eccl.non plures,in ult.glo.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium spirituale contrahitur per electionem,& confirmationem.*
2 *Papa sibi reseruata facit non ut homo, sed tanquam Deus.*
3 *Statutum ad pœnam non debet trahi ad fauorem, uel gratiam.& nu.9.*
4 *Papa simplicitatem potius quàm dolum præsumit.*
5 *Papa potest liberare monialem,& sibi dare licentiam nubendi.*
6 *Priuilegium iuri communi conforme,uel contrarium,uel ab eo exorbitans quomodo interpretandum.*
7 *Vituperatur multum,qui multum transgreditur.*
8 *Pro unico delicto an.& quando dua pœna imponantur?*
10 *Negligentia in quibus consistat?*

INTER corporalia Hæc decretalis diuidit in duas partes:qa in prima ponit exordiũ.in scđa facti narratio, & decisio. scđa ibi,sanè. & iterũ prima subdiuidit in tres partes.nã prima ꝓbat coniugiũ spũale dissolui nõ posse: secunda ꝓbat uinculũ spũalis coniugii esse inter ecclesiam,& electum confirmatũ,licet nõ sit cõsecratus. tertia soluit cuiusdam canon.ꝯrietatẽ. scđa ibi, sicut aũt.tertia ibi,sed neque.Casus Turonẽsis archieps electũ Abriascẽsem p Rothomagensẽ suũ metropolitanũ ꝯfirmatũ trãstulit ad ecclesiã Andegauẽsem,& dictus Rothomagensis ipsum absoluit,& tribuit lñiam trãseundi:Papa hoc audito mãdauit Bituricensi archiepo, ꝙ dictos archiepos a ꝯfirmatione,& consecratione põtificũ,& dictũ epm ab executione põtificalis officij suspẽderet,qđ dictus archieps Bituricẽsis fecit. Qui tñ postea ad sedẽ apostolicã accedentes proprium reatũ confessi ueniã meruerunt,q̃q̃ dicti tanq̃ maiores plus deliquerunt,q̃ dictus eps:quia dictorum suorum maiorum errorẽ est secutus.Et q̃q̃ dictus eps nõ fuerit ritè cõsecratus:quia non ad titulum, tñ Papa de sua benignitate dispensat,cum eo quòd ipse possit retinere ecclesiã Andegauensẽ consensu canonicorũ Andegauensium pdurãte.& hoc dicit scđa pars illius capituli,quę incipit ibi,sanè.Sed in prima parte dñs Papa facit arẽgã,& dicit,ꝙ sicut mřimoniũ carnale non separať nisi authoritate diuina,sic nec spũale, & ꝙ epalis dignitas nihil addit quò ad ueritatem mřimonij, cũ iam sit ꝯtctũ p electionem & confirmationem,& quòd statutum de epis nõ trãsferendis sine authoritate pfati dñi Papæ,licet nõ exprimat de electis & confirmatis,p idẽtitatẽ rõnis.i.uinculi spũalis,cõprehẽdit electos & ꝯfirmatos,nõ obstãte quodã canone,ubi cauetur de electo, ut si ultra sex menses ecclãm retinuerit uiduatam,nec ibi,nec alibi donũ ꝯsecrationis recipiat, imò cedat iudicio sui metropolitani.p qđ decretum uidebatur, ꝙ archiepi prædicti potuerũt pdicta facere,qa eccla eẽt uiduata añ conseratiõnẽ,ergo nõ cõtractũ uinculũ cõiugale,nisi demũ secuta cõsecratione.Itẽ qa dictũ decretũ dicit,ꝙ metropolitani sui cedãt iudicio.nã Papa rñdet ad primũ,ꝙ eccla nõ dr̃ uiduata:quasi non hẽat sponsũ:sed quia non hẽt p oĩa sponsum.ad fm rñdet, quòd illa ptãs data metropolitanis est data in pœnam negligẽtiũ;& ideo nõ dẽt trahi ad grãm,ut possit trãsferre sine authoritate dñi Papæ:Item quia di. capłm facit mẽtionẽ de cessione, & nõ de translatione : quia metropolitani nõ authoritate metropolica & naturali,sed ex spãli priuilegio hoc possunt.s.cessionẽ recipere & urgere ad cedendũ:& qa decretũ nõ facit mentionẽ de translatione,videtur omissum:quinimò prohibitũ, ex quo non reperitur concessum;& h.d. illud notabile 1 capitulum,quod est ualde allegabile ad multa.¶ † Et primo no. quòd per electionem,& confirmationẽ contrahitur matrimonium spũale.Itẽ quòd matrimonium de facili contrahitur,sed de difficili distrahitur. † Itẽ 2 quòd reseruata Papæ non facit Papa tanq̃ hõ,sed tanquam Deus.Item quòd quis põt esse eps absq; administratione,ut ille,qui renunciauit ecclesiæ, sed nõ renũciauit ordini epali,& uide quod no.de auth.tu.l.si pluribus.Item quòd ubi est forma-
a lis [a] rõ, ibi est penitus idem statutum,licet termini sint diuersi. Item qđ non est expressum in l. uel statuto,hr̃ pro expresso pro-
b pter idẽptitatem rõnis [b] sic not. C.de indi.uidu.l.ul.Itẽ quòd ecclesia quodammodo dr̃ uiduata ante prælati consecrationẽ. Itẽ quòd uerba. l. uel statuti debent intelligi secundum commuuem usum loquẽdi,ut no.ff.de leg.iij.l.lib.§.qđ tñ cassius. Item quòd sicut illa dr̃ uidua,quæ nullum habet mari
c tum,ita si inutilem. [c] Item no. in uerbo,nec alibi,quòd sola negli-
3 gentia facit quẽ ineligibilẽ.† Itẽ quòd statutum ad pœnam nõ debet trahi ad fauorem,uel grãm.nec ob.ff.de excu.tut. sed & milites.§.sed ignominia:qa ibi est ideò,qa nõ pt separari unũ ab alio.Itẽ no.ꝙ illud,qđ nõ dicit statutũ, nec nos dicere dẽmus,ut hic,&ff.so.ma.l.si uero.§.đ uiro & ff.de acq.hæ.l.si seruũ.§ nõ dixit.Itẽ no.ꝙ in reseruatione Papæ quicquid nõ inuenit alteri cõcessum, cẽseť prohibitum.Item not. ꝙ licet archiepi errauerint in intellectu illius decreti:tñ rigore iustitiæ debet puniri.Item no.ꝙ in maioribus maius est delictum:quia
4 alijs præbent malum exemplum.†Item no. ꝙ Papa ꝓsumit simplicitatem potius,q̃ dolum,sic.C.de his,qui sibi ascri.l.qđ adhibitus.Item no.ꝓ supplicatione de nota,dicit.n.lex,ꝙ piæ præces aĩmũ principis mouerũt Item no.ꝙ ille,qui uult ueniam,debet confiteri peccatum.¶Itẽ no.ꝙ cõsecratus iniustè per talem consecrationem non efficitur prælatus ecclesiæ.Item no.quòd Papa non dispensat,nisi interueniat consensus ecclesiæ, siue capituli, ut apparet in fi. huius decretalis in uer.perdurante.Sed hoc puto dictum de urbanitate & clementia summi pontificis. Ber. tractat hic multa brocarda de concesso & prohibito,& est gl.satis argu
5 mentabilis.quæ habet bonas.ll.† Extra no.ar.quòd Papa potest liberare monialem,& dare sibi licentiam nubendi:qa põt dissoluere matrimonium spirituale, ut hic. ¶Item not.argumen.quòd arbitrium, quod non reperi-

a ¶Vide Ias.May.pulchre in l.j.§. item ac quirimus, uers. viij. pulchrè no. ff. de acqui.poss.

b ¶Vide Sali.& mod. in l.quamuis,C.de fi deic.

c ¶Vide Ias. in l.quoties.ff.qui satisf.cog.

reperitur cōcessum, præsumitur denegatum, ad quod optimè facit. C. de procu. l. maritus. Itē no. ar. ꝙ si aliqua regalia sunt alicui concessa per principem: non tñ similia sunt concessa. ¶ Item no. allegationem aduocatorum, qui dicunt, si statutum hoc uoluisset, dixisset, ut C. de ca. tol. l. unica. §. sin autem ad deficientis. Vnum est ualde singulare in isto. c. quòd una lex exponit aliā per cōem modum loquendi, qđ non reperitur alibi.
6 † Item illud est no. quòd quædam conceduntur ꝑ priuilegium, quæ aliàs sunt cōcessa de iure cōi; & tūc priuilegium est latissime interpretandum. Sed quãque cōceduntur ea, quæ a iure cōi denegantur; & tunc strictissimè est interpretandum, ut no. per Ia. de Are. & Old. in l. j. §. item nunciatio. ff. de ope. no. nun. Sed aliqñ conceditur noua forma in proprio actu, quæ nemini nocet, tñ exorbitat à iure cōi, & ēt tunc fit latissima interpretatio sine iniuria alicuius, ut l. j. ff. de testa. mil. & in c. nostro quodammodo concederetur iniuria supremæ dignitatis, si intelligerentur ea concessa, quæ soli vicario Iesu Christi sunt per scripturas sanctorum patrum reseruata; & ideò c. nostrum punit illos, qui ponunt os in cælum. Item scias, ꝙ obligationes personales sapiunt characterem, cum non extinguantur nisi naturaliter, i. iuxta suam naturam, ut ff. pro soc. l. ea uerò.
7 † Item no. ꝙ qui multum transgreditur, multum uituperatur; & ideo pro uno enormi excessu fuerunt archiepi suspensi à confirmatione & consecratione & sic puniti sunt duabus pœnis. Sed contra hoc oppo. & vř, ꝙ non debuerunt puniri nisi una pœna, & no. ff. de accu.
8 l. senatus censuit. † Tu dic, aut duæ pœnæ [a] imponuntur ab homine, & loquiř hic: aut à l. & tunc refert, aut ab eadem l. & cōcurrūt aut à diuersis legibus; & tunc refert, aut lex utraque procedit disponendo de concursu, & concurrunt, ut no. C. de sepu. uio. l. qui sepulchrum. aut disponendo de non concursu; & tunc non concurrunt, qđ uř lex tacitè facere, si noua lex imponit pœnā minorem; tex. est no. ff. de re mi. l. nō oēs. §. qui post desertionem ibi dum dicit, excessū est capitis pœna: aut ll. sunt absolutè positæ; & tūc concurrūt in potē. ia, sed in executione dēt altera eligi, ut no. in d. l. senatus †
9 & no. hæc uerba dicitur hic, ꝙ ista tutum ad pœnam non debet trahi ad gratiam. E cōtra aūt statutum ad gratiam nō debet priuilegium auferre, ut no. ff. de iu. l. si lōgius. §. fi. & ff. de condi. & demō. l. falsa. §. j. ff. de contra ta. l. iij. §. si emancipatus, & quod ibi no. per Bar. Sed cōtra hoc op. nam emancipatio est gratia, quam facit pater filio: & tamen tollit iura sui hæredis, quæ sunt fauorabilia, ut ff. de de. j. l. nam nec emancipatus. So. hic non erat propriè fauor, uel odiū, sed quædam media iuris prudentia. † No. hic negligentiam puniri. Consistit autem negligentia in his, quæ sunt facultatis, non impossibilitatis, uel quæ sit, ut supra. ti. j. c. fin. & not. quòd negligere est, cum possis: secus, si non potes, & ideò lex. 12. tab. diuidit obligationem inter hæredes: tamen ubi consideratur sola facultas, ille solus, qui habet facultatem rei restituendæ, conuenitur; quod dic tu legista, ut fin. not. ff. ad l. Fal. qui fundum. §. si eu ex parte. Nam huiuscemodi actiones, quæ facultatem concernunt, ad instar realium proditæ sunt, & habent ratione contractus unam naturam, & ratione facultatis aliam naturam, ut not. ff. commo. l. sed mihi §. hæres eius. Bal.

a ¶ Vide d. Bap. de sancto Seue. in repe. l. pe. C. de sum. tri.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus de propria ecclesia ad aliam propria authoritate transiens carebit utraque.*
2 *Possessio an requiratur in sententia.*
3 *Sententia quando priuat aliquem a statu statim perdit possessionem.*
4 *Solus Papa in terris est uicarius Iesu Christi.*

1 QVANTO † Eps, qui propria authoritate de eccĺa separatus est & ad aliā se transtulit, carebit utraq; h. d. Et diuidit in tres partes. Nam in prima parte factum narrat in scđa aggrauat. & in tertiā parte punit. secunda ibi, nō attendens. tertia ibi, ne aūt. uel sic cū qs ad maiorem se plebē transtulit, à cathedra aliena uel li dēt, & carere propria. h. d. Et no. ꝙ istud uerbū, carere, intelligiř ꝑ sniam, & quòd in incorporalib. nō requiritur installatio localis, sed sufficit sola authoritas sniæ. Item no. ꝙ in notoriis fertur sententia, parte nō citata ſm Inn. Sed quæro, an in sententia requiratur possessio? no. inst. de offi. iudi. §. fi. & in l. & ideò. ff. de cōd. fur. & ff. de pig ac. l. non est mirum. §. sciendum. Et gl. determinat, ꝙ ad constituendum ius nouū reale requiritur intromissio. è contra uero ad priuandum quem à iure reali requiritur exmissio, uel quasi, ut no. qui satis. cog. l. sciendū. §. fundum: saluo ꝙ in mere incorporalibus, in quibus non requiritur facti executio, ut nota per Inn. j. de conces. pręb. c. cum nostris, dicit Inn. ꝙ si nō priuaretur maiori uel priori ecclesia, priores clerici tenerentur adhuc ei obedire, & idē, ubi nō tenet renunciatio. Io. An. Porrò de priuatione futura non possunt opponere debitores. & iō in confiscādis, nisi fiscus urgeat, hřs indignus agere pōt, ut fin. no. de fa. er. l. his
2 consequenter. §. j. † Adde, & dic ꝙ qñ sententia priuat aliquem à statu, statim ꝑdit possessionem, ar. ff de pœ. l. si ad optanero, & uide. l. commissa. ff. de pub. & qđ no. in l fi. C. de sacrosē ec. & C. de bo. ua. l. fi. lib. x. & C. de iu. fis. l. facultas, & uide meliorem gl. quæ fit in iure ciuili. ff. ꝑ so. l. cum duob. §. idem respondit Op. & vř ꝙ in notorio requiratur citatio, ut in c. pasto. de re iu. in cle. Sol. ibi erat notoriū, sed nō qualiter: quia re uera rebellio illa ꝓcesserat defectu summi pōtificis, & ideò excusauit eum nefas ſm quosdam, uel congruentius dic, ꝙ ibi Cęsar assumpserat uiam citādi ad locū non tutum, in quo qs non pōt se defendere, & defensio est ita de iure naturali, ꝙ ēt uolenti non pōt auferri in capitali cā, ut eleganter no. ff. de pac. l. pactum inter he-
3 redem. † No. hic, quòd solus papa in terris est uicarius Iesu Christi, & licet naturalia homin is habeat. tñ hēc quicquid solenniter agit, in uirtute celesti. No. hic literam ꝯ superbos, quos Papa deponit de sede, & debellat eos gladio oris sui. Casum in terminis non præposui: tamen pro suffragio legistarum casus est talis. Hildesensis eps reliquit ecclesiam propriam ad Herbipolensem transiens, quæ erat melior & nobilior, uel non tot oppressa tyrānis. Papa dicit, quòd male fecit, & ideò Hermipolensem eum non esse assecutum determinat, & Hildesensi priuat: quia diuinam authoritatem ꝑ superbiam concupiuit.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium in singulis uerbis ponderandum, & subtiliter interpretandum est & nu. 8.*

2 *Omnes Episcopi quo ad dignitatem episcopalis sacerdotij, sunt aequales.*

3 *Naturalis ratio, sive eius effectus iure civili tolli non potest.*

4 *Clausula, Si est idoneus, veritas potest examinari nemine citato.*

5 *Consecratio ad spiritualis matrimonij substantiã perinde se habet, ac copula ad carnale, & ad venditionem traditio.*

6 *Favor, & odium interdum datur in eodem subiecto respectu diversorum extremorum.*

7 *Dictio, dumtamen, Item clausula, Salvo, & reservato, est restrictiva.*

9 *Matrimonium an dicatur carnali copula consumatum, si virtutem carnaliter cognovi, qua eo instanti concepit, & in uxorem accepi?*



LICET. Continuatur cum praecedenti. c. nam dictus episcopus depositus conquerebatur de papa, quia habebat quoddam privilegium Caelestin: quòd si ad maiorẽ vocaretur forsitan dignitatem, sibi liceret assumere, dumtamen nihil ei de statutis canonicis obviaret, unde quod fecerat, facere potuisse credebat. Sed papa dicit, quòd ponderanda sunt verba privilegij: quia dicunt de maiori non de pari, cum in maiori facilius dispensetur: ¶ Item quia in privilegio sunt illa verba taxativa, dũtamen, quae sonant, quòd eius psona in transitu debeat examinari per papam: & quia non fuit persona examinata, obviant ei canonica instituta: quare dictum privilegium rectè intellectum non excusat, imò accusat ipsum episcopũ temerario ausu transeuntem. Not. quòd matrimonium spirituale in ele. dicitur initiatum, & confirmatione intelligitur ratificatum: sed in consecratione intelligitur consumatum; & sunt verba pulchra. Secundo not. unum mirabile, quòd facilius dispensatur in maioribus, quàm in mi-
1 noribus. † Tertio not. quòd privilegium in singulis verbis est ponderandum, & subtiliter interpretandum & si quis malè intelligit verba privilegij, imputet sibijpsi: & si cęcitas ignorãtiae cõcurrat secum: quia opiniones falsae in iure non excusant, ut hic, & no. p Ioan. Mo. in c. cupientes. §. denique, de elec. li. 6. Gl. tamẽ excusat ignorantiam iuris, quae est in iur. apicibus. ista est glo. unica & sing. inst. de ob. quae ex quasi maleficio na-
a sc. sed illa gl. intelligitur, ᵃ qñ nõ potest quis convinci, nisi per subtilitatem disputandi: secus, si per tex. l. vel per practicam generalem, quod est not. Disputat hic. Ber. quid operetur istud privilegium de transeundo, ex quo non. potest transire dicit lex, quòd captiosam liberalitatẽ interpretatio prudentium fregit, ut not. ff. de transa. l. cum Aquiliana. & ita fecit hic dominus papa: quia privilegium, quod respicit regalia, est valde odiosum, ut no. C. de pet. bo. sub
2 la. l. j. lib. x. † dicit Io. An. quòd omnes epi sunt aequales, quantum ad dignitatem, intelligas quantum ad dignitatem epalis sacerdotij: tamen nõ est dubium, quòd una ecclesia est dignior altera, ut no. p Io. Mo. in ca. si forte, de elec. li. 6. Dicit Inno: quòd licet dispensetur cũ aliquo ineligibili, puta cum illegitimo, quòd possit obtinere praelaturas, & dignitates: tamen hoc intelligit.

a ¶ *Vide Bal. & omnes in authen. sed novo iure. C. de poen. iu. qui malè indi. & vide ad hoc propos. lecturam a postil. l. quam scripsi ad Bart. in l fin. ff. de no. & extra. et. cog. Paro.*

servato ordine debito. i. quòd adhuc debeat postulari & non eligi: quia adhuc remanet, quòd est illegitimus, licet sit legitimatus. dicit. l. ꝙ illi, qui accipiunt usum togae, habent privilegium, non tñ habent veritatem, ut
3 ff. de iure fis. l. sed si accepto. † itẽ. l. dicit, ꝙ per ius civile non potest tolli ratio naturalis, seu eius effectus, s. quando ratio naturalis cõtinet necessitatem veritatis, ut. ff. de lib. & post. l. filio; quem pater, & ff. de usufr. ea. re. quae usu consu. l. 2. Alia lex dicit, ꝙ anuli aurei non dant ingenuitatem, sed fingunt, ut no. in l. 2. C. de iur. au. an. Item omne privilegium ostendit rem naturaliter habere se aliter, & ideò dixi in materia feudorum ꝙ restituti natalibus p simplicem gratiã principis non succedũt in feudo antiquo, & praesertim nobili, etiam si pater fecit eos legitimari, nisi potestatem habẽs specialiter & nominatim legitimet eos ad feuda sine legitimorum praeiudicio agnatorum. non enim sufficeret quòd haberet mandatum ad legitimandum, si praeiudicaretur agnatis: sed oportet in privilegio dici, non obstãtibus agnatis; ar. ff. de vul. sub. l. ex facto, & ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. unde assimilandus est spurius legitimatus homini medicato à morbo remanente aliqua
4 cicatrice, & dixi. s. de elect. ca. innotuit. † Dicit hic Io. An. ꝙ veritas illius clausulae, si est idoneus, potest examinari nullis citatis: quia ista examinatio fit extra iudicium, In. & Io. An. habes in simili glo. ordinariam, & fin. ff. de bon. pos. l. 3. §. si cã cognita, quã omnino vide.
5 ¶† Dicit In. ꝙ consecratio nihil addit ad substantiam matrimonij spiritualis sicut copula carnalis in matrimonio carnali non causat substantiam eius: quia iã substantiatum est, & eius substantia nõ potest dividi, sicut traditio non adijcit substantiam venditioni: sed facit, ut dissensu non dissolvatur, ut. ff. de pact. l. ab emptione. unde copula carnalis idem est, quòd traditio; quia
6 non est res integra. ¶† Quot modis dicatur privilegiũ odiosum ponit hic Host. & refert Io. An. Tu dic, quòd principale motivum legis inspicitur, ut cognoscamus quid sit odiosum, & quid favorabile, tex. est no. i l. qui exceptionem. ff. de cond. inde. Et interdum aliquid est favorabile penès unum extremum, & odiosum penès aliud extremum, ut no. glo. ord. satis eleganter. ff. de in ius voc. l. sed si hac lege. Adde dicit lex quòd omnia, quae ꝯ naturam pugnant, odiosa sunt, ut no. ff. de lib. &
7 post. l. cum quidam. ¶† No. valde in isto c. de ista dictione, dũtamẽ, quae est multum restrictiva & multũ ponderanda. facit quod no. C. de sen. l. cum eorum. Idẽ dicimus in illa clausula, salvo & reservato, ut est gloss. no. in l. item Labeo, fami. erci. & facit ad quaestionem de clausula, quae apponitur in sententijs, salvo & reservato, quòd si praeter, ꝯtra, vel ultra formam statutorum &c. reducimus eam ad formã statutorum, nec est melior tex. in iure quàm sit iste tex. & fuit quaestio disputata per Ia. de Be. & de hoc alibi dixi tenendo, ꝙ iudex intelligatur pronunciare secundum mentem declaratam, non sm clausulam generalem & confusam; quia iudex, qui sententiam claram protulit, statuta interpretatus esse videtur, & primae interpretationi stãdum est, ut no. ff. de verbo. ob. l. quicquid astringendae, ubi est glo. sing. Item quod commissum est sibi, non debet committere alteri, ut not. ff. de ãr. l. non distinguemus. §. nunc de officio. Item qui declarat, non debet declarari, ut no. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs.
8 §. fi. †¶ Item not. quòd licet dicat hic, strictè verba põderanda: tamen quandoque trahuntur verba ad improprium significatum, ne vitietur ista pronunciatio. ista

illa gl.sing.ff.fa.ere.l.& puto.§. j. alterata significatione.ut.ff.de usu. l.proculus. ¶† Sed pone cognoui carnaliter bertã,quæ illo instanti concepit,postea immediatè eam accepi in uxorem,quæro utrum istud matrimonium dicatur consumatum carnali copula : si dicis quòd sic,papa non posset destruere.Si dicis ꝙ non, papa posset destruere matrimonium : sed non est bonũ matrimonij.i.proles, quoniam uenter statim legitimatus est.Illud enim certum est, ꝙ matrimonium sequẽs fauore prolis confirmat actum carnalem præcedentẽ: quia æquiualet restitutioni natalium, & antiquæ institutioni matrimonij,& in ipso momento,quo est matrimonium,ità,ꝙ non consideramus perseuerantiam,sed est momentum,ut no.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur. l.patre furioso.C.de institu.& sub.l.autẽ,ar.ff.de pub. l.cum sponsus.§.fi.& tu canonista illũ tex.no.fin. Quæstio enim prædicta stat in hoc,utrum sicut papa non potest dissoluere matrimonium, per quod carnalis copula consumatur , ita nec illud, per quod carnalis copula confirmatur.

9

De authoritate, & usu pallij. Rubri.

¶Titulus iste tractat de pallio archiepiscopi , in quo consistit pontificalis officij plenitudo.infra.eo.c.nisi,de quo quædam tractantur hic per do. Io.An.in rubrica, quam per temet ipsum uide.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus intra quamlibet sua prouincia ecclesiam pallio uti potest,non extra.*

2 *Prohibitum intra locum,uidetur extra permissum.*

1 VM SVPER. † Intra quamlibet ecclesiam suæ prouinciæ archiepiscopus pallio uti potest, sed extra non.h. d. Et sunt duæ partes consultatio , & responsio. ¶Casus. in traditione palij hæc forma seruatur , tradimus tibi pallium,ut eo utaris.j.ecclesiam tuam. ¶Quæro,quomodo sit intelligendum,ecclesiam tuam?rñ.j.quamlibet ecclesiam tuæ prouinciæ,non extra ecclesiam.No. primò , ꝙ quælibet ecclesia suæ prouinciæ dr̃ ecclesia sua. ¶Op.j.de uer.sig.c.cum clerici,& glo.not.soluit, ꝙ hic fit latior interpretatio : quia nemini præiudiciũ
2 generatur. † ¶Secundo no.quòd concessum intra locũ uidetꝰ extra locum esse prohibitum . dicit enim lex , ꝙ cõcessum rusticis in rure, & sic personę in loco, uidetꝰ alibi denegatum,ut.C.de test.l.fi.è contra dicit Ro.ꝙ prohibitum intra locum uidetur extra locum esse permissum,ut.C.de sacrosanct.eccl.l.nemo martyres:quandoque tamen fit extensio,ut.ff.de inter.& relega.l.relegatorum.§ constitutum.Bal.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopi,qui in mari decesserit,pallium an debeat, proijci in mare.*

D HEC. Archiepiscopus alteri archiepiscopo pallium suum commodare non põt h.d.No.quòd concessum in proprios usus non potest alij personæ concedi. Item no, ꝙ pallium debet sepeliri cum persona , & est spãle.nã dicit.l.ꝙ ornamenta cum persona sepeliri non debẽt,
1 ut.ff.de au.& ar.le.l.medicò,§.fi. † ¶Pone, ꝙ archieps decessit in mari, nunquid pallium proijciendum erit in mare , dico quòd non,ar.ff.de condi.insti. l.quidam in suo:sed debet sepeliri in ecclesia , & non dicitur ista propria sepultura rei inanimatæ . Arma uero principum non sepeliuntur cum principibus , sed causa gloriæ ponunꞇ in sublimi,ut moris,& consuetudinis.Bald.

SVMMARIVM.

1 *Insignia dignitatis qui non habet , non dicitur esse in plena dignitate.*

2 *Eligere quis debet potius confusionem alterius , quàm suam .*

3 *Vasalli iuramentum intelligitur de posibili.*

ISI. Per pallium conferꞇ plenitudo pontificalis officij ; & nomen archiepãle.h. d. Et habet tres partes. In prima ponitur decisa facti narratio.In secunda facti aggrauatio,& in tertia ponitur conclusio : secunda ibi,sanè. tertia ibi,tu ergo . Quidam legatus in Sicilia transtulit Troianum episcopum in panormitanã ecclesiã,quę est metropolitana,sine papæ licentia speciali,qui petedo palliũ uocabat se archiepiscopũ. Papa ualde reprehendit temeritatẽ legati,mandans quòd legatus reuocet,quod fecit etiam si oporteret eũ confundi.Nam papa potius eligit confusionem legati,q̃ propriam. Not. quòd ubi non est dignitas , nec ibi est nomen dignita-
1 tis. ¶† Item not.[a] quòd non dr̃ esse in plena dignitate ille,qui ñ habet insignia dignitatis ¶Item no.ꝙ quis debet corrigere errorẽ suum, & si potest fingere nõ errasse,prudens est, ne redundet in
2 obbropriũ suum ¶† Demum no.quòd quis potius dẽt eligere confusionem alterius, quàm suam,concor.ff.si
3 quis omis.cã te.l.Iul. † legitur in usi.feud.quòd uasallus potius debet eligere mortem domini, q̃ suam propriam, quia omne iuramentum uasalli intelligitur de possibili,ut not.in ca. j.qui.mo.feu. amit.in gloss. nunquid , colla. x. & in ca. ulti. de feud. sine culpa non amit. Bald.

a ¶*Non dicitur esse in plena dignitate ille qui nõ habet insignia doctoratus.*

SVMMARIVM.

1 *Concessum certis temporibus uidetur alijs temporibus denegatum .*

D HONOREM. Solus Romanus põtifex pallio sp utitur,quia solus est assumptus in plenitudinẽ ptãtis , quæ per palliũ figuratur. ¶At patriarchæ, uel archiepiscopi nequaquã semper,uel ubique.h.d.ponit hic. B.q bus diebus pallium tradatur,& enumerat dies solẽnes inquibus patriarchæ,uel archiepiscopi possunt uti pal
1 lio. ¶† No. qđ est cõcessum [b] cer
b tis temporibus,uidetur alijs temporibus denegatum,ar. ff.de uul. sub.l.fi ita quis,& l.ex facto.§.itẽ quæro,&.ff. de pac. l. epistola.§. fi.& C.loc.l.fi cum Hermes,& ff. de usufru.l.quot.& ff.quemadmo. seru.ami.l.si q̃s alia.

b ¶*Vide in Iaso.in l.si per errorẽ.ff de iuri. om.iud.in l. 2 col.in prin. ubi multa pulcra ad hoc propositũ.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus extra suam iurisdictionem pallio uti non potest.*
2 *Priuilegium principis reducitur ad iustitiam.*
3 *Exercere an possit quis iurisdictionem in alieno territorio inter suos subditos permittente domino iurisdictionis.*

1 EXTVARVM.† Archieps ex͂ suã ꝓuinciam pallio uti non pōt,& si hoc hēat consuetudo.h.d.& sunt duæ partes. In prima parte ponitur gratiæ petitio petētis motiuum continens. In sc͂da petitionis limitata exauditio motiuũ reprobās:sc͂da ibi,licet.Casus. Cōpostellanus attēta cōsuetudine gn͂ali totius.Hispaniæ,uidelicet ꝙ archiepi pallio ex͂ suas diœceses indifferēter utuntur, petebat sibi idē de gr͂a cōcedi:quia magnam hēbat uerecundiã non posse facere,qđ alij faciebant. Papa istã cōsuetudinē reꝓbat:tñ de spāli gr͂a indulget, ut in casu necessitatis ꝓ cōsecrãdis suffraganeis,uel ep̄is ordinãdis possit uti pallio in eccl͞a aliena,dũmō is, ad quē 2 illa eccl͞a pertinet,hoc permittat.† Not. ꝙ Papa non intēdit cōcedere priuilegiũ in derogationē alterius.similε.C.qui po.in p͞g.ha.l.qui assiduis.§. exceptis. unñ dicimus ꝓuerbiũ,nō debemus unũ altare cooperire,& aliud discooperire, & not.hic, ꝙ priuilegium principis reducitur ad iustitiã.non ob.ff.de const.prin.l.bñficia:quia illud intelligitur in his,q̃ respiciūt solum ius concedentis sine præiudicio tertij. sed ubi trãsiret ad ꝑiudicium ter. ij,fit stricta interpretatio,ut hic,qđ est 3 ualde notandum,& ff.de admi.tu. l.impuberi.† Sed q̃runt hic doctores,nunquid quis possit exercere iurisdictionem in alieno territorio inter suos subditos ꝑmittente dn̄o iurisdictionis?& dicunt Host.& Io.An.ꝙ sic dicit enim Ia.de Are.ꝙ scientia & patientia habentur pro permissione,ut ff.de usufr.leg l.hæres in fundum. ¶No.arg.ꝙ non potest quis confiteri alteri,quàm proprio sacerdoti sine ipsius licentia.Io.An.

CVm sis.Verbum,intra ecclesiam tuam,intelligitur ubicũque fueris.h. d.qđ intellige loco,s.congruo ut no.s͞.e.c.1.nam ita debet intelligi uerbum, ubicunque,ut ff.de pe.l.Lucius,& l.j.ff.de eo,quod cer. lo. & ibi plene nota.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus potest celebrare sine pallio, & sandalijs.*
2 *Beneficium principis quomodo interpretandum sit?*
3 *Obscuritas in priuilegio tripliciter contingere potest.*
4 *Monachus,cui concessum est testari de bonis patrimonialibus,an extende facultatem habeat filium ex legitimo matrimonio,uel parentes exhæredare.*
5 *Feudum, etiam pretio concessum, beneficij nomen retinet.*
6 *Feudum quid sit,unde dictum, & quæ interpretatio cadat in feudo.*
1 QVOD IN DVBIIS † Etiam per actum inualidum aliquādo quis priuatur iure suo. h. d. ¶ Et duo facit: primo factum redarguit. secundo punit. secunda ibi, licet. ¶ Casus quædam renuntiauit beneficio suo in manu laici, id est regis, & postea recepit illud ab ipso: quæritur quid iuris. Respondetur, quod talis renuntians est tali beneficio priuandus id est spoliandus per sententiam non enim tenuit renunciatio. ¶ Not. quòd id, quod non tenet, inducit priuationem beneficij. Op. quia ex eo, quod non tenet, quis non punitur, ut not. C. si manci. ita fue. alie. l. ea quidem. ¶ So. dicit gloss. quòd quædam desiderant iuris efficaciam, & tunc non punitur ille, qui fecit de facto: quædam desiderant simplicem culpam; tunc punitur, quia transgressor est legis. ita not. illa glo. singularis. C. de episco. & cleri. l. si quis non dicam rapere
2 ¶ † Quæro unà cum Ber. nunquid renunciatio, quæ fit

sit non in manibus superioris repellat renunciantẽ ab agendo?& dicit gl. quòd sic:sed non repellit superiorem, uel ecclesiam à uindicando ipsum.¶Tu dic, quòd si talis renunciatio est facta in manibus laici, & statum est in finibus renuntiationis, ꝙ iste non perdit beneficium:quia tex. requirit duo copulatiuè, scilicet ꝙ renunciauerit, & de nouo susceperit.¶Item requirit tertium. s. ꝙ spõte:secus, si per metum, ut no. ĩ. quod me. cau. c. ad audientiam, & facit. ĩ. eo. c. fi. & quod no. per Archi. infrà. de offi. de le. c. de liberatione, & infrà. de renun. c. si te, li. 6. & ibi uide.
3 ¶†Dicit Accur. ꝙ renũciatio, quæ ualet in iudicio, ualet extra iudicium, & è cõtra:secus in confessione. ista est gl. singu. C. de repu. hæ re. l. sicut.
4 ¶†Sed nunquid in acceptatione renunciationis est opus uoce acceptantis, a an uerò uideatur acceptare ipso iure & eo ipso, ꝙ tacet? dicit gl. no. & sing. ꝙ non sufficit silentium, ut. C. de repudi. hære. l. suus hæres.

a ¶*Vide alleg. per Ias. Maj. in l. postquàm litis. C. de pact. & ibi ad ista dicta Bal.*

5 ¶†Dicit Inn. ꝙ per renuntiationem, quæ non tenet, renuncians perdit possessionem. Io. An. ff. de acqui. hæ. l. j. & ff. de acqui. pos. l. j. §. si uir uxori, & l. si quis ui. §. dñia. quod non credo uerum:quia ipse non tam possidet, quam possideri ut no. ff. de cap. & postl. reuer. l. cum duo. Sic pater, uel filius non possunt renunciare quasi possessioni paternitatis, uel filiationis. Ista non est bona similitudo: quia possessio inter patrem & filium est de iure naturali, & ideò est apud filium etiam infantem uersus patrem eũ ut filium tractantem:sed possessio beneficij nõ est de iure naturali.¶Et no. ꝙ Bar. tenet opi. Inno. sed mihi non uidetur, ut dixi: quia ista possessio est introducta gratia utriusque, s. canonici, & ecclesiæ, & iõ nõ põt renũciari nisi in legitima manu: p uim tñ posset exp. lli.

SVMMARIVM.

1 *Episcopo, cui, si in ecclesia moretur, mortis periculum imminet, papa cedendi licentiam concedit. & idẽ ob aeris pestilentiam perpetuam uel diuturnam nu. 5.*
2 *Maior, qui perdidit dignitatem, descendere potest ad minora.*
3 *Papa succurrit illis, qui propter inimicitias non possunt morari in loco.*
4 *Verbum, ad sustentationem, quid importet.*
6 *Tutelam in loco pestilentialis aeris exercendam acceptare non debet quis cogi. & citatus ad similem locum non dicitur citatus ad locum tutum.*
7 *Par pari an reuerentiam præstet diuersis respectibus.*

1 
AD SVPPLICATIONEM.† Papa cõcedit licentiã cedendi episcopo, qui sine mortis periculo in ecclesia sua morari non potest. h. d. Et diuidit in tres partes. Primò ponit renuntiationis admissionem. Secũdò causam. Tertiò subdit quandam prouisionem. Secũda ibi, eo quòd. Tertia ibi, ne uerò. Item tertia pars subdiuiditur in duas. quia primò ponit causam prouisionis. Secundò subdit ipsam prouisionem. Secunda ibi, mandamus.¶Casus. Archiepiscopus Ragusinus petiit à domino papa licentiam cedendi: quia ibi secure non poterat morari propter mortis periculum. Papa dictã cessionem admisit:tandem Eboracen. archiepiscopus de consensu regis contulit ei quoddam beneficium. Papa mandat, quòd ad substentationem ipsius sibi dictũ beneficium cõseruetur, ita tamen, ꝙ obediat archiepiscopo Eboracensi, & episcopale officium ualeat exercere, tamen sine usu pallij.
2 ¶†No. hic ꝙ maior, qui perdit dignitatem, potest descendere ad minora. Tu dic, quòd archiepiscopus iste remansit nihilominus episcopus quò ad dignitatem, sed non quò ad administrationem, & hoc no. dicit istud capitulum.
3 ¶†Item not. quòd papa succurrit illis, qui propter inimicitias non possunt morari ibi:secus, si propter suum maleficium: quia reatus omnem honorem excludit, ut. l. j. C. ubi sena. uel cla.:& quia decet sceleratos in anxietate uiuere, & in paupertate mori, ut. ff. deposi. l. bona fides.
4 ¶†Quæro, quid est dictum ad sustentationem, utrum per hæc uerba sit intitulatus, an uerò sit quædam prouisio facti?& quid si plus est in reditibus, quam sit necesse ad sustentationem?uidetur esse datus titulus possidendi in uita sua, ut no. ff. de ali. le. l. 4. & ff. de trãsac. l. cum hi. §. si uni, & ff. de auro & argen. le. l. species. ff. de dona. l. donationes in concubina. §. species, ff. de usu fru. l. Proculus.
5 ¶†Dicit hic Ber. quòd propter pestilentiam aeris, sicut propter periculum mortis debet admitti cessio, quod est uerum, ubi est perpetua pestilentia, uel longo tempore duratura, ut in Sinigalia, &
6 Comacchia.¶†Ex hoc inferas, quòd non cogitur qs acceptare tutelam, si ipsum oportet ire ad locum aeris pestilentialis.¶Item no. quòd citatus ad talem locum non dicitur citatus ad locum tutum, & ideo non
7 tenetur comparere.¶† Quærit hic Ioan. And. utrum par pari præstet reuerentiam, & obedientiam diuersis respectibus?& dicit, quòd hæc quæstio est diu uentilata inter patriarcham Antiochenum, & archiepiscopum Nicusien. Tu dic, quòd hoc potest esse diuersis respectibus, ut. ff. de in ius uocan. l. sed si hac. §. si litera, & ff. si cer. pe. l. eius, qui in prouincia, in fi. ff. de manu. l. apud eum.¶No. quòd archiepiscopus, qui renunciat archiepiscopatui, eo ipso dearchiepiscopatur secundum Host.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus an ex conscientia possit, sine licentia papæ, renunciare.*
2 *Prælatus, cuius electio non fuit canonica, an cedere teneatur.*
3 *Papa non stat conscientiæ uolentis cedere, sed rationi.*
4 *Conscientia quid sit?*
5 *Testimonium, uel sententia an ualeat, si testis, uel iudex dicat, ita dico, uel iudico secundum conscientiam meam.*
6 *Peccatum per restitutionem in integrum remitti, per dispensationem uerò tegi dicitur.*
7 *Scientia qualis in episcopo requiratur?*
8 *Papæ electio est de iure diuino, cui renunciari non potest.*
9 *Irregularitas quid sit, ex quotuplex.*
10 *Irregularitas ex delicto proueniens quotuplex sit?*
11 *Irregularitas non irrogatur per interlocutoriam, uel arbitri sententiam, uel confessionem coram arbitro factam.*
12 *Bannitus ex contumacia an sit infamis?*
13 *Irregularitas quæ ipso facto irrogetur?*
14 *Irregularitas communis est ex constitutione. & papa super qualibet irregularitate dispensare potest.*
15 *Dictio, usque, an comprehendat extremum à quo.*
16 *Peccatum patris aggrauat delictum filij.*
17 *Differentia inter manseres, spurios, Naturales, & Nothos.*

18 *Spurius est nomen generale ad omnem natum ex damnato coitu.*
19 *Arbitrij libertas data est homini, adiuncta conscientia male uoluntatis repressiua.*
20 *Arbitrij simplex appellatio, bonum, & aequum arbitrium notat.*
21 *Ecclesiae persecutio extrinseca, uel intrinseca quae dicatur.*
22 *Bellum multiplex, & quod ius in quolibet locum habeat.*



ISI CVM PRIDEM. Ponit & exponit sex causas, & sex casus, propter quos episcopi possunt petere licentiam cedendi. & papa concedere consueuit: aliàs nec peti, nec cōcedi debet, si dicat etiam episcopus, q̄ humilitatis spiritu ductus uelit transire ad monachatū. Io. And. & sunt quatuor partes principales. Primò reprobat has duas causas cedendi, s. zelum melioris uitae, & humilitatem. Secunda ibi, intueri, assignat sex causas cedendi. Tertia ibi, uerum, reprobat aliàs causas cedendi, s. ocium, laborem, inspirationem, & his similes, probans id authoritatibus, & respōdens ad id, quod opponi posset de Maria. quarta ibi, monemus, concludit. ¶ Casus literalis est planus: quia archiepiscopus Calaritanus saepe petijt à domino papa licentiā cedendi & renunciandi, dicens quod uolebat transire ad frugem melioris uitae, & quòd uolebat uiuere in humilitate, & non in praelatione. Papa dicit, q̄ ipse non est sanctior, quàm Hieronymus, qui recusauit fieri baiulus uerbi Dei, tandem praedicandi recepit officium. item dicit, q̄ non est humilitas uelle sequi animi sui motum, imò est pertinacia, & duricies cordis. in secunda parte ibi, intueri te, nominat sex causas cedēdi, & prima est conscientia criminis non cuiuslibet, sed duntaxat illius, propter quod ipsius officij executio post peractam poenitentiam impeditur. Secunda causa est debilitas corporalis, non tamen omnis debilitas, sed quae reddit eum inutilem ad pastorale officium exequendum. Tertia causa est defectus scientiae, & non quilibet defectus, sed quando propter ignorantiam ignorat, qualiter populum regat. quarta est malitia populi. i. duritia cordis, & inobedientia itā, quòd in populo non potest proficere uerbum Dei. qnta est pro graui scandalo euitando, quod aliter sedari non potest, nisi episcopus petat & obtineat cessionem. Sexta est personae irregularitas. s. super qua non consueuit dispensari, ut bigamia. Sed si aliqs est illegitimus, tamen hoc est occultum, & non tenetur cedere, quia hic consueuit dispensari. nam uenia digni sunt illi, q alieno morbo laborant, adhibita tamen distinctione inter nothos, & manseres, naturales, & spurios, quia citius dispensatur cum uno, quàm cum alio. Deinde in uer. uerum, dicit, q̄ propter alias causas non potest peti cessio: quia non est discreta petitio; puta si uellet esse in ocio, uel uelit euitare labores, aut incursus persecutionis: quoniam non debet propter hoc dimittere sponsam suam. Postea respondet tacitae obiectioni, q̄ ubi spiritus Dei, ibi libertas: quia hoc non est secundum spiritum dimittere tantam sponsam. & si dicat, q̄ hoc est sibi caelitus inspiratum, Respondetur, q̄ nescis, q̄ ista inspiratio sit caelestis subsequenter dicit, q̄ si uirtutum flore refulgeat, & charitatem ad populum non habeat, nihil habet. Item subdit, q̄ si dicat, q̄ Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea tamen Martha fuit magis fructifera & magis utilis; & q̄ ipse potest esse simul contemplatiuus, & actiuus exemplo Moysi: quapropter facilius indulget, ut ascendat monachus ad praesulatum, quam praesul ad monachatum descendat. Postremò dictum episcopum monet, & ipsum suae conscientiae dimittit, non conscientiae ambitiosae, sed salutari. Alioquin cedendi licentiam & uolatum sciat sibi penitus interdictū. ¶ † Quaerit hic Ber.
1 utrum eps ex conscientia possit renūciare sine Papae licentia? & dicit q̄ non, ex quo habet titulum quò ad cōem opin. quod est ualde no. dignum. Secus, si esset intrusus omninò: quia nec quātum ad opi nec quantū ad ueritatem titulum habet. Ber. ¶ Considera, q̄ interdum quis est tacitus intrusus, ut ille, qui hēt figuram esse. tn̄ nō hēt efficaciam esse, & iste non potest cedere sine licentia dñi papae, ut no. j. eo. §. personae, uer. ut pote. Puta illegitimus, qui fuit electus, & confirmatus, tacito de sua illegitimitate. Quidam uerò non hēt esse, nec figuram esse, ut quia nunq̄ fuit electus, nec confirfirmatus, & iste propriè nō dr̄ cedere, sed recedere: idē est in eo, qui fuit extrusus per s̄niam. nam iste non hēt esse, nec figuram, ex quo remotus est illo actu, arg. ff. de solu. l. dispensatori. ille ergo, qui non est praelatus nec re, nec noie, nec cōi opinione, & tñ possidet, uel quasi, iste propriè dr̄ intrusus. ¶ Omnes enim intrusi sunt praedones, & eorum possessio nō est cum titulo, nec figura iustitiae. & ideo nō pertinet ad iudicij actiui uigorem, ut no. ff. cōi di. l. cōi diui. §. inter praedones nam maximus praedo est intrudēs se in ecclesia, uel officio, & falsus praelatus, ut no. in l. falsus, in prin. ff. de fur. & l. qui noie. ff. de fal. & iste potius dr̄ incubator, q̄ possessor, ut no. C. de fun. & sal. diui. do. l. si quae loca. lib. 11. Nec prodest intruso longa inculcatio, nec colorata precatio, nec per potentiam, neq; furtiua ut no. de fun. lim l. Tyberianus, li. 11. ¶ Sed quaero, an in dispensatione cum isto sint citādi, qui eū de facto elegerunt? Dicit Inn. q̄ non. quia non debēt conqueri de dispensatione, cū n̄ ipsi fuerunt cā originaria ipsius, & superiorem ad dispensationem prouocauerint s̄m Inn quod est notandū, ar. C. de reb. cre. l. generaliter.
2 §. j ¶ † Sed quaero, an praelatus, cuius electio nō fuit canonica, cedere teneatur No. per Cōpo suprà de elec. c. quod sicut, in j. gl. in uer. Item quaeritur, & per Arch. in c. si cui, in gl. quid sit cōfirmatio, eo. tit. lib. 6. & Hostiē. j. de accu. c. praelatorum. Et dicēdū est, q̄ cogitur cedere quia cō ius publicū tenet cedere. ff. de iusti. & iure. l. j. §. publicum ius, dummò constet in figura iudicij. Et habemus simile in interdicto, nequid in loco sacro, qd̄ est prohibitoriū, & restitutoriū. ff. de inter. l. 2. §. interdicta aūt. ¶ Quaero cū Ber. q̄ sunt illa crimina, quae post pniam impediūt executionē ordinis? Glo. dicit, q̄ inter caetera est homicidiū. ¶ Et no. q̄ ubi bñficium cedat & renūciet, nō est priuatus pp homicidium, ut hic ait Ber & no. p Inn. infrà de ecel. pbē. c. cū nr̄is. ¶ Fallit in uno casu, in quo est ipso iure priuatus, s. qñ facit
3 aliquē assasinari, ut in c j. de homi. li. 6. ¶ † Not. hic in hoc uer. forsitā, q̄ papa nō stat cōsciētiae uolētis cedere, sed magis stat rōni; & sic est arg q̄ erronea cōsciētia nō obligat ad peccatum. ¶ † Est aūt cō sciētia animi
4 motus sibiipsi persuadēs, & sese ccernēs, ut patet hic,
5 & in fi. l. stius. c. ¶ † Quid si testis dicat, ita dico uera esse s̄m cōsciētiā meā, uel iudex dicit ita secutus cōsciētiā meā te cōdēno, uel te absoluo? r̄ndeo nō ualet, ut in §. sacramēta, de cōsue. re. feu. & ibi notaui. ¶ Quaero, quae est ratio, quare quaedam sunt crimina, quae impediunt etiā post peractā pniam officij & ordinis executionem, & quaedam non? r̄ndeo enormitas, ex qua remanet

remanet ppetuũ sigillũ, ignominia, uel indignitas p e
6 tua, & hæc uera. ¶† Et not. q quidam sunt, qbus remit tũtur peccata per in integ. rest ut uo. C. de sen. pas. l. j. Quidã sunt, quorũ teguntur peccata p dispẽsationem ut no. j. de iud. c. at si clerici. Quidam sunt, qui nũquã manent sine lepra, ut hic, si reperitur alicuius cõdem natio cancellata, utrum remaneat infamis, ut no. ff. de proc. l. non solum. §. si. per Bar. Dicit lex ciuilis, q inter hos leprosos sunt periuri contra imperium, uel rẽpu blicam, ut in auth. iusiuran. qđ presta. ab his. §. j. ¶ De aliis uerò periuris no. in l. qui cum uno. §. j. ff. de re mi li. & j. de testib. ca. testimonium, & ff. de infa. l. Lucius. ¶ Deinde no. istam distinctionem inter debilitatem, & inter infirmitatem. & infirmitatem, ut no. ff. de re iud. l. quæsitum. ¶ Sed nunquid rõne podagræ uenia conce datur? & dic q hæc oĩa ad arbitriũ iudicis pertinent, ut. l. podagræ. C. qui morbo, li. x. & sufficiunt informa tiones summariæ, ut no. ff. de pc. l. in causæ. §. hoc autem. ¶ No. tex. qui dicit [a] moralis maturitas in
7 senibus esset solet. ¶† No. in §. p defectu, q in epo requirit scia eminens; tñ toleratur sciẽtia cõ petens; sed nihil sciens, ẽt si eps fit dẽt de epari; simile de exc. tu. l. sed reprobari. ¶ No. illud uer- bũ, sciã repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fun
8 garis mihi. ¶† No. in uerbo, pp malitiã, dicit Host. q in Viterbio ita cardinales fuerũt arctati ad electione Papæ q ipse renũtiauit uoci ea uice. & quærit postmo dũ, utrũ talis renũciatio ualeat? & dicit q non; qa ele- ctio papæ est de iure diuino, cui non põt renũtiari. er- go sm cũ cardinales habent ptãtẽ eligendi papam de iure diuino: qa si ptãs electiua est de iure diuino; & il la sit attributa cardinalibus. posito q ista attributio non esset de iure diuino, tñ res attributa est diuini iu- ris, sicut Petrus nõ est de iure diuino, & tñ sacerdotiũ Petri est de iure diuino, & sicut nõ psona sed eius qua litas Io. An. remittit ad. c. ubi periculũ, de elec. lib. 6.
9 ¶† No. in § pe. de irregularitate, de qua quot modis di catur, ponitur hic p Inn. q dicit, q pluribus modis dr irregularitas. Tu dic. q irregularitas est passiua phibi tio ab his quæ, sunt ordinis, & officij, & qdã est natiua, ut si qs nascatur spurius. nã ex corrupta radice oritur uitiũ, quod inhibitũ est sine culpa nascẽtis. & iõ p eius pniam nõ purgatur: qa nec pœnitere pt, q nõ pecca- uit. Simile est in corpore uitiato: qa ibi non peccat aĩa sed natura, ut no. j. de cor. uitia. c. 2. & in c. 1. an mutus, uel surdus, uel aliter imperfect.
10 ¶† Quædam est irregularitas [b] proueniens ex delicto, & hæc est duplex: quia quædam puenit ex snĩa, quod de diffinitiua intel
11 liget† nam interlocutoria non irrogat irregularitatem, ar. ff. de infa l. quid ergo. §. quantum, & l. ob hæc uerba. ¶ Tu adde nec snĩa arbitri qui publicè condemnauit aliquem de furto, ar. in d. l. quid ergo. §. ex compromisso. nec ẽt confessio facta coram arbi- tro quia cuius sententia non infamat. ibi confessio fa cta coram eo infamiam non irrogat. ¶ Et ideo dice- bant antiqui doc. iuris ciuilis, quod sicut sententia in- quisitoris, qui inquirit ꝯ ius commune ex forma alicu ius statuti, uel ex aliquo singulari rescripto principis, non infamat: quia extra ordinẽ lata & ultra ius com- mune, ita nec confessio facta coram inquisitore. isti di cebant uerum per aliam rationem: quia in criminali confessus non habetur pro condemnato, ergo confes- sio non infamat; quia uerba edicti non patiuntur eo, quod de condẽnato lex loquitur, & ista est rõ domini Bar. in l. ictus fustium. ff. de infa. Sed gl. Ac. dicit ibi ꝯ- rium. ¶ Itẽ Bar. de sententia lata per inquisitorẽ est in ꝯria opinione. s. q infamet; ut ipse no. ff. de pu. iu. infa- mem, dummõ feratur contra psentem. Secus, si contra absentem, p quo nemo cõparuit. nã si ubi cõparente pcuratore non infamatur, multomagis non infamat
12 nemine cõparente, † ex quo sequitur, quòd banniti ex contumacia non sunt infames, nec remouentur à pu- blicis actibus, ut ipse no. in d. l. ictus fustiũ, ubi uideas Tres. n. rationes possunt assignari quòd bannitus nõ sit infamis. Primò, quia processus est extraordinarius, & bannum est quædam interlocutoria, & cum sit lata in absentem, non põt infamare ex gñe pœnę: quia opor- tet, quod illa infamia tãgat corpus. Secundò, quia nul lo iure cauetur. Tertio, quia cã non est cognita, sed, conficta, & uide quod dixi in ti hic finitur lex, deinde incipiũt consue. regni. c. dño guerram. Sed cum sint in fames infamia facti uidetur, quòd ad nouos honores
13 nõ possint aspirare, ut no. ff. de sena. l. Cassius. † Venio ad tertium casum. & dico q est quædam irregulari- tas. q irrogatur ipso facto, ut per bigamiã, & forte suffi cit q sit bigamus quò ad communem opinionẽ gẽtiũ licet alterum ex mrĩmonijs non tenuerit. quia eius p motio esset cã mali & perniciosi exempli. ar. d. l. quid ergo. §. cum aũt, & c. 1. de spon. li. 6. quod nõ credo, qa
14 alterũ non est sacramentũ. ¶† Illud non omittas quod dicit Inn. quòd oĩs irregularitas est ex constitutione uñ super oĩ irregularitate Pãpa põt dispẽsare ẽt su- per bigamia. ¶ Et licet apostolus ostendat papæ, quid facere debeat, non tñ ostẽdit quid facere possit, ut. ff. de le. l. princeps. quia ptãs clauium est talis & tanta, q nõ recipit interpraetationẽ restrictiuã. & ista est intẽtio
15 Inn. notabilis, & uera† deinde uides hic de ista dictio ne, usq; ibi, dũ dicit, usq; in tertiam & quartam gña- tionem. Consueuit ãt dubitari, utrũ ipse, qui primor- dialiter peccauit, cõnumeretur? ar. q sic, quia est extre mũ, sine quo nõ pt esse hoc, in aut. de nõ ali. §. emphy- teusim. incipit. n. numerus à stipite includendo stipitẽ uel forte nõ cõnumeratur pter id, qđ sequitur, ĩ his qui oderunt me. ista. n. limitatio non cadit respectu eius, qui fuit origo peccati: quia de eo demonstratio ẽ sed respectu posteriorum: quia cõditionaliter loqtur est aũt conditio de futuro, quæ non pt intelligi de p- senti esse uera, uel falsa, ut no. ff. de le. 3. l. nuper. ¶ Sed quid est, q dicit, in his, qui oderunt me? tñ. quia magis
16 puniuntur eo, quòd sunt imitatores parentũ. ¶† Et sic peccatum patris aggrauat delictum filij iuxta illud, maiorum tuorum exempla tibi præiudicant, ut not. C. de coho. l. si cohortalis, li 12. ¶ Et est ar. quòd origi nale peccatum parentum augeat delictum posteriori-
17 tatis, quæ intus se tenet. ¶† No. literam, quæ facit dif- ferentiam inter manzeres qui sunt propriẽ filij mere tricum publice prostituratarum, & spurios, qui sunt na ti ex duobus ligatis, uel altero, & simplices naturales ex concubina in domo retenta, & nothos. i. incestuo- sos. cum omnibus tamen istis princeps dispensare po- test. s. imperator in temporalibus, & papa in spiritua- libus, ut nota. ff. de ri. nup. l. qui in prouincia §. di- uus, & plenè dixi in c. naturales, si de feu. fue. con
18 tro. † Ego dico, quod hoc nomen, spurius, est nomẽ ge- neris

a ¶ *Moralis maturitas in senibus esse solet, uide unũ dictum sancti Augustini relatũ per Decium in l. cum quid. ff. si cert. pet.*

b ¶ *Vide extense scripta per dom. Maria. de Se. in sua repetit. ca. ad audient. de homici.*

ueris ad omnem natū ex damnato coitu, nec est neces se ꝙ aliter exprimatur qualitas illegitimitatis, ut no. in c. 1. de filijs pbyr. li. 6. in nouella. dicit tñ hic Io. An. in nouella, quod largè loquendo ille, qui est natus ex aliqua fanticella extra domum, dr̃ naturalis. Ioã. An. ergo si legitimatus est tanquàm naturalis ualet legitimatio pp generalẽ consuetudinem loquendi, quod est ualde notabile, & habui de facto. ¶ No. in §. uerum quod postulatio, quæ non est discreta, non debet ad-
9 mitti. † ¶ No. insuper de libertate arbitrij. sciendũ aũt est, ꝙ in anima est illius luminis executor, lumen intellectus, & rõ. i. & conscia, quæ est repressio malæ uoluntatis & uoluntas, quæ eligit liberè. habet aũt cõscientia se ad libertatem, sicut sal. itaq; deus dedit homini libertatem liberi arbitrij cum grano salis, i. consciæ. Conscientia. n. si non est erronea, uice speculi fungitur
10 & ostendit te tibi. ¶ † Et iõ ista duo uocabula simul iũguntur, s. liberum & arbitrium. nã hæc uox, arbitrium sp bonum, uel æquum significat, no. ĩ. de præb. c. nisi essent, & ĩ. de iureiu. c. Quintauallis, & ff. de op. lib. l. si libertus ita, & ff. de transa. l. cum hi. §. uult igit, & §. si ꝑtor, & l. 1. de leg. 2. & ff. pro so c. l. si societatem. §. arbitrorum, cum sua materia. ¶ No. illud uer. desipis, si sic sapis. Item no. illud uerbum, uirtutum flore refulgeas Item no. de charitate dicit. n. Tullius, nil hẽt fortuna maius, q̃ ut possit, nec natura melius, quàm ut uelit seruare quàm plurimos. Io. An. ¶ Dicit Inn. ꝙ habens possessionem coloratam nõ debet eam dimittere sine licentia superioris, quod est ualde no. dignũ. Intellige si hẽt eam à principio bona fide, etiam per iuris erro-
11 rem, ut ff. de acqui. pos. l. clam possidere. ¶ † Item not. hic Io. An. post Inn. de ꝑsecutione intrinseca, & extrinseca Et dicas ꝑ intellectu uocabulorum, quòd intrinseca est ꝑcisa, & quercus furoris, qui ꝑcedit de corpore ꝓprio clericorum, uel subditorũ ipsius ecclesiæ: qa totũ est unũ corpus mysticũ. & ista est ꝑsecutio intrinseca. Extrinseca aũt persecutio est de foris adueniens. puta à Saracenis, uel à tyranno, & pp istam extrinsecã non est licitũ deserere ecclesiã, dum possis resistere nisi ad tps, donec cessetꝫ ꝑsecutio, & facit ff. ex qui. ca. i poss. ea. l. Fulcinius. §. quid sit latitare. & dic ut ibi plenè no. ff. loc. l. item quæritur. §. exercitu, & l. funditus,
12 & ff. de dam. infe. l. fluminum. §. seruus. ¶ † Nos iuristæ habemus similitudinem in bellis. Nam aliud est bellum ciuile, quod est quando ciues eiusdem populi cõtra se ad inuicem arma sumunt, ut no. in l. 1. ff. de cap. & postli. reuer. & l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. & in isto bello non habet locum fictio postliminij, uel legis Corneliæ, neq; captiui fiunt serui capientium, & de hoc loquitur. c. in nostra. ĩ. de iniuriis. Quoddam ẽ bellum de gente ad gentem, de quo dic ut plene no. in l. host es. ff. de cap. & postli. reuer. & ibi est singu. glos. Et est aliud bellum, quod geritur contra latrũculos puta contra compagnias, quæ destruunt Italiam. Et similiter hic nõ habet locũ postliminium, uel lex Cor. ut no. ff. de testa. l quia latronibus. Vnde siue capiant, siue capiantur, possunt captiui protestari, & contrahere. tamen, qđ ipsis latronibus ꝓmittitur, ob turpẽ causam promittitur, nec de iure debetur, ut ff. de uer. ob. l. si plagij, & adde quod no. ff. de neg. gest. l. nam & Seruius, in prin. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, qui propter crimen renunciauit episcopatui, ad religionem descendens, ad episcopatum resumi non potest.*
2 *Concilia recipiunt interpretationem, & quomodo ea sumatur.*
3 *Exceptio porrigitur ad casus similes.*
4 *Notarius propter delictum degradatus regradari non potest.*
5 *Episcopus factus monachus an possit eligi.*
6 *Causa cessante an cesset lex.*
7 *Ratihabitio in maleficijs an retrotrahatur.*
8 *Renuntians ordini an perdat radicem characteris.*
9 *Semel reprobatus in priuato examine, si in studio perseuerauerit potest iterum examinatus, & inuentus idoneus, approbari.*

1 POST TRANSLATIONEM. † Episcopus, qui propter crimen renunciauit episcopatui, ad religionem descendens, ad episco patum resumi non potest Secus, si renunciauit propter persecutionem, uel infirmitatem, defectum sciæ, simoniã ipso ignorante cõmissam, uel aliã cãm similẽ. h. d. Et sunt tres partes. nam in prima pte ponitur postulatio. In secunda motiuum ꝓ postulationem. In tertia committit. scđa ibi, uerũ. tertia ibi, cũ ergo. ¶ Casus. Vacãte ecclesia Fauẽtina capitulũ dedit liberã eligẽdi authoritatem cuidã domino Iaco. canonico Fauẽtino, q in fauentinum epm postulandũ elegit quẽdam Io. cano. sancti Fridiani olim epm Satanensem. petitum fuit humiliter coram papa, ꝙ dictam postulationem approbaret, papa examinans personã postulatam, & uidens ꝙ semel à gradu pontificali deciderat, & ad uitam regularem descenderat, allegabat, quòd dicta postulatio non debebat approbari ꝓhibente concilio Constontinopolitano, quod est unũ de quatuor concilijs principalibus, quæ sicut quatuor euangelia ecclesia catholica ueneratur. Verba enim concilij sunt hæc. Quicunque de pontificali dignitate ad monachorum uitam, & pœnitentiæ locum descẽderit, nequaquam ulterius ad pontificale resurgat, licet illud concilium diuerso modo intelligebant sapientes. nam quidam intelligebant in deposito propter crimen, uel quia pœnitentiam dignè agere non ualebat, & ideò cedendi obtenta licentia uiam monachalẽ elegit. Alij dicunt, ꝙ postea resurgere nequit, sed denuò eligi potest, præsertim si renuntiauit loco, & non ordini, nec dignitati. Papa uerò dicit, ꝙ dictum cõcilij recipit interpretationem. i. exceptionem. Et ideo fallit in quatuor casibus & similibus. Primo, quando ꝓpter pesecutorum rabiem cessit episcopatui. Secundo quando propter infirmitatem. Tertio, quando propter defectum literaturæ. nam ex causa non habet perpetuam rationem prohibitionis. Quarto, quando ꝓpter simoniam parentum eo inscio. nam licet ad eandem ecclesiam non resurgat, tamen ad aliam ecclesiam est idoneus. Quinto fallit in similibus casibus, in quibus cessat ratio cõcilij. Tandẽ Papa conclusdit, quòd cum sibi non constet de causa, ideo mandat archiepiscopo Rauennati, seu electo, quòd informet se, & si repererit, quòd non propter crimen commissum episcopatui cesserit, & ad uitam migrauerit regularem, eius postulationem de eo factam approbet. Sin autem propter crimen; alia persona eligatur: quia concilio supradicto fas non est
2 contra ire. ¶ † Nota. quòd concilia recipiunt interpretationem, etiam si tanquam euangelia, sine custodica-

2 *Vide de isto dicto per Iaf. May. in l. quamuis. ff. de in ius uocan.*

2 custodienda: nimirum, quia si leges & statuta non reciperent interpretationem, frustra natura produxisset interpretes, & ingenij acutissimi uiros, quod fatuum ē dicere, ut. ff. de ori. iu. l. ij. §. his legib. latis. & ī aut. qui. mo. na. effi. leg. & ff. de ritu nup. l. libertum. §. senatus. Et ista interpretatio qñque sumitur ex intellectu uerborum. & ita est hic propter illud uerbum, & pœnitentiæ locum descenderit. quandoque, quia cessat causa impediens, & superuenit causa permittens ut hic in uer. cæterum, & in uer. item si quis. Quandoque ideo, ne lex sit inhumana natura, semper debet trahi ad humanitatem, ut in uer. rursus, ubi expressè determinat contrarium, ut. ff. qui & a qui. l. pro
3 spexit. † No. ꝙ exceptio in uno casu porrigit ad similes casus, ut in uer. q̄q̄ aūt, est tex. multum no. & facit quod no. C. de adul. l. ita pudor, & l. j. § j. ff. quod ui aut clam. No. illud uirgilij, facilis descensus auerni &c.
4 ut no. in l. ij. in fi. C. de liber. & eo. liberis, † Et ideò notarius pp delictum degradatus regradari non pōt, ut no. in aut. de armis, circa fi. in glo. no. quod si tabellio. ¶ No. quod ista tria sunt diuersa renuntiare loco, puta ecclesiæ Papiensi: uel ordini, puta sacerdotij, uel dignitati, puta renuntiare ep̄ali dignitati in genere. & uide ꝫ. de ot. ab epi. c. 1. Dicit hic Io. An. ꝙ licet eps renuntiauerit, tamen remanet episcopus in genere, & sponsus ecclesiæ generalis. Io. An. in nouel. Not. quòd quatuor concilia principalia habent uim euangelij. Quæro, quid operetur libera concessio? Dicit Ber. quòd
5 potest eligere extra ecclesiam. † Quæro, utrum episcopus factus monachus possit eligi? dicit Ber. ꝙ nō. sed contrarium uř, quia non debet inspici status, qui olim fuit, sed præsens, ut ff. de postu. l. eorum. § affinitas, & ff. de re iu. l. sed hoc ita; & hoc tenet Gra. in c. inspicientes §. denique, de electio li. 6. Quæro, utrū solus prior posſit dare monacho licentiā sine suo capitulo? Dicit Ber. quòd nō tu dic ut in cap. si religiosus. §. qa uero, de ele.
6 lib. 6. † Quæro, utrum cessante cā cesset lex. Dicit Ber. ꝙ sic, si lex est dispensatio: secus, si sit ius cōe: quia tunc licet cesset cā, remanet iuris authoritas, nec ob. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pa. quia ibi loquitur in iure spāli, qđ facilius tollitur, q̄ ius cōe. Sed ꝯ hoc est. ff. de pac. l. ꝙ dicto. ff. de acqui. pos. l. si is, qui non, & ff. de le. ij. l. cum pater. §. dulcissimis & dicit Dy. ꝙ cessante rōne cessat mens legis: quia rō & mens idē sunt, ut ipse no. in c. fi. de re. iur. li. 6. qđ uerum est, si rō pōt colligi ex uerbis ipsius l. & sit rō præcisa. Dicit Io. An. in nouella, ꝙ cā propriè dř cā finalis. Cā. n. impulsiua est causa abusiua. ¶ Quæro, utrum monachus possit renunciare sine licentia domini Papæ? Dicit Ber. quòd non.
7 † Quæro, utrum ratihabitio in maleficijs trahatur retro? Ber. hic sentit, quòd sic dummodò intra breue tēpus fiat, & tene menti hoc uerbum. Sed disputat hic Ber. an possit dispensari cum eo: qui obtinet beneficium interueniente symonia? de quo dic ut no. in Spec.
8 in tit. de leg §. nunc uidendum, uer. 23. † Quærit etiam hic. Ber. utrum ille, qui renuntiat ordini, perdat radicem characteris? & dicit quòd non. Et ideo si resumitur, non consecrabitur secundum Ber. Dicit Inn. quòd Papa potēst dispensare contra quatuor concilia, & apostolum. Dicit hic Host. quòd anima Papæ est in manica Papæ, qui est supra omnia concilia. Io. And. ergo cum eo potest committi usura, & omne facinus, qđ sit sola authoritate positiua prohibitum, qđ uerbum ma
9 gis superbiæ est, ut C. de legi. l. digna uox. ¶ † Vltimo no. hic arg. ꝙ si quis semel fuit reprobatus in priuato examine, si tñ postea diu & bñ studendo scientiæ reperit margaritam, pōt iteratò examinari, & rōnabiliter approbari. & de hoc est hic text. satis notabilis. ¶ Considera, quædam sunt, quæ lex non producit in esse sine ministerio hominis; & tunc debet probari. de nouo superuenisse, ut hic. Et quædam sunt, quæ natura producit ex naturæ necessitate, ut hominis ætas, & tunc ex ipso naturali cursu probatur nouus status, ut no. C. de inte. resti. mi. l. si te minorem, & ff. de excu. tu. l. spadonem. §. qui absolutus, & ibi per Dy. dicit hic Ioan. An. quòd ille, qui fuit repulsus tanquàm illegitimus, si postea est legitimatus, non obstat ei res iudicata in noua electione.

SVMMARIVM.

1 *Licentiam cedendi qui petit, ex quo ipsam obtinuit, compellitur cedere.*

2 *Cessio bonorum potest, re integra, reuocari.*

1 QVIDAM † Qui petit licentiam cedendi, ex quo ipsam obtinuit, cōpellitur cedere. Et habet tres partes. Nam prima pars ponit factum, secunda ponit motiuū Papæ. tertia decernit. secunda ibi, sed tamen. tertia ibi, eos. ¶ Casus. Quidam impetrauit cedendi licentiam, & ea obtenta cedere noluit. dicit Papa, quòd compellitur cedere: quia si petijt pro utilitate ecclesiæ, hoc iustum est. Si pro propria salute, idem. Not. quòd aliquis cogitur renunciare obtenta licentia renunciandi, & hoc ideò, ne illudatur Papæ. Ber. † Opp. de l. is
2 qui. ff. de ces. bo. sed ibi est alia rō, nam cessio bonorum potest re integra reuocari: quia nullius interest, arg. insti. man. §. Item si adhuc, cum gloss. sua, & l. si pecuniam, in prin. ff. de condi. ob causam. Secus, si res non esset integra, ut. ff. de cura. furio. l. cuius bonis. ¶ Dicit hic Ioan. And. quòd si iste pœnituit ante obtentam licentiam, quòd non cogitur cedere. Quidam tamen distinguunt inter procuratorem, & nuntium, ut l. si pater. ff. de manu. uindicta, secundum Innocen. & ff. de condi. ob cau. l. si pecuniam, §. si seruum. ¶ Not. argumen. ex ista decre. quòd ille, qui est licentiatus in legibus, cogitur doctorari. sed potest dici contrarium, quia nemini illuditur. Item no. ꝙ licentiatus ad actum non est in actu, & ideò licentiati non sunt doctorati. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Iuri suo non renuntiat, qui gratiæ aduersarij se subijcit.*

2 *Iudex post terminum peremptorium potest differre per duos menses & amplius.*

3 *Sententiam qui cassat, uidetur pronunciare contrarium.*

1 VENIENS † Non renuntiat iuri suo, qui gratiæ aduersarij se subijcit. h. d. Prima pars ponit appellationem impetrantis, & eius causam. Secunda ipsius prosecutionem, & auditoris dat substantiam. Tertia ipsius sententiæ confirmationem. secunda ibi, ad quem tertia ibi, nos igitur. ¶ Casus. quidam Ioannes impetrauit literas ad quosdam iudices, ut ei præbendam

dam uacantē in ecclesia S. Florenti assignarēt, & cū dicti iudices uellent mandatum apłicum adimplere, quidam canonici se opposuerunt dicentes, ꝙ ipse renūtiauerat literis, sed ipse Io. hoc negauit: canonici probauerunt, ꝙ ipse gratiæ capituli se subiecit. duo dictorū iudicum sententiauerunt eū non posse uti dictis literis: quia committendo se grē vr renuntiasse suo iuri, si quod ei ex literis competebat. à qua sniā dictus Io. appellauit, & præfixit terminum, & accessit coram auditore ei Io. cōcesso. aduersarius autem nō misit nisi quēdam procuratorem ad ꝯdicendum & impetrandum, cuius mandatum non erat sufficiens, & tandem dictus auditor dictam sniām cassauit. quam cassationem Papa ratam habuit: quia lata fuit iustitia mediante. dicit Hos. quòd non refert nō habere mandatum, uel habere minus sufficiens. Ioan. An. dicit Ber. ꝙ ille qui mittit procuratorem cum mandato non sufficienti, est uerus contumax: quia scit se citatum, & non comparet legitime, quod est uerum, si cōstet de citatione dñi. Casus est notabilis huius decretalis. No. ꝙ licet quis se committat gratiæ aduersarij non intelligitur per hæc uerba generalia renūtiare iuri suo. Itē no. ꝙ cū aliquis statuit terminum appellationi suæ, utraque pars debet legitimè comparere. ¶ Quærit Io. An. si Papa mandat te recipi in canonicum Bononiensem, cum sis paratus alijs beneficijs renuntiare, quæritur quid præcedere debeat renuntiatio, uel collatio? dic ꝙ renūtiatio. Io. An. in nouel. In usibus feudorum format talis qō, quid præcedere dēat inuestitura, an fidelitas? & dr̄ quòd honor dēt præcedere onus, ut col. x. quid præcedere debeat, inuestitu an fideli. ca. j. dicit Inno ꝙ si quis renuntiat iuri, uel seruituti etiam absente aduersario, statim res est
2 libera. † Io. An. dicit, qđ possessioni pōt renuntiari absente aduersario, sed non iuri sapienti realitatem, ut ff. de acqui. pos. l. si quis ui. §. differentia, nisi renuntiaret in iudicio, ut no. C. de pact. l. postquam liti. dicit Ioan. And. quòd per testes non intelligitur probatum, nisi quatenus in dictis testium inueniatur, secus in instris.
3 Io. An. hoc dicit, ut no. in l j. C. de usur. dicit Io. An. ꝙ si quis committit se uoluntati alterius, illa uoluntas debet reduci ad arbitrium boni uiri. Io. And. in nouel.
4 C. de do. promis. l. iij. per Cyn † Item no. quòd post terminum peremptorium potest iudex differre etiam per duos menses & amplius, quod est ualde no. dignum dicit. Ber. in j. gloss. quod per negationem exceptionis fit litis contestatio, quod nō reperitur alibi. dicit Ber. quòd non renuntiat gratis, qui submittit se gratiæ, nisi procedat ad resignationem literarū dicit hic Bern. ꝙ ex literis executorijs oritur officium iudicis, qđ tene menti. ad quod facit. ff. de iudic. l. si prætor, in fi. dicit hic Ber. quòd appellatus tenetur mittere nuntium sufficientem ad appellationem prosequendam, & appellans eodem modo. alias poterit ferri diffinitiua ēt lite non contesta. Ber. & no hanc suā glo. quia est ualde ma
5 gistralis. † Extra no. quod falsa opinio iudicis in causa iuris non reddit sententiam nullam, sed debet cassari,
6 quod est ualde no. dignum. † Item no. quod ille, qui cassat sententiam, uidetur pronuntiare cōtrarium, quod tene menti, de hoc not. C. de app. l. eo. facit. ff. de uerbo. obl. l. qui Romæ. §. Seia. Item not. quòd illud, quod fit in uigilia, non debet fieri in festo, quod facit ad statuta de maleficijs, & intelligitur uigilia usque ad mediam noctem præcedentem festum, ut ff. de fer. l. more Romano.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus, qui absoluit subditos ab obedientia non propterea renunciat prælatura.*

2 *Abbas non potest absoluere monachos a sua obedientia.*

1 LECTAE † Si prælatus ab obedientia subditos absoluit, non ꝑ hoc renuntiat prælaturæ. Et habet duas partes. Nam primò narrat factum, ex quo oritur qō. Secundò ponitur decisio. Secund. ibi, nos aūt. Casus Quidā abbas ductus cōsilio cuiusdam sui taciti æmuli, dū desperaret de uita, absoluit monachos à sua obedientia, & uocauit diœcesanum, ut in manibus suis renuntiaret, quod tñ non fecit, sed sanitate recepta uniuersi & singuli de conuentu requisiti ab eo obedientiam & reuerentiam in capitu. promiserunt. dubitat ille abbas, an possit abbatiam retinere? Rñdetur quod sic, quia ex ta
2 li facto non vr renuntiasse regimini. † No. ꝙ abbate durante abbas nō pōt absoluere monachos a sua obediētia. Vnde isti monachi fuerunt absoluti de facto, nō de iure, ut no. C. de pa. po. l. abdicatio, & ar. ff. de pac. l. ius agnationis. Et no. quòd quis nō potest facere subditos ecclesiæ exemptos uiuos, dñs autem, uel baro bene posset facere eos franchos ad instar emancipationis filiorum, uel manumissionis seruorum: alias ad instar emācipantis filium, uel manumittentis seruum, uel eximētis libertum, ut no. in l. fi. C. de bo. lib.

SVMMARIVM.

1 *Abbas exemptus sine licentia Papæ renuntiare non potest.*

1 DILECTI filii † Abbas exēptus sine lnīa Papæ renuntiare nō pōt h. d. Et hēt duas partes. in prima parte ponitur conuentus petitio: in sc̄da ipsius repulsio. & commissio negotij. Casus quidā abbas immediate ad ecclesiam Romanam pertinens renūtiauit regimē in manibus monachorum, qui processerunt ad electionem alterius, quæritur qd iuris? & determinatur, quòd renuntiatio, nec electio ualet, & mādat quibusdam epis, quod eum reponat in primo statu & postea ipsius recipiant cessionem ꝑ eius insufficientiam per ipsum assertam. dicit hic Ber. ad quem pertinet confirmatio, ad ipsum pertinet resignatio. hoc est uerum post confirmationem. nam ante confirmationē, & post consensū pōt renuntiari in manibus eligentiū, ut no. Ber. & Ho. j. de in inte. re. c. ij. fm Phi. dicit Ber. ꝙ iste, q nō pōt cedere, non pt ad aliā abbatiā se transferre, ut no. j. de elec. c. si abbate, li. 6. dicit Ber. ꝙ si aliquis non est legitimè destitutus, non ualet eius substitutus. No. ꝙ non pōt quis publicum officium renūtiare nisi in manu collatoris, ēt si sit insufficiens. Et per hanc literam determinauit Arc. ꝙ abbas, qui cessit in manibus capituli, si superior ratum nō hēt, pōt petere à monacis, quòd obedientiā de nouo promittant, ut sic possessionē recuperet, quā pdidisse uidebatur. Io. An. qa I ea perdenda consenserat tam ipse, quam capl̄m. Sed si capl̄m nō ꝯsentiret, nō perderet, nisi renūtiaret in manu supioris quia nō tam possidet, quā possidet, ut alibi dixi. dicit Io. An. ꝙ Abbas nō debet dare lniam monacho intrandi aliam religionem etiam in arctiorem, nisi sciat, quod illi uelint ipsum recipere. & monachus aliter fugiens & recedens, fugitiuus est, & apostata,

cum

cum non sit in alterius obedientia, nisi solicitò procuret locum quærere arctiorem. infra. no. Io. An.

SVMMARIVM.

1 *Nemo potest regulariter alij dare, quod non habet.*
2 *Prælati pertinacia trina requisitione conuincitur.*

De supplenda negligentia prælatorum. Rubr.

STATVIMVS. Si diœcesanus requisitus benedicere nolit Cisterciensi abba eum, ipse monachos suos benedicere potest. h. d. ¶ Casus. Cistertienses aliquando remouent abbates de monasterijs suis, uel moriuntur, & alios substituunt in locum eorum, quos tandem epi ter tio requisiti benedicere renuunt: statuit papa, quod licet isti abbates non sint benedicti, tamen monachos suos benedicere possunt, atque alia quæ ad eorum officium 1 pertinent exercere. ¶† No. nō benedictum ᵃ benedicere. regulariter tamen nemo potest alij dare, quod non habet, & quod apud se dignoscitur non habere, ut no. j. q. 7. c. Daibertum, & C. de leg. l. uxor patri, & ff. de pig. l. lex uecti galis. dicit Ber. quod iste abbas non benedictus potest conferre lectoriam in proprio monasterio. Inn. contra, scilicet quod non potest conferre ordinem, nisi sit benedictus. & 2 idem dicit Gof. † dicit Io. An. ēm Host. quòd sicut per trinam monitionem conuincitur contumacia subditi, sic per trinam requisitionem cōuincitur duritia, uel pertinacia prælati, post quam recurri potest ad superiorem. & subdit, quòd si in prima requisitione denegat expresse, non est ulterius admonendus. Io. An. facit, quod no. ff. de in integ. rest. l. pe. & plene dixi in ca. j. de mili. ua. qui contumax est. dicit Inn. quòd benedictio istorū abbatum habet uim confirmationis. dicit Host. quòd illud, quod hic dicitur de benedictione, idem de confirmatione. Io. An. dicit Hos. quod patres abbates Cistertien. ordinis confirmant inferiores abbates: sed non uidet quo iure, cum non sint exempti, nisi hoc habeant ex priuilegio. Ioan. And. dicit Ber. quòd manus impositio non est nisi quædam benedictio, quod dic ut no. per Archi. in c. indemnitatibus, de elec. lib. 6.

a ¶ *Istud nota Bald. allega. ad unum pulchrum dictum. d. las. in l. 1. per illum text. in fi. C. ut nemini. lic. sine iudicis authoritate &c.*

SVMMARIVM.

1 *Regulares non possunt conuertere in proprios usus ecclesias in quibus habent ius patronatus.*
2 *Dictio, ex tunc impedit mora purgationem.*
3 *Mora purgari non potest ubi tempus apponitur ad expirationem officij, uel contractus. Fallit duobus casibus.*
4 *Præsentare in tempore negligens, ius præsentandi pro ea uice amittit.*

1 SICVT NOBIS. † Regulares in suos usus conuertere non possunt ecclesias, in quibus ius obtinent patronatus: & si. j. tempus lateran. concilij, quando uacant, non præsentent rectores ad eas, superiores ordinabunt easdem. secunda pars ibi, nolentes. ¶ Casus. Quidam regulares hñtes p̄sentationē p̄sentare non curabant, sed instituebant quosdam uicarios occasione cuiusdam cōcessionis quorūdam episcoporum, quos instituebāt & destituebāt pro libito uoluntatis, & etiam admissos per ipsos in tantis pensionibus grauabant, quòd non poterāt ecclesijs in paupertate nimia deseruire, nec episcopo in episcopalibus rñdere, nec etiam hospitalitatem, sicut conuenit, transeuntibus impartiri. Papa nolens, quòd status ecclesiæ debitus & antiquus per alicuius insolentiam & superbiam subuertatur, mandat diacono, quatenus, si ipsæ ecclesiæ non sunt exemptæ, prædictos excessus studeat rationabiliter emendare, & nisi prædictæ personæ intra tempus in Lateranensi concilio constitutum ad uacantes ecclesias præsentet idoneum, ex tunc ipse ordinarius ponat in eis rectorem absque præiudicio dictorum patronorum in alia uacatione. ¶ No. quòd epi ecclesias pertinentes ad præsentationem monachorum non possunt eis concedere ad proprietatem, id est pleno iure. talis enim concessio facta sine iuris solemnitate nō ualet, ut hic. sed an det causam præscribendi, no. xv. q. 3. c. si sacerdote. not. quod 2 status ecclesiæ non debet subuerti. ¶† Item not. quod ista dictio, ex tunc, impedit purgationem moræ. Est & alia rō, quia tempus est appositum fauore tertij, non fauore debitoris. Vnde mora nō purgatur. Item quia est facta traslatio potestatis in pœnam negligentis. facit. ff. de fideiuss. l. Thais. §. intra. imò, dicit lex, quod fortior ᵇ est conclusio temporum, quàm exclusio renunciationis, ut not. ff. ad Treb. l. facta. §. si quis bono- 3 rum † & adde, quod ubicunque tēpus apponitur ad expirationē officii, & non ad augmentum alterius obiectionis, nunquam potest mora purgari, ut not. in l. si cum dies ff. de arbi. Idem, si apponitur ad expirationem contractus. fallit quādo apponitur tacitè, & lex indulget purgationem moræ, ut in c. potuit. j. de loca Item fallit, quando nō interest aduersarij, ut. ff. de uer. ob. l. si ita quis. §. ea le 4 ge. ¶† Itē no. quod propter negligentiam amittit quis ius præsentandi illa ᶜ uice sine præiudicio in futurum, & est ratio; quia in futuris nulla dephēditur mora, ut. ff. si cer. pet. l. in causa, & l. j. §. j. ff. de vsu. dicit hic Ber. quod in ecclesijs, quæ non pertinent ad monachos pleno iure, non possunt instituere, & destituere. secus, si pleno iure. dicit hic Ber. quòd capellæ monachorum soluūt cathedraticum, licet secus in monasterio. quia non subsunt legi diœcesanæ, quæ consistit in lucro captando: sed lex iurisdictionis consistit in exhibitione officij, ut alibi dicam.

b ¶ *Fortior est cōclusio temporum, quàm exclusio renunciationis.*

c ¶ *Vide scripta per repet. in rubric. de iure patr.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio, statim atque lapsum Lateranensis concilij ad superiorem pertinet.*
2 *Tempus Lateranen. consilij incipit à notitia.*
3 *Semestria duo faciunt annum. & an, & quando temporum coniunctio in statuto sibi locum uendicet?*
4 *Mensis quot dies habeat?*
5 *Compromissum factum his uerbis, Durat usque per totum hunc mensem, expirat cum ultima die mensis.*

LICET

1 LICET MAGISTER † Superior supplet inferioris negligentiam in beneficijs conferendis, si tempus Lateran. cōcilij lapsum sit, & collatio ꝑ inferiorem facta postea non ualet ipso iure. h. d. prima pars decisè narrat factum; secunda dat iudices sub certa forma. ¶ Casus. archidiaconatus Richimundiæ spectabat ad collationem archiepiscopi Eboracen. qui est exemptus, & si ille non confert infra tempus Lateran. concilij, deuolui tur ad capitulum. Modò uacante dicto archidiaconatu archiepiscopus prædictum archidiaconatum contulit alteri, & inter duos erat controuersia, & unus opponebat alteri de tempore Lateran. concilij. Papa dictā controuersiam sic dirimit: quia mandauit quibusdam iudicibus, quòd si eis constiterit, quòd lapsus esset annus. i. duo semestria, quæ faciunt unum annum computandum à notitia, non à uacatione, imponerent utriq; silentium: quiā ad ipsum papam erat collatio deuoluta, & non debet rex iustus alijs iustitiam exhibere, & se

2 ipsum negligere. ¶ † No. tempus Lateranensis concilij incipere à notitia, facit. ff. de insa. l. genero, ut ff. de ædi. edic. l cum sex, & ff. de calum. l. annus, & ff. de execu. tut. l. quinquaginta. ¶ Et no. quòd omnis potentia incipit à diebus utilibus. i. à diebus scientiæ. Vnde, si dicit statutum, quòd ubi testamentum sit insinuandum. ꝟ. sex menses à die, quo insinuari potuit, non currit tempus ignoranti. & ita consuluit Bar. per dictas leges, nisi esset ignorantia reprehensibilis & supina, ut. ff. si cert. pet. l. quod te, & no. in l. j. ff. de condi. inde. & facit. ff. de condi. & demon. l. multum interest, & ff. de reg. iur. l. in

3 totum omnia. ¶ † No. ꝙ duo semestria faciunt annum ergo duo trimestria faciunt sex menses. & hoc etiā facit ad quæstionem statuti. nam duo statuta sunt in ciuitate Perusij, unum disponit, ꝙ in sex mensibus, uidelicet à principio mensis Maij usque ad calendas Nouēbris, & à calendis Nouembris usque ad calendas Maij sit tēpus cassationis. alio statuto cauetur, ꝙ insinuatio debeat fieri intra sex menses. ¶ Modò pone, ꝙ testator decesserit in calendis Augusti, deinde feriæ fuerunt inductæ primò calendas Maij sequentis per tres menses duraturæ, & nec in primo trimestri, nec alio trimestri facta fuit insinuatio postea petitur cassatio propter negligentiam semestrem ex coniunctione mensium, & uidetur ꝙ possit peti, ar. huius. c. ¶ Tu dic ꝟ quia non sūt assignati menses in genere, sed determinato mō. idest in spē, uidelicet à talibus calendis usq; ad tales calendas, & tempus determinato mō prolatū alterius tpis non recipit functionem, ut. ff. de usufru. leg. l. si usu-

1 CVM CONTINGAT. † Delegatus, cui mandatur, quòd absoluat illum, qui se excommunicatū dicit iniustè, debet ipsum absoluere iuxta formam ecclesiae ante, quā probationes recipiat de iniustitia: sed si mandatur, ꝙ denuntiet excommunicationem non tenere, comperto de nullitate, prius super nullitate debet probationes recipere. ¶ Ad euidentiam praemittendum est, ꝙ interdum excōmunicatio dicitur nulla; puta quia lata post appellationem legitimam, uel propter intolerabilem errorem expressum: quia tunc impetrans negat se excommunicatum, non debet absolui: sed prius cognosci & si apparet, ꝙ sententia sit nulla, debet pronunciari nō esse ligatum. Et ratio huius ordinis est: quia iste nō petit absolutionem, ut. ff. de uerb. ob. l. decem. ¶ Si uero qs petit absolutionem, & hoc dupliciter. aut ꝙ dicit se ex cōicatū iniustè, & tūc debet absolui p̄stita cautione de stādo iuri, & ea p̄stita admittat̄ ꝓbatiōes utriusq; ptis ꝓ & ꝯ. ¶ Si aūt dicit se excōicatū, & nō dicit iniustè, tūc dēt absolui p̄stita cautione de parēdo mandatis ecclę nec est hic disputandū de ꝓbationibus: qa q̄ petit absolui, expresse, uel tacitè uidet̄ confiteri se ligatum, ut C. de iu. l. ad solutionem. ¶ Casus satis patet ex istis euidentialibus. ¶ Modo opponendo quaero cum Ber. nam cum sententia excōicationis sit iterabilis, & potuit ferri post app̄onem, & ante, ergo parum prodest probare, quòd post. R n. prodest excōicatori probare, quòd ante fm Ber. dicas quòd non praesumitur iteratio: qa facta nō praesumuntur, ut no. Ia. Bu. in l. ij. C. de erro. aduo. ¶ Quero cum Ber. quid si ep̄s probet, quòd ante uocem appellationis emissam, altera probet ꝙ post, supposito, quòd partes cōfiteantur, quòd una uice tantū fuit interposita appellatio, quae probationes sint meliores? dicit Ber. quòd illae, quae factae sunt per plures & meliores ꝯtestes, Ber. Dicit Ber. quòd c. cū tu. j. de testa. quod loquitur de concordantia testium, habet locum in pari numero, non in dispari, & est glo. multum sing. Idem Inno. & addit, quòd licet testes sint concordādi testibus, tn̄ secus in confessione, & testibus, Inno quod est notandum. dicit Ber. quòd nō debet aliquis admitti ad probandum [a] id, quod probatum nō prodest, & iō debet iudex ante omnia examinare capitula, quae quis intendit probare, & si dubium sit, debet iudex iter loquendo protestari, quòd non admittit illum ad probandū, nisi de iure debeat admitti, & hoc tēpore disputationū examinabit. ¶ Ista gloss. Ber. est ualde sing. & uide quod no. supra de elec. c. bonae. per Ioan. An. de ap. recipien.

a ¶ *Non debet aliquis admitti ad probandū id, quod probatū non releuat. intellige hoc, ut hic pulchre per d. Ant. Pomum qui per quasdā notabiles decisiones hic per ipsum relatas cōcludit, quòd quando probatur aliquod saltem, licet minimum adminiculum praestaret, istud deducet inter caetera ex eo quòd dicit Bal. in l. cū uirum, in j. no. C. de ꝓd. item. ubi dicit, quòd positio, quae parū facit ad actū pertinēs reputatur, et debet admitti, et uide Curtiu cons. lxx.*

l. antepe. per Bar. & ꝑ eundē in l. si qn̄, de le. j. & l. iudex, de re iu. dicit Ber. in ulti. glos. ꝙ in sententia excōicationis ēt post absolutionē quęritur de cāis, & assignat rationes, & no. gl. ꝑcipuè contra iudicē, qui excōicauit iniustè, quòd licet absoluat, tamē facit litem suā in dānis & iteresse. tene mēti. Demū no. in capitulo, quòd admittit̄

2 probatio iudicis ad iustificandū processum suum † dicit Inno. quòd libellus disiunctiuus non admittit̄, nisi quando actor scire non pōt, quid eligat, Inno & ponit unum exemplū ualde notabile, in quo iustè ignoratur tempus excommunicationis: quia forte executor fecit priuare, & sciri non potest quando, ante appellationē, uel post. nam tunc admittitur rescriptū alternatiuum secundum Inn quod est no. dignum. † dicit

3 Io. And. ꝙ non procedit iste copulatiuus libellus, dico sententiam nullam & iniustam: quia copula cadens inter incompassibilia inducit perplexitatem. ¶ Idem ait, quòd libellus potest concludere alternatiuè sub diuersis conditionibus, ut dico sententiam nullam, & si forte in probatione nullitatis defecero, dico eam iniustam; & tunc iudex in sententiando debet assumere alterum membrum, prout ex actis constat esse probatum: non autem debet iudicare alternatiuè, uel conditionaliter secundum Io. And qđ est notabile & menti tenendum dicit Io. Andr. ꝙ si peto confirmationem sententiae, aduersarius meus non potest petere infirmationē, nisi incidenter, adhoc, ut non ferantur contrariae sententiae. Inn. postea dicit, quòd imò per modum reconuentionis. quia ibi non potest esse contrarietas, cū una sententia debeat terminari. dicit Inno. ꝙ in causa appellationis non est necesse offerre libellum, quod est uerum super actione ueteri, sed bene est necesse offerre super infirmatione, quòd alia lis est, ut no. ff. de procura. l. qui proprio. §. item quaeritur. nam cum lis debeat contestari p̄ntibus partibus, ergo libellus debet offerri, & est expressum. C. de appel. l. si quis libellos.

4 ¶ Quaero cum Inno. quidā dicit se excōicatū post appellationem legitimā, & sic dicit sententiam nullam, tamen non ꝓbat, ꝙ post, nunquid remaneat cōfessus super excōicatione, & sentit Inn. quòd sic, & ex, quo non ꝓbat de nullitate, debet excōicationem seruare. ¶ In contrariū uidetur, quòd ista non est cōfessio simpliciter, sed qualificata & vna oratione complexa ita, quòd nō pōt diuidi, vt no. C. de excep. l. si quidam, &. ff. de oper. lib. l. si ita stipulatio. Ego addo subtiliorem rationem, nam possunt esse due sententiae, vna antē, & alia post & sic ille qui cōfitetur de post, de alia sententia confitetur, non de ea quae habet ligare; & certū est quòd confessio facta super vno, quod pōt esse ab alio diuersum, non inducit confessionem super alio, ar. C. de ꝓba. l. matrē tuā. ff. de neg. ge. l. cū actū. ff. ad Treb l. cū q̄ nouissimus. ¶ Si aūt nō essent in libello illa verba post appellationē legitimā: sed simpliciter intentat̄ nullitas sine alicuius t̄pis distinctiōe, tūc posset saluari dictū Inn. qa confitetur factū, & licet neget ius, tn̄ ex legis dispositione illud ius est facto coherens & inseparabile ab ipso, ideo sponte confitetur factū, sed inuitus cogitur ad confitendum ius, & no. ista verba; qa sunt subtilia, dicit Goff. quòd hęc positio, dico me nō excōicasse post appellationē, uel dico illū non appellasse

lasse ante sententiam excommunicationis, tota est affirmatiua. s. se prius excommunicasse, uel illum post sententiam appellasse. hic est sensus uerborum Io. An. quòd no. dicit Host. q inuito reo excipiente iudex nõ potest eum cogere, ut rñdeat saluo iure suo, quòd si facit dat causam appellandi, nisi ꝯ excipientem ꝑsumatur, uel sit probabile dubium. uide quod no. in l. nã & postea, in prin. ff. de iureiur. per Accur. dicit Host. q si iudex dicat, non admitto, nec reprobo, procedatis, q si quidem exceptio est præiudicialis, uel talis, q̃ si non expediatur per interlocutoriam, iuris ordo ꝑuertitur, & tunc oportet, quòd expediat prius, quàm ad alia procedatur, ut. j. de iu. c. exhibita, & not. ff. qui sa. co. l. arbitro. Si autem sit aliquid, quod multum dependeat ex mero iudicis officio, ut an sit respondendũ positioni, uel an testis produci debeat, & similia, in talibus potest dicere iudex, procedatis saluo iure uestro ẽm Host. & Io. An. quæ uerba sunt multum notanda, pro hoc. ff. de dã. infec. l. ꝓtot. §. si controuersia† dicit Ioã. An.[a] q hodie sic seruatur in articulis & interlocutoriis: quia ad lites abbreuiandas admittuntur saluo iure impertinentium, & non admittendorum &c. Ioã. An. quod est uerum, nisi positio sit à iure remota, ut. ff. de iureiurã. l. si duo patroni. §. idem Iulianus: uel nisi positio sit captiosa, uel aliàs repellenda, ut no. eo. l. qui iurasse. §. si pater, & l. si à te in prin. de excep. rei iud. & hoc constat per allegationes legum; uel sit positio de eo, quòd sopitum est, ut

1 a ¶ *Vide. d. vitalem de Gambanis in suo. solenni trac. clausularum, qui habetur in formis, ver. clausula saluo iure &c.*

7 no. ff. de condi. inde. l. Iulianus, in prima gl. ¶ † Quæro cum Inn. nunquid ille, qui agit de nullitate, probãdo iniustitiam absque nullitate mereatur uictoriam? dic q non: quia non est ad hoc aptum, & modus agendi semper inspicitur, ut no. 3. q. 6. *hæc quippe*. ¶ Sed è cõtrà ille, qui dicit sñiam iniustam, uincit super nullitate, ut no. C. qñ prouo. non est neces. l. j. ¶ Sed illud intellige in appellatione: quia per eam rescinditur omne grauamen, & omnis timor grauaminis tam iuris, q̃ facti: melius tñ est in dicto casu non principaliter pronunciare de nullitate, sed incidenter hoc modo, pronunciamus superuacuè appellatum, cum snia sit ipso iure nulla, ut. ff. de ap. l. si constat. nam super appellatione oportet pronũciari, ut. ff. de iud. l. de qua re. uel dic melius, quòd potest pronunciare super nullitate principaliter. Nam tacitè hoc includit, quòd appellatio sit superuacua, & ista sunt æquipollẽtia, ergo &c.

8 ut no. C. de sen. & interlo. l. præses. ¶ † Quæro, nunqd in dubio sententia excommunicationis præsumat lata ante appellationem, uel post? rñd. in dubio reus est fauorabilior: quia de obligatione debet constare, ut magistraliter no. in l. cum actum. ff. de neg. gest. & per Bar. ff. de no. op. nun. l. non solum. §. sed ut probari. ¶ Vel dic, quòd præsumitur aliquid legitimè factum, ut no. ff. de leg. 3. l. cũ pr̃. §. rogo filia; quod tene mẽti.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus papæ subdelegatum simpliciter, qui iurisdictione uti cæpit, reuocare non potest.*

2 *Subdelegari potest per delegatum principis causa suspecti, licet sit mixti imperij.*

3 *Alienatio interdicitur coadiutori, & idem de uisitatore dicitur, & de eo, qui habet commendam.*

4 *Spoliatus non potest inquiri, nisi primò restituatur ad mobilia & immobilia & fructus, & ad plenam & pacificam possessionem.*

5 *Remoueri potest ut suspectus ille, qui nõ põt administrare.*

6 *Dilapidator notorius si spolietur, an possit petere se restitui.*

7 *Dilapidationis ratione an possit quis remoueri à spiritualium administratione.*

8 *Remoueri an possit tanquam suspectus prælatus, qui nondum cæpit administrare, imminente metu dilapidationis?*

9 *Alienare res subiacentes periculo an possit is, cui interdicta est alienatio?*

10 *Dilapidator quis dicatur.*

11 *Pater, qui prodigaliter utitur bonis aduentitijs filij, priuari debet administratione.*

VENERABILI. Si subdelegatus delegati papæ simpl'r datus cæpit uti iurisdictione, delegatus eum reuocare non põt. Sed si subdelegatus ipse ꝯ formam apostolici rescripti procedit, nullus est processus. ¶ Casus. quidam episcopus fuit spoliatus epatu per Federicum imperatorem prætenso, quòd iste esset dilapidator: Papa mandauit archiepo Cusentino, q faceret eum restitui integraliter & plenariè, quo facto si dictus eps esset de dilapidatiõe suspectus, daret sibi coadiutorem, sine cuius consilio nihil administrare posset in temporalibus, quousq; aliter papa prouideret, & q interdiceret tam epo, q̃ coadiutori omne genus alienandi: archieps infirmitate grauatus cõmisit uices suas abbati sancti Spiritus, qui ꝓcessit nõ seruata forma mãdati. & iõ factũ ab eo cassat. demũ dictus archiepiscopus cõmisit cãm thesaurario: sed hoc non potuit: qa prius cõmiserat alteri, nulla iurisdictione retenta. & iõ papa cassat ẽt factũ thesaurarij, cũ archiepiscopus ei nõ potuerit iurisdictionẽ, qua carebat,

2 aliqualiter demãdare. ¶ † In. isto. c. Inn. colligit plura notabilia: primo, q cã suspecti, licet sit mixti imperij, põt subdelegari ꝑ delegatũ principis, & dicit q secus est ẽm leges ciuiles. Tu dic. q idẽ est hoc casu, ut. C. q ꝑ sua iurisdictione. l. j. in fi. ẽm unũ intellectũ. ¶ Scdò no. q qñ dat alicui offim cũ ꝯsilio intelligit & cũ consensu: secus si sine offõ hoc ꝓbat. ff. de admi. tu. l. Titiũ

3 & Mæuiũ, in prin. ¶ † No. coadiutori interdici omnem alienationẽ, idẽ de uisitatore, & de eo, qui hẽt cõmendã, Inn. ¶ No. q simpliciter cõmittendo uices suas intelligit in totũ cõmittere, In. & sic indefinita æqpollet uniuersali. ¶ Opp. nam cã restõnis. & cã dilapidationis sunt diuersæ, ergo ualet ꝓcessus: sed dẽt appellari, ut. C. de ap. l. j. facit qđ no. Bar. i l. si q̃ ramus, de testa. ¶ So. hic ordo cadit sup iurisdictione, q̃ non est data, nisi seruet ordo. nã forma mandati obtinet instar conditionis. ¶ Sed tunc immediatè opponit, si ꝓcessus subdelegati fuit nullus, ergo res est integra, ut. C. ne de statu defun. l. si pr̃. ergo subdelegatus potuit idẽ subdelegare, ut. j. c. quàmuis, li. 6. Rñ. & dico, q ẽt processus nullus subdelegati facit expirare ptãtem reuocandi: quia subdelegatus usus est iurisdictione, licet abusiua, siue ꝑpostera ẽm Arch. nã satis est q exercuit iurisdictionẽ credens se posse exercere. Sed Ioã. An. dicit ꝯrium, ꝓ abusum. s. iurisdictionis nunq̃ firmatur iurisdictio, cũ usus iurisdictionis requirat iuris adminiculũ concurrens: tñ ad istud c. non rñdet nisi diuinãdo. ¶ No. cassari processum si nõ seruatur ordo debitus & studiosus, non perfunctorius, quod ex ordinis ratione apparet,

4 ẽm Inn. ¶ † No. q spoliatus non potest inquiri, nisi primò restituatur ad immobilia & fructus, & ad plenam & paci-

& pacificam possessionem, quod est not. fm Inn. Idem Ber. in gl. hoc ideo. ¶Opp. cum Ber. q suspectus sit remouendus, non aũt retinendus in administratione? rñ. hic papa dedit formam papalem, non de iure cõmuni.
5 † Quæro, nunquid possit remoueri tanq̃ suspectus ille, qui nõ põt administrare? Rñ. sic, & quid operet̃ remotio, dic ut. ff. de sol. l. q. si forte. §. j.
6 † Quæro, nunq̃d notorius dilapidator spoliatus possit petere se restitui? rñ. sic: quia de ista notorietate nõ põt opponi spoliato, nec fieri fides ante, q̃ sit plenariè restitutus, tex. est in nostro. c. ualde no. ¶Extra no. q exceptio, dolo facis, non põt opponi ei, qui spoliatus est officio, uel beneficio, nisi prius eo restituto in pleno & integro
7 statu, q̃ est no. dignum. ¶† Quæro, nunquid ratione dilapidationis remoueatur quis ab administratione spiritualium? litera nostra à 𝔠trio sensu innuit, q nõ in uerbo, temporalem. unde dicunt doctores, ergo spiritualia administrare põt. hoc no. 3. q. 3. quia ea, in fi. magnæ gl. quam tene menti. ¶Ex hoc sequitur, q administratio spũalium non est alienatio. dicit Io. An. q ratione dilapidationis preteritę datur coadiutor: sed si timetur de futura dilapidatione ex cõsuetudine dilapidandi præsumpta, debet prælatus & quilibet rector ecclesiæ remoueri funditus ab administratione. unde qđ no. ff. de autho. tu. l. & si pluribus. de coadiutore tutoris habes. C. quomodo & qñ iudex. l. si præses, quasi istud officium coadiutoris non est principale, sed accessorium.
8 ¶† Quæro, utrum prælatus possit remoueri tanq̃ suspectus, si nondum cœperit ministrare, tñ imminet metus dilapidationis? Rñ. non: tñ sibi non est administratio committenda, ut. l. ita autẽ. ff. de admi. tu.
9 ¶† Quæro, utrum iste, cui interdicit̃ alienatio possit alienare res subiacentes periculo? dic q non, nisi res sint, quæ tpe consumuntur. nam qui non alienat, punitur, ut. l. tutor qui repertorium. §. j. ff. de admi. tu. ubi igitur non solum interdicitur alienatio, sed ẽt subtrahitur administratio, habet locum, quod dixi: sed qñ non subtrahitur administratio, tũc necessitas intelligitur excepta, ut. ff. de manu. testa. l. qui nõ potuerunt, & ff. de fideicom. liber. l. cum fidei. ¶No. q licet processus subdelegati sit irritus p̃p non seruatã formam mandati papæ, tñ subdelegatus non resumit iurisdictionem: quia semel functus officio suo nunq̃
10 resumit illud, tex. est hic notabilis. ¶† Quæro, quis dicatur dilapidator? ille, qui uergit ad dilapidandum, ar. in l. si constante, in prin. ff. sol. ma. unde una alienatio non facit eum suspectum de dilapidatione, sed mali mores, & plures, ut no. in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui sa-
11 tis. co. & adde quòd not. C. de suspec. tu. l. eũ. ¶† Quæro, quid de patre, qui prodigaliter utitur aduentitiis bonis filij. Rñ. et est interdicenda administratio, ut. ff. ad Treb. l. imperator, & in l. ulti. C. de sen. pas. ¶ Quæro, quid de rectore parochiali? & q̃libet de parochia potest cũ accusare: quia interest cuiuslibet parochiani, quòd ecclesia non perueniat ad malum statum. Ber. quòd uerbum tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus, qui pronunciauit se iurisdictionem non habere, etiam de consensu partium causam non reassumit.*
2 *Sententia super iurisdictione non exercenda est interlocutoria.*
3 *Iudex si in causa dubij pronunciat iurisdictionem esse suã, an possit ab eo appellari?*
4 *Interlocutoria, per quam iurisdictioni derogatur, renunciari non potest.*
5 *Clausula compromissi, quòd partes ad primos iudices redeant, an sapiat compromissum?*
6 *Vidua an sit sub protectione ecclesiæ.*
7 *Negligentia iudicis secularis deuoluit iurisdictionem ad ecclesiasticum & qualiter probetur negligentia.*
8 *Partes si de facto dant iurisdictionem priuato cum pœna, & una pars, non obseruat sententiam, utrum incidat in pœnam, sicut in compromisso?*

1 SIGNIFICANTIBVS. † Delegatus, qui pronunciauit se iurisdictionẽ nõ habere etiam de consensu partium causam nõ reassumit. h. d. ¶ Casus. Iuliana uidua cũ esset nobilis & diues mentiens se pauperem impetrauit iudices 𝔠. M mulierem & natum eius, qui citati opposuerunt dicentes, q dicta uidua erat nobilis & diues, & quòd subreptitiè impetrauerat mentiendo se pauperem, adiicientes, q erãt parati stare iuri, sub cuius iurisdictione consistunt. delegati audita exceptione interloquendo pronunciauerunt se per has literas procedere non debere: tandem partes compromiserunt in arbitros hoc pacto, q deberent pronunciare 𝔧. certum terminum: aliàs redirent ad dictos delegatos: qui arbitri fuerunt negligentes. unde dicti iudices, nolentes dictam iurisdictionem resumere, cogebant partes ad litigandum sub eis. à qua compulsione fuit appellatum ad audientiam papæ. Papa decernit litigatores non compelli, & si quid esset 𝔠 aliquem attitatum, reuocat in irritum. ¶Not. q uidua nobilis & diues debet agere in foro seculari. ¶No. formã sententiæ, qñ rescriptum est subreptitium, f. se non debe-
2 re procedere per ipsum. ¶ † No. sententiam super iu-
3 risdictione non exercẽda esse interlocutoriã. ¶† Quæro, iudex in causa dubij pronunciauit suam esse iurisdictionem, utrum possit appellari? & uĩ q non qa non grauat, ut notat l. ex quacunque. ff. si quis in ius uocnon ier. ¶Item ista appellatio non potest iustificari nisi ex ueteribus. ¶In 𝔠trium est gl. ordin. C. ne filius pro patre, aut. habita. unde si in causa appellationis liquidetur de non iurisdictione, cassabitur interlocutoria, quæ loquitur super his, quæ sunt fundamenti, ut. 𝔧. de app. c. ex parte. M. ¶Vnum adde, q ubicunque habet locum illa regula, non quicquid iudicis ptãti &c. ab interlocutoria non potest appellari. quia iudex non est astrictus de iuris necessitate, ut eleganter not. Inn. in c. ul. 𝔧. de fer. ¶No. q talis interlocutoria funditus eradicat iurisdictionem, q non remanent aliquæ, reliquiæ quæ possint prorogari, uel demum ad iurisdictionem sic elisam rediri, uel etiam per procuratorem, quod est no. dignum. ergo not. q non potest 𝔠trio imperio reuocari ẽt de consensu partium, quod alibi
4 non reperitur. ¶† Not. q huic interlocutoriæ, per quã derogatur iurisdictioni, partes non possunt renuncia-
5 re, quod alibi non reperitur. ¶† No. q hæc clausula, q partes redeant ad primos iudices, apposita in cõpromisso, tñ non sapit cõpromissum: quia litigatores non intendebant compromittere in iudices, sed redire ad iurisdictionẽ ipsorũ, & hoc est bñ no. No. q appellatio ab interlocutoria irritari facit 𝔠ria, si est iniusta.
6 ¶† Prima gl. Ber. tractat de uidua, an sit sub p̃tectione ecclesię. post modũ gl. in fi. dicit, q ĩ possessoriis uidua est ĩ defensione aliàs in p̃tectione ecclesiæ, qđ in-
7 tellige, si ẽ spoliata. ¶ † Scđa gl. tractat, an iudices isti bene

bñ pnũtiauerũt, necne, & q negligẽtia iudicis secularis deuoluit iurisdictionẽ ad ecclesiasticũ, pbaĩ aũt neglig ẽtia si req̃situs nõ exhibet iustitiã, cũ dẽat & possit, puta, qa est liqdũ sibi de cã, uel litigator uult litigare, & ipse nõ uult audire, uel nõ rñdet ad interrogata, ut i c. 1. de milite uasallo, q ɔtumax ẽ col. x. & i l. si p meis. §. fi. ff. de arb. ¶Si n. de cã si liquet, uel aliud im
8 pedit, non dr esse in negligentia, ut ibi no. ¶†Quærit Ber. si ptes de facto dẽt iurisdictionẽ priuato cum pœna, & una pars non obseruat sñiam, utrũ incidat in pœnam, sicut in compromissis. & determinat q non in ultima gl. q̃ est ualde notabilis, & non reperitur alibi. dicit Inno. q primo dominus tpalis est monendus, & in negligẽtia cõstituẽdus ante, q̃ ab eo iurisdictio trãsferatur in ecclesiasticũ iudicẽ, & no. argu. ad represalias. dicit Inno quòd mercatores si grauantur passagijs, habent immediatum recursum ad ecclesiam. dicit Inno. quòd ubi est quæstio de magna hẽditate inter laicos, uel laicas, debet adiri iudex secularis, nec sufficit adire primum immediatum, sed debent adiri, quotquot sunt superiores, quod intellige usq; ad tres sñias, ut in c. 1. de re iu. in cle. quia si non põt alio mõ, dẽt appellare, quousq; pt. ¶Fallit in miserabilib. psonis, & qbusdã alijs, ubi sufficit, q primus immediatus deneget iustitiam, ne diu pro iustitia laboret, quod dictum Innocen. est ualde nota. alibi non reperitur. nam istę personę miserabiles non tenentur appellare pp paupertatẽ, ut. ff. mã. l. si pcuratorem. §. si ignorantes. Et ideo omissa appellatione pñt adire ecclesiasticum iudicẽ p simplicem querelam, qđ est no. dignum. ¶Vbi tamen est rex, ibi puto prius regem adeundum, cum in regno suo in temporalibus sit uicarius dei, & proximior uicarius sit adeundus ex ratione & natura ordinis quod est no. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Iudex recusatus non habet iurisdictionem super litigantes.*
2 *Arbitri tertij electi in concordia à duobus primis an ualeat sententia, si discordet ab alijs duobus.*
3 *Delegatus à papa coget arbitrum, qui cognoscit de sui suspicione, procedere & finire.*
4 *Suspitionis exceptione opposita si iudex recusatus nihilominus procedit, utrum processus recusatus sit nullus.*
5 *Iudex recusatus an possit mandare arbitris, quòd assignent certum terminum ad probandum.*
6 *Iudex recusatus an possit partibus terminum statuere ad eligendum arbitros?*
7 *Arbitri ad cognoscendum de suspitione assumpti quam iurisdictionem habeant.*
8 *Pares curiæ habent iurisdictionem ordinariam specialem in feudis.*
9 *Arbitri super suspitione electi an teneantur acceptare?*
10 *Libellus an sit offerendus in causa suspicionis, an sufficiat qualisqualis petitio?*
11 *Recusans iudicem si coram arbitris est contumax, an statim iudex recusatus possit iurisdictionem resumere.*
12 *Suspicionis exceptio an possit opponi hoc modo, dico te suspectum, & ubi defecerem in probatione suspitionis, dico te nõ posse procedere, quia es infamis.*
13 *Statutũ, quòd discordantibus iudicibus, eligatur tertius, in cuius partis iudicij discordia locum habebit.*
14 *Suspectus prælatus an teneatur satisdare.*

SVSPICIONIS. Arbitri electi ad causam recusationis assignant terminum ptibus ad pbandum. delegatus uerò, q recusatur, cõpellet arbitros cãm diffinire. ¶Casus lõgus. Reus corã iudice delegato cõstitutus recusauit eum tanquam suspectum assignãs istã cãm, de cuius ueritate erat facienda fides super hac suspicione cognoscenda. ¶Electi sunt arbitri à ptibus de mandato iudicis recusati, q̃ritur utrũ iudex recusatus possit assignare terminum recusanti ad probandum suspicionem? rñdetur q non: quia forte prouocatus obesset: sed coram arbitris est probatio facienda: quia ad hoc pñt terminum assignare. ¶Sed pone, q ipsi arbitri nõ sunt concordes. rñdetur, q iudex recusatus põt eos cõpellere, ut concorditer eligant tertium, cum quo ipsi duo arbitri, uel unus ex his dirimant qõnem suspicionis, ne principale negotiũ p discordias plus debito p
1 rogetur. ¶†No. q iudex recusatus non hẽt iurisdictionem super litigantes: qa suspensa est sua iurisdictio recusatione pẽdẽte: sed bñ hẽt iurisdictionem sup arbitros ad cõpellendũ eos cõcordare uel tertium eligere ¶No. duos arbitros eligi posse. ¶Opponitur. ff. de arb. l. itẽ si unus. §. si in duos. Sol. ibi fuit uitium cõpromittentiũ, q dederunt in compromisso formam iuri ɔ̃riã de electione tertij incerti, & intellige, q non ualet cõpromissum, si illi duo discordant: sed si concordãt: [illegible]
2 ualet: qa utile p inutile non uitiatur. ¶†No. q sententia tertij arbitri electi in cõcordia à duob. primis nõ ualet, nisi unus ex ipsis primis pronunciet cum ipso, sed gloss. Accur. nota. contrarium dicens, quòd si tertius ab utroque discordet, ualet sententia propter ipsius authoritatem. ff. de arbit. l. item si unus. §. principaliter, in uersicu. authoritate. & hoc quidam tenẽt dicentes, quòd tertius arbiter nõ est arbiter sed est superior utroq; eorũ in Spe. de arbitro. §. seqtur uer sed nũqd iste tertius. ¶Sed Frã. & Cy. dãnãt illã gl. & est casus hic, & facit. ff. de sol. l. q si forte §. j. vř tñ Inn. hic tenere in ultima sua gl. q iste tertius cũ uno ex primis possit pnunciare altero absente, sed gl. ff. de arb. l. sicuti, vř requirere omnium præsentiam. ¶Sed pone suppositio, q opinio. Inn. esset uera, nunquid ille absens debeat requiri? rñde sic, nisi ille absens sit uagabundus, uel distet ultra cẽtũ milliaria, uel alias commodè citari non possit, ar. ff. de dã. inse. l. 4. §. si ita uicinũ, & ff. de cõd. & demõ. l. mulcta non committitur, in prin. de hoc ff. ad Treb. l. hæredes mei. § fi. & ibi p Bar. & ff. de leg. 2. si tñ quibusdam. ¶Non dico, q citetur p edictum, qa arbitri non pñt edictũ proponere, sed debẽt citare p nuncium, uel epłam psonaliter, uel ad domũ, ut no. ff. de ar. l. sed interpellatur. ¶†Quæro, nunquid de iure ciuili delegatus à papa coget arbitrum, qui cognoscet de sui suspicione, procedere & finire? respon. sic, ut no. ff. de arbi. l. nam & magistratus, in princ. ¶Sed quæro, quare eliguntur arbitri, cum quis posit in dubio cognoscere, an sua sit iurisdictio? respondetur, illud est uerum, quãdo dubitatur de finibus iurisdictionis: secus, si dubitetur de persona iudicis. quæ declinatur ratione suspicionis, ut no. ff. si quis in ius uo. non ierit. l. ex quacunque; quia absurdum est, quòd quis cognoscat de seipso an sit suspectus. ¶Item qualitas mentis suæ est sibi nota. & ideò nõ uenit in causæ cognitionem coram seipso, ut supra de rescrip. c. ab excommunicato. Sed pone consules mercatorum debent habere sportulas, modò opponitur coram eis, quòd ipsi nõ sunt iudices competentes, quia quæstio mercantiæ nõ

pertinet ad mercantiam simplicem, sed ad mercantiā nominatam, quæ habet iudices speciales, puta camerarium cerdonensem, & est quæstio de coriamine. sed actor dicit, ꝙ illud coriamen non fuit uenditum per se, sed accessoriè ad mercantias pannorum, quæritur, utrum iudices possint cognoscere, Bar. dicit ꝙ nō, qa sunt suspecti ratione sportularum, ut ipse no. ff. ad munic. l. de iure, & ibi est gl. ordi. nisi consules ꝑ apertam naturam negocij haberent iurisdictionem fundatam: aliàs non possunt cognoscere; quia uertitur in præiudicium alterius iudicis, & alterius fori. Tu dic quòd imò possunt cognoscere, ut supra de rescri. super literis, tamen, si uolunt sine omni suspicione procedere committant causam alteri, ante, quam recusentur tanquam suspecti, ff. de iuris. omn. iudic. l. prætor. uel dic, quòd aut est opposita exceptio suspicionis taliter, quòd cadat in arbitrium, seu iudicium boni uiri, & tunc non pōt cognoscere: aliàs sic.
4 ¶ † Quæro, nunquid opposita exceptione suspicionis, si iudex recusatus nihilominus procedit, utrum processus recusati sit nullus? respon. sic, si est recusatus à lege & ipso iure, ut in l. 1. C. si quacunque præditus ptāte: sed si non ipso iure, sed per sniam ferendam, dicit Inn. quòd oportet appellare. ¶ Sed ꝯ uidetur quia iurisdictio statim est suspensa, & hæc uera, si recusatur delegatus: sed in ordinario est appellandum. Et ita intelligo dictū Inno. quia difficilius est suspendere iurisdictionem ordinariam, quàm delegatam, nec ullo iure cauetur, ꝙ processus ordinarij sit nullus, unde stamus regulæ, q̄ dicit, si grauaris, appella. ut. C. si sæpius in integ. resti. post. l. 1.
5 ¶ † Quæro, nunquid recusatus possit mandare arbitris, ꝙ assignent certum terminum ad probandum? respondeo non, sed bene pōt assignare eis terminum ad expediendam causam suspicionis, intra quem terminum, qui debet esse competens & discretus, continentur assignationes dilationum, & reliqua fienda iudicio arbitrorum, quib. summa causa suspicionis cōmissa est, ut hic. arctare igitur arbitros per singulos actus non potest c. legitima, de appel. in 6. sed statuere terminum complexiuum potest arbiter, quia sic se habet iudex ad arbitrium, ut no. ff. de ar. l. item si unus. §. 1. & argum. ff. de optio. l. mancipiorum; aliàs nunquam finis esset litibus, quòd est absurdum.
6 ¶ † Quæro, nunquid recusatus possit statuere terminum partib. ad eligendum arbitros, respon. sic, ut C. de iudi. l. pe. Item ad cōparendum coram eis, argu. C. de appellatio. l. præses. ¶ Quæro, quid si arbitri non diffiniunt infra terminum, respondeo, reuertitur iurisdictio ad iudicem recusatum. cap. legitima, de appellatio. in 6. nec potest ulterius recusari, cum causa recusationis sit deserta, & hoc probo tali ratione, non minus est suspectus iudex appellationis, q̄ iudex recusatus, & tñ appellatione deserta reuertitur iurisdictio ad iudicem, à quo, ut. C. de app. l. eos, nec debet reputari suspectus, cum satisfecerit iuri.
7 ¶ † Quæro, utrum isti arbitri habeant iurisdictionem ordinariam, uel delegatam, gl. dicit ꝙ habent quasi ordinariam. nā cum eligantur per partes, non possunt dare iurisdictionem ordinariam uel delegatam, ut. C. de iur. om. iud. l. priuato, sed. l. dat iurisdictionem quasi ordinariam. melius dixisset glo. quasi delegatam: quia est iurisdictio sing. & est expressum. C. de iu. l. pe. in fi. territorium non est de substantia iurisdictionis ordinariæ.
8 ¶ † Glo. mouet alibi similem quæstionem in materia feudorum, utrum pares, siue proceres habeant iurisdictionem ordinariam, uel quasi. Et glo. determinat, quòd habent iurisdictionem ordinariam specialem in ipsis feudis, qui possunt dici ad uniuersitatem feudorum, cum sit generale statutum in feudis, non nominatim ad aliquas personas, puta ad Titium, uel Seium, ut no. in c. 1. de inuestitura in maritum facta, super uerbo, ad dominum, ubi omnino uide. ¶ Item in feudis est unum speciale quòd licet dominus uideatur suspectus. id est minus fauorabilis contrariantibus inuicem, uasallus tamen ipse non remouebitur à cognitione, quæ competit ei iure proprietatis, & non ut nudū ministerium, sed procedit in causa non solus, sed adhibita curia & proceribus suis, & est rationabile: qa non debet quis ex sola suspicione perdere administrationem rei propriæ. ¶ Item suspicio purgatur ratione
9 procerum, ut in authent. ut differentes iudices. §. j. & ff. de eden. l. si quis ex argentariis. §. 1. ¶ † Quæro, nū quid isti arbitri teneantur acceptare, respon. sic, quia isti arbitri subrogantur loco iudicis recusati, ergo &c. ut. ff. de mu. & hono. l. numerum. §. iudicandi. C. de aduo. diuer. iudiciorum. l. sancimus. C. de proxi. sacrorum scriniorum. l. in sacris, li. 12. c. sicut enim 11. q. 1. ¶ Sed extra iudicium nemo compellitur arbitrium acceptare, ut no. C. de contrahen. empt. l. fi. & in l. 1. ff. de leg. 2. immo dicit gl. quòd non est satis prudens, qui suscepit in se compromissum. ut auth. ut differentes iu-
10 dices. §. 1. & ff. de arbi. l. cum lege, in fi. ¶ † Quæro, nū quid in causa suspicionis sit offerendus libellus, an uerò sufficiat qualisqualis petitio. Gl. Accur. dicit quòd non est necessarius libellus. ff. de procu. l. in causa. §. hæc autem cognitio. & certe cum recusatio iudicis habeatur in scriptis, ipsa productio recusationis postea facta coram arbitris habetur pro libello; quia cognoscere de recusatione est quoddam officium mercenarium. unde non requiritur libellus pro solemnitate, ut no. ff. de interrog. actio. in rubrica, & ff. de iud. l. & si
11 restituatur, in princ. ¶ † Quæro, modo, si recusans est contumax coram arbitris, utrum statim iudex recusatus potest iurisdictionem resumere. Respon. non, sed debet expectari, quod labatur totus terminus præfixus circa decidendam causam suspicionis, Innocen. & Ioan. And. Nam interim res est dubia, quia etiam pro contumace posset ferri sententia. ¶ Item de natura termini est, quòd debeat expectari, ut C. de dilatio. l. siue pars. nec puto, quòd recusatus posset hunc terminum abbreuiare: quia suspen-
12 sa est interim sua iurisdictio. ¶ † Quæro, utrum exceptio suspicionis possit opponi hoc modo, dico te suspectum, & ubi deficerem in probatione suspicionis, dico te non posse procedere, quia es infamis, Dicit Bernar. quòd exceptio suspicionis debet præcedere omnes alias exceptiones, in quibus requiritur sententia iudicis: quia opponendo alias exceptiones uidetur eligere eius auditorium, ergo postea non potest dicere eum suspectum, ut. ff. de iudic. l. & si restituatur, in princip. non sic dico, si utitur aliis defensionibus, in quibus non requiritur sententia, ut si petat edi libellum, ut in authentic. offeratur. C. & ff. de iudic: l. non uidetur in iudicem consensisse. ¶ Solut. credo quòd talis modus excipiendi procedat, quia in utraque exceptionum declinatur iudicis cognitio. nam etiam de infamia sua ipse non potest cognoscere, sed debet iri ad arbitros, & sic ex pluribus causis potest iurisdictio declinari sicut posset ita obiici, dico te suspectum

quia

quia capitalis inimicus, & quia nimis fauorabilis aduersario, ut no.in c.legitima, de appel.li.6.in nouella, & uide Bar.in l.quidam consulebat, de re iudi.¶ Si quis enim opponeret exceptionem solutionis, uel pscriptionis hoc modo, dico me non teneri, quia solui, uel præscripsi, & si deficerem in probatione, dico te non posse cognoscere, quia es suspectus, inepte exciperet: quia non potest iudicem allegare suspectum, nisi alleget in quo articulo causæ. non enim potest uariare, & ipsum pro parte approbare, & pro parte repro-
13 bare.¶ † Pone, dictat statutum, quod discordantibus iudicibus debeat eligi tertius. Modo quæritur, utrum intelligat de discordia principij, uel medij, uel finis? Rñ.de qualibet secundum Ho. nam discordia principij, uel medij est obstatiua finis. Nã si non tenet principium, uel medium, ad finem non potest peruenire. Itẽ si ferant ɔ̃rias sñias, tanq̃ nihil egerint, adhuc cogẽdi sunt eligere tertium, cum quo ambo, uel alter poterunt concordare, & ualebit sententia; & hoc dico per tex. istius.c.& per id quod no.Io.An.ſm Host.in c.legitima, ĩ.de appel.lib.6.in apostilla quæ incipit Host. intelligit.idem, si discordant in hora dieiputa, quia unus uult sedere pro tribunali in mane, alter de sero
14 & facit.ff.de le.j.l.huiusmodi.§.fi.¶ † Extra q̃ro, utrũ suspectus prælatus teneaẽ satisdare? gl. Accur. dicit, ꝙ quilibet suspectus tenetur satisdare. ff. de iudi. l.ij. §.sed si dubitetur. quod est uerum, quando est suspectus animi uitiositate: secus, si fortunæ calamitate, & hoc in debitore suspecto. Sed officialis remouetur, si sit de eo ita grauis suspicio, uel dolus, ꝙ nullo modo sit tolerandum: alias additur ei socius, ut.ff.de suspec. tutori.l.si tutor. aliquæ tamen coniunctæ personæ debent remoueri, non facta mentione doli, ne insurgat infamia.tex.est ibi unicus.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio delegata non prorogatur ad personas in rescripto non expressas etiam de ipsarum consensu.*
2 *Reale quomodo cognoscatur à personali.*
3 *Delegatus ad litem sibi commissam duntaxat tutorem, uel curatorem dare potest.*
4 *Scholaris si accepit mutuum in studio, potest ibi cogi ad illud restituendum.*
5 *Promittens soluere certo loco in termino, si non soluerit, potest conueniri ex eo contractu in illo loco.*
6 *Soluere qui promisit alibi an possit soluere in loco celebrati contractus, ubi aliàs forum non sortiebatur.*
7 *Moneta si diuersa frequentatur in loco contractus, quàm in loco solutioni apposito, de qua fieri debebit solutio?*
8 *Interesse temporis an sit habenda ratio?*
9 *Obligare se potest aliquis ad pœnas spirituales.*
10 *Prorogatio an habeat locum ubi iudices sunt taxati ad causas;*
11 *Prima iurisdictio an possit prorogari in iudicem appellationum?*
12 *Prorogari an possit iurisdictio de territorio ad territorium alterius iudicis.*
13 *Ad usuras dandas cur non potest quis sponte se obligare?*
14 *Soluere qui non potest, an possit excommunicari?*
15 *Non soluens in termino, ad quem se obligauit sub pœna excommunicationis, nõ est excommunicatus, nisi feratur sententia: sed pœna pecuniaria committeretur.*
16 *Prorogatio non habet locum in foro pœnitentiali.*
17 *Prorogatio an possit fieri seorsum ab actis?*
18 *Prorogauerunt partes ignorante iudice, an ualeat processus iudicis ignorantis prorogationem, & errantis?*
19 *Sententia lata à iudice sciente quem citatum, & terminum elapsum, nesciente tamen eum esse contumacem, an ualeat?*
20 *Prorogatio quadruplex. s. iurisdictionis, compromissi, dilationis, & contractus.*
21 *Iurisdictio primò data & iurisdictio prorogata an sit una iurisdictio?*
22 *Statuto cauetur, quod arbitri debeant diffinire causam infra mensem à die compromissi sub certa pœna, si partes prorogent, an arbiter euadat pœnam.*
23 *Actio de peculio an sit nomen uel titulus actionis?*
24 *Infans an possit beneficium ecclesiasticum obtinere.*
25 *Infans an possit succedere in iurisdictione regali?*

1 PET.G.PER. † Delegata iurisdictio ad personas non expressas in rescripto ẽt de ipsarum consensu prorogari nõ põt. h. d.
2 ¶ † Quæro, quia hic dr̃, ꝙ omnis delegatio est personalis ex parte rei & actoris, quõ cognoscitur personale à reali? Rñ.i muneribus reale est omne qđ seqĩ fundũ, & uide.ĩ.de iu.c.qa.N.ubi rescriptũ intelligiẽ reale, & est casus specialis.¶ Casus qdã mercatores impetrarũt literas ɔ̃ quẽdã episcopum sup quadã summa pecuniæ, & obtulerunt libellũ durante iudicio, & iurisdictione dicti.P.&.G. cũ deberent recipere à quodã Ioã ne certã quãtitatẽ pecuniæ, fecerũt pactũ, ꝙ si pecunia ipsis debita nõ solueret, ꝙ dictus abbas ĩ dictũ Ionnẽ ꝑferret sñiam excõicationis, & interdicti. Et qa non soluit, dictus abbas dictas sñias ꝓmulgauit, quæriẽ qđ iuris? Rñdetur, ꝙ cũ in dictum Ioannẽ nullã iurisdictionem habebat dictus abbas, meritò nõ potuit prorogari.¶ Not. quod si non ualet ꝓgatio, nõ ualet adiectio pœnarũ. Et tñ unus frater nõ tenetur ꝑ alio, licet simul habitent. C.de decu.l.
3 licet indiuisa, li.10.¶ † Iudex delegatus non põt dare tutorẽ, uel curatorẽ generalẽ, sed ad litẽ sibi commis-
4 sam sic, ut.c.fi.de iudi.li.6.¶ † Si scholaris accepit mutuũ in studio, põt ad restituendũ illud ibi cogi: quia ibi hẽt pergulã, Paulus. rõne rei cõis rescriptũ concessum uni uř concessum consorti. C.de diuer.rescrip.l.si libellũ. No. ꝙ non põt quis se submittere iurisdictioni eius, qui nullã hẽt iurisdictionẽ, uel hẽt, sed nõ ꝓrogabilem. Prorogatio alia simpliciter, ut qñ quis se submittit solutioni siue in certo loco, ut Florentiæ, siue in loco loci, ut corã iudice Mercantiæ Florentino rũ, & est tertiũ genus, qñ quis renũciat priuilegio fori. ¶ Sed pone, hodie ɔ̃xi tecũ Papiæ, cras facio pactũ nudũ more mercatorũ, ꝙ debeo soluere Florentię: q̃ritur: utrũ Florentiæ uidear ɔ̃xisse? rñ. sic, inter merca tores & alios negociatores ꝓsumitur hic cõstituta pe
5 cunia.no.& est istud.c multũ notabile ¶† Not. ꝙ ille, q promisit soluere certo loco in termino, si nõ soluerit, põt cõueniri ex eo ɔ̃ctu in illo loco, & hr̃ ratio interesse actoris, & rei, si reus petit interesse. secus eo non petente. Itẽ secus in actionibus bonæ fidei, ubi hr̃ ratio interesse actoris, & non rei, quia interesse, quod succedit loco rei in bonæ fidei iudiciis, licet dari sit in obligatione, uenit iure actionis, & nõ loquiẽ de isto
6 interesse. ¶ † Quæro, nunquid ille, qui promisit soluere in alio loco, possit soluere in loco celebrati ɔ̃ctus, ubi aliàs non sortieb ẽ forũ? & dic ꝙ non: quia diuersitas loci induceret diuersitatẽ debiti, sicut diuersitas tpis, ut.l.3.de bo.auth.iud.po. & l.ɔ̃xisse, de ac.& ob.

& l. exigere dotẽ, de iudiciis, licet gl. notet cõtrã in l. cũ qui. §. j. uel dic, ꝙ illa gl. est uera, si promissor nõ uult soluere in loco destinato. Nam duo uidentur esse pcepta, ut. ff. de arbi. l. Celsus. Vel dic, ꝙ si locus est statutus fauore debitoris, potest; si creditoris, non potest, sicut dicimus in tempore. ff. de uer. obl. l. qui Romæ, in
7 princ. † Item si una moneta frequentaretur in uno loco, alia in alio, ad quã monetã deberet solui, adest de
8 reg. iur. l. semper in stipulationibus. ¶ † Quæro, nunqd habeatur ratio interesse temporis? rñ. sic, qñ pp moram rei damnificatus est actor, & est speciale in pecunia, ut ueniat interesse intra rem, quia non cadit interesse intra rem; & hoc di. illa notabilis. l. ff. de in litẽ iurando. l. nummis, & gl. in l. cunctos populos, de summa Trinita licet cõtrarium notet, in l. socium, qui in co. ff. pro socio. ¶ Sed ibi loquitur in interesse conuento per singulos menses, uel annos, quod potius est usura, & sic non obstat, & tene menti. ¶ Pone, ꝙ creditor est in possessione pignoris, & percipit fructus. dicit ipse, placet tolle fructus, & ego uolo interesse: quæritur quid iuris? nam leges simplr dicunt, ꝙ fructus extenuant sortem, nec vr debitor in mora, non quia soluerit, sed qa creditori quodammodo satisfecit eius intentionẽ adimplendo, & facit ad hoc illa. l. not. ff. de so. l. Titia.
9 † No. ꝙ potest quis obligare se ad pœnas spirituales, non quòd per uiam pactus possit quis excommunicari, sed obligari ut excommunicetur per sententiam, nec ẽt potest quis se in excommunicationem reponere. l. unus. §. pactus, de pactis, dũmodò talis obligatio aliàs habeat fundamẽtum, ar. à cõtrario sensu huius. c. sm Ber.

¶ Gl. Ber. distinguit hic de triplici prorogation[a]. s. temporis, rei, & personæ, & hoc in iurisdictione contentiosa: sed in iurisdictione uoluntaria dic, ut in l. j. C. de
10 emanc. libe. ¶ † Quæro, utrum, ubi sunt taxati iudices ad cãs, habeat locum prorogatio, puta dictat statutum, ꝙ iudex portæ sancti Petri sit iudex uiduarum, nunquid alij poterũt prorogare iurisdictionem eius? & vr ꝙ non, ne confundantur pcessus & iurisdictiones, ut no. sm Iac. de Are. in l. j. C. de iu. om. iu. & ut taxatio iudicis aliquid ope
11 retur, arg. C. de testa. l. consulta diualia. ¶ † Quæro, nunquid in iudice appellationum possint alij prorogare primam iurisdictionem? & puto ꝙ non, quia iurisdictiones non sunt eiusdem rationis, cum causa appellationis sit mixti imperij, nec debeat idem esse iu
12 dex, à quo, & iudex, ad quem. ¶ † Quæro, nunquid iurisdictio possit prorogari de territorio ad territoriũ alterius iudicis? rñ. non, quia nulli præest iurisdictioni, sed est omnino priuatus: quia istud est extra fines rerum & personarum, & facit. ff. de so. l. quæro. ¶ Licet iudici sit datum liberum & plenissimum arbitrium, tñ non põt sibi prorogare terminũ. ff. loc. si in l. Bar. ¶ Antequàm iurisdictio incipiat, prorogari non potest: qa de aliqua ad aliquam est prorogatio, & sicut nulla est quæ desiit, ita quæ nondum incipit, de uer. ob. l. x. de cõdi. & demon. l. Titio. j. eo. cum plures, in fi. ¶ Si plus est in usura dotis, quàm oneribus matrimonij, nihilo
13 minus uir lucratur. ff. mãdati. l. creditor §. pe. ¶ † Quare ad usuras dandas non potest quis se sponte obligare? respondeo, quia est peccatum. & dicit Io. An. ꝙ causa usurarũ est spiritualis. c. fi. de iureiur. lib 6. Pau. dicit quòd nõ est spiritualis, licet ecclesiastica, quia sumit originem à peccato. hoc no. Archi. 14. q. 5. quid di
14 cam. ¶ † Quæro cum Inno. (dicit lex ꝙ propter infirmitatem non differtur solutio debiti. ff. de hære. inst. l. si quis instituatur, in fine) utrum ille qui non potest soluere possit excommunicari? & sentit Inn. ꝙ non, qa non est in mora. Illud dictum Inn. est uerum in eo, qui tenetur ad factum. Secus in eo, qui tenetur ad dandũ, ut. ff. de uer. ob. l. continuus. §. cum quis, alias. §. illud, uel ibi loquitur in alia pœna. nam illud est in sententiis censuræ: quæ rediguntur ad instar fori pœnitẽtialis, ubi sufficit dicere, miserere mei Deus, ex quò quis non habet, unde soluat. ¶ Item sententia excommunicationis est quædam mulcta, quæ remitti potest propter inopiam, pro hoc lex no. ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. fi. uel dic, ꝙ Inn. loquitur in clerico, cuius paupertas est notoria. ff. de procu. l. Titius. ¶ Quæro, pone mutuaui pecuniam cuidam mercatori, qui supposuit se iurisdictioni episcopi, qui episcopus immediatè eidem mercatori præsenti & acceptanti mandauit, ꝙ sub pœna excommunicationis solueret ad certum terminum, quam ex nunc, prout ex tunc protulit in scriptis, utrum interim possit appellari? dicit Ioã. An. ꝙ non, & omnino standum est sententiæ, Ioã. An. & sic potest in dic pactus iudicari de uoluntate partium, quod [b] alibi
15 non reperitur. ¶ † No. ꝙ licet qs non soluat in termino, ad quem se obligauit sub pœna excommunicationis; tamen non est excõmunicatus; nisi feratur sentẽtia: sed pœna pecuniaria bene committeretur ipso iure, ut elegãter no. ff. de pac. l. rescriptum. §. si pactum. uincula enim censuræ sunt à cæteris pœnis diuersæ naturæ. dicit Io. An. ꝙ potestas excommunicandi oritur ex authoritate clauium, non ꝙ possit prorogari per consensum priuatorum, scilicet in eum, qui
16 non habet hãc potestatem. ¶ † Idem ait, ꝙ in foro pœnitentiali non habet locum prorogatio. certè nec est ibi uera iurisdictio, sed est quædam permissio diuina, quæ prorogari non potest nisi ab ipso Deo, quanquã largo modo uocemus pœnitẽtiarios iudices animarum, hoc apparet, quia non fit litis contestatio coram eis, ergo non potest fundari prorogatio, ut. ff. de iur. om. iu. l. si conuenerit. ¶ Non ob. l. receptum, e. ti. quia illa debet intelligi cum eadem distinctione. s. ut litigator non pœnituerit ante litem conte. ¶ Alij dicunt, quòd illa lex receptum, loquitur in submissione, quæ fit iudice præsente & acceptante, & apud acta iudicij. ¶ Sed nunquid illi legi, si conuenerit, potest renuntiari per pactum? & uidetur ꝙ non, quia illa lex continet ius publicum, nisi forte interueniat iuramẽtum. dic ut. infrà. de fo. compe. si diligenti. ¶ Item illa lex non habet locum in prorogatione tacita, quæ potest fieri cum effectu etiam ante litem contestatã, ut. ff. de iud. l. sed & si
17 susceperit, in prin. qđ est no. ¶ † Quæro, nunqd prorogatio possit fieri sorsum? rñ. sic ut & compromissum, Io. An. & sic unus põt una die prorogare, alter altera die in habẽtẽ iudicem, sicut & compromittere, qđ est no.
18 ¶ † Quæro partes prorogauerũt iurisdictionẽ ignorante iudice, utrũ ualeat pcessus iudicis ignorantis & errãtis? & vr ꝙ nõ, ut. ff. de cõdi. & demon. l. multũ interest. cõtrarium est uerũ, tex. est no. in l. ij. §. sufficit. ff. de iudi. ¶ Vñ licet iudex dẽat scire iurisdictionẽ principalẽ
19 nõ tñ oportet, ꝙ sciat accessoriã, qđ ẽ no. dignũ. ¶ † Ex hoc

a ¶ *Vide etiam de materia ultra allega. hic per scribentes, quæ subtiliter scribit domin. Bart. So. in l. serm, in prin. ff. de lega. j.*

b ¶ *Inuenio istud dictũ, refert & not. aliter sequitur. d. Ias. in l. si conuenerit, in fin. in uer. iij limi ff. de iuris. om. iudic. & ita sæpe uidi obtineri in actu practico.*

hoc infertur ad talẽ q̃ónẽ, pone q̃ iudex scit aliquẽ citatũ, & lapsus est terminus, sed nescit cũ cõtumace, q̃a nũtius nondũ retulit, uel retulit, sed ipse nõ uidit relationẽ, & iudex supinè ꝓnũtiauit, an teneat snĩa. Bar. dicit q̃ nõ, uel dic q̃ pẽdẽte relatione nũtij nõ ualet snĩa sed si retulit, ualet, licet iudex ignoret de relatione & cõtumacia: q̃a ignorãtia iudicis nõ reddidit nullũ id, q̃d hẽt ueritatis fundamẽtũ, ut. ff. ad Treb. l. seruo inuito. §. cũ ꝑtor, aliàs sp̃ oporteret ꝓbare, q̃ iudex uide-
20 rit relationẽ nũcij. ¶ † Et no. q̃ triplex est ꝓrogatio s. iurisdictionis, ut hic, cõpromissi ut. ff. de arb. l. diẽ ꝓferre, & dilationis, ut. ff. de uer. ob. cũ stipulatus sum mihi à ꝑculo. ¶ Est & quarta ꝓrogatio s. unius ꝯtus ad alterum eiusdẽ formæ & naturæ, & terminus non mutaẽ, ut. ff. precario. l. si manente. §. qui impleto. ¶ Sed de nõ contractu ad ꝯtum non est prorogatio, nec ẽ conuerso. s. de ꝯtu ad non contractum. omnis. n. ꝓrogatio debet hẽre duo extrema, & medium continuum, ac, ut cum grammatico loquar, suppositum & appositum. s. terminũ, à quo, & finem, & isti termini differũt: q̃a mutato termino, a quo, nunq̃ ꝓcedit prorogatio ꝓpriè sumpta, ut si dico, q̃ ꝯxi in Martio, incipiat in Aprili. l. lecta. ff. si cer. pe. ¶ Sed mutato termino, ad quem, bñ ꝓcedit ꝓrogatio, si fiat durante termino, & durãte statu eiusdẽ obligationis. Cæterũ mutato statu non diciẽ ꝓrogatio, sed nouus ꝯtus, ut. ff. de ꝑto. stip. l. pe. &. ff. loca. l. cũ plures. §. pe. & l. dicta. Et no. q̃ tẽpora ꝑcisa à l. statuta ꝓrogari non pñt, ar. ff. de iudi. l. 2. §. sed & iu-
21 dex, & C. de iudi. l. properandum, in prin. ¶ † Quæro, utrũ iurisdictio primò data, & iurisdictio ꝓrogata sit una iurisdictio numero, an duæ, & uĩ q̃ duæ: quia accedens & subiectum non sunt idẽ. ¶ Itẽ principale & accessoriũ non sunt idem. ff. de pact. l. iuris gentium. §. quinimo, & l. 4. C. depositi. Sed iurisdictio primaria est subiectũ, & scd̃aria est adiectio, seu accidẽs, ergo nõ sunt idem. ¶ Nam ẽt accidens, q̃d immobiliter impressum ẽ subiecto, non est idẽ numero cum subiecto, q̃d hẽt. q̃a habent diuersa diffinita. in ꝯrium uẽ casus in d. l. sed si manẽte. ¶ So. interdũ ꝓrogatur uita, quę nihil ẽ aliud quàm rei uiuentis substantia, & tunc non est idẽ numero. interdũ fit prorogatio de re ad rem; & tunc nõ est idem numero. ¶ Interdum fit prorogatio de possibili ad contingens, ut in iurisdictione ordinaria prorogata & tunc hẽt se ut genus, & spẽs. Nam iurisdictio ordinaria pp̃ sui uniuersitatem est omnium capax & in potẽtia ad oĩa particularia, & postea cõtingenter deduciẽ in actũ, & pp̃ eandẽ quidditatẽ naturæ fiunt unũ & idem Sicut si paruũ flumẽ intraret magnũ flumẽ. Item sicut depẽdẽtia dñr unũ cum principali. Itẽ unũ q̃nq; dr̃. i. unitum: uel dic, ut dixi in c. de causis. s. e. ¶ Itẽ non est ꝓpriè ꝓrogatio tp̃alis nisi prorogeẽ ad unum terminabile, non per diuisionem temporum; nam terminus distinctiuus, non continuatiuus aliam rem facit, ut in l. le-
AT SI clerici. Istud capitulum hẽt elegãtem materiam, & hoc & clericũ cõuictũ, uel confessum de crimine corã iudice laicali de eo nõ punit eps: sed corã se confessum uel conuictũ punit pœna debita, nisi secũ dispẽsat, ꝗ põt in adulterio, & minoribus, nec dẽt ipsum punitum tradere curiæ seculari. uel sic, ex illicito processu iudicis incõgrui nemo põt damnari, & illud, ꝗ factum est ꝯ ius, non põt ratificari. & dicit Arch. 63. di. Salonitanæ. & ideo nihil ualet hæc decies repetita confessio. ¶ Item in mediocribus delictis, & infra potest dispensari. ¶ Item eps functus & perfunctus officio suo non debet clericum depositum tradere iudici seculari. † An clericus in fur-
1 to, uel homicidio comprehensus possit capi per laicos, & episcopo præsentari? dic quòd sic, ut no. p Arc. 91. dist. c. presbyter. In ꝯrium facit, quod not. ff. de re in. culpa est per Accur. Sed hoc non est culpa, sed reipublicæ tutela, quæ omnibus est concessa ꝯ deprehẽsos actu. C. de ma. & mathe. l. fi. ¶ Diuidit̃ in tres partes. In prima narrat processum iudicis secularis, & etiam

& etiam confessiones, & testimonia recepta cōtra clericos: prohibet epm iudicare ex illis. Secūdò ponitur de processibus eporum, & eorū dispensatione tacitè distinguendo inter maxima & enormia crimina ex una parte, & mediocria & minora ex altera ſm unam opi. In tertia parte dicit, quòd epi nō possunt exaggerare pœnas clericorum depositorū, & perfectè punitorū traden. eos iudici seculari. secunda ibi, si uerò. ter-
a tia ibi, sed non debet. † Casus. quidā clerici tracti fuerunt coram iudice seculari, & confessi, uel conuicti. Quæritur, utrum pp talem confessionem à suo epo sint puniendi? Rñ. quod non: quia sicut snīa à non suo iudice lata non tenet, ita nec confessio reorum, uel testium facta corā ipso, sed ecce isti sunt confessi coram episcopo, uel conuicti coram eo, qualiter punientur? rñdet, quòd si sint in iure. i. in figura iudicij confessi, seu legitimè. i. solenni ꝓbatione conuicti, si quidē est tale crimen enorme, ꝑ quod debeant à suis ordinibus suspendi, uel deponi, uel ab altaris ministerio ꝑpetuò remoueri, ita fiet: si aūt sunt crimina mediocria, seu minora, ut est crimen adulterij, & minora eo, uel paria, pōt eps peracta pœnitentia dispēsare. ¶ Tertiò quęritur, utrū eps, qui deposuit clericū, & functus est officio suo degradando ipsum pro suis excessibus, debeat ipsum tradere iudici seculari? rñdetur quòd nō duplici rōne. prima, quia est ꝑfunctus officio suo. Secunda, quia non debet addere afflictionem afflicto. ¶ No. primò regulam, quòd clerici ēt non possunt confiteri, uel conuinci coram iudice seculari, & hoc est contra potestates terrarū, qui clericos corā se confessos remittūt ad epum cum tenore cōfessionis. Nā tales, cōfessiones non debent scribi in actis, licet Inno. dicat, quòd eps cogit eos persistere in tali cōfessione. s̄. de elec. ꝑ inquisitionē, &. j̄. de confes. c. cum super, & malè, nisi crimen sit notoriū, uel quasi, ar. ff. de adul. l. capite quinto. Nā notoriū gerit uices solēnes epistolæ remissiuè. & dic, si clericus spontè confitetur coram iudice seculari, aut delictum, aut ꝯtum, si delictum aut per uiam iudicij, aut de plano, primò casu ualet cōfessio, nec cogitur perseuerare, ne uideatur eps ratificare factū ꝯ ius, ut hic. Secundò casu confessio facit indicium, & iō
3 cogitur perseuerare ſm Inno. ¶ † Et sic no. ꝙ perseuerare dicitur ēt ille, qui per tormēta perseuerat, quod est uerū, si prima confessio fuit spontanea: uel dic, ꝙ arbitrio iudicis est, an dicatur perseuerare, necne. Nam ubi plenè cōstat de indicijs, tortura nō habetur ꝓ causa impulsiua cōfessionis, ueritas pro finali causa. Si uerò corā iudice seculari cōfessus est contractum, nō pōt per tormenta cogi perseuerare: quia tormenta nō habent locū in cōtractibus, sed in maleficijs, & nec in maleficijs omnibus, sed in grauibus, & etiam nec semper: cum de plano per testes potest probari maleficium, vnde semper ante finalem torturā debent publicari attestationes: quia qñ nihil est probatū, cessat tortura: si simpliciter probatū est, relinquitur arbitrio iudicis. Si plenè, cessat tortura: quia non potest per torturam se
4 purgare, per Cy. quorū appel. non reci l. 2. ¶ † Secundò no. regulam, quod non ualet confessio facta corā iudice, qui non potest condemnare, dicit lex, eius iudicis, uel arbitri sententia non infamat, nec confessio facta corā ipso. ista est gl. sin. ff. de his, qui no. infa. l. quid ergo. §. ex compromisso. & facit ad quæstionem, utrum cōfessus super inquisiti. fundata super. l. municipali sit infamis? & dicimus quòd non, quia. l. municipalis non infamat, ut ff. de actio. & ob. l. cessat. ¶ Quæro igitur, nunquid clerici confessi spontè coram honestis uiris, & maximè corā magistratibus, qui non traxerūt in eos causam, possunt per epum retorqueri? Inno. dicit ꝙ sic: pōt habere ratam talē cōfessionem, pro hoc. ff. de ædi. edic. l. quæro. §. fin. Et si tortus ab epo confiteatur coram eo, non potest reuocare confessionem, ut no. ff. de infa. l ictus fustium. ¶ Quæro, quæ tormenta dicantur formido? respondeo, quæ cadunt in constantē uirum, non alia, puta ferula, ut no. C. ad Sillanianum. l.
6 fi. ¶ † Quæro, qualiter probabit quis se tortum, nunquid per clamorē, & gemitum, ut cū esset eius uox uera, sed testes non uiderunt corpus? dic ut no. Bar. ff. de
7 ope. noui nūt. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ¶ † Tertiò no. quòd confessio facta coram iudice cōpetenti in figura iudicij sufficit ad condemnationē sine alia probatione. Sed glo. Accur. dicit, quòd si est nuda nullis adminiculis roborata, non facit plenam fidē. ff. de appel. l. non tm̄. Ego hoc arbitrari puto ex qualitate ꝑsonarum. Itē oportet, quòd constet de maleficio, licet non de malefaciente, ut. l. j §. item illud. ff. ad Silla. unde non sufficit dicere, occidi hominem, nisi constet de corpore: non tñ oportet, quòd constaret de ꝓprio nomine interfecti, ut est glo. singu. ij q. viij. libellorum. Quartò no. quòd probatio debet esse legitima plenè & ordine iuris facta. nā ꝑ unum testem nemo conuincitur nisi quo ad torturam, & est in arbitrio iudicis modus, & genus torturæ, ut. C. ad l. Iul. ma. l. iij. & tor-
8 tura non debet esse barbarica, nec ita crudelis, quòd eā natura ferre nō possit, ut. l. j. C. de emen. ser. ¶ † Sed nunquid ualet confessio facta in carcere epi, uel ꝑsidis? rñ. quod non, quia iur. deputatus est locus solennis & publicus causarum: ut. C. de custo. reo. l. ij. nōne. nec. n. debet fieri actus solēnis in locis uilibus & obscuris, sin epo ualet tñ si fieret in camera, uel in aula epi: quia ibi honestè pōt sedere ꝑ tribunali. & licet confessus esset sub custodia, nō dr̄ tñ facere ꝑ metum. Nā sub custodia debet esse. ut. l. fi. C. de accus. sed quidam assessores faciunt eos disligari à uinculis, quod nihil sonat, quia sub custodia sunt, ut. ff. de uer. sign. l. q ne-
9 que soluitur, & l. uinculorum. ¶ † Item no. quòd perpetua suspensio ab ordinibus, uel altaris ministerio perpetua remotio est pœna capitalis clericorū. Nam per hoc extincti sunt à suo esse: quod dic ut no. In. j̄. de accu. c. qualiter & quando. sic & ta-
a bellio [a] perpetuò depositus ab a
10 officio cū infamia dr̄ † extinctus, & nunquā redit ad illud, & nō potest denuò creari tabellio; glo. est singul. in aut. de armis. §. j. Et hoc, si est depositus pp enorme delictum, puta quia cōmisit falsum in officio: secus, si pp minus delictum, ut puta quia pcussit aliquem cū armis, unde contracta est infamia. & iō merito fuit ab officio remotus, ut eleganter no. ff. de infa. l. ij. §. miles; quia tunc epus, qui condemnauit, dispensare posset sup officio tabellionatus &c. exercendo, ar. huius. c. scias tamē quòd in iure ciuili non reperitur hoc nomen, dispensatio, in aliquo tex. iuris ciuilis,
11 sed loco istius nominis est nomen indulgentia. ¶ † Itē hoc nomen remissio à pœna, quæ post diffinitiuam à nullo fieri pōt nisi à principe, ut. ff. de pœ. l. fratres, & l. j. §. de qua. ff. de postula. & uide quod no. j̄. de ele. excommuni. c. cleri. & an epus possit dispensare sine capitulo, dic ut no. in c. cum ex quo, de elect. lib. vj. & per Archi. in c. permittimus, de æta. & quali. co. uolu. ¶ Itē no.

¶ Tabellio depositus ab officio nō potest restitui, adde Bald. consi. cccl. j. parte, inci. in Christi nomine, ponitur, quod quidā.

no. quòd in delictis carnis mitius est agendum: qa motus est ad actum de iure naturali, ut no. in l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. ¶ Item not. quod omne maleficium dr excessus. Itẽ no. quòd non debet quis excedere fines officij sui. Item no. quod duabus cõstitutionibus. s. canonica, & ciuili nõ debet quis reus fieri, ut hic
12 & ff de accu. l. senatus censuit. ¶ † Item not. quòd semel punitus non debet iterum puniri; quod est uerum, qñ terminus est pœnæ. Sed quid, si est punitus per errorẽ iudicis, qui debuit punire in truncatione manus, & punit in amputatione pedis? Rñ. sufficit semel: quia nisi restituatur indebitum, non põt peti debitũ, ut. ff. de solu. l. si cum aurũ. sed hic restitui non põt. ¶ Item iste casus reputatur inter casus fortuitos, qui liberant debitorem; quod tene menti. Sed in cõtrariũ vr, quia nec solutio, nec fortuitus casus in una specie contingens liberat à debito alterius speciei, ut ff. de le. i. l. cũ tres. §. sed si Stichus. hoc not. Bar. ff. de accus. l. senatus censuit, ubi uideas. ¶ Oppon. ex cõfessione oritur infamia apud bonos & graues, ergo debet indici purgatio. Sol. ut in glo. quia non semper apud bonos & graues infamatur, si est aliàs bonæ famæ hoc est arbitrarium, ut. ff. de testi. l. iij. §. tu magis. ¶ Quæro, an ex confessione clerici facta coram iudice seculari oriatur infamia facti? So. ista infamia haberet originem à maleuol is i. à iudice detinente clericũ, & iõ ẽt de facto non infamat fm Host. sed Ber. dicit quod si cadit in mentes discretorũ uirorũ, quòd generat infamiã facti, non ex u con fessionis, sed ex ui p̃sumptionis populi; & hoc uerius.
13 † Quæro, clericus non potest inuitus trahi corã iudice seculari, sed nunqd uolens? rñ. non, nec uolens: imò punitur, si consentit, ut in gl. adde, quod licet clericus nolit se declinare, tamen iudex secularis eo inuito debet eum repellere à limine fori secularis, ut not. Arch. ij. q. vii. quorundam, & in hoc debet supplere ex officio necessario, arg. ff. de postu. l. quos ꝓhibet. & no. ꝙ põt pater declinare filium: quia sua interest, ut. l. iij. §. si filius. ff. quod quisque iur. Sed an clericatus assumptus post citationẽ prosit? dic quod non, ut. ff. de iud. l. si quis postea. sed si post delegatũ ante iudicium sit assumptus prodest, nisi sit à ꝓprio epo depositus, ut in aut. ut clerici apud proprios epos, ubi est tex. notabilis, & ne clericatus assumptus in fraudem prosit delinquenti. Si ergo ante depositionẽ fieret ꝓcessus iudicis laici, esset ipso iure nullus; iurisdi. non præuenta, quod no. dignum. & idẽ in ꝯtibus, ut singulariter not. ff. de leg. j. l. nemo potest. ¶ Oppo. quod imò clericus possit conueniri coram iudice seculari, ut in authen. de sanctissimis epis. §. reuerendissimi. So. aut clericus primordialiter conuenitur, & loquit̃ hic: aut primordialiter agit, & incidenter reconuenitur, & loqtur contrariũ; & hoc facit iuris authoritas, quæ reconuentionẽ introduxit. Item iudiciorũ æqualitas, ut. C. de fruc. & lit. ex
14 pen. l. fi. ¶ † Sed opp. & uidetur, quod clericus non possit coram iudice seculari recõueniri: quia nec principaliter, nec incidenter põt se subijcere foro seculari, & no. j. in tit. j. c. uerum. So. sic distingue, aut recõuenitur criminaliter; & nõ ꝓcedit reconuentio. xj. q. j. c. j. & qa in criminalibus non hẽt locũ reconuentio fm Ber. & bene: qa si esset ꝓpria conuentio, non posset fieri post nomen rei receptũ inter reos. i. post litẽ cõte. postquã iudex ꝓnunciauit, non obstantibus exceptionibus declinatorijs lit. contest. ut C. de adulter. l. adulteram. ¶ Item oportet eadẽ snia & eodem tpe terminari, qđ falsum est, ut. ff. de pub. iudi. l. is qui reus. §. inchoatas. aut reconuenitur ciuiliter; & tunc not. quatuor casus. primus est, qñ clericus agit nomine ꝓprio, & recõuenitur nomine ꝓprio; & ꝓcedit recõuentio inspecta naturali æquitate, quæ est cõis omni generi ꝑsonarũ, ar. ff. de iure do. l. permittendo, in princi. ¶ Secundus, qñ agit nomine ecclesiæ, & recõuenitur noie eiusdem ecclesiæ; & puto quòd non possit reconueniri corã iudice laico: quia nõ possunt ecclesiam subijcere. ¶ Tertius casus est, qñ agit nomine ecclesiæ, & reconuenit̃ nomine ꝓprio; & non põt, ar. ff. de in ius uo. quæsitũ. nam in agendo est ꝓcurator. & iõ nõ põt reconueniri nomine ꝓprio. ¶ Quartus casus est è contrà, qñ agit nomine ꝓprio, & reconuenitur nomine ecclesiæ; & procedit reconuentio: quia nõ est inter eosdẽ. de hoc dicam. j. de mu. peti. in c. j. Sed nunqd reconuentio oriatur ex tacita ꝓrogatione iurisdi. rñ. non qa clerici non possunt prorogare, sed oritur ex iuris dispõne. iij. q. viij. c. cuius in agendo. Quod aũt dixi in primò membro, quòd põt reconueniri, intellige, si actio non est famosa. Nã si esset famosa ex sententia iudicis laici, sequeretur depositio bñficij, quod est impossibile. ¶ Sed an possit reconueniri super cõditione furtiua, rñ. sic, qa non infamat, ut. ff. de ac. & ob. l. cessat ignominia. sed que est rõ, tu legista, quòd actio furtiua pœnalis infamat, sed condictio furtiua non infamat? rñ. qa ista placuit prætori. Nam in edicto suo de cõdictione furtiua nõ meminit, & quia finis condictionum est rei persecutio, non uin-
15 dicta. ¶ † Quæro, an condẽnatus furti sit infamis? dicit Ber. quòd non, nisi sit cõdẽnatus criminaliter. ista opinio non reperitur alibi, & est contra casum. l. non põt. ff de fur. nisi forte esset furtum modicæ rei, ut. j. duos aureos, ar. j. de re iu. cum te. ¶ Item si qs esset cõdẽnatus ex suspicione furti, uel ex aliqua fictione statuti, non efficitur infamis, ut C. de infa. l. furti. Si cõdẽnatus es, illud scias, quòd etiam capitale furtum non est crimen publicũ, & iõ non admittitur ad accusandũ, nisi ille, cui ciuiliter competit actio furti. Ista est glo. unica iuris ciuilis in l. pe. ff de cõdi. ob caus. Item an cõdẽnatus de furto per inqsitionẽ fiat infamis? dic quòd non, si est cõdẽnatus in absentia: secus in præsentia: qa præsentia infamiam no. ut. ff. de suspe. tu. l. iij. §. pe. & quia in absentia sententia est lata extra ordinem, & extra figurã iudiciorũ, & iõ non infamat nisi de facto. Adde, quòd si qs est condẽnatus de furto nõ specificata actione furti in libello, sed certi condictione generali, non efficitur infamis, ut singulariter not. ff. si certe. l. certi condictio, in principio. & cũ agitur ꝯ clericũ iudex debet ꝑsuadere, ut ꝓponatur certi cõdictio generalis, & non actio furti, quæ est famosa, & ẽt debet interpretari libellus formatus sine expressione nominis actionis, ut. ff. de dolo. l. non debet, & sic intelligen-
16 do saluatur glos. Ber. ¶ † Quæro in qbus criminibus posset dispensari? rñ. in omnibus. s. p epm, non per inferiorem: qa eps in sua diœcesi habet plenissimã iurisdictionem, ut. ff. de of. ꝑsi. l. j. §. cum urbẽ. Alij dicũt, quòd in enormibus epi non dispensant. tu dic, quòd aut lex, uel statutum iubet certã pœnam imponi; & non potest dispensari, ut sin. no. in auẽ. de iud. §. oportet. aut non arctat iudicẽ ad imponendũ specialem pœnam; & tunc dispensare potest, ante quàm pœna ordinaria sit imposita per diffinitiuã, non post, ut. ff. de his, qui no. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior, cum materia sua. In multis aũt inuenio, quòd iudex dispensat pp paupertatẽ, ut. ff. de offi. ꝑsi. l. illicitas. §. fi. & est tex. no. & facit. ff. de ac
17 cu. l. leuia. ¶ † Quæro, nunquid eps possit aliquẽ restituere

tuere famę? rñ non: quia infamia est inflicta maiori au thoritate.s. authoritate.l. seu imperatoris, ut not. Inn. j. de re iud. c. cum te, ar. ff. de minor. minor aũ magistratus, Intellige tñ si est degradatus: aliàs sic pro euidẽti necessitate, uel utilitate ecclesiæ, licet non posset restitui ad famam, ut j. de re iud. j. c. cum te, ẽm ar. Tu dic ꝙ cum deponendo pôt regulariter dispensari, ut not. j. de iureiu. in c. sicut nostris. Sed cum deposito ꝑ diffinitiuam nõ pôt dispẽsari. Tu dic, ꝙ & sine dispẽsatione criminosus possidet beneficium donec sit priuatus & donec deponatur, nec dẽt deponi nisi pro grauioribus ẽm Inn. & Ber. ut no. per Arc. 61. di. i c. nemo prohibitus. cessante cã influente cessat dispensatio; ita dicit Arc. 61. di. in c. Priscis, & per Io. An. in c. dilectus. s. de
28 tempo. ordi. in nouel. Papa etiam potest dispẽsare † cũ bigamo promoto. sed non cum promouendo, ita dicit l. distin. c. quicunque. Et ideo Io. de Ligna. non fuit
29 factus cardinalis. dicit etiam Archi. quod † cũ apostata à religione non dispensatur, nec potest promoueri. Apostata autem est, qui ad seculum redit, uel professionem dimittit, non qui ad maiorem religionem trãsit, ut no. per Archidia. l. distin. c. penul. licet dispensetur cum aliquo in beneficijs habitis non propterea intelligitur dispensatum in habendis, ut l. distin. c. hi q, per Archi. Dicit etiam Arch. secundum Inn. ꝙ in homicidas & irregulares pôt cadere ius cuiuslibet dignitatis ecclesiasticæ, cũ possit cũ eis dispensar, ut no
20 ꝑ Arch. in c. studeat, l. di. quod est ualde no. † Quæro, utrum hæc oratio præsentis tpis. s. anathema sit, sit ea non latæ sniæ? Arc. s ntit ꝙ non. j. q. j. c. quicunq; & 3. di. c. solennitate. Vtrum amotus a bñficio, per ɔ̃ns sit amotus ab officio, Arch. dicit ꝙ sic. 71. di. c. si quis. dicit Archi. ꝙ licet irregularis non debeat promoueri, tñ non deijcitur promotus. l. dist. c. quicunque; qđ tene bene menti. non est hæresis facere ɔ̃ articulos euan
21 gelij, sed sentire ɔ̃ eos dicit Archi. quod † non est hæreticum committere symoniam: sed esset hæreticum credere, ꝙ committere simoniam non esset peccatum. Ita dicit Arch. 1. q. 1. in c. fertur, in addi. sua, & not. be
22 ne. † An homicida possit celebrare absque irregularitatis incursu, dic ut no. per Arch. l. di. in c. de his, ꝙ nõ nisi sit occultus: in alijs criminibus, ubi sit irregulari-
23 tas ẽm Arch. Inn. & Host. ¶ † Quæro, quæ sunt maiora delicta, quæ media, quæ minora? Rñdeo, atrocia sunt illa, quæ continent dolum cum magna iniuria alterius, ut ff. de minori. l. auxilium. §. in delictis, & not. ff. de re. iur. l. ad ea. sed in c. nostro non sic sumitur delicta enormia, ut patet in adulterio, ꝙ non connumeratur hic inter maxima crimina, licet re uera sic crimen ualde infestum laicis, & bonis uiris, & turbat honorem matrimonij, & famam liberorum, ẽt qa consistit decus gentium, ut eleganter no. in aut. de nuptijs, in prin. & in hoc differt pœna secularis ab ecclesiasti-
24 ca. ¶ † Quæro, nunquid in criminali possint testes recipi in absentia iudicis? dicit. B. quòd non, ista qõ nõ est qõ, si iudex non commisit testium receptionem, ut no. C. de libe. cau. l. iubemus. dic ut ibi dixi i lectura mea, dubitatur, utrum eps possit dispensare inuito accusatore? respon. aut accusatori est quærendum ius ad rem ex dispositione quia Papa mandauit accusatum deponi, & eius accusatori. i. & probanti beneficium conferri; & non potest dispensare: aut ex dispensatione non acquiritur accusatori ius beneficij; & tunc potest dispensare. quia non tangit ius accusatoris, sed ius fisci. Et isti maiores iudices habent authoritatem dispensandi, ut ff. de pœnis. l. obijt. unde non possunt prohiberi, ne utantur propria authoritate. Similis qõ formatur, nunquid inuito actore possit pœna pecuniaria cõuerti in corporalem? & dic ꝙ non, ne præiudicet creditori, & hoc cõsueuit notari in l. ul. ff. de in ius uo. sed nunquid ad dispensandũ iudex possit esse facilior consentiente accusatore. quàm contradicente? dic ꝙ sic ꝑ illam. l. no. ff. de manu. l. quid dicat. ¶ Vltimò opp. ad finẽ istius. c. quia pœna pænæ cumulatur, ut C. de sportulis, l. ij. Solu. ibi non erat plene punitus, sed parum, & extra ordinem, ut ibi per Cy. & est rõ, quia nõdum terminus est pænœ ẽm Ia. Bu. in l. placet. C. de sacros. eccle. ¶ Item non ob. j. cum non ab homine: quia ibi erant adeò rebelles & obstinati, eo ꝙ in profundũ malorum uenerant, quòd opus erat, ut pœna unius esset metus multorum, ut C. ad l. Iul. pec. l. j. quod tradãtur
25 materiali gladio iudicis secularis. ¶ † Quæro, an minus punitus, quam debeat, postea debeat in plus puniri? Respon. aut ista pœna pluris descendit ex eadem. l. aut ex diuersis. ll. quarum una punit in plus. alia in minus, uel mitius. Primo casu debet in illo pluri puniri, & & quatenus punitus est, non debet plus iteratò puniri, sed una pæna potest uelli de corpe alterius. ff. de cond. fur. l. si seruus. §. bonæ. idem est, si minor pertinet ad minorem iudicem, maior ad superiorem. Quia unusquisque iudex suam propriam iurisdictionem exercere debet, ut C. de spor. l. ij. aut iste pænæ descendunt ex diuersis. ll. & tunc aut quælibet lex suis finibus est cõtenta quasi integra pœna, & sufficit punitio ex una. ff. de accusa. l. senatus censuit: quia hic est terminus pænæ. & maximè si lex posterior sit mitior ita, ꝙ a seueriori pæna uideatur discessum, ut ff. de re milita. l. qui cũ uno. §. qui post. & non ob. j. e. c. cum non ab homine. qa ibi prima pœna non erat terminus pænæ, sed præparatoria alterius pænæ ultimatæ, ut in authentica, ut iudi. sine quoquo suffr. §. oportet. & hæc uera sunt, nisi posterior loquatur copulatiuè, & non derogatiuè, nec solutè. ubi enim est una copulatiua coniunctio pœnarum, ibi una soluta adhuc alia remanet in obligatione, sicut ille, qui debet Stichum & Pamphilum, soluto Sticho liberatur a Sticho, sed non a Pamphilo. sicut si pro eodem uulnere debet alicui amputari pes, & manus, amputato pede non liberatur a pœna manus, ut C. de sepulchro uiolato. l. sepultura. uide quod not. Archid. 56. distin. ca. nunquam, & loquitur
26 de benignitate canonica. ¶ † Quæro, nunquid ex quolibet maleficio potest quis deponi a beneficio? Respon. sic, si tale est maleficium, quod de iure ciuili irrogaret infamiam, & sic aptum ad hoc uia ordinaria, ut infra de do. & contuma. ca. ueritatis, & infra de accusa. cap. inquisi. cap. qualiter. ij. de simonia. cap. licet, eod. lib. & C. de digni. l. iudices, lib. 12. & C. de suscep. & Archid. l. si aliquid, & maximè in assistentibus principi, ut C. de condu. & procu. do. Augustæ, lib. 12. l. j. quia reatus honorem omnem excludit, ut C. ubi sena. uel cla. l. j. & hoc not. per Ioan. And. & Archid. in cap. generali, de ele. lib. 6. & lxxxj. distin. Maximilianus, &
27 & lxxxij. distin. præsbyter. ¶ † Quæro, an depositus ab uno episcopo intelligatur depositus à beneficijs, quæ habet in alijs diœces. Respondeo infamis in uno loco est infamis ubicunque, quia fama est indiuisibilis, ut nota. ff. de postula l. ex ca. an trahat secum executionem depositionis, dic quòd non in beneficijs alterius diœcesis, ut ff. de bo. aut. iudi. pos. l. cum unus. §. iij. quia nec ẽt tenetur unus eps sequi acta alterius quia

quia res inter alios acta, & in aut. de sac. san. eccle. §. si uerò crimen, colla. ix. uel dic ut no. Inn. j. de so. comp. c. postulasti. Illud scias, quod licet eps pronũtiet aliquem deponendum, uel degradandum, non tñ per hoc deponitur, uel degradatur, ut no. Io. An. in c. trãsmissa. s. de elec. in nouel. ut probatur. ff. de le. iij. l. j. §. à præfectis. & ff. de iniu. test. l. si quis filio exhæredato, circa mediũ ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. qui uniuersas, & C. si adue. li. l. j. per Iac. de Arc. & alios doc. ¶ † Quæro. an quis
18 præsumatur clericus? respon. non: quia homo non nascitur sub isto habitu, cum efficiatur quis clericus per accidens, & accidentia non præsumuntur inesse, & maximè ea, quæ ut plurimum uidentur abesse. ¶ Item clericatus est quædam seruitus ad officium personarum diuinarum deputata, cum indicij, & possessione clericatus præsumitur aliqñ, ut no. C. de epis. & cle. l. si qua per calumniam, per Iac. Bu. puta per famam, & opinionem inconcussam, uel publica authoritate percussam; puta quia est apud diœcc. suum, uel priorem collegij, & per locum à cõiter accidentibus illud est uerũ præsumptum, quod omnibus, uel pluribus partiũ comparatione minorum, uel saltem sapientibus apparet esse uerum: quia fama, quã multitudo famat stabiliter, non ex toto perit, ut ait Aristoteles, & quia de fama tactũ est supius, scias, quod fama est qñque ab aliquo. i. a famante usi Arist. fama, quam multi homines famant, nõ ex toto perit; & hoc dr fama prædicans, ut j. de do. & contu. c. ueritatis. ¶ Quædam est fama ad aliquem; & ista est sonans in malum, & dr infamia, & est fama prædicata, passiua quædam est in aliquo, & ista est infamia ꝓpriè iuris, quæ est terminus pœnæ. i. est ultima pena infamationis, ut ff. de uar. & extraor. cog. l. cognitionũ. §. minuitur, & omnis infamia est quædam macula, ut no. in aut. de monachis, in prin. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius est index, fallit in feudis, in prin. & numero 1. & 2.*

Feudales iudices sunt tres, & uide nu. 12. 13. 14.

Vasalli de feudo litigantes debent adire dominum, & quando pares.

3 *Pares curiæ qui dicantur, à quibus eligantur; an habeant iurisdictionem ordinariam, an eligere sibi possint locũ, ubi sedeant pro tribunali, & utrum ab eorum sententia possit appellari.*

4 *Iudices feudorum an sint iudices, si agatur de iniurijs personalibus.*

Feudum illicitè alienatum possitne dominus recuperare.

5 *Sententiam latam inter uasallos quis mandabit executioni.*

6 *Vasallus conuentus si negat se uasallum, dominus summatim cognoscet, & an amittat ex mendatio feudum.*

Authen. de trien. & semi. §. pen. &
Legis fin ff. de rei uindi. } *Intellectus*
§. item mixta, inst. de actio.

De amissione feudi ubicunque fit mentio, intelligitur culpa, et conuicto ordine iudiciario.

Inauditus nemo priuandus, uel expoliandus.

Ordine malo factum debet in irritum reuocari.

7 *De feudo ligio cognoscit solum Princeps.*

Vasallos ligios habere plures dominus potest, non contrà, nisi in casu.

Feudi duplex est causa cardinalis & quæ, & numero 8. & 9.

8 *Inuestitura est duplex, & quod ius ex utraque quæratur & nu. 9.*

Verbum Regis habetur pro lege.

Possessiones duæ utrum sint in eadem possessione.

9 *In feudo qui succedere non possunt, & nu. 12.*

10 *Inuestitura abusiua quid operetur.*

Feuda in quibus similia contractibus anonymis.

11 *Inuestitura abusiua quid operetur.*

Feudi natura quæ.

Natura est uniformis.

Accidentia non sunt uniformia, & præter subiecti corruptionem possunt abesse, & adesse.

Feudalia pacta præter feudi naturã faciunt cõditionale feudum, & exempla.

Feudum reuocari non potest regulariter neutrã ex parte.

Interpretationem non recipit obligatio certa.

Dominus inter emphyteutas an habeat iurisdictionem.

Feudi receptio pro se & alijs masculis & fœminis, non ponitur adequatiuè, sed ordinatiuè, ut superstite masculo fœmina repudietur.

Et, dictio, quando ponit ordinatiuè. non adequatiuè.

Filius filiæ dicitur esse ex uel a corpore aui.

A. &
Ex } *præpositionum differentia.*

12 *Infeudare an possit episcopus suos consanguineos, sicut alios.*

Episcopalia iura an possint in emphyteusin concedi.

Consilium exigitur, ubi requiritur tractatus.

Feudatarius potest esse iudex inter uasallos suos.

13 *Vasallus alienans de uoluntate domini desinit omnino esse feudatarius: secus in casu.*

14 *Controuersia si est inter duos uasallos si uterque cognoscat eundem esse dominum, cognoscet dominus feudi.*

De feudi iure, iudicibus, & ordine iudicij ex Innoc. multa.

AETERVM. Istud capitulum hẽt notabilem, & utilem materiam. Et h. d. Si controuersia feudi est inter uasallos eiusdem domini, & reus est paratus coram dño feudi rñdere, non cogitur sub alio iudice litigare. h. d. Diuiditur in tres partes. In prima facti narratio. In secunda prohibitio. In tertia modificatio secunda ibi, nos. tertia ibi, quãdiu. Ad euidentiam præmitte tria nomina. s. dñs in capite, uasallus in feudo, homo in subiectione & seruitio, dñs in capite non cognoscit de se proprio, sed bene cognoscit de causis uasallorum, & hominum suorum. sunt aũt uasalli per pactum, & feudum: subditi aũt per originem & incolatum; & consuetudo seruanda est, & quia cã feudi est in rem. cã possessionis est in personã, ideò Ber. facit differentiam inter petitorium, & possessoriũ feudi. ¶ No. regulam, quod ordinarius est iudex, ut C. de iuris. om. iu. l. nemo. fallit in feudis pp ipsius cãæ feu-
1 dalis naturam. i. priuilegium. ¶ † Tres sunt iudices feudales in cã principali; quilibet tñ suo casu, s. dñs feudi pares cur & arbitri. Sed in cã appellationis non reuertitur iurisdõ ad istos, sed appellatur ad eũ, ad quẽ appellaretur à sñia iudicis ordinarij, ut in c. remanet, de appel. li. 6. Casus. Duo uasalli epi Bono. litigabant rõne rerum existentium in diœcc. Mutinẽ. nã unus eorum alterum impetebat coram epo Mutinẽ. reus comparuit. & dicebat quòd erat paratus sub dño feudi respondere, & non coram domino episcopo Mutinẽ. Episcopus ipsum reputauit contumacem, & excommuni-

excommunicauit, uel ecclesiastico interdicto subiecit: hoc significatum fuit Papæ. Papa prohibet ordinario loci, ubi res sita est, & per consequens ibi erat competens forus in alijs rebus, quàm in feudalibus, procedere, donec uasallus sub dño feudi est paratus iuridicè rñdere. intellige, uel uicario eius, uel delegato ipsius: uel si feudum regis, coram consilio iustitiæ regis, puta Francorum. ¶ † Nota ibi, Ab ecclesia tua, quòd sicut uasalli alicuius domini laici inter se litigantes de feudo debent adire dñum feudi; ita sunt uasalli ecclesiæ. & sic no. quòd consuetudines feudorũ hñt locum in ecclesiasticis feudis, & est ratio, quia illa consuetudo est natura feudi, cum origini feudi sit annexa, ut in c. imperialem. §. qm̃, de ꝓhi. feud. alie. ꝑ Fede. ¶ Oppo. dicitur hic, uasallus fuerit paratus in præsentia dñi iustitiam exhibere. Contrà, imò uř, quòd ēt oportet, quòd dñs sit paratus iustitiam facere: aliàs possit ordinarius cognoscere, quia iurisdi à se excutit, qui eam denegat exhibere. ĵ. de fo. compe. c. licet, & c. ex tenore. Sol. côcedo, quòd ꝑꝑ negligentiam redit iurisdictio ad ordinariũ. Secundò oppo. nam inconueniens est, quod ꝑꝑ negligentiam uasalli dñs perdat iurisdi. suam, ut. ff. de iur. & fac. igno. l. iniquissimũ. sol. timore istius cõtrarij dicit gl. quòd si uasallus nollit respondere sub dño, potest puniri, & cõpelli ēt ex mero officio dñi, & si aliàs dñs nõ habet iurisdi. ẽm Vincen. qui ita no. ĵ. c. nouit. ¶ Tertio oppo. & uř, quòd nõ cognoscat dñs feudi, sed ordinarius, ut. ĵ. de fo. compe. c. ex parte. sol. ibi in possessorio, hic in petitorio ẽm Ber. Ex quo no. talem conclusionem, quòd dñi feudorum non habent iurisdi. in possessorijs feudorũ, sed solũ in petitorijs: & est rõ, qa quæstio nudæ possessionis est quæstio facti, & non iuris. unde nõ tangit substantiã feudi, sed quandam supꝑficialem & materialẽ possessionem, quæ non tangit ius domini, ut. ff. de acqui. pos. l. naturaliter. §. in hoc côe. ¶ Sed doctores cõiter reprobant glo. & dicunt quòd ēt in possess. si agatur ad rem feudalẽ quoquo modo, semper ista quæstio debet tractari corã dño feudi. Nã ēt rõne possessionis interest dñorum, ne re sua utatur extraneus, ut insti. de interdi. §. cômodum. Innoc. autẽ loquitur ꝑ hæc uerba. ¶ Alij dicunt coram ordinario rei conueniri, non coram dño feudi agen. interdicto, ēt si laicus sit spoliatus. ĵ. de fo. cõpe. c. ex parte; & fortè hoc est melius. Inn. tñ dicit, quòd aut intentatur possessio simpliciter; & tunc non cognoscit dñs. Aut intẽtatur possessio qualificata. i. tanquam feudalis; & tunc cognoscit dominus, & iõ ēt inspiciendus esse libellus actoris, ex cuius ꝑsona ius metitur. l. j §. j. ff. si pars hære. pe. & ff. de iur. om. iud. l. cum quædam puella. §. fin. istud constat, quòd si esset quæstio inter dñm, & uasallum super interdicto, quòd cognoscerent pares, ut. ĵ. c. ex eo, de controuer. quæ inter uasal. & episcop. ut. c. j. quod incipit, dñs. §. si uerò de milite uasal. qui contumax est. Eodem ergo mõ dicã, si quæstio est inter uasallum, quòd cognoscat dñs nõ solum de potioritate feudi, sed ēt feudalis possessionis; & hoc teneas, qa est uerius. ¶ Vlterius oppo. quòd cã sit tractanda coram alijs paribus, nam coram dño feudi, ut in c. uno de cõtrouersia per pares terminanda. solu. ibi erat quæstio inter domi. & uasal. unde dñs non põt cognoscere de cã propria. unde deuenitur ad pares. & si non essent pares, deueniretur ad arbitros eligendos de cõi cõsensu: nunquã. n. in aliquo actu iudiciali debet ꝓcedi ad elec. ēt simplicis tabellionis, nisi sit de cõfidentibus, uel saltem de non suspectis, ut sing. no. in auř. de trien. & semis. §. & quod sæpe. ¶ Vlterius oppo. nã si uasallus agit contra Titium, & Titius negat rem esse feudalem. nec est iste Titius uasallus ex alio feudo, cognoscit ordinarius, uel eius delegatus, & non dñs feudi: quia non potest esse iudex in cã propria, uel in qua tenetur de euic. ut. ff. de iur. om. iu. l. qui iurisdi. sol. aut quæstio est inter uasallos, & loquitur istud. c. aut inter uasallum, & non uasallum; & tunc cessat consuetudo feudi; & iõ stamus iuri cõi ẽm Ber. & est expedita glo. breuis & utilis.

3 ¶ † Modò quæritur, qui dicuntur pares? rñ. si esset quæstio de comitatu, uel baronia, dicerentur pares comites, uel barones. sic de inferioribus bñficijs, siue feudis dicuntur pares, qui possident feuda, & iurauerunt fidelitatem, uel ꝑ eos non stetit. nã super hoc iuramento fundatur eorũ iurisdictio, ut dicit tex. in c. j. in fi. de controuer. feudi apud pares terminanda: quia plenitudo feudi non cõstat absq; iuramento fidelitatis, quanquam interdũ regula fallat, ut in c. j. §. j. quæ fuit prima cã benefi. amit. & in c. fin. per quos fiat inuestitu & pro quo recipiatur. ¶ Quæro, per quos eligantur isti pares? rñ, dominus eligit unum, & uasallus alium; & si discordarent, debet eligi alius tertius per eos pares, arg. ff. de arbi. l. itẽ si unus. §. principaliter. nec sunt oẽs uasalli uocandi ad istã electionẽ ẽm Inno. & ēt ita continetur in pace Constantiæ. ¶ Sed nunquid isti pares habent ordinariã iurisdictionem? rñdeo sic, quia est iurisdictio naturalis ex natura feudorum, & quia datur à consuetudine, & sic põt esse ordinaria, & tñ non est uniuersalis, sed specialis ad unam speciẽ causarũ, puta feudi. ita dicit glo. in c. uasalli. §. illud, de inuesti. per mari. facta. ¶ Sed nunquid isti pares possint sibi eligere locum, ubi sedeant pro tribunali? rñ sic, quia non habent sedem determinatam à iure, ut dicit glos. de iudicibus cõmunis Bonoñ. C. qũo & qñ iud. l. cũ sententiã. ¶ Quæro, nunquid ab eorũ sñia possit appellari? rñ. sic ad Imperatorem, ut in c. sancimus, quo temp. mil. s. in feudo seculari. ¶ Quæro, quid si in cõi concordia partes uolunt coram alio litigare, an possint? & uř quòd sic: quia possunt ꝓrogare iurisdictio. alterius iudicis. Item compromittere, nisi sit quæstio de iurisdictione, arg. ff. de arbi. l. nõ distinguemus. §. de liberali, & no. in c. imperialem, circa fi. de prohi. alie. feu. per Fed. & dic,

4 ut ibi dixi. † Sed nũquid iudices feudorum sint iudices, si agatur de iniurijs personalibus? rñ. nõ: secus, si de realibus, ut de fructibus feudi, & est rõ, quia iniuriæ personales non pertinent ad leges feudorũ, nec ꝑꝑ eos possunt uasalli priuari feudis. & ẽm Inno. datur talis doctrina, quòd iudices feudorum non hñt aliquã iuris. ꝓter naturas feudorum, & est no. dignum. ¶ Pone ēt, uasallus alienauit, feudum illicitè, nunqd dñs sua authoritate possit recuperare? dic quòd sic, ut est gl. sing. in auř. ut de cætero commutatio. post principi. colla-

5 tio. v. in glos. super uerbo, damus. ¶ † Quæro, quis mandabit executioni sñiam latam inter uasallos? rñ. ipse dñs: quia in ipso feudo hẽt iurisdictionem realem, & personalem: qm̃ ipsum feudum reputatur ipsius terri-

6 torium, ut. ff. de re iu. l. à diuo Pio. ¶ † Quæro, quid si uasallus cõuentus negat se uasallum? rñ. dominus summatim cognoscet de hoc; & si reperiret eum in mendacio, aufert sibi feudum, & transfert possessionẽ in aduersarium, ut in c. uasallus feudum, si de feud. fuerit controuersia. & hoc uerum, nisi negauerit ꝑ ignorantiam, uel per errorẽ iuris, uel facti: quia tunc ei parcitur; & ita debet intelligi, quod solẽniter no. in auř. de trien. & semis. §. pen. & ff. de rei uin. l. fi. & insti. de ac. §. item

item mixta est actio ɔtra eos; & hoc egregiè dicit tex. in d.c.uasallus.& ubicunque in feudis fit mentio de amissione feudi, intelligitur culpa, & conuicto iudiciario ordine, ut.j.c.quicunque aduocatur, de pace tenéda.nemo enim inauditus priuandus est uel spoliãdus, ut.ff.de re mi.l.3.§ si ad dič,& 2.q.j.in primis. Et malo ordine factum debet bono ordinè in irritum reuocari, ut no.ff.de euic.l.minor, in princ.ff. si mulier uen. no.l.2.§.j.C.unde ui.l.meminerint,& l.si quis in tantã in gl.magna. ¶Quæro, an supradicta habeant locũ in feudo ligio, de quo no.in c.pastoralis, de re iud.in cle. quod non potest concedi, nisi à principe? responde idé, quod in alijs feudis minoribus, est in eo, si quæritur de natura feudi, sicut idem iuris est de naui, & nauicula, ut.ff.de euic.l.scapham,& l.fi.ff.de fun.instru. Eo sal
7 uo, ꝗ † solus princeps potest in talibus feudis ligijs cognoscere: quia solius principis est instituere, & destituere, ut.d.c.pastoralis,& in c.j.apud quem & quos cõtrouersia feudi finiri debeat, & in c. l. Corradi. de.l. Corradi. Adde, ꝗ dominus põt habere plures ligios uasallos. Sed è contra uasallus ligius non potest habere plures dominos æquales, nisi sit ligium paternum. Nã uasallus potest habere duos ligios dominos ex uno fonte, seu stipite natos, arg.ff.de condi. & demon. l.cui fundus.§.fi.& in c.j.de quibusdam extraordinarijs capitulis feudorum, qđ capitulum est extrauagans, & non est in uolumine, & non allegarem nisi quia summistæ istorum feudorum allegant. ¶Deinde scias, quod duplex est causa s.ut ita dixerim, cardinalis feudorum.s. inuestitura, quæ latè patet. nam etiam fęmina & infamis potest de feudo inuestiri, ut in ca. inuestituram, §. persona per quos fiat inuesti. & per quos recipiatur.
8 ¶† Est autem duplex inuestitura, s.abusiua & imperfecta, & per hanc non quæritur ius in re, sed ad rem. afficit enim feudum, ut alteri, quàm cui debetur, non possit conferri, ut in c.si uerò archiepiscopus, qui successores teneantur. sed ante illam inuestituram, licet præcederet obligatio personalis in persona unius, posset alius inuestiri, ut ff.de pub.l.siue autem.§.si duobus. & facit.c.est & alia.§ si uerò inuestitura, de noua for. fide li. Et debet fieri ista inuestitura abusiua per aliquod signum corporeum, quod est præludiale, & modus significandi eius est, sicut circulus ad tabernam. Præterea uidetur ex hoc licentia data uasallo ingrediendi possessionem, ut no.in c.2.ff.de consuetu.per Inn.sed do.Dy. vř notare in c.j.de reg.iur.li. 6. ¶Item consueuit dari executor, & tunc nisi per eum introducatur in possessio. possessio nõ acquiritur, ut.ff.de acqui. pos.l. qui absenti.§.si quis. ¶Sed nunquid in testamento non soléni potest concedi licentia apprehendendi possessioné defuncti? respondeo sic, tex.est in illa.l.notabili, ultra. C.de reb. cor. Alia inuestitura est plena incorporalis & per istam habet perfectum ius feudi, & utile dominium, ut in c.j.quid sit inuestitura. hęc uera propter inuestituram regis, uel imperatoris: quia ibi etiam per inuestituram uerbalem transit possessio, ut utile dominium. Nam uerbum regis habetur pro lege, ut. C. de quadrien.præscriptio.l.bene à Zenone.ij. C. de donatio.inter uirum & uxoré l.penul.sicut.n. rex per iuramentum fidelitatis acquirit plenam fidelitatem, ita è contrario transfert plenitudiné iuris feudalis, ut correlatiuorum sit eadem uirtus, ut.C.de indic.uiduita.l. fi.& scias, ꝗ ciuilis possessio est apud dominum. naturalis, id est corporalis, apud uasallum, & sunt duæ possessiones, id est duobus posidentibus realiter opposi-tæ. ¶Sed an in eadem possessioné utrum sint duæ possessiones, magna est controuersia. sed considera, ꝗ possessio põt considerari dupliciter, uno modo, prout homo est in possessione; & ista est possessio naturalis: alio modo, prout possessio est in homine; & ista est possessio ciuilis. unde dum sedeo super equo, naturaliter possideo equum, & dum in conspectu habeo. Sed pone, ꝗ non habeo in conspectu, tñ figura mentalis & abstracta illius equi ab intellectu est in mente & in uoluntate mea; & illa possessio dř ciuilis per sensum exteriorem intellectus, & uoluntatis, unde dicit Aristo. ꝗ lapis nõ
9 est in anima, sed species, id est idea lapidis. ¶† Secũda causa cardinalis feudi est successio. & ista non tam latè patet: quia non succedit fœmina, nec bannitus cum infamia, ut in c.j.§.eo uerò Corradus, in titu. hic incipiunt consuetudines feudorum, & in c. domino guerrã, in ti hic finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt, masculi uerò in perpetuum succedunt, dummodò constet eos ab eo per masculum descendisse, ut in c.uasalli feudum, si uasallus feudo priuetur, cui deferatur. ¶Item in feudo non succedunt monstruosi, uel orbati. Nam & hi minus participant de specie humana quàm fœminæ, ut in c.mutus, & surdus, in tit.an mutus surdus, uel aliter imperfectus feudum retineat. ¶Item in feudo non succedunt clerici: quia non possunt deseruire in humanis. Nam quicquid est causa priuationis est cã impediendæ successionis, ut in c.miles, de eo, qui arma bellica deposuit. Et propterea filius, qui uiuo patre cõmisit feloniã contra dñm, non succedit in feudo, nisi satisfactum sit domino, ut in c.imperialem.§.insuper, de prohi.alie.feu.per Fede. ¶Item feudo non succedit, qui renunciauit in manibus domini, & fecit aliũ
10 inuestiri, ut in c.j.§.præterea.qui.mo f.u.ami. ¶† Quęro, quid operetur inuestitura facta uerbo, cum per eã neque uera, neque abusiua possessio acquiratur? respõdeo aut fit apud rem traditioni paratam, & acquiritur uera possessio, & uerum utile dñium, uel usucapiendi condictio.ff.de contrahen.emp.l.clauibus. C.de dona. l.j.ff.de solu.l.si alicui. aut fit alibi, quàm apud rem ipsam, & tunc per inuestituram consuetudinariam uera possessio non acquiritur, nec utile dominium, sicut acquireretur, si dominus diceret uasallo, uade in possessionem ante quàm eat, ut in c. sciendũ; de consue.recti.feu. Ista enim uerba suspensiua sunt, donec impleatur contractus rei interuentu: quia in hoc feuda sunt
11 similia contractibus innominatis. ¶† Si uerò quæris, quid operatur inuestitura abusiua? respondeo, quia inuestitura potest agere utili interdicto adipiscendæ possessionis, siue officio iudicis, ar.eorum, quæ no. Innoc. de lib.ob.c.j.& hoc est utile uasallo: quia à tali senténtia non appellatur, & in hoc ius canonicũ imitatur ius ciuile in feudo laicorum. Ité operatur, quia ista præiudicialis, seu primordialis inuestitura fortificat actioné personalem ex ɔctu feudi, ut dñs compellatur præcisè tradere, si tradere pt nõ solum si possideat, sed si possit redimerè à posidente, argu.ff.de leg.j. l.non dubium. ¶Item operatur, quia uestit pactum nudum auxilio cõsuetudinis, ut.ff.de pact.l. legitima, ut consuetudo inuestituræ aliquid operetur, & ꝗ approbatio consuetudinis uestiat pactum, satis probatur.ff.si cer.pet. l.certi condictio.§.si nũmos, Sed statim quæritur, quid est natura in feudis? respõd.quod natura in feudis est naturalis ratio formæ & origini suæ cohærens, qđ aũt amplius est, non est naturale, sed accidétale; & natura est uniformis, sed accidétalia non sunt uniformia, sed pos sunt

sunt adesse, & abesse absque corruptione subiecti, ut. ff. de contrahen. emp. l. pacta conuenta. & ista pacta, quæ non cadunt in feudo secundum naturam feudi, sed præter naturam, ut de associanda uxore domini, uel de maritanda filia domini, faciunt quòd feudum dicitur conditionatum, quod non habet naturam simplicis feudi, nec potest uasallus inuito domino ei renunciare: nec è contrà dominus potest renunciare fidelitati, & feudum reuocare: quia illa licentia non habet locũ, qñ feudum est datum ad seruitiũ certum: quia fortior est obligatio certa, q̃ incerta. Nam certa obligatio non recipit interpretationem legalẽ, sed incerta sic, ut. ff. de uer. ob. l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. Similiter, si feudum est Francũ, non habet locum pœnitentia hinc nec inde. idem, si ligium: qa turpe esset principi fidem frangere: quia beneficium principis debet esse mansurũ, vt in aut. constitutio, quæ de dig. §. illud. ¶ Quærit Hosti. utrum dñs inter emphyteutas habeat iurisdictionem, sicut inter uasallos? & dicit quod sic: sed hæc opinio nullo relata est, nisi à Saturnino; & ideo falsa: quia Saturnina, vt. l. j. ff. de sena. ¶ Item scias, q. quis recipit feudum pro se, & alijs suis masculis, & fœminis. dictio, &, non ponitur adæquatiuè, sed ordinatiuè propter ipsius rei naturam. nõ ĩn. patet locus fœminæ in feudi succes. do. nec masculus sup est, eo quod prius de hoc feudo fuerit inuestitus, vt in c. qui sibi, de eo, qui sibi & hæredibus maribus, & fœminis inuestituram accepit, & si decessit tribus fœminis relictis, & unà decedit cũ filio masculo, & alia sine hærede, succedit masculus, & non soror defuncti: qa filius filiæ dr̃ esse ex corpore aui. tñ melius diceret à corpore aui, q̃ ex corpore: quia dictio, ex, exigit eandem naturam: sed dictio, à, significat decisionem ab illo, & separationem quandam, & facit. l. j. C. de condit.

12 inser. Sed nũquid † eps possit infeudare suos consanguineos, sicut alios? rñ. sic. x. q. ij. c. episcopus, per Arch. scias tñ, q iura episcopalia non põt aliquibus in emph teusim concedi, nisi ex antiqua consuetudine, ea. cã & q. perpetua per Archi. & in quibuscũq; requirit̃ tractatus exigit̃ consilium, & ideò non sufficit ratihabitio ex postfacto, ea. cã & q. quod si, per Archi. ¶ Item in successione feudi monasterium non habetur loco filij, in aut. de ali. & emphy. §. j. ¶ Item legitimatus non succedit: quia æquiparat̃ adoptato. C. de muni. & origi. filiis, per gl. & Bar. ¶ Quæro, si feudatarius regis sũ deinde de meo feudo acquiui plures feudatarios; nũc vertit̃ quæstio inter eos. Modò, quæritur, vtrũ cognoscam ego inter eos, an dñs rex? & videtur q dñs rex: qa nihil penes me remansit. secùs, si remansisset, seu reseruasset. in contrariũ videtur: quia reseruat̃ mihi fidelitas uasallorũ meorum: quod verius est: quia vasallus meus non est vasallus regis, sicut nec è contrà rex tenet ei aliqua lege feudi, & correlatiuorũ eadem est disciplina; & si à me appellabit̃, appellabitur ad regẽ. Et si rex haberet superiorem, appellabit̃ gradatim, & nõ per saltũ omisso medio, sicut debitor debitoris mei non est debitor meus: quia cũ eo nullum pactum habeo, ut. C. de ac. & obl. l. cũ ita, uasallus uasalli mei nõ est uasallus meus: quia secũ non pepigi. Et scias, quòd

13 † licet qñ vasallus alienat de voluntate domini, desinat omninò esse feudatarius tam quo ad pos. q̃ ad vtile dñium, vt no. ff. commo. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. Secus est, si vasallus suo nomine acquirat sibi alium vasallum: quia tunc non desinit esse vasallus dñi, nec cedit feudum alterius, sed concedit; & sic est reperire vtile dominium superius, & utile sub illo, ut no. in simili de utili do. l. utilis. in illa subtili gl. quæ est. ff. ad Tre. l. ex asse. & patet in c. imperialem. §. illud, de prohi. feu. alie. per Fede. Exemplum quæritur, prælatus non potest dare in feudum res ecclesiæ sibi subiectæ, ut in aut. in quib. cau. feu. amit. §. item si eps? rñ. quia illa ecclesia habet proprium & per se rectorem. unde administratio rerum non pertinet ad maiorem prælatum, ut no. Io. Mo. in tit. quæ res in feu. dari pos. in summa sua, & facit ẽt de priuilegiis. c. cum capella. Quæro, cum sit regula, q resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris. ff. loca. l. quis. §. huic, Quæro, si uasallus primus infeudauit secundò: moritur primus sine hærede, q secundus uasallus recognoscendo à dño debet feudum retinere, ut. s̄. qualiter iurare debet uasallus. §. si autem? Rñde id esse benignè receptum, ut. ff. de aqua quoti. l. j. §. præsumitur, quod dic ut dixi in aut. qui. mod. feu. amit. §. rursus. Dicit Inn. in c. cæterum, quod si quæstio feudi uertitur inter epm & uasallum ecclesiæ confitentem ideò feudalem esse, tñ fortè quæstio est de redditione tributi, q prima iurisdictio pertinet ad pares. Sed secunda iurisdictio. s. causa appellationis pertinet ad superiorem ecclesiæ, Inn. idem

4 de isto loquitur hic. Circa ꝙ est sciendum † ꝙ si q̃s iniustè succedit in uitio ipsius possessionis, tũc rescriptum quantum ad ueram iurisdõnem durat, quia duo sunt præcepta rescribentis, primum est possessionẽ restitui, ſm est per talem restitui. Ex primo igitur capite durat rescriptum, & iurisdõnem suam extendit, licèt ex mero capite. Secundo non ur̃ durare, quia in ꝑsonã scriptum ur̃. ¶ Sed quæro, quid operatur hoc; ꝙ dicimus rescriptum durare? rñ. ut iudices delegati possint procedere ꝯ nouum possessorem, & habeant iurisdi. eandem quo ad genus, & formam ipsius. omnia tñ ꝯ nouũ possessorem à capite narrari oportebit, & satisdationes renouari, & reformari iudicium per eas, & iterum poterit disputari de ualentia rescripti. si fortè dicatur obreptitium. & breuiter oĩa passiua tanq̃ re integra uẽtilabuntur. nec ullæ satisdationes possent committi, ꝑsona rei funditùs mutata, ut ff. iudi. solu. l. si añ, & not. ff. de procu. l. mutari, & l. quæ oĩa. & processus, qui fieret ꝯ ueterem detentorem, nouo detentatori nõ præiudicaret. non ob. C. de liti. auẽ. nunc si hæres, & ff. de alie. iudi. l. cum miles: quia ibi loquitur in eo, qui succedit in præiudicio eiusdem instantiæ ex iuris dispositione, & facit. ff. de pac. l. si tibi. §. possessor, & l. tale pactum, §. fi. & ff. si mulier uẽ. no. l. j. §. necessariò. Tertiò quæritur, quid si esset lata sententia contra V. utrum mandaretur executioni cõtra Rub. dicit Inn. quod non. nam ille qui non afficitur ex instantia, non læditur ex sententia ẽt citatus, ut ff. de iureiur. l. sed & si possessori. §. fin. cum l. sequenti, nisi post sententiam sit facta alienatio cã impediendi executionem sententiæ, ut ff. ut in pos. le. l. is cui. §. qui in possessionem. Et no. Cy. in l. unica. C. de alie. iudi. Item si fiat alienatio in fraudem post primum decretum. ut no. ff. ut in pos. lega. l. certa forma, quod est no. dignum. ¶ † Quæro, si literæ sunt impetratæ contra uẽditorem, utrum fiat executio sententiæ contra emptorem, uel è contra gl. dicit ꝙ sic: quia reputatur eadem persona propter litispẽdicium ita dicit gl. singularis. ff. de iudi. l. uenditor. ¶ Extrà quæro, nunquid instantia transeat ad uniuersalẽ successorem? rñ. aut succedat per damnationem, & nõ trãsit, quia iudicium soluitur deportatione, ut ff. solut. mat. l. si constante. §. fi. ff. de noua. l. quoties, in fine. aut transmissione; & tunc transit, ut ff. de iudi. l. tã ex ꝯtibus. ff. de preto. sti. l. ij. & ff. de his, qui no. insa. l. seruus. Sed nunquid hoc est uerum in instantia arbitri? dic ꝙ sic, qñ transit ad hæredem. aliter secus, ut ff. de arbi. l. diem proferre. §. nec utimur. ¶ In arbitramẽto autem non est quæstio. quia ibi non est iudicium, sed ꝯctus, q̃ trãsit ad hæredem, & tene menti prædicta. ¶ Sed nunquid beneficium poterit impetrari pendẽte rescripto eo casu, quo non transit instantia? ur̃ ꝙ non, ut c. ij. ut lite penden. li. 6. sed ibi erat res litigiosa, hic non. ¶ Itẽ hic erat qõ de possessione, ibi de beneficio. & dic ut ibi no. deinde, quia gl. dat nobis materiam cuiusdam utilis brocardi dicendo, quod decretalis epistola extẽditur de similibus ad similia, scias quod in ꝑ l. C. de secũ. nup. sunt duæ gl. contrariæ, & sæpe de facto contingit. dicit statutum, quod forensia nõ possunt uendi, uel donari inter uiuos res nec ciuiũ existẽtes in ęstimo cõis, nunquid poterit legari, uel donari causa mortis? & ur̃ quod non, quia quod rationis nexus connectit, dispositio iuris non separat, & non solum hoc contingit ꝑ extensionem sermonis, imò uerius per tacitam dispositionem eiusdem. l. ut singulariter no. C. de reuo. do. l. his solis. ¶ In contrarium facit, quod no. per Dyn. ff. de lega. j. l. quod in rerum. §. eum qui chirographum, quod est uerius. non obstat gl. hic posita, quia loquitur, quãdo decre. continet ius commune, & cultum naturalis iustitiæ: secus si exorbitet, quia tunc casus omissus hẽ pro omisso, & relinquitur in dispositione iuris cõmunis, ut ff. solu. mat. l. si cum dotem, in prin. & l. si de uiro §. si de uiro; & dic quod no. c. susceptum, de rescriptis, li. 6. in nouella; quod bene notabis. Bald. doctor.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium an Papa possit solus priuilegium suum interpretari, & nu. 2. 4. 5.*
2 *Dictio, usque potest poni inclusiuè, & exclusiuè.*
3 *Principis potestas suprema nulli subiacet regulæ, nisi soli legi diuinæ uel naturali.*
Interpretatio ubi sit locus, & a quo fieri possit, nume. 1. & 2. & 4. 5.
4 *Interpretationem eandem recipit testamentum, & priuilegium.*
Capituli huius intellectus.
De sedis Romanæ iuribus nemini iudicium cõpetit, nisi Papæ.
5 *De priuilegio Papæ an quis incidẽter cognoscere possit alius à Papa.*
Officia an transeant ad hæredem.
6 *Papa an possit alicui concedere castrum ecclesiæ, & eius potestas.*
7 *Imperator an possit rem meam alteri donare.*
Testamentum an principis priuilegio rumpatur.
Incontinenti, aduerbij significatio.
8 *Dilatio non debet dari reconuento ad deliberãdum, post quã reus respondit libello.*
Transactio, uel / Compositio — est litis terminus, & quãdo mandatur executioni absque libello.
Aduocatus, qui pegigit sibi palmarium, an idem mereatur, si transigatur.
9 *Reconueniri potest super infinitis, qui quæstionem unã mouet, & an hoc casu poterit actor reconuenire reconuenientem se.*
Reconuentio fieri potest etiam coram delegato habente limitatum mandatum.
Quod proroga ur, omne debet esse eiusdem formæ & naturæ cum antecedenti suo, & exemplum.

Sententia

Sententia iudicis, uel arbitri non est necessaria, ubi concordia decidatur.
Si litem dirimi mandatur intrà tempus, quid agendum parte nolente prosequi.
Ordine omisso, uel praepostérato in conuentione, & reconuentione, appellandum est, aliàs processus ualet.
10 *Reconuentio quo tempore fieri debeat. & nume. 13.*
11 *Reconuentio an in cã appellationis habeat locum ante li. cõtest. in ipsa causa appellationis.*
12 *Reconuentio an habeat locum in causis extraordinarijs, criminalibus & summarijs, & nu. 13.*
Iudicium quousque duret.
Reconuentionem fieri eodem durante iudicio debere tantum, an sit aequum.
13 *An iudex possit statuere terminum ad reconueniendũ actorem.*
Exceptio ubi non potest ex statuto probari per testes, ita & actio, uel replicatio.
A pari locus infert in omnibus parilitatem.
Voluntas principis inquirenda semper.

CVM uenisset. Super priuilegijs apostolicae sedis, nullus alius q̃ Papa põt iudicare. Casus ꝑ se patet in nube.
1 † Sed in terminis quaerit̃, utrũ Papa solus possit suum priuilegium interpretari? resp. Aut per probabilem rationem disputandi, & tunc potest interpretari à iudice, & non requiritur authoritas Papae, ut ff. de uul. subst. ex facto, quae est ad hoc l. multum no. & in l. j. §. si quis. ff. ne quid in lo. pu. & ff. ad Trebel. l. qui filium. § Sabinus, & ff. pro so. l. si socius pro filia. aut non subest ratio, quare magis sit interpretãdũ uno modo, quàm alio, ut si Papa priuilegiat mihi unũ
2 castrum usque ad flumen. ¶ † Nam dictio, usque, põt poni inclusiuè, & exclusiuè, & sumus incerti de mente loquentis; & tunc recurremus ad principem, nam sicut ipse fuit origo beneficij, ita debet esse interpres, ut ff. de re. iuris, dicit Inno. quod ibi solius principis est exponere, siue interpretari, Inn. & multo fortius ad eum solũ pertinet priuilegium suum extendere, uel restringere, uel perimere, nisi sit casus per l. scriptam decisus, exemplum. C. de pre. impera. offe. l. quoties, & l. rescripta. ff. de uulga. subst. l. ex facto. & dic ut plenè no. C. de legi. l. de nouo. Illud tñ scias, ꝙ de potentia principis nõ est disputandum: quia suprema potestas eius nulli subiacet
3 † regulae, nisi soli legi diuinae, uel naturali immutabili, ut plenè no. C. si contra ius, uel utilitatem publicam. l. ii. & scias, quod omne uerbum abbreuiatum, ut puta regula iuris (quia omnis regula potest dici uerbum abbreuiatum) indiget solenni & sana interpretatione, sed non uerbum specificè demonstratum, ut no. C. de fideicommis. l. uoluntatis, & dic ut ibi dixi. Idem si in priuilegio esset dubitatio in iuris significatione, ut C. de legi. l. fin. & si princeps non interpretatur uerba, quae possunt alij praeiudicare, interpretantur ꝯ proferentem, & sic strictè, arg. ff. de pact. l. ueteribus, & C. de pe. bo. sublatis. l j. li. x. & C. de ope. pub licis. l. si aliũ. & per Guil. ff. de constitu. princ. l. beneficium. ¶ Et no. ꝙ interpretatio habet locum super incertis, non sup certis, ut ff. de au. & ar. le. l. Pediculis. §. argento petitorio, & ff. de leg. iij. l. item legato. §. parui, & l. liberorum. §. quod tamen Cassius, & ff. de usu & ha. l. plenum. §. equi
4 tij, & ff. de uer. obl. l. qequid astringendae, tertio rñso, & ff. de pe. le. l. fi. † Illud scias, ꝙ eandem interpretationem recipit priuilegium, & testamentum in eo sensu, qui ex uerbis concipi potest, ut ff. de pe. l. nunquam liquidè. §. si cui penus, & ff. de uino, oleoque le. l. fi. §. cui dulcia, & in c. 1. de conce. praeben. li. 6. Alio modo põt intelligi nostrum capitulum, qñ esset dubium de iuribus Romanae sedis concessis principibus. unde ẽt isti principes tpales postea non possunt de ipsis iudicare, quia sanctorum facta non sunt in dñio. Nam inferior a Papa nõ põt sup hoc iudicare, & iste est uerus intellectus, & facit ff. de his, quae in testa. de l. proxi. & ff. de
5 haere. insti. l. & hic Tyberius Caesar. ¶ † Quaerit gl. nunquid saltem incidenter per alium possit cognosci de priuilegijs Papae? Respon. sic, tñ haec snia non facit ius nisi inter partes, nec pronuntiabit principaliter de priuilegio, sed de priuilegio. i. an ei obstet, an non, ar. in l. j. C. de ordi. iudi. Idem, si incidenter opponatur simulatio priuilegij, uel falsitas ẽm Inno. ar. C. de iudi. quo & j. de re iudi. suborta, & facit. C. de legi. l. cum de nouo: Pone, Papa concessit cuidam principi officium uicariatus ad x. annos, dubium est, utrum transeat ad haeredem? dicit Bar. ꝙ sic: quia officia Romanae ecclesiae cõsueuerunt uendi, & concedi pro se, & haeredibus suis, praesumitur concessio realis ẽm Bar. qui ita no. in l. pater, de ser. lega. In ꝯrium faciunt, quia officia nõ transeunt ad haeredem, nec aliquid operatur appositio tẽporis in re non transmissibili, ut ff. de usufr. l. uxori usũ
6 fructum uillae. † Quaero, an Papa possit alicui concedere castrum ecclesiae? tñ. non est dubium, quod sic in feudum, uel emphyteusim: legatus tñ non posset sine spãli mãdato, ut no. Bar ff. quod ui. aut clam. l. prohibere. §. planè. Et adde, quod no. Archi. 9. q. 3. per principalẽ, & quod no. in c. 1. §. item si clericus, de capitulis Corradi, & facit ff. de nata. restitu. l. quaeris. & in summa quicquid põt rex in suo regno, potest Papa in ecclesiastica monarchia, & sicut olim omnia a manu regis gubernabantur, ut ff. de orig. iur. l. ij, in prin. ita & hodie quicquid regi placet, legis habet uigorem. ¶ † Quaero, an
7 Imperator possit rem meam donare? no. Archi. 9. q. ultima, principalem, ubi omnino uide. an principis priuilegiũ rumpat testm̃, dicit Arch. qđ nõ, licet priuilegiũ praecedat: quia fauorabilius est testm̃, quam priuilegiũ dicit Arch. 88. dist. Episcopus. Archi.

De mutuis petitio. c. ex literis.

HIC deficit lectura Bal. prout communiter habetur: quia in illis uerbis iudex. l. consentaneum, fit transitus ad titulum de mutuis petitionibus: unde aũt hoc ꝓuenerit, ignoratur. Sed uitio & culpę primi scriptoris tribuendum censemus, cum in lecturis antiqs illa dictio, iudex, ita praecedẽtibus sit connexa, ut nil noui inducere uideatur, quod non nisi scribentis errore factum fuisse iudicandum est Iudex. l. consentaneũ, ibi, Incontinenti. i. antequam tẽdat uias suas, & c. uel diuer
8 tat ad alium actum. ¶ † Et sic no. recõuento nõ dari ad deliberandum dilatio, postq̃ reus rñdit libello. ¶ Ibi, Vicissim, no. ordinem procedendi. Ibi, Concordia terminetis. No. ꝙ amicabilis compositio lit. dicitur terminus lit. concor. C. de transac l. fratris. dicit Innocen. quod absque libello. debet mandari executioni, ut ipse not. in ca. 1. supra titu. j. quod est sine dubio utrum, quando transactio est facta apud acta, ut C. de transac. l. siue apud acta. ¶ Sed nunquid aduocatus, qui licitè facit pactum palmarij, idem mereatur, si clericus transigit? dic quod idem meretur proportionaliter, id est tantum pro tanto, ut ff. man. l. fi. quae l. est ad hoc multum notabilis. Ibi, Super quaestionib us,

nibus, nota quòd mouens unam quæstionem pōt reconueniri super infinitis, concor. ff. de procura. l. omnium. quæ lex est ad hoc no. Sed nunquid hoc casu actor poterit reconuenire reconuenientem se? rñ. non, argu. in l. fi. ff. quod quisque iuris, & ibi per Guil. de Cu. no. in hoc capitulo, quod coram delegato, qui habet limitatum mandatum, pōt fieri reconuentio, & sic prorogatũ mandatũ iurisdi. & utraq; iurisdictio est delegata, ut. ĵ. c. pxi. & ar. ff. de pac. do. l. inter socerum. §. cũ inter. nam oẽ, quod ꝓgatur, debet esse eiusdẽ formæ & naturæ cũ suo antecedenti, ut no. in c. hi qui authoritatẽ, de præben. lib. vj. si aliquid substantiale mutaretur, nõ esset ꝓgatio, ut ibi singulariter no. ¶ Pone, officium Potestatis ex forma statuti est semestre cũ salario mille Florenorũ tenendo tot equos, & tot assessores, &c. tandẽ ꝓgatũ est sibi officium cũ diminutione salarij. dico quòd istud non est idẽ officiũ, nec erit idẽ syndicatus: quia mutatur id quod substantiale est. i. merces conducte, ut. ff. de contrahen. emptio. l. pacta conuẽta. §. Pau. de hoc no. per Bar. in l. iiij. ff. de dã. infect. dicit aliquis, certè & tẽpus officij est de substantia, sicut merces. ergo nõ est uera ꝓgatio. rñ. ueritate inspecta nõ sunt unũ & idẽ, sed unum fictione sic, ut no. Cy. in. l. si cũ dies, in prin. ff. de arbi. in addi. suis. Item not. hic, quòd ubi partes decidunt litem ꝑ cõcordiã, sñia iud. uel arbit. non est necessaria. Et iõ, si statutũ diceret, quòd arbitri teneanĩ intra mensem ꝓnunciare sub certa pœna, & partes interim transigunt, nõ teneantur arbitri pronunciare: quia nec possunt, cũ lis sit sopita, ut. ff. de condi. inde. l. eleganter. §. si qs post. ¶ Quæro, quid si actor noluit rñdere? Sol. patet per. d. l. omn. ũ. l. sed hæc. §. defendere, & l. mutus. §. pœna. imò plus dico, & est ualde no. quòd iudex pōt denegare audiẽtiã actori in omni alia cã, & ẽt mandare alijs iudicibus, ꝙ cum nõ audiant, nisi purget moram, ut. ff. quib. ex cau. ma. l. sed & si ꝑ prætorem. §. sed si dum decreto; & illa gloss. non est alibi. ¶ Quæro, quòd si iudex nõ ꝓcedat ẽm ordinem conuentionis, & reconuẽtionis, sed omitten. uel præposterando ordinẽ, utrum ꝓcessus sit ipso iure nullus? & uĩ quòd sic. C. de sen. & interlo. om. iud. l. ꝓlatã. dic quòd ualet iudiciũ: sed pōt appellari, nec oportet iustificare appellationẽ aliter quàm ꝑ ordinis præposterationẽ, ut. ff. qñ app. sit. l. j. in fi. & ar. ff. de mino. l. ait prætor. §. ꝑmittitur, & uide oino, quod no.
10 ij. q. j. in glo. summæ. quæ gloss. est solemnis. ¶ † Tertiò quæro, quo tpe debeat fieri recõuentio? rñ. quo ad parilitatem ꝓcedendi debet fieri ante litem cõte. uel parum post, ante quàm sit iuratum de calũnia, ut ca. dispendia. §. reus, de rescrip. lib. vj. & C. de sen. & interlocu. omn. authen. & consequenter. Si ergo fiat post litẽ contesta. talis reconuentio meretur eundem iudicẽ, tñ non meretur parilitatem tpis in ꝓcedẽdo; & iõ est ẽm quid conuentio, & ẽm quid reconuentio, ut no. in c. sæ
11 pe, de uerb. sig. in cle. ¶ † Sed nunquid in cã appellationis hẽt locum recõuentio ante lit. conte. in ipsa causa appellationis? & uĩ quòd sic: quia quo ad cãm appel. iudicium est in principio non in medio, nec in fi. In contrarium uĩ glo. ĵ. de procu. ita demum: quia id quod excluditur per lit. conte. in primo iudicio, non pōt reputari in cã appellationis; tex. est ibi solemnis. Sol. dic ut no. per Cy. de tẽp. appel. l. ꝑ hanc. dic quòd si appellatũ est ante lit. conte. de hoc no. per Inno. ĵ. eo. c. pru-
12 dentiam. ¶ † Quæro, nunqd in cãis extraordinarijs habeat locũ reconuentio? rñdeo sic, si pōt saluari forma parilitatis in processu, ut. ff. de ꝓcu. l. sed hæc. §. non solum, & ff. de uar. & extra or. cogni. l. j. in fin. ¶ Quæro, utrum in criminalibus habeat locũ recõuentio. Sol. dic ut dixi. s̃. de iudic. c. at si clerici. ¶ Quæro, nunqd ille, qui petit se mitti ex edicto diui Adri. in quo ꝓcedit leuato uelo, uel aliquid petit, in quo nõ requiritur strepitus iudicij, possit reconueniri? & uidẽ quòd nõ, ut. ff. de iudic. sed si restituatur, in prin. ubi omninò uide. ¶ Quæro, quia in. §. reus quoq;, dicitur eodẽ durante iudicio, quousque duratur iudiciũ? dicit Ber. donec sit renunciatum, uel conclusum in cã, non post. caue tibi, quod uerũ est quò ad descriptionẽ, sed bene durat quo ad decisionẽ, ut. ff. ad. l. Aquil. l. prouidẽ, & C. de adult. l. quãuis indubitati. ¶ Quæro, quæ eqtas est ista, quòd agens non possit reconueniri nisi corã iudice durante iudicio? nam fingam me creditorẽ, & agam coram iudice mihi gratioso, & in ueritate sum debitor aduersarij mei, non poterit interim ius suum consequi? rñ. licet istud uideatur iniquum, tñ iniquius esset oppositũ, ut. C. de fruc. & lit. expe. l. fi. ¶ Item si cõsideretur, de fraude coram alio iudice posset fieri conuentio, non dico reconuentio, argumentũ. C. de asser. tollen. l. j. in fi. facit quod not. gloss. quæ incipit, forte ponitur quæstio.
13 ¶ † Quæro, an iudex possit statuere terminũ ad reconueniendũ actorem? & uĩ quod non: quia in statutis est statutus terminus à iure: sed glos. ordinaria determinat ꝯrium. ff. de procura. l. oĩum, & est glo. multum no. ¶ No. quod contrariorũ unum & idẽ est statutum, & est ar. quòd ubi exceptio non pōt ꝓbari per testes ex forma statuti, similiter non pōt ꝓbari per testes actio, uel replicatio: quia iudex, & iudiciũ nõ debet claudicare. sed quid de duplicatione? si quidẽ uenit ad corroborationem scripturæ, pōt probari per testes. aliter nõ. qa qui duplicat, excipit. facit quod no. C. de excep. l. si pactum. de hoc alibi est latius dicendum. ¶ Item no. quòd locus à pari infert parilitatẽ in oĩbus, ut no. ff. de ope. no. nun. §. nuncius. l. hoc amplius, in fi. ¶ Quæro, quid si princeps mandat, ut statim aliquid fiat, quo casu non procedit reconuentio, si constat de mente principis, nũquid tñ est inquirendum de ueritate? respon. sic glos. est ordinaria & singularis. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. quidam, in glos. quæ est super uerbo, non inquirent; & tene menti illum tex. cum glo. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Parilitas debet esse in iudicijs.*
Forma data expresso trahitur ad tacitum.
Fauor reuertitur in damnum in correlatiuis.
Prorogatio, uel Extensio } *fit cum suis qualitatibus, & clausulis.*
Petere ab alio non possum, quod illi non concessi.
2 *Clausula, Appellatione remota, operatur in interlocutorijs, quæ modicum lædunt: secus in diffinitiuis, & his, quæ sunt magni præiudicij.*
Repetitio præcedentium utrũ omnes includat qualitates eorũ.

PRVDENTIAM. Actor, qui impetrauit rescriptum cum clausula Appellatione remota, respondere tenetur. & hoc dicit. secunda pars ibi. nos uerò. Casus. Quidã impetrauit literas contrà aduersariũ suum appellatione remota. reus cũ reconuenit, qui recõuentus uult à quadam interlocutoria contrà se lata appellare. Quæritur, utrũ ꝑ illam clausulam, Appellatione remota, nõ sit huic appellationi deferendum? Papa rñdet, quod cũ actoris,

actoris, & rei eadem sit conditio, & uno, & eodem iure debent trutinari, sicut desiderat actor, ut sibi iustitia fiat appellatione remota, sic reconuenienti in sua iusti
1 tia rñdere. ¶ No. quod † in iudicio debet esse parilitas, concor. C. de fruc. & litis expen. l. fi. & de proxi. sac. scri. l. in sacris. ¶ Secundò no. quod forma data expresso trahit ad tacitũ. ¶ Tertiò no. de tacita repetitione. ¶ Quartò no. quod cõsensus in fauorem reuertitur in damnũ, quod uerum est in correlatiuis: quia correlatiua eodé iure censentur, ut. C. de indic. uidui. l. fi. Item not. quod illud, quod extenditur, prorogatur cum suis qualitatibus & clausulis, & cum sua ppria essentia dicit glo. qué admodũ progantur palmites. ff. de bo. pos. hæred. pe. l. ij. & istud non est dubium, qñ extẽsio fit ex eadé. l. idé, si ex alia. nã semp originé suã sequit, ut ibi. ¶ No. quod quis non põt petere ab alio, quod ipse alij non concessit, ut. ff. de dam. infect. l. qui bona. §. si quis: quia ibi est
2 tex. notabilis. ¶ † Vltimò no. de clausula, Appellatione remota, quæ clausula operatur in omnibus interlocutorijs, quæ modicũ lædunt: secus in diffinitiuis, & his, quæ sunt magni præiudicij, ar. C. de preci. impera. offe. l. quoties. C. de sen. & interlo. omn. iudi. l. cum solitum. ¶ Oppo. contrà tacitam repetitionem quia lex dicit, quod non fit tacita repetitio, ut. ff. de fideicõ. libe. l. fi. sed ibi, quia tacita repetitio uitiaret. Et ista faciũt ad quæstionem. quidã fuit accusatus de adulterio cõmisso in Seiam uxorem Titij. iste respondet accusationi. dixit confiteor me cognouisse carnaliter dictã Seiã. Quæritur, an uideatur p hoc eam confiteri uxorem accusatoris? Bar. dicit, quod non: quia illud uerbum, dictam, est solius personæ demonstratiuum, non qualitas repetitionũ. ff. de lega. j. l. si cui, p Bart. & in spe. de positi. § vij. uer. xj. aduerte, si hoc est uerum, nõ est facta litis contestatio super adulterio: quia non fuit confessus, nec negauit adulterio phato per testes. Et caueant sibi assessores, ne admittant huiusmodi respõsionem. Oppo. contrà istud. c. de. l. quod fauore. C. de legib. So. hic non retorquetur in odium, sed interpretat rescriptum, quia debet esse commune, ut. C. de temp. in integ. resti. l. petendæ.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio an fiat ex parte actoris statim oblato libello, & actore iurante de calumnia.*
2 *Quæstiones omnes fundamenta iudicij præuenientes ante litis contest. decidendæ sunt.*
Litis contestatio requirit integritatẽ suam ex utraque parte.
Libellus ex conclusione, Libellus sine conclusione, Interrogationes ad præparationem iudicij. Positiones, & Articuli, siue Capitula. } *Sunt diuersa.*
3 *Actiones decernere potest iudex quas mihi cedere tu debes, in absentia tua, uel transeunt absque cessione.*

De litis contestatione. Rubri.

1 QVAERO, nunquid litis contestatio fiat ex parte actoris statim oblato libello, & actore iurante de calũnia? Pe. dicit quod sic; quia litis contestatio hét duo extrema unum ex parte actoris, & aliud ex parte rei: sed istud est falsũm, quia nõ hét eã in sensũ diuiso, sed solum in sensũ cõiuncto. & hoc pbatur. primò, qa litis contestatio est indiuidua, qñ ad indiuiduũ ordinat. i. ad sentẽtiã. ff. fami. hercis. l. hoc iudicio. Itẽ pluribus rõnibus. Primò contestatio statim facta & immediatè ex parte petitoris, omissa omni dilatione, esset nulla ipso iure, ut. C. de lit. contesta. aut. offeratur, in fi. ¶ Secundò sequeretur, quod. leges quæ dicunt, quòd ꝯ actorem est litis cõtesta. & sic nõ pcederet aut. qui semel. C. quõ & qñ iudex. Tertiò, quia sequeret, quod instantia termini statim inciperet currere actori, & nondum curreret reo, & sic héret diuersa tẽpora, unũ respectu actoris, aliud respectu rei; quod est falsum. ¶ Quartò, quia sequeretur, quod statim quòd libellus esset oblatus, nõ posset emendari ꝯ. l. edita. adde, quædam expediuntur ante litem contestatã, & nõ post quędam ante & post,
2 quædam post, & non ante, ut media lite. Omnes † quæstiones fundamenta iudicij præuenientes debent ante litem contest. decidi, ut. C. de adult. l. qm Alexandrũ, tam excipiendo, quã replicando; tex. est ibi no. ¶ Quintò, quia litis contesta. reqrit suã integritaté ex parte actoris, & rei, in. l. ré non nouã. §. j. C. de iudi. & iõ Pe. & Cy in ista corũ opinione somniauerunt, & tenenda est opinio cõis. ¶ Et no. quod quinq; sunt, quæ diuersa sunt. s. libellus ex conclusione. libellus sine cõclusione, de quo per Cy. C. de fal. l. nec exẽplũ. iterrogationes, quæ fiunt ad præparationem iudiciorum, ff. de interrogato. actionibus. l. post sen. positiones, quæ fiunt ad respondendũ super eis, & ad releuandũ ponenté ab onere pbandi, ut no. C. de confes. l. iij. in fi. glo. mag. C. de iur. calum. l. j. §. quod obseruari. articuli, siue capitula, quæ nõ fiunt ad respondendũ, sed ad pbandũ, unde non tenetur aduersarius respõdere articulis, sed positionibus sic, ut no. in. c. sæpe, de uerbo. sig. in cle. ¶ Que
3 ro, ago † contrà aliquem, ut cedat mihi actiones: ipse est absens, & non uult comparere, utrum iudex poterit mihi decernere actiones lit. non contest. & uĩ quòd sic, ut. ff. de iur. do. l. pfectitia, in principio. imò vẽ, quod sine cessione transeant actiones, ut est glo. singularis. ff. de dam. infec. l. stipulatio. §. ulti. & C. ad Trebel. l. Pe. §. cum aũt, nisi quis dicat, quod ibi est speciale.

SVMMARIVM.

1 *Litis contesta. fit per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam.*
2 *Litis contestatio si non inuenitur in actis, nõ ualet processus.*
Litis contestatio est lapis angularis iudicij, & fundamentum.
3 *Lis an præsumatur contestata.*
Libellus an oblatus præsumatur.
Solennitas in iudicijs non præsumitur: secus in contractibus.
Petere dicitur etiam qui post litis contesta. prosequitur.
Litis contestatio quando facta dicatur, & de eius impedimentis, & nu 4. 7. 8. 9 & 11. & nu. sequentibus.
Gratia si fiat simul cum iudicu dattone, surreptio uitiat utramque, & oritur duplex exceptio.
De non petendo, & non agendo, & Transactionis, } *pacti exceptio, an impediant contesta litis.*
4 *Litis contestatio quid est, & an fiat per confessionem.*
Præceptum in confitentem ante litis contesta fit, eiusq; nis.
Confitens, litis renunciare uidetur.
Effectum producere quod consueuit, ea mente dictum uidetur, ut producat effectum.

5 Litis

5 *Litis contestationem inducit responsio facta super libello, nõ autem si fiat super positionibus, & quare.*

Positio non est quid perfectum.

Libello non obiato reus nec absolui, nec condemnari potest.

Ex probationibus non oritur actio, neque ius, & quibus.

Ex confessione, Sententia, & iureiurando — oritur actio.

Inter libelli conclusionẽ, & libelli petitionem — an sit differentia.

6 *Litis contestatio an fiat per hanc responsionem, nego narrata, prout narrantur, & dicam petita fieri non debere.*

7 *Et an proponens exceptionem peremptoriam præsumatur litem contestari.*

8 *Confiteri debitum an videatur, qui opponit exceptionem solutionis, adeò quòd non sit necesse litem contestari.*

9 *Negans non excipit.*

10 *Exceptio nulla ante lit. contesta. potest opponi in reali iudicio. nisi possessionis.*

11 *Litis contestatio an dicatur facta, si reus respondendo petitioni dicit non confiteor, neque nego.*

12 *Et si dico, domine nolo litigare, uel cedo liti, an contestetur lis.*

13 *Et an negans solum factum intentatum in libello dicatur litem contestari.*

14 *Negans libellum an intelligatur omnia negare.*

Totum quando possumus negare, si quid falsi contineat.

15 *Libellus si fuit productus in scriptis, iudice, & tabellione actorum præsentibus, tamẽ producens nihil dicit uerbo, utrũ in isto libello possit lis contestari.*

Contestatio litis utrum fuerit facta per interrogationẽ præcedentem, & responsionem subsequentem, si non constet, præsumitur ordo uerborum. idem si non appareat qualiter facta.

Ordo uerborum, & qualitas — præsumitur.

16 *Lis an sit contestata, si respondeatur libello, per uerbum, non credit.*

In excommunicationis, Relationis, & appellationis — cã afferendus libellus, & lis cõtest.

17 *Respondere tenetur quis libello criminoso, & non positioni criminosæ, & quare.*

Pro confesso quis non habetur ipso iure, si quis positionibus non respondeat, sed per sententiam iudicis, ideo cautione opus est.

Cognitionem causæ quã desiderant, ad officium iudicis, non legis pertinent.

Verbum, habeatur, ubicunque ponitur, intelligitur per sententiam: nisi & uerbum, sit, adiungatur.

1 OLIM inter. Non p positiones, & rñsiones, sed p petitionem † in iure propositam, & rñsionem secutam fit litis cõtestatio, qua omissa nullus est processus. Primo ponit processum iudicũ, & ipsorũ relationem. Secundo ipsum processum decreuit irritũ. Casus. Inter epm Nouiomẽ. ex parte una, & capitulũ S. Quintini ex altera, orta materia est q̃ōnis sup qbusdã iniurijs, suijs excõicationis, & alijs articulis; cã fuit cõmissa quibusdã iudicibus, qui processerunt hoc mõ, uidelicet quia factis quibusdam positionibus, & rñsionibus ad easdem, & partium allegationibus auditis, cãm eandẽ, sicut fuerat eis iniunctum, ad examen apostolicum remiserunt. qua pp procuratores utriusq; partis se conspectui apostolico præsentauerunt. Papa aũt, qui non inuenit lit. cont esse factã, q̃uis positiones, & rñsiones hincinde sup pluribus articulis factæ fuerunt corã iudicibus supradictis, processum decreuit irritũ: quia p positiones, & rñsiones ad eas nõ fit litis cõtestatio, sed p petit. in iure. i. in iudicio propositam, & rñsionẽ in iu-
2 dicio secutam. h † No. quod dixi in summario. Itẽ no. ꝙ non ualet processus, si non inuenitur in actis lit. contest. quę requiritur, siue agatur de iniuria, siue de snia excõicationis, siue de alijs articulis. Oppo. nã litis contestatio fit per ꝯdi. ut C. de iudi. l. rem non nouam. §. patroni. sed hic fuit ꝯdictum, ergo facta litis cõtestatio. Sol. hoc non est uerum: quia propositum est prius facere positiones, q̃ lit. cõte. cum litis contestatio sit lapis angularis iudicij, & eius fundamentum, ut in auẽ. de litig. §. omnem. ut ibi deficit principium, deficit principatũ, nec supædificari potest. ff. de excep. rei iudi. l. egi totum. .q. 1. c. cum Paulus. ¶ Oppo. & vř, ꝙ omnia præsumantur solenniter acta i. nihil om ssum de contingẽtibus, ut ff. de uer. obli. l. sciendum, & no. in l. quæro. ff. loca. & C. de fide instr. & iure hastæ fis. li. x. Solu. nõ est
3 † uerum, quia litis contestatio est actus p se. & ideo nõ præsumitur lis contestata, nec libellus oblatus. sed si appareret, quod esset lis contestata uel libellus oblatus, circa ipsum eundem actum bene præsumeretur solennitas. s. quod lis fuerit contestata solenniter, & quod libellus fuerit solenniter oblatus, uel dic, quod in iudicijs non præsumitur solennitas. secus in contractibus, ut no. Inn. in c. innotuit. ĵ. de eo, qui furtiuè ordi. susce Nam in contractibus reperitur consensus utriusq; partis, in iudicijs dissensus. ¶ Deinde scias, quod petere dř non solum ille, qui litem contestatur sup libello sed etiam is, qui postea prosequitur, tamen est notandus. ff. de condi. indebi. l. elegãter. § si quis post. dicit Inno. quod in lit. contesta. requiritur animus litem contestandi. Idem ait. quod præsumitur animus, si uerba sunt apta ad lit. contestationem, nisi præcedat protestatio in contrarium, In. i. rationabilis: aliter iudex debet protestationem reijcere. dicit Inn. quod respondendo causæ fit litis contestatio. Inn. dicit, quod ille, qui dicit nolle litigare, non contestatur litem. Inn. dicit, ꝙ si actor narrat factum, & nõ petit aliquid, tñ si animo petendi hoc facit, & reus rñdit animo litem contestãdi, fit congrua litis cõtestatio. ista est mens Inn. & nõ ponit alibi. dicit Inn. ꝙ aut gratia fit simul cum iudicum datione, & tunc subreptio uitiat gratiam, & iudicũ dationem. & oritur duplex exceptio tã declinatoria, de qua statim cognoscetur, si debito modo & formæ opponatur, q̃ pemptoria de qua non cognoscetur statim, sed lite cõtestata. si aũt gratia præcedit delegationẽ iudicũ, quæ sit obreptitia, tunc oritur exceptio ꝯ literas. s. declinatoria, & non ꝯ gratiam, in qua non fuit subreptio. ista est mẽs Inn. Et non dicit Inn. ꝙ pactũ de nõ petendo non impedit lit. contest. Inno. Nam qui promittit non agere, statim uenit, contra, quia promisit ad iudicem non uenire. & ideo statim est obligatus. l. iij. ff. de condi. ob causam. Sed qui promisit non petere, nõ uenit contra, nisi lite contesta. & antequàm ueniat cõtra, non potest repelli. ista est subtilis mens Inn. tamen etiã istud pactum tollit obligationem naturalem. sed quia ante litem contest. non dicitur petere, nisi petatur. i. lis contestetur excipi non potest. & not. quod exceptio trãsactionis ideo impedit processum, quia hẽt in illã clau-
4 sulã, ad iudicem non iri. ¶ † Modo quæro una cum glo, quid sit lite contesta. respondeo est super negatio princi-

principali hincinde conflictatio per interrogationē & rñsionem sup libello, quæ rñsio debet fieri animo litē contestandi, & in cā procedendi. ¶ Modò quæro, nūqd per confessionem fiat litis conte. So. aut reus confitet̃, quia non uult litigare, & non fit litis contesta. ut ff. de iudi. l. si debitori. ff. de procu. l. si reus paratus. ff. de le. j. si domus. §. qui confitetur. Aut cōfitetur intendēs procedere in cā, quia sua interest procedi; & tunc per confessionem fit li. contestatio, dummodò præcedat libellus conuentionalis, ut ff. de nego gest. l. at qui natura. §. qui me absente. Aut est dubium, utrum confiteat̃ animo litem contestandi, uel non, & tunc aut confitet̃ ante libelli oblationem, & non fit litis cōtestatio, & ideò non fertur diffinitiua, sed præceptum, ut ff. de minor. l. aut prætor. §. permittitur. ff. de iudi. si debitori. Et not. C. de bo. quæ li. l. cum nō solum. §. necessitate, & ibi est gl. sing. quod cum præceptum tale fiat non in figura iudicij, sed extra ordinem, quod si filius confitetur debitum sine consensu patris, fit in eum præceptū, & istud tene menti. Aut confessio fit oblato libello, & p eum recepto, & datis induciis deliberatorijs, & tunc fit litis conte. & non exigitur hic aliquod iuramentum calumniæ, ut similiter no. gl. in d. §. cū me absente. Et hæc uera, si confitetur præsenti aduersario. aliàs non ualet cōfessio, ut d cit Ia. Bu. in l. j. C. de lit. conte. nisi fortè iudex, uel tabellio recipiat confessionem pro aduersario absente. Nam ille, qui confitetur, quodammō liti renūciat, & ualet renuntiatio, ut singulariter no. C. de pact. l. postquam liti. Et not. q omne, quod consueuit aliquē effectum producere, vr̃ ea mente dictum, q producat effectum, nisi appareat contrarium, ut ff. de test. mili. diuus, & uide omnino quod no. ij. q. j. nos in quēquā, ubi est gl. optima. Sed pone, quod quis protestatur se nolle litem contestari, an per confessionem fit litis contesta. dicunt quidam, qđ nō; quod est uerum, nisi iudex istā protestationē repellat: quia iudex pōt cogere tā actorem, q̃ reum ad litem contest. ut no. C. qño & qñ iudex l. consentaneum. Dicit Iac. But. quod protestatio excludit mentem à uerbis, & ideò non fit animo contestādi. Sed certè imo non excludit mentem negandi à uerbis sed intendit excludere iuris officium, ut non insurgat ex uerbis & mente, quod est impossibile, cum iuris effectus à l. non ab homine procedit, ut ibidem subdit Iac. Bu. in lec. præalle. C. de lit. conte. Addit aliam rōnem, quia protestatio habet aliquid fingere, sed fictio non pōt tollere factum, licet possit tóllere mentem à uerbis, & loquitur satis notabiliter, & facit supra de consti. cum M. Ferra. Item factū, quod est posterius, tollit uerbum, q est prius, ar. C. de pa. l pacta nouissima, & ff. de acq. pos. l. si qs añ, & ff. de le. ij. l. fi. in prin. dicit Trebatius non interest, quid senserit, sed quid fecerit, Labeo, imò refert. ff. de acqui. rerum do. liber hō. ibi tex. solennis, qui tex. facit ad quæstionem nostrā, & plures

5 alias. †Modò quæro, quæ est rō, qđ rñsio facta super libello inducit contestationem: secus, si fiat super positionibus? rñ. quia libellus est quid perfectum: quia continet narrationem facti, ius conclusionē, & petitionē, & ideo qui respondet libello respōdet sup toto, ac si dialecticus rñ ler syllogismo perfecto. Sed positio non est quid perfectum, sed quædam particula non continens petitionem. & ideò qui ponit, nihil petit ponendo, sed sunt uerba enūciatiua. Item ad quid offerret̃ libellus, si non esset necesse rñderi super eo? Itē si fieret litis cōtest. p rñsionē ad positiones, tot essent litis cōtest. quot positiones, & toties iurandum de calumnia. Itē deberet condemnari, uel absolui reus super positionibus, q oia falsa sunt. Et ideò sicut reus non pōt diffinitiuè absolui non oblato libello, ut patet ex ordine tex. C. qño & qñ iudex. auẽ. qui semel, ita nec cōdēnari diffinitiuè. Ad hoc facit illa gl. singularis, quæ dicit, q ex probationibus nō oritur actio, quæ tñ oritur ex cōfessione, snīa & iureiu. ut no. ff. de iureiu. l. sed & si possessore. §. pen. quia probationes non faciunt ius, ut no. ff. de pa. l. postquàm. & ideo ēt si omnibus positionibus respondetur uno uerbo negando oēs, non fieret litis cōtestatio, licet nonnulli magni uiri dicant ɔ̃rium, & male. Pro declaratione prædictorum quæro, utrum sit differentia inter conclusionem libelli, & petitionem libelli? & vr̃ q non. quia conclusio & petitio idem sunt, & uno cōtextu proferūtur, ut cum dicit actor, Quare peto &c. Contrarium no. Inn. s. de rescrip. super literis. & est ipsa ueritas, ut patet in hoc exemplo. dico, q mutuaui tibi decem, & quod mihi es obligatus. Nam ex hoc concluditur, q habeo contra te actionem: tñ illa conclusio non fundat libellum. Sed oportet, q petam te condemnari. aliter nunquam posses condemnari, ut ff. de dam. infe. l. iij § hoc iudicium. Ex hoc sequitur, quod si libellus non continet petitionem, impossibile est, qđ aliqua lit. contestatio fiat super eo, licet quædam glo. notet contrarium. 1. q. 4. quia præsulatus. quam gloss. non credo ueram, quando ciuiliter agitur, sed in accu-

6 satione, denuntiatione ita gl pōt sustineri. ¶ †Quæro, nunquid p hanc rñsionem, nego narrata prout narrantur, & dico petita fieri non debere, fiat litis cōtestatio? rñdeo sic, ut no. de lit. contestatione. § j. in prin. ¶ Sed nunquid est differentia inter simpliciter negare, & negare narrata prout narrantur? dicit Bart. q sic. ff. de fideiussoribus, si dubitetur. § j. facit. C. de eden. l. edita,

7 ibi, prout &c. †Sed nunquid, qui proponit exceptionē peremptoriam, præsumitur litem cōtestari? rñdeo nō, quia non præsumitur excipere animo litem contestandi, cum reorum sit aufugere, ut ff de condi. inde. l. eleganter. §. si quis post. unde si non apparet alia litis contestatio, & testes essent recepti, processus esset nullus. Et hoc uerū, nisi in casib in quib. sufficit qualis qualis dictio, ut in extraordinarjs, & summarijs, ut ff. de off.

8 proconsul. l. nec quicq̃. §. de plano. †Sed nunqđ p opponit exceptionem solutionis, vr̃ cōfiteri debitū adeò, ut non sit necesse litem contestari, ut ff. de iudi. l. si debitori? rñdeo, non vr̃ confiteri: quia eo pso, q excipit, intendit negare. hoc clarè determinat gl ordinaria. ff. de condi. inde. Iulianus, in prima gl. magna. Sed Franciscus Accursij dicit, q illa gl. debet intelligi qñ excipit præmissa negatione. Idem Cy. aliud dicit Iac. But. in l. j. C. eo. q aut est exceptio declinatoria, & ita intendit ad lit. conte. excludendam. aut mixta, ut est exceptio rei indicatæ, & tunc refert ad quid opponatur. Sed salua reuerentia dici potest, q ista exceptio reddit pcessum nullum, ut C. qñ prouocare non est necesse. l. j. & ideò nunquam per eam fit li. conte. Quędam exceptio est merè peremptoria. & si præmissa negatione objiciatur fit lit. contesta. aliàs non puto, quia est casus in d. l.

9 eleganter. §. si quis post. secundum Inn.† Et not. q ille, qui negat, non excipit, unde negare licēt ēt ante lit. cōte: Sed ille, qui aduersatiuè objicit, excipit, ut not. in l.

10 non postea, in prin. ff. de iureiuran. ¶†Item not. quòd in reali iudicio nulla exceptio potest opponi ante lite contesta. nisi hæc exceptio, quòd possideat, ut no. in auẽ. de triente & semisse. §. penul. Et si quidē objicitur añ litē cōtestatā, nō hēt excipiens pbare. Secus, si ɔ pe litis

litis contest. possideat, ut probat illa. l. notabilis. ff. de
11 exceptione rei iudicatæ l. si rem meam. ¶ † Quæro, quid si reus in l. petitioni dicit non cõfiteor, neq; nego, an p talē rñsionē sit facta litis cõtest. rñ. non quia ille nõ rñdet ad interrogata. Itē lit. contest. requirit cõ tradictionem, ut. C. de iudi. l. rem non nouā. § patrō. sed iste nihil dicit cõ. ¶ † Quid si dico, dñe nolo litigare, uel cedo
12 liti? rñ. ille non cõtestatur litem, imò si esset lis cõtestata, ei renunciat, ut. C. de pac. l. postquā liti, & no. in l. j.
13 C. de præscrip. long. tēp. ¶ † Quæro, nunquid ille, qui negat solū factū intentatū in libello, dicatur litē cõtestari? dicit spec. quòd non: secus. si negat ius & factū. tu dic quòd utroq; casu sit lit. cõtest. Dūmō ista rñsio fiat lecto libello, & tpe litis contestandæ: quia q negat factum, totū negare vr, ut no. in l. j. §. j ff. qua. re. ac. non
14 da. ¶ † Sed nunquid ille, qui negat libellum, intelligitur negare oia, & singula? dicit Iaco. Butri. quòd non: qa rõne partis licitū est negare totū cõplexū, sed hoc falsum est. quia sequeretur, quòd litem contestando sup toto non possit ferri snia sup parte cõdēnatoria, super alia parte absolutoria. dictum aūt Butri. est uerū, quādo quis negat positionē: quia oratio, quæ ex uniuerso sumitur, pôt negari rõne formæ complexiuæ, si in altera parte sit falsa, ut. ff. de reb dub. l. si is qui ducenta. §. utrū, & no. in. c. pleriq;. de ele. in cle. iuxta illud, cū sancto sanctus eris, & cū peruerso peruerteris, ut. ff. de dā. in
15 fe. l. si finita. §. ex hoc edicto, i uerbo, unita &c. ¶ † Quærò, pone, quòd libellus pductus fuit in scrip. iudice & tabellione actorū præsentibus, tñ pducens tanquam mutus nihil dixit uerbo, nunqd in isto libello lis pôt contestari? dicit Io. An. quod non sufficit, quòd actor libellū in scrip. offerat: quia libellus non loqtur, imò necesse est, quòd contenta in libello pponat. hic ergo opus est uerbis sm eū ego dico, quòd est casus in cõtrariū in l. j. §. j. ff. de eden. in alternatiue literæ, ibi, aut in libello cõplecti, & dare. ¶ Itē qui nihil dicit expressè, qñque tacitè loqtur, ut no. ff. de oper. no. nunc. l. prætor. §. adiicitur, & sic qui non loquitur lingua, loquitur mente. ¶ Itē presumitur, quòd usus fuerit uerbo, pduco, cū in actis scripta sit pductio, ut. ff. de fideiuss. tut. l. cum ostendimus. §. fi. ¶ Sed qd si non cõstat, utrum contestatio fuerit facta per interrogationē præcedentem, & rñsionem sequentem? rñ. presumitur ordo uerborum pp authoritatē scripturæ, & iudiciorū, ut. ff. de uer. oblig. l. sciēdum. & fortè nõ refert, quis primo loquatur actor, an reus: quia in iudicijs quasi cõtrahitur, & quasi cõtractus adminicula formulæ uerborū non desiderant. ¶ Sed quid si in actis continetur, quòd fuit lis contestata, sed non continetur qualiter? rñ. præsumitur lis contestata negando, ut. ff. de iud. l. si quis intentione. Alij dicunt, q non ualet contestatio rõne incertitudinis. Bar. dicit, quòd ualet, quia litis contestatio fit tā per cõfessionē, quā per negationem, & inter alterutrā partē conditionis de necessitate cõcluditur litem esse cõtestatā, argu. de condi. inde. l. Iul uersi. similem: quia hoc placet, qa quantū ad rigorem iudicij cõstat de solennitate, licet non cõstat de qualitate cõtestationis. simile, quia quādoq; cõstat testm factum. & tñ non apparet qualiter factum, ut no. in l. ij. C. de bo. pos. sm tabul. ¶ Sed hic opponitur, quia ista scriptura tabellionis est incerta, ergo nulla. sicut si testis deponeret, quòd lis esset contestata, & interrogatus qualiter, diceret non recordor. nam tabellio est testis solennis, ut. ff. de testamen. l. Domitius. ergo non solum debet apparere de substantia iudicij, sed de qualitate responsi. arg. j. de proba. c. in
16 præsentia. ¶ Quæro, quid si respondeatur libello per uerbū, non credit, an sit lis contesta. vr quod sic, ut. j. de restitu. spolia. c. cum ad sedem. dic cõ. quia nec credit libellus, si actor diceret, credo, & actoris & rei tanquā contrariorū eadē est disciplina. Itē uerbū, credo est nota cuiusdā dubitationis: quia opinio est de incertis, ut. ff. de uerb. ob. l. continuus. §. cum ita. non ob c. cum ad sedem, ut ibi dicam. Deinde no. hic, quod triplex pôt esse qõ de sen. excom. s. de nullitate, relatione, & appellatione. & litera nostra ualde not. dicit sup his officium libel. & litem contest. de hoc in spec. de li. obla. § quid in cā nullitatis. tñ hunc tex nõ inducit; & iō no. diligenter, quòd in cā nullitatis est offerendus li
17 bellus, & lis contestanda. ¶ † Quæro, quare libello criminoso tenetur quis rñdere, & nõ tenetur rñdere positioni criminosæ? rñ quia nisi rñderetur libello, non posset procedi in cā, nec iudicium substantiari: qa nõ esset lis contestata. sed non est ita in positione, quia p eas non substantiatur iudiciū, imò ualet eis prætermissis cum non sit de substantiali ordine iudiciorum. ¶ E contrà differt, quia si nõ responderet libello, nõ propterea haberetur reus p confesso: secus in positione, ut no. Iaco. de Are. in l. j. §. quid ergo, ff. de uen. inspi. ubi oino uideas non tñ tunc hētur p confesso p l. ipso iure. sed demū per sniam iudicis: quia reqritur cāæ cognitio summaria super hoc, an iusta cā fuerit nõ rñdēdi necne, & quæ cāæ cognitionem desiderant, ad officium iudicis, & non ad officiū legis pertinet sm Bar. qui ita no. ff. de iur. fis. l. eius qui delatorem. Et scias, quod ubicunq; uerbū, habeatur, ponitur, intelligitur uerbū per sniam: quia est futuræ significationis, nisi adiungeretur uerbū, sit, ut si statutū diceret, habeatur, & sit, ut. C. de interdic. matrimo. l. si tutor. ¶ Et not. quod quidam aduocatus adhibuit hanc cautelam, quod cum clientulus suus deberet haberi p confesso, fecit committi cām consilio sapientis sub hac forma, quæ essent partes iudicis in diffiniendo; & quia non erat pronuntiatum, quod positiones haberent pro confessatis, non poterat consultor consulere super positionibus tanq confessatis, & sic stetit actor absq; probatione ex forma cõmissionis, & sic nihil obfuit non respondisse. & ideò tu, qui es aduocatus alterius partis, sis cautus, ne clientulus tuus circūueniatur in formatione puncti, quod transmittitur ad consulendum. dicas ergo, quòd iudex commisit quid iuris, non quid diffiniendi ex actitatis.

SVMMARIVM.

1 *Lis contestata super eo non intelligitur, quod nõ est petitū, nisi sit accessorium, & actio contenta, in prin.*

Principale qui negat, & accessorium, in prin.

Dictio, sine, & Absque } sunt negatiuæ, in prin.

De adulterio quando agitur ad separationem tori etiā contrà contumacem & illudentem aduersarium, lite non contestata nec testes recepi, nec ad sententiam diffinitiuam potest perueniri, potest tamen absens ex sua contumacia excommunicari.

Separationem tori, & dotem unico libello petere possumus.

2 *Separatio tori quando fit propter sæuitiam, uel culpam uiri dos statim debet mulieri restitui.*

3 *Mulier separata à uiro tenetur ad eum redire, nisi caueat de non offendendo eam. & expellendo concubinam.*

Vir dotem restituere tenetur & donationem propter nuptias separato

separato toro culpa sua, & unnquid eius hæres eo mortuo, & contrà nume. 21.

4 *Vxor si repetit dotem, quia uir uergit ad inopiam, utrũ res uiri iudicabuntur sibi pro dote ex secundo decreto?*

Publicatio testium non iure facta nihil operatur.

Contumacia ficta efficitur uera, si non purgatur à sciente.

5 *Ex contumacia procuratoris non excommunicatur dominus, nisi sciens non purgauerit eam, & à litis impendia, & præiudicium patiatur, & nume. 6. & 9. 10. 11. 12. 15. 16. 17. 25*

Substitutio procuratoris non debet fieri domini sumptu, sed procuratoris.

6 *Nec etiam propter eius contumaciam bannietur, uel relegabitur dominus.*

Cum procuratore procedendũ, qui litem est contestatus aliàs processus nullus.

Assistere causæ suæ potest dominus.

7 *Sententia excommunicationis requirit dolum.*

8 *Ignorans non ligatur sententia excommunicationis quantũ ad conscientiam.*

9 *Litis contestatio si non præcessit, processus est censendus nullus.*

Appellare potest dominus contumace, procuratore & à sententia non sua, sed procuratoris, & nu. 12.

Contumacia, & culpa { *procuratoris an noceat domino, & nu. 11. & 12. & s. 5. 6. & 9. & inf. 15. 16. 17. 25.*

10 *Procurator ad lites si in contractu committit dolum, non nocet domino; sed si est procurator ad contrahendum, aut committit dolum postquàm domino est ius quæsitum, & non nocet domino, & nu. 11.*

11 *Procurator ab initio litis citari potest, acceptato mandato, & contrà citari alium potest facere.*

Dilatio data procuratori unius partis, an data uideatur alteri.

Dolus procuratoris noceat in quibus domino.

Pro confesso habetur dominus ex contumacia procuratoris nolentis respondere.

12 *Contumacia nuncij an noceat domino, & an dominus puniatur in expensis ob contumaciam procuratoris, & utrũ propter meram contumaciam procuratoris expellatur dominus ab appellando.*

Contumacia triplex.

13 *Procurator si appellauit, sed postea non petijt apostolos, an præiudicet domino ignoranti.*

Apostolorum petitio est de appenditijs actus appellandi.

14 *Procurator simpliciter constitutus ad lites non cogitur appellationẽ suam prosequi: sed si uult, nunquid põt prosequi.*

Per appellationem suam dominus uidetur in se assumpsisse causam.

Procuratoris factum potest dominus defendere.

15 *An ex procuratoris contumacia possit dominus pati primũ decretum.*

Decretum primum, & secundũ qui patiuntur ex alieno facto.

Dominus litis quando dicatur factus procurator.

Legis Titius, de procuratoris intellectus.

Ex falsitate quacunque commissa in causa fiscali quis causam perdit.

16 *Procurator si producat falsa instrumenta sine speciali mandato, an dominus perdet causam.*

Calumnia non infert falsitatem.

17 *Procurator si produxit falsas positiones, quas ueras esse credebat, si dominus scit eas falsas, punietur dominus.*

Positionum in persona domini formatarum effectus.

Dolus prælati quando noceat ecclesiæ.

Procurator non uidetur nisi ad licita & honesta constitutus.

18 *Procurator per hæc uerba, constituo te procuratorem, ut possis omnia facere, quæ possem, si præsens essem, non uidetur constitutus ad uendendum, nisi nominatim hoc sit dictum.*

19 *Procurator si à domino habet mandatum ad confitendum, demum ad notitiam eius peruenit aliquid quod est negandum, utrum poterit negare.*

Constituentis procuratorem mens, non uerba attendenda.

20 *Procurator contumax non tenetur domino actione mandati, si dominus erat idem facturus, nec tenetur contrà conscientiam facere.*

21 *Donationem propter nuptias an lucretur mulier propter adulterium uiri, sicut e contra.*

Separatio tori non est causa criminalis.

In Testium lite non contestata receptione quid agendum ab actore, & reo in suorum receptione.
Testes an in criminalibus ante litis contestationem recipiantur.
Reo magis, quàm actori in causa criminali fauetur.
Anni utilis casus, necnon & continui.
Testimonia, quæ pereunt ex mora actoris, non pereunt reo.
Doli præsumptio ex cursu temporis inducitur & a scientia currit.
Præsumptio iuris & de iure quando dicitur.
Ex tempore surgit legis dispositio.
Moræ purgatio non admittitur, excul patio tamen admittitur & quo casu.
8 *Testes in articulo mortis constituti dictum ualet, reprobari tamen potest, nisi in casu.*
Contractus fieri possunt usque ad ultimum uitæ spiritum, si memoria non absit.

Testes etiam ante litis contestationem iurare debent: aliàs testificari non dicerentur, neque accusari possent.

9 *Mors naturalis an dicatur casus fortuitus, & nu. 10.*

Casus fortuiti qui dicantur, & nu. 10.

10 *Periculum si uenditor in se suscipiat frumenti in herba uenditi, & aliorum fructuum & pereant, quando ei debeatur, pretium conuentum.*

Resuscitatus an testificari possit de rebus ante mortem suam gestis.

11 *Per testium receptionem extraordinariam an interrumpatur praescriptio.*

12 *Denuntiatio debet etiam scienti fieri in casu capituli huius, & ad domum sufficit. nu. 13.*

Citatio uel denuntiatio } *unica quando sufficiat. nu. 13.*

14 *Publicatio testium ante tempus suum non adimit uires attestationibus sed officit examini aliorum, facta percunctatione.*

Publicatio ad ualiditatem testimoniorum facienda necessariò.

VONIAM frequenter. ¶ Hæc decre. diuidit in duas partes principales: in prima ponitur regula de testib. non recipiendis sup meritis cāç principalis ante litis contestationē, & exceptionē a regula. In secūda ibi. § in alijs ponitur, qūo procedi dēt, si lite nō cōtestata reus est contumax, & hoc intendit. Lite non contestata nō recipiuntur testes sup principali, fallit in casib. sed si reus ē cōtumax, & agitur reali, mittitur actor in possessionē rei petitæ cā custodiæ, quam recuperat reus ueniēs intrā an nū, si offerat cautionem de stādo iuri, & restituat expen. post annū uerò non auditur nisi sup ppprietate; & hoc si proprio suo noīe possidet. sed si conuenitū realiter, qui noīe alieno possidet, nominabit dñm in iudicio, & statuet sibi terminus, intrà quē faciat dñm cōparere: qui si intra terminū ipsum non uenerit, iudex illū citabit: quo adhuc non ueniēte iudex mittet actorē in uerā possessionē & efficacē, & hæc uera in reali. sed si actio est psonalis, mittet actor in possessionē primò mobilium, scđo immobilium, uel
1 excommunicabitur reus. h. d. ¶ No. primò † regulā negatiuam. sed q̄ est rō regulæ? ñdeo, quia testes debent recipi i iudicio, sed ante litis contestationē non est iudiciū, ut no. in aut. de litigi. §. omnem. ¶ Itē litis contestatio est caput iudicij, & fundamentum. unde eēt pcederet sine capite, & fundamento. ¶ Op. q̄ omissio ordinis, nō uitiat, ut no. ff. de euic. l. si mancipiū. §. 1. Sol. ibi loquitur in ppposteratione remediorū: secus, si est pposteratio huius iudicij ad seipsum, ut. C. de sen & inter lo. l. prolatā, &, ut dicit Philosophus, nihil ꝯstat sine ordinis ꝯpositione. ¶ Opp. ꝯ regulam de multis casib. iure expressis, in quib. recipiūtur testes, & publicātur lite non ꝯtestata. Sol. ut in gl. q̄ notabilis est, & mēti tenēda ¶ Et adde alios casus, quos habes in c. dispēdiosam, de iud. in clem. & in clem. sæpe, de uer. sig. ¶ Et no. q. gl. ista tāgit de modo procedēdi in materia litis diffamari. C. de inge. & ma. tu adde aliam. l. singularem. ff. de accu. l. cum Titia. Et uide omnino ibi Bar. qui ponit, utrum à sententia lata super diffamatione posit appellari, & an sit interlocutoria, uel diffinitiua. ¶ Quæro, nunqd ad probandum aliquem esse usurarium manifestum. i. mutuasse coram uniuersis, posint recipi testes ante litis contestationem? respondeo non. quia cessat illa ratio, ne fortuitis casibus probatiōis copia substrahatur,
2 cum multitudo, uel ipse populus testis sit. ¶ † Quæro, nunquid in breuib. causis posint testes recipi lite non cōtestata? ñdeo, sic. C. de sen. ex peri. reci. aut. nec breuiores, s̄m Bar. qui ita no. in l. 4. ff. de dam. infec. ubi uideas per eum. dicit Inno. quod rarò debet procedi per inquisitionem, nisi sit publicum commodum, quod uerbū pondera. dicit Inn. q̄ si dominus est psens in eadē ciuitate, ipse debet interesse receptioni testium, & iurō. Item dicit, q̄ publicatio testium fit hoc mō, quia testes dicent, qualiter interfuerint cōtractui, & posteà iudex decernet eorum dicta perpetuò ualere. Inno. dicit, q̄ missus in possesionem in reali accipit fructus, sed non lucratur, si aduersarius uenit. j. annum: sed in personali reus terram colit, & fructus recolligit, sed non reponit in horreo suo, quia missus eos custodit, Inn. Quidam dicunt, sed non placet Inn. q̄ in personalibus res rei non adiudicatur actori iure dominij nisi per interpretationem dominij, quæ fit a principe; sed debet uendi res, & debitum solui. fallit in causa noxali, & damni infecti. Inn. hanc opi. tenet gl. ff. de iurisd. om. iu. iubere cauere, & opinio uera, nisi res reperiret emptorem, maximè fraude debitoris interueniente. C. de excep. rei iudi o do. Sed si non inuenit emptorē, eius dominium non impetratur à iudice, sed solum à principe; & tunc datur biennium ad luendum. C. de iure do. impe. l. fi. sed quando iudex iure pmittente dat ex secundo decreto, nullum tp̄s datur debitori ad luēdum: quia creditor dominus factus est, ut ff. de dam. infec. l. si finita dicit Inno. & notabiliter ualde, quod si iudex per suum decretum. l. primum eiiciat colonum de possesione, dominus non perdit possesionem, quia hoc iudex non intendit, & si intenderet. non posset, licèt secus sit; quando expellitur per uim a priuata persona, & hoc est dictum alias. Innoc. dicit, q̄ nominatio domini in iudicio non habet locum in re mobili. dicit Inno. q̄ procurator constitutus ad administrandum potest dominum nominare, sicut colonus, & inquilinus; quod est notabile. dicit Inn. quod tali nominatori debet dari terminus ad producendum dominum; & si non producit citabitur dominus, Inno. Et sic fiet ista
3 prima productio expen. nominatis. ¶ Oppo. quod ante litis contestationem recipiantur testes, ut. j. de appel. interposita. §. fin. Solutio hic forte in principali, ibi in emergenti. Sequitur in textu, nisi fortè, hic ponitur prima exceptio, quando timetur de morte testiū, uel absentia diuturna, & exempli causa ponit, quando timetur propter senectutem. uerbi gratia, testis est. lxx. annorum nam, ut ait propheta, erunt anni illorum anni. 70. si autem ut multum. 80. reliqui labor, & dolor, licet præsumatur quis uenire usque ad centum annos, nisi publica fama sit de morte, ut singulariter no. ff. quemadmo. testam. aper. l. 2. §. si dubitetur, & C. sol. ma. l. si quidem. ¶ Secundo ponit exemplum de infirmis, seu ualetudinariis, super quo satis potest iudicare ex aspectu, & consilio medicorum, ut not. ff. lo. Marcius. Deinde ponitur clausula generalis, quando timetur testium mors repētina, ut quia sunt nauigaturi ut l. 2. & 3. ff. de do. causa mor. ¶ † Ex hic conclude, q̄ ne fortuitis casib. probationis copia subtrahatur actori, possunt produci testes lite non contest. & recipiuntur contra reum contumacem, uel solemniter citatum, quinimo ēt non citatum si locus & tempus non patiebatur agendi, uel citandi consilium, ar. l. j. ff. de exerci. ut hic no, dicit tex. in uer. absque malitia. ¶ † Quæro, quid si non timetur de morte uel longa absentia testium, sed ne testes obliuiscant, uel ne amicitias cōtrahant

hant cum reo? Rñdet gl.idem, qđ est not.dignum. Nã
qñ timetur subornatio, possunt testes recipi lite nó cõ
testata, nec possunt testes postea uariare; qđ alibi non
reperitur, & totum hoc est arbitrarium, ut ĵ.de offi.de
le.de causis, & ff.ad l.Aqui.l.iij.l.Aquil.si deletum, ibi
dum dicit, ad suspicionem iudicis aduocat. Nam ille est
melior tex.de hoc, qui sit in iure. Et not. quod lex illa
intelligitur, quando quidam tertius deleuit chirogra
phum.secus, si ipse est debitor: quia tunc non differe
tur exactio, nec qualitas testium esset adhibenda de-
structo, ut ff.de fur.l. qui tabulas, & l. quidã tabularũ.
6 &c. ¶ † Quæro, quid si habeo quatuor testes, & timeo
de morte unius tantum, nunquid omnes quatuor exa-
minabuntur? Rñdeo non, sed ille unus tantum, de quo
timetur, ut ĵ.de resti.significauit.ad hoc facit.ff. de iu-
reiu.l.admonendi, in uerbo, quibus solis. Quæro quis
est effectus istius receptionis? Respondeo, quia lite con
testata publicabuntur aliàs non probarent, nec ex eo-
rum testimonijs posset ferri sententia secundum Ber.
¶ Porrò si ex parte rei recipiantur testes pp malitiam
actoris, qui non uult agere, expectans ut reo defensio-
nis copia subtrahatur morte testium, uel absentia, uel
obliuione, uel corruptela, isti testes publicabuntur ad
æternam rei memoriam, ut ff.de testi.l.curét. C.de usu
ris pupillaribus.l.fi.& in auf.de testi.§ penul.& ĵ.de te
sti.c.significauit. Annus.n. non põt statui reo ad agen-
dum; quia non est in potestate reorum agere ut ff. de
excep.do.l.purè.§.fi.C.de tem.in inte.resti.l. petendæ.
Et ꝙ magis fauetur reo, q̃ actori in hoc: quia testes re
publicantur, & ualent ad æternam rei memoriam: sed
testes actoris non publicantur, & depositiones eorum
ipso iure pereunt, nisi actor intrà annum agat, uel sal-
tem denuntiet reo huiusmodi testium receptionem. i.
ꝙ recepti sunt. qualitates.n.attestationum non põt no
tificari: quia non sunt publicatæ. ¶ Sed ꝯ magis fauetur
actori, qui facit examinari suos testes libello oblato,
uel non oblato, & reo non citato. Nam ubi reus facit re
cipi testes ad æternam rei memoriam, oportet actoré
citari personaliter, uel constare de latitatione, ut not.
7 Dy.in l.iiij.§.totus.ff.de dam.infe. ¶ † Quæro, nunquid
in criminali possint testes in fauorem rei, uel actoris re
cipi lite non conte.si sint absuturi, uel nauigaturi, uel
in articulo mortis constituti? & uidetur tex. hic qđ nõ
a contrario sensu in uer.ciuiliter. In contrarium uidet
per d.l.in l.Aqui si deletum. Sol.aut ex crimine est ciui
liter agendum: ut condi.fur.uel acti.l.Aqui.uel iniuria
rum ad interesse; & habet locum prouisio huius. c. aut
criminaliter; & tunc ex parte accusatoris nõ debent re
cipi.secus, si fortè ex parte rei. Nam iniquum est, quod
reo in fortuitis casibus subtrahatur defensionis facul-
tas, ar.C.de iure fis.l.facultas, li.10.accusatori aũt non
est sic fauendum: quia ex parte eius uersatur odiũ, arg.
C.de calum.l.nostrum. ¶ In glo.parua, quæ incipit, idé
est, no.qđ licet actor obtulerit libellum, si reus per ca
uillationem non uult litem contestari, possunt testes a
ctoris recipi lite non contestata, ẽm formam uñ & mo-
dificationem huius decre.quod tene menti. ¶ In gl.ec-
ce.gl.dicit, ꝙ iste annus est utilis, unde requiritur scié
tia, & experiendi potestas.ff.de ædil.edict.l cum sex.ff.
de calumniatoribus.l.annis. Sed qñque tempus labi-
tur facto & sine scientia, ut ff.de infa.l.genero. In gloss.
illi qui, no.bo.gl.quod testimonia, quæ pereunt ex mo
ra actoris, nõ pereunt reo, si deposuissent in eius fauo
rem.unde reus ét post annum potest petere eos publi-
cari, quatenus faciant pro ipso; qđ tene menti. In gl.nó

.n.no.quod ex tẽpis cursu inducitur præsumptio dol[i]
& est præsumptio iuris & de iure.tamen non currit, ut
dictum est, nisi à die scientiæ, & intelligitur scire id, ꝙ
debuit scire fama publica præcedente, ut no.dicit tex.
ff.si certum peta. l.quod te. Et not. ꝙ præsumptio iuris
& de iure est, quando lex præsumit super certo, ut
not.de re iudi.l.a diuo Pio.§.sed & illud, ubi est gl. sin
gularis. ¶ Item ubicunque lex super præsumptione fi-
git pedem statuendo, ut ff. pro socio.l.si non fuerit, &
ibi not. ¶ Item not. quòd ex tempore surgit legis di-
spositio, uel præsumptio iur.& de iure; quòd mora non
potest purgari: tamen bene admittitur exculpatio mo
ræ prætensæ; quod alibi melius non reperitur. ¶ Item
8 nota fraudem nemini debere patrocinari. ¶ † Item not.
quod ualet testimonium testis constituti in articulo
a mortis[a] tamen per hoc nó impe-
ditur, quin dictum suum non pos
sit reprobari, ar. optimum. ff. ad
Sil.l.si quis in graui, in principio.
fallit, ubi eius dictum ius facit. ff.
e.ti.l.diuus, quæ lex alibi non re
peritur ẽm Dy.apparet. ꝙ testi-
monia possunt reꝓbari post mor
te testis, ut C.de testi.l.fi ĵ.de te-
sti.præsentata. ¶ Porro ét ꝯtus
possunt fieri usque ad ultimũ ui-
tæ spiritum, si mea memoria non
sit lęsa, tex.est singularis in l.Sęia
§.fin.in fi.ff.de do.cau mor. Sed
nunquid hi testes debent iurare?
respondeo, sic, licet extra ordiné
recipiãtur, ut ff.de do.ꝑle.l.Theo
pompus: aliàs non dicitur testifi-
cari quis, sed dicere quædam uer
ba, ex quibus non posset de falso
accusari.h.d.quædam glos. unica
9 in iure.ff. de fal.l. athletæ. † Quæ
ro, utrum mors naturalis dicatur
casus fortuitus? & uidetur ꝙ non.
nam casus fortuiti dicuntur illi,
qui non consistunt in culpa, nec in prouidentia huma-
na, ut in l.ij.ff.de admi.rerum ad ciui. pertit. ut ff. de
actio.emptio.l.si ea res. Sed mors naturalis potest præ
uideri, ut in pronosticis Hippocratis. ergo non dicitur
casus fortuitus. ad idem facit ff.de dam, infe.l.fluuiũ.
§.seruus, & ff.commo.l.si ut certo. §. quod uerò senec-
tute.ff.ad l.Aqui.l.si seruus seruum.§.si fornicarius.
¶ Præterea casus fortuiti dicuntur casus insoliti, &
non imaginabiles, ut ff. pro socio. l. cum duobus. §.
condemnata, & ff.de contrahend.emptio.l. fistulas. §.
frumenta. Aduertas tu legista, ut intelligas illum.
§. Et præmitte, quod ille, qui emit frumenta in her
ba, emit spem, & sic periculum. Casus fortuiti, qui
est natura fallibilis spes pertinet ad emptorem etiam
ante traditionem, ut ff. de actio.emp. l. si iactum re-
10 tis. ¶ † Pone ergo, quod uenditor suscipit in se pericu
lum casus fortuiti, & quod frumenta destructa sunt in
niuibus, nunquid debetur pretium conuentum? Respõ
detur, aut sunt niues insolitæ & immoderatæ, & non
debetur pretium: quia est casus fortuitus; aut solitæ; &
tunc debetur pretium, & non sunt casus fortuiti. idé in
grandine. ¶ Et idem dicendum etiam, si quis emit fru-
ctus alicuius lacus, & piscatio, parum ualuit pp mor-
talitatem piscium. nam damnum pertinet ad empto-
rem: quia emit iactum retis, nisi ex pretio ꝑiculũ casus
fortuiti

a ¶ *Vide concor. & remissiones per Feli. in c.past.in fin.de of.or. ubi ponit quis dicitur constitutus in articulo mortis, & quos actus possit facere.*

¶ *Adde, quod ét matrimonium põt contrahi per illum, qui est constitutus in articulo mortis, ita, ut per illud legitimentur filij prius suscepti, ut pulchre cõcludit, Io. An. in regula sine culpa, in Mer. quod dictum limita singulariter, ut per An.in l.sed ẽ quæsitum.ff de li. & post hu ponit Fel.in c. præsentia, de proba.*

fortuiti uenditor in se susceperit, qđ est no. dig. In priũ rł, quia mors naturalis dr esse casus fortuitus, put refertur ad alium actum regulandũ ex casu; tex. est hic, & C. de pig. act. l. quæ fortuitis, sed in sui essentia nõ est casus fortuitus, sed est quidam ordo naturæ: quia ut dr in psalmo. Innumerabiles posuisti dies eius. & alia scriptura dicit: posuisti terminum, quem præterire non poterunt. Sed Phytonissa suscitauit Samuelem, ut legitur in historijs scholasticis, nunquid poterit Samuel testificari de his quæ uidit anteq̃ moreretur, ? Rñdeo, illa non fuit uera resuscitatio: quia cum homo sit ad similitudinem Dei, impossibile est, q hanc imaginem faciat nisi solus Deus, & ideo testificari non potuisset: secus in Lazaro, quia illa fuit uera resuscitatio. uerè aũt resurgit, qui idem numero resurgit, ut ff. de iure fisc. l. sed re
11 uocata. † Quæro, nunquid per receptionem ipsorũ testium interrumpatur præscriptio? Rñdeo, non, qa hoc nullo iure cauetur, sed super præscriptione probanda bene possunt hi testes recipi, sicut super probanda solutione fm Ber. Et no. quòd isti testes etiam possunt recipi sup articulis negatiuis, ut C. de usur. pupil. l. fi. & ibi
12 no. ¶ † Sed nunquid contra hæreditatem iacentem possunt recipi? Respondeo, sic, ar. optimum. ff. de dam. infec. l. iiij. §. toties. ¶ Extra quæritur, nũquid denuntiatio de qua hic loquitur, debeat fieri scienti? & dic q sic, qa est de solennitate; quo casu non sufficit scire, nisi denũtietur secundum regulam Dy. & ff. de adul. l. denuntiasse.
13 † Quæro, nunquid sufficiat denuntiatio ad domum rñdeo, sic, ut d. §. toties, & ff. de exc. tu. l. sciri oportet. §. oportet, & C. de anna. exce. l. ut perfectus; & puto q sufficiat una denuntiatio per regulam traditam à Bart. ff. de re iudi. l. contumacia. §. fi. ad hoc. ff. de usur. l. mora. Non ob. j. e. c. § porrò, in uer. peremptorio: quia alius est ibi casus. sed priium. C. de usur. pupil. l. fi. C. de inge. & ma. l. diffamari. ff. de pig. actio. l. si conuenerit. ff. de uer. obli. l. qui Romæ. §. cohæredes. ¶ Sed responde, q aut agitur de grauamine inferendo absenti; & tunc requiritur trina citatio: aut non agitur de grauamine inferendo, sed de sola notitia inducenda; & tunc satisfit iuri per unicam denuntiationem, siue fiat præsenti, siue
14 absenti. ¶ † xtra quæro, quid si testimonia sint publicata, cum non debuerint publicari. Rñdeo, per hoc nõ perdunt uires suas; sed ille, qui percunctatus est attestationes, non poterit ulterius pducere, hoc singulariter no. 2. q. 1. in primis, in gl. publicabuntur. ergo t pe publicandarum attestationum, & nisi publicentur, non probant. aliàs frustra fieret publicatio, quod tene menti. Bal. iuris utriusque doc.

SVMMARIVM.

1 *Peremptorium unum an sufficiat in tota causa.*
Peremptorium unum num sufficiat, remittit.
Condemnatio etiam in fine termini fieri potest, in prin.
Citatio peruenisse nunquid præsumatur, & numero. 3. & 4.
2 *Impedimentum, qui præstat, ne citetur, perinde est, ac si citaretur personaliter.*
3 *Citatio facta ad domum an præsumatur in notitiam deuenisse.*
4 *Quæstio quando dicatur esse super electione.*
De dictione, super, remissio.
5 *Edictum publicè propositum an sufficiat ad scientiam præsumendam.*

Contumax an audiendus.

PORRO. Iste. §. ponit exceptionẽ à regula, sed ad illum finem. Nam in supioribus testes recipiuntur, sed tũc non publicantur, & fertur diffinitiua pp absentem uerum contumacem. hic aut em recipiuntur oblato libello, & publicantur. quę uera cõtumacia committitur: quia peremptoriè citatus comparere contempsit, uel ne citaretur, se absentauit, uel impediuit, ne posset ad eum citatio peruenire. ¶ In uerbo, Contemnit, sufficit, q contemnat in fine termini, licet à principio ignorauerit, ut ff. de appella. l. ex con
1 sensu. §. cum. † Sed nunquid sufficit unum peremptorium in tota cã? dic ut no. Inn. s. de offi. dele. consuluit. Ibi, Malitiosè; quod præsumitur, si ad eum citatio peruenit, ut ff. de lega. j. l. eundem. §. j & ff. de re. iud. l. non
2 potest dolo carere. Ibi, Impedit. ¶ † Not. q qui præstat impedimentum, ne citetur, perinde est, ac si citaretr personaliter. ff. de euic. l. si ideo. §. fin. & ff. de fideicom. lib.
3 l. si cum. §. ex iniusta. ¶ † Sed an citatio facta ad domum præsumatur in notitiam deuenisse? Respondeo sic qualiquali præsumptione, non quod constituat eum uerũ contumacem, nisi fortè ei esset notificatum ab amicis, uel domesticis, ut no. ff. de noui ope. nun. l. pupillo. §. si
4 quis fortè, & §. habet autem ¶ † Quęro, qñ dicatur esse qõ super electione? rñdeo dupliciter, uel quia actus electiuus non fuit canonicè celebratus, uel rõne personæ, quia erat electus criminosus. & idẽ dici põt in electione cuiuslibet clerici, ẽt si uocetur, ut ueniat ad consentiendum electioni. omnes isti articuli dicũtur sup electione. de ista dictione, super, habes in l. j. C. cõmunia
5 de leg. ¶ † Quæro, nunquid, sufficiat ad scientiam præsumendam edictum publicè propositum? Respõdet gl. q sic; quod uerum est, nisi esset absens in partibus remotis, ut dicit illa. l. singularis. ff. de decre. ab or. l. fin. ¶ Quæro, quid si receptis testibus appareat contumax & petat fieri litis conte. uel libellum sibi offerri, nunquid est in hoc audiendus? dic q non, ut not. Inn. & Io. An. in c. statuimus, de electi. li. 6. quod no. bene.

SVMMARIVM.

1 *Coniugium spirituale quando contrahitur.*
Tempus legale ex causa potest arctari, & prorogari.
Dilatio quæ fit in iudicijs arbitrio.
2 *Mors per coniecturas, & famam probatur.*
Mors per coniecturas atque famam probatur, & numero 4.
Tempora à sacris canonibus ordinata quæ.
Priuatio beneficiorum, uel iuris alicuius, officij uel administrationis, si ea obtinẽtes absint, quando & quomodo facienda.
Citare prælatus clericum, ut ad ecclesiam reuertatur, etiam extra diœcesim suam potest.
Ad tempus quod permittitur, postea prohibetur.
Citari quis potest per edictum publicum, si nescitur, ubinam sit, & ubi proponendum.
Lex, Reus. ff. de mune. & hon. non habet locum in beneficijs.
3 *Fama & Suspicio* } *triplex, & ex eisdem oriuntur causis.*
De fama ratione & causa potest interrogari testis.
4 *Diligentia ex parte citantis an sufficiat licet in citato nulla reperiatur culpa, uel contumacia.*

I uerò. Suprà dictum est, qualiter proceda tur super electione & matrimonio contrà contumacem; hic dicit, qualiter ꝓcedatur contrà absentem, non per contumaciā. & dicit, quòd aut agitur de matrimonio spirituali iā cōtracto, aut cōtrahendo: aut agitur de carnali cōiugio. Primò casu expectanda sunt tēpora à sacris canonibus diffinita. Secundò casu expectabitur ꝑ spatiū sex mensium, nisi ex cā statuatur plus, uel minus. Tertiò casu expectatur tādiu quod redeat, uel moriatur, uel con-
1 stet de maliciosa eius uoluntate. ¶ † Quæro qñ cōtrahitur coniugiū spirituale? Respondeo ꝑ electionē, & ꝑ consensum electi ēt ante confirmationē ẞm Innocē. & Hostien. Ibi, Nisi pensatis, Not. quòd tēpus legale ex cā pōt arctari, & ꝓrogari. cōcor. l. ij. ff de re iudi. & ui de ibi Bar. & per Dy. in c. indultū, de reg. iur. lib. vj. dic quod omnis dilatio ad ueniendū est in iudicis potestate. ¶ Item dilatio ad ꝓbandum, nisi lex ultra procedat contrariū statuendo. sed dilatio ad appellandū non est in iudicis potestate. porrò dilatio ad se præsentandum coram iudice ad quem, est, in arbitrio iudicis, ut. C. de
2 appellatio. l. præses. ¶ † Ibi, Obitu uerisimiliter, no. mortem probari ꝑ coniecturas, & per famam, ut hic no. dicit Ber. & no. C. solu. matri. l. siquidē. Quæro, quæ sunt tempora à sacris canonibus ordinata? dic ut in glos. ꝑ Inno. ¶ Quærit glo. de priuationibus istorum absentiū à beneficijs, uel à iure suo. & dicit, quod requiritur citatio, & cāæ cognitio, & uerum dicit, & ad hoc optimè facit. l. iij. § si ad diem. ff. de re mili. ibi est tex. multum notabilis. alia glos. dicit, quod si quis non pōt citari, cōtrà ipsum non pōt procedi; & bene dicit. concor. glos. Accur. quòd nisi quis sit legitimè citatus, sñia est nulla ipso iure, ut no. C. de accusa. l. si accusatoribus, ubi uideas in glo. magna ibi, in studio, uel in alio loco. Ex hoc manifestè apparet, quod prælatus pōt citare clericum suum ubicunq; existētem, quāuis extra diœcesim sit, ut ad ecclesiam reuertatur. ¶ Ibi, Priuare, sic & tutor priuatur, si non uult pupilli negocio interesse, ut. ff. de suspec. tut. l. impuberibus, & ff. ubi pup. edu. de. l. fina. sic & doctor, qui negligit legere, pōt priuari suo salario, nisi sit impeditus morbo, uel alia ex rōnabili cā. ¶ Ibi, usque ad certū tēpus. nam quod ad tēpus permittitur, post tēpus prohibetur, ut. ff. de leg. ij. l. statu liberum. §. Stichum. ¶ Ibi Si uerò nescitur, no. optimā regulam, quod ubicunq; nescitur, ubi sit quis citādus, ibi sufficit edictum, uel bannum publicè proponi. Ibi, uel amicos, utrum amici sint citādi, alibi dicam. ¶ Ibi. ff. de munc. & hono. reus, no. hic illam. l. non hēre locū
3 in beneficijs ecclesiasticis. ¶ † In glossa; per famam, dic quod triplex est fama. s. temeraria, probabilis, & uiolenta. sic triplex est suspicio, temeraria, probabilis, & uiolenta. ¶ Et ex eisdē causis nascitur fama, & suspicio. & testis, q deponit de fama, pōt interrogari, quare homines ita famant, siue loquuntur. quia rō multum addit ad famam, ut no. Bar. ff. de quæstio. l. de minore. §.
4 tormenta. ¶ In glo. Si non pōt, ibi, diligens inquisitio, no. quòd sufficit diligentia ex parte citantis, licet in citato nulla reperiatur culpa, uel contumacia. & adde. ff. de damno infecto. l. si finita. § si fortè, & C. de restit. mili. ignorare. ¶ Item ad id, quod hic dr̄ de incertitudine mortis, facit. C. de capti. l. nec nos, & ff. de secundis tabulis. l. qui ex liberis, in principio. In tex. ibi, Eo nequaquam &c. ¶ No. quòd mulier debet claudere os uuluæ, donec uir sit absens.

S V M M A R I V M.

1 *Procedi potest in causa inquisitionis, lite non contestata.*
2 *Lis non est contestanda, quando petitur sola publicatio.*
Attestationes non publicatæ non probant.

1 VNT & alij. ¶ † In tex. ibi, Inquisitio, not. quòd in cā inqsitionis pōt ꝓcedi, lite non contesta. quæ inquisitio fit ex parte rei tātum, si præsens est. si absens, non est necessaria responsio rei, & hæc est regula, ubi in casu aliter pōt procedi lite non contestata, ut not. infrà qui filij sint legitimi, capi. per uenerabilem, &. C. de tempo. ap. l. fi. §. illud. Si uerò ex causæ natura non requiritur litis contestatio; & tunc distinguitur, utrum sit reus præsens, aut non, ut in cap. dispendiosam. de
2 iudi. in clemen. ¶ † In tex. ibi, Testium publicatio, hic tangit materiam capitu. significauit, infrà de testi. & no. quòd quando petitur sola publicatio, non est lis cōtestanda. Item not attestationes non publicatas non probare, de hoc no. in l. iij. ff. quæ in fraudem creditorum. Bald.

S V M M A R I V M.

1 *Actiones multiplices sunt.*
Hypothecaria ex quibus oriatur.
2 *Actor an & quando in reali actione mittatur in possessionem rei petitæ, & quare.*
Fructus suos an faciat in possessionē ex primo decreto missus.
3 *Missio in Publiciana qualiter fiat.*
4 *Missio in hypothecaria qualiter fiat.*
Hypothecaria habet in se quid personalitatis.
5 *Mitti an possit quis in possessionem rei prohibitæ alienari.*
6 *Possidens rem prohibitam alienari an lucretur fructus.*
7 *Alienatio si prohibeatur per testamentū an præscribi possit.*
Satisdatio etiam ab immobilia possidente in casu præstatur.
De expensis incertis satisdare sufficit.
8 *Secundum decretum an locum habeat in realibus.*
9 *Secundum decretum quare non habeat locum uniformiter in personalibus.*

1 N alijs †. Iste. §. est fundatus in iure ciuili. No. qūo hic ponitur distinctio actionum. Nā quædam sunt in rem, quædā in personam. in rem sunt, quæ oriuntur ex dominio, uel quasi, hypotheca, uel quasi, ut. ff. de rei uindi. in rem actio, & de quasi hypotheca dat duo exempla notabilia. primū est. ff. de pi. l. si ab eo. ẞm est. ff. de dā. infe. l. utiq; & ff. ut in pos. leg. l. is cui. §. queri, & l. ij. C. de præto. pig. hypothecaria. n. qñque surgit ex dominio obligantis, ut. ff. de proba. l. ante oīa, & no. in insti. de act. §. Seruiana. qñq; ex Publiciana hypothecantis, ut d. l. si ab eo. qñq; ex authoritate prorīa, ut. ff. de pig. act. l. non est mirum. §. sciendū. sed actio personalis ex suis radicibus oritur. s. ex cōtractu, uel quasi, delicto, uel quasi. ¶ Est & quinta cā anomala, quæ uocatur ex uarijs figuris causarū, & plerūq; dicit actio datiua, & non natiua, ut. ff. de acti. & obli. l. j & insti. de ob. §. sequens. ¶ Sunt & quædā actiones mixtæ in rem, & in ꝑsonam, ut est petitio hæreditatis, & oēs uniuersales actiones. Item omnia iudicia diuisoria, ut. C. de peti. hæred. l. hæreditatis. C. quibus non obijcitur longi tēporis præscriptio. l. hæreditatē, & insti. de offi. iudi. §. fi. & ff. de usuca. l. cum solus. in istis diuisorijs quis pro sequitur

sequitur ius suum,& alienum: quia interuenit quædã permutatio,ut no.ff.de uer.ob.l.qui Romæ.§. duo fra
2 tres.¶†No.quòd in reali actione mittitur actor in pos sessionem rei petitæ.& hoc uerũ,ubi agitur de re corporali.Sed in incorporalibus dic, ut no.ff. de no. ope. nun.l.si prius.ff.si ser.uin.l.is cuius.¶Item no.quòd ista missio ex primo decreto fit , ut reus attædiatus ueniat responsurus.¶Sed quæro,in quo est illud tædium,nũquid missus poterit eum expellere? rñdeo non, cũ non fiat uerus possessor:sed similiter secum erit compossessor,& in hoc est tædium magnũ, præsertim qñ esset simul,& secum in cohabitatione domus.ut.l.ij.C. qñ & qui.quarta pars debe.li.x.¶Item an missus lucrabitur fructus? rñ.non uigore primi decreti, nisi in casu,ut.ff. qui.ex cau.in pos.ea.l.apud Iulianum.§.fi. uel nisi hoc dictaret lex municipalis,ut est glo.singu.i auť.de exhi. re.§.si uerò etiã.in glo.quæ incipit, quod.ll. appellant. sed si missus est dñs,& constat de dñio,bñ facit fructus
3 suos tanquã dñs,ut.ff.de rei uin l.solũ.§.meũ. ¶†Quæro,qualiter fiat missio in Publiciana? dic eodem modo quo fit in rei uin.ut.ff.de Publi.l. eum qui.§. in Publi
4 ciana,ut ibi no.¶†Quæro,qualiter fiat missio in hypothecaria? Rñdeo iuxta mensuram debiti declarat i, sicut in personali.uel dic quod i tota re pignorata, ẽt si unus numus restaret ad soluendũ.ut.ff.de distr.pignorũ.l.quãdiu.ff.de uer.ob.in executionibus. de hoc no. ff.de acqui.pos.l.iij §.genera,& C.de præscrip.xxx.an. l.si quis emptoris.§.fi.Illud no.quòd hypothecaria habet in se aliquid ꝑsonalitatis : quia accedit obligationi,ut no.ff.de pac.l.si tibi.§.de pignore:non tñ est unũ cũ ipsa,ut.ff.ad Treb.l. debitor,& l. si hæres pecuniã, in gl.& ff.de excep.rei iud l. ex cessante.§. latius,&.ff. de pign.l. si fundus.§. si pluris , &.§. in uindicatione.
5 ¶†Extra quæro,nunquid quis possit mitti in possessionem rei prohibitæ alienari? Rñdeo , non iure debitoris,nisi debitum descendat à ꝓhibente. ut dicit illa.l. notabilis.ff.de fideicom.libe.l.cum fideicom. hæc quæstio non procedit,si agens est dñs:quia tunc sine dubio mitti põt:quia mittitur tanquam in rem suam, & ne-
6 mo est ꝓhibere ualens,ut.l.fi.ff.de Publiciana.¶†Sed nunquid possidens rẽ alienam prohibitam alienari lucratur fructus? glo.singularis distinguit , aut ꝓhibetur alienatio ꝑꝑ rei uitium;& nõ lucratur fructus;aut ꝑꝑ solennitatis defectum;& tunc lucratur , ut not. in l.ij. C.si quis ignorans rem minoris præ. eme. & illa glos.
7 nõ est alibi.¶†Sed quid si prohibetur per testamentũ? Respondeo,hoc reputatur rei uitium. unde præscribi non potest;hoc dicit lex illa unica in iure.C. de usucapione pro emptore.l.ij.Sed certè hoc ur̃ fallere ꝑꝑ iustam ignorantiã possessoris, & eius à quo habet cãm possidendi,ut.ff.de lega.ij. l.fi.§.qui.glos. & oẽs leges loquũtur de materia huiusmodi ꝓhibitionis ẽm Dy. ¶In tex.ibi Iudicio sisti.No.quod hoc casu satisdat ẽt possidens immobilia,ut no.in auť. de exhi.reis.§.si uerò,& ibi longa glo.unde hoc casu fallit regula,quę ponitur in l.sciendũ, in princ.ff.qui sati.cog. ¶ In tex.ibi, Exhibita satisfactione,hoc est uerum, si expensæ sunt certæ:sed de incertis sufficit satisdare,ut dixit lex illa notabilis.ff.de statu liberis.l.statu liber. & uide quod no.de istis expensis in glo.magistra.ij.q.j.capitulo , in
8 primis.¶†An tex.ibi,Verus.i.plenius sic.C. de epis. & cleri.l.raptores.¶Quærit glo.nunquid in realibus habeat locum ẽm decretum? rñ. ĩct quod non de necessitate,sed ad cautelam sic.hoc uerbũ.s.ad cautelam, alibi non reperitur.dicet ergo iudex : quia nobis plenè constat de dolo & contumacia, ideò rem ei adiudica-mus ex secundo decreto.sed Accur.dicit contrariũ.ff.
9 de dam.infec l.si finita.§.Iulianus.¶†Quæro, qd uult dicere glo. quod in personalibus hẽt locum ẽm decretum,sed non uniformiter? dicunt quidam:quia nõ habet locum in causa noxali , uel damni infecti , contrà quos est lex tædium.ff.de pecu. & fuerunt uerba Accursij.ff.de iuris.om.iu.l.iubere cauere.

SVMMARIVM.

1 Dominus in iudicio nominandus quis dicatur.
Nominatio domini in iudicio à quo,in quibus,& quando fieri possit,& eius effectus,& nu.4.5.6 7.9.10.& 12.
2 Litis contestatio an sit necessaria ad interrumpendam præscriptionem.
3 Depositarius an possit conueniri rei uindicatione ab alio, quàm à deponente.
Possessionem quando locator,& deponens amittat, alio rem possidente.
4 Nominatio an habeat locum in personali actione.
Authen. Qua in prouincia.C.ubi de crim. arg.op.intellectus.
5 Feudatarius an possit nominare dominum feudi in iudicio, & per hoc transferat iudicium in ipsum dominum feudi.
Vtilis actio præfertur directa.
Vendicatio etiam contra ciuiliter possidentem habet locum.
Emphyteuta,& Superficiarij } possessionũ genera distincta sunt à ꝓprietario,& æquiparãtur ĩ hoc feudatario.
6 Laicus conuentus coram iudice seculari, quid iuris, si nominat clericum tanquam dominum suum.
Mendaci aufertur possessio,nisi pœniteat ante litis contestationem.
Pœnitentia liberat à pœna,si opportunè fiat.
Passionis in aduersarium quandoque fit ex mendacio nominantis translatio.
7 Nominare dominum quid significat.
8 Possidere qui dicit se alieno nomine,an hoc debeat probare.
9 Nominatio an habeat locum in actione mixta.
10 Dominus sine nominatione sciens causam super re sua agi, an possit comparere,& in se iudicium suscipere.
11 Vsufructuarius,uel emphyteuta an sit ꝓcurator domini sui.
12 Summaria cognitio, & probatio } triplex dicitur.
12 Probatio summaria fit per solum iuramentum calumniæ quantum ad primum decretum interponendum etiam in reali iudicio.
Seruare illud sufficit,quod statuta uolunt.

VOD si super.Iste.§.ex iure ciuili sumit:
1 ¶†Quæro quis dr̃ dñs in iudicio nominandus? Rñ.ille,cui possessio euincitur,si nominatus se non defendit,ut.C. ubi de crimine agi oportet,auť.qua in ꝓuincia.Et circa hunc.§.j.quæro,qui possint nominari.Secundò qui nominare.Tertiò in quibus rebus.Quartò quo tempore.Quintò qs sit nominationis effectus. Circa primum dicit litera, quòd illi possunt nominari,quorum nomine possidetur.Circa ẽm dicit litera,quòd illi possunt nominare, qui alieno nomine possident.Circa tertiũ litera distinguit,utrum agatur de rebus immobilibus, uel mobilibus.Circa quartum litera dicit , quod statim debet dñm in iudicio nominare.i. in litis ingressu ante lit. contest.Circa quintum dicit litera,quod ista nominatio cum contumacia subsecuta prodest ad interrumpendam præscriptionem longi tẽporis.Itẽ quòd sum-

mat:m

matim examinato negotio fit missio in possessionem.
2 † Opponitur, quod sit necessaria litis contestatio ad interrumpendam præscriptionem, ut C. de rei uindi. l. more litis. hic speciale, quia modus procedendi inducit qua si litis contestationem. ¶ † Sed hic quæro de aliquibus,
3 primò nunquid depositarius possit conueniri rei uindicatione ab alio, quàm à deponente; & uĩ quod sic, ut ff. de rei uindica. l. officium. dicit Innoc. quod isti, qui habent nudam detentationem, non possunt côueniri, si aduersarius scit eos nudam tantum detentationem habere, qui non possunt præiudicare dño suo, ut C. si per uim, uel alio modo. l. j. in fine. ¶ Sed si actor ignoret ipsos nomine alieno detinere, tunc bene prodest iudicium; & ita intelligit. l. officium. ff. de rei uindic. Tu dic quod agens non habet inquirere, quis possideat, sed quis detineat, & fiat executio in ipsam asininam detentationẽ non præiudicando domino rei, arg. ff. si mulier uentris nomine. l. j. §. necessario. unde lex officium, debet intelligi indistinctè. ¶ Sed opponitur, quod expulso colono, uel depositario locator, uel deponens perdat uerã possessionem, ut. ff. de acqui. posses. l. peregrè. §. quibus explicitis. Solutio. ibi quñ expellitur per uim: secus, si per iudicem, quia iudex non intendit, nec potest præiudicare locatori, uel deponenti non citato, ut C. si pp publicas pẽsitationes. l. si decreta. hoc idem tenet Inn. hic, ut supra dicit, Bal. † Modò quæro, nunquid in personali actione, ut in possessorijs iudicijs habeat locum ista nominatio. Resp. glo. Io. dicit quod non, ut no. 12. q. 2. c. quicunque. & est ratio, quia nominatus non conuenitur neque reali, neque personali: quia obligatio personalis residet in nominante, ut ff. de ui & ui arma. l. cum à te. ¶ Sed contrà hoc opponitur de authenti. qua in prouincia. C. ubi de crimi. agi oportet. Solu. ibi nominans suscepit defensionem nominati, à quo dicit se habere mandatum, uel comparet tanquam negotiorum gestor ipsius. hic autem non defendit eum, sed magis refundit instantiam in eum; & sic ista denũciatio nihil habet commune cum illa auten. Sed pone, uir conuenitur super re dotali, nunquid potest nominare uxorem in iudicio? Respondeo, aut loqueris ad instantiæ translationem; & non potest, ut l. j. C. ubi in rem actio. & ff. de iudicijs. l. uenditor: aut ad suam instructionem, & ad regressum euictionis nomine; & tunc potest, ut ff. de eui.
4 (margin)
5 l. Herennius. ¶ † Quæro, quid de feudatario, nunquid potest nominare dominum feudi in iudicio. & per hoc transferat iudicium in ipsum dominum feudi? rñ. non. nam possessio naturalis est penes ipsum feudatarium, & defensio quam facit non est aliud, quam ipsa naturalis possessio quam tenet nomine proprio, non alieno, ut ff. de usufr. l. cuiuscunque. §. si fundus. itaque in ipsa naturali possessione, & detentione non habet superiorem: imo est ipse superior dño feudi; quia in utili dominio utilis præfertur directæ, ut l. j. §. ait. ff. de superficiebus. porrò respectu ciuilis possessionis non potest ab eo rei uindicari: quia non possidet ciuiliter: sed dominus feudi eo respectu feudi conueniendus est, quia ẽt contrà ciuiliter tantum possidentem rei uindicatio datur. Ille est casus textualis in d. l. cuiuscunque. §. si fundus, & non est alibi. Idem dico in emphyteuta, & superficiario, quia distincta sunt apud eos possessionum genera à proprietario rei, ut no. 3. q. 2. C. ubi in rem actio.
6 ¶ † Sed quid si laicus conuentus coram iudice seculari nominat clericum tanquam dñm suum? Respondeo, probato, quod à clerico habeat causam, fiat remissio processus ad epm? & si nominans mentiretur, debet statim sibi auferri possessio officio iudicis ẽt sine libello, ut solenniter not. in auf. de trien. & semis. §. pe. colla. iij. istã ergo pœnam patitur propter mẽdacium, nisi ante litem contestatam pœniteat, ut ff. de noxali. l. electio. §. si is, & ff. de interrogatorijs actionibus. l. de ætate. §. si. hoc intellige, si pœnitet antequàm conuincatur de mendacio. sed postquam est conuictus, non puto, quòd habeat locum pœnitentia per illam legem singularem ff. de iureiuran. l. quamuis. dixit Inno. si nomino aliquem in iudicio tanquam dominum, & ipse dicit se non possidere, transfertur possessio ad aduersariũ propter mendacium, Inno. ¶ † Sed quid uult dicere nominare dominum? Respondeo. i. authorem nominantis, quem nominans asserit possidere, & cuius nomine ipse nominans possidet, uel tenet: sed si eius nomine non tenet, uel ille non possidet, istud nõ est nominare dñm in iudicio: quia ille suo nomine proprio non patitur iudiciũ rei uind. ut ff. de usuc. serui nomine. unde usufructuarius non nominat proprietarium, ut in eum transferat iudicium, quod usufructuarius habeat propriam possessionem licèt possit nominare ad quãdam instructionem, & deliberationem, & idem in similibus. ff. de usufr. & no. in l. ij. C. ubi in rem actio. authorem uerò dr̃ habere procurator possessionis, ut l. j. C. si per uim, uel alio modo. In personali autem non, sic in rem scripta non habet locum nominatio domini in iudicio: quia personalis actio non sequitur fundi possessorem. ¶ † Sed nunquid ille, qui dicit se alieno nomine possidere, debet hoc probare? respon. sic, quia hoc est quædam excipere, & declinare iudicium secundum Ia. de Are. Cyn. & omnes. ¶ † Quæro, nunquid in actione mixta habeat locũ ista nominatio? istam quæstionem mouet Guil. de Cu. ff. de peti hære. l. nec ullam. §. si quis absentis. dic ut dixi in d. l. ij. C. ubi in rem actio, in solenni mea lectura Codicis. ¶ † Sed nunquid dñs sine nominatione sciẽs causam super re sua agi, pôt comparere, & in se iudicium suscipere? respon. sic, ut ff de peti. hære. l. sed si lege. §. item sed si rem distraxit, ubi est tex. solennis. Sed hic quæro, quid si possessor conuentus rei uindicatione fuit per uim expulsus absque fraude, & simulatione, & nominet in iudicio expulsorem, & petat contra eum congredi, & se absolui? Respondeo aut cedit actori interdictum, unde ui; & debet absolui: aliàs non, ille est tex. unicus in iure. ff. de peti. hære. l. quod si in diem. §. Iul. scribit, si is. ¶ † Quæro, nunquid usufructuarius, uel emphyteuta sit procurator dñi sui? & uidetur quòd sic, ut ff. de no. ope. nuntia. l. j. in fi. & ff. usufr. quemadmodum ca. l. j. §. si. In contrarium uidetur, quia ipse contra alium agens de rato cauere tenetur, argumen. in l. j. C. si per uim, uel alio modo. ad hoc facit etiam. ff. de damno infect. l. qui bona. §. fin. & quod ibi not. per Barto. est tamen uerum, quòd interruptio præscriptionis facta per eos prodest proprietario, tex. est unicus in d. l. j. in fin. ff. de usufr. quemadmodum cap. ¶ † Vltimò conclude, quòd in omnibus possessoribus, qui possident ita sibi, quod nullo modo possident alij, si conueniuntur, non possunt alium in iudicio nominare. Item scias, quod ille, qui non possidet, licet habeat facultatem rei restituendæ non tenetur rei uindicatione. hoc probat illa lex singularis. ff. de usuc. l. serui nomine. unde si transtuli in te ueram possessionem alicuius rei cum pacto, quod ad meam petitionem, & terminum teneris mihi restituere, non propterea possum conueniri rei uindicatione nisi postquã restitueris, ut ff. de pact. l. si cũ fundũ, in glo.

glo.quæ incipit,secus. Adde,q summaria cognitio dr tripliciter,primo respectu ordinis tm̃.Secundo respectu probationum tm̃.Tertiò utroque mō simul,ut hic, & ff.ad exhib.l.thesaurus,& l.cui.§.causæ.ff.ad Carbonianum,& est gl.singularis.ff.ut in pos.lega.l.15, à quo, ibi in gl.& sic obseruatur de facto.
13 † Not.optimam gl. quòd per solum iuramentum calumniæ fit summaria probatio quantum ad primum decretum interponendum etiam in reali iudicio. In gloss.sed quandiu, ibi, sufficit legislatorem ita uoluisse &c.No.q sufficit seruare illud,quod statuta uolunt.idem in gl,in l.ij C.de iure do.impe. Et ideo tu assessor statutis municipalibus debes inhærere;quod nota bene. Baldus.

SVMMARIVM.

1 *Missio in possessio.omnium bonorum licet olim fieret proter contumaciam rei,hodie tamen fit pro modo debiti declarati sed non semper,& pro expensis,damnis,& interesse.*

Contra contumacem qualiter procedendum in actione personali,in prin.

2 *Missio si sit facta partim ex falso debito,partim ex uero,an sit ualida.*

Missio in possessionem bonorum est pœna.

Mora successiua successiuam pœnam desiderat.

Alternatiua potestas iudici data amplectitur etiam utrumque simul.

Procedendi modi iudiciales in potestate sunt iudicis.

Declaratio per modum debiti quomodo intelligatur,& probetur.

Iuramentum calumniæ extraordinarium non excludit ordinarium.

3 *Missio an prius debeat fieri in rebus mobilibus,quàm immobilibus*

4 *Missio an teneat,si in executione diffinitiuæ peruertatur ordo l.à diu Pio,*

5 *Missio ultima si fiat in nominibus debitorum, an hec locum habeat,in pupillo,uel ecclesia.*

6 *Debitor meus si deposuit penes te pecuniam,an reputetur inter mobilia, uel inter nomina.*

Contradictor tertius si comparetur ad impediendum bonorum possessionem,an,& in quibus casibus admittatur.

7 *Reus si stetit per 30.annos quod non obtulit: an sit præscriptum ius offerendi.*

Offerendi facultas an & quando sit ius, & quibus competat,& præscribatur,atque prosit.

Creditor gerit imaginem debitoris.

Creditor in possessione missus quando de possessione recedere teneatur,& nu.8.

Confessio debiti sine iudiciario præcepto non habet executionem paratam.

8 *Recedere an debeam à possessione occasione cōuentionis,si habebam hypothecam conuentionalem,& sum missus per prætorem,& reus offert satisdationem expensarum.*

Missio in possessionem qualiter fiat ex cā damni,uel interesse propter delictum.

9 *Debitor an audiatur post secundum decretum.*

Successor omnis pro sententia iudicis tenetur stare colono, & inquilino.



SI Nautem super. In hoc.§.no.primò,qualiter sit procedendum, & ad quid contra reum contumacem in actione personali:quia iudex mittit actorem in possess.bonorum mobilium ipsius,uel immobilum,si fortè mobilia non hēat pro mō,seu mensura debiti declarati,uel excōicabit reū,nec simul ista oīa faciet,sed successiuè,si hoc meruerit ptinacia cōtumacis.
1 † No.secundò,q licet olim pp cōtumaciā rei fieret missio in pos.omnium bonorum,ut C.de bo.auč.iudi.pos.l.cum proponas:tñ hodie iure canonico & ciuili fit pro mō debiti declarati,supple & pro litis expen. & ēt pro alijs damnis,& interesse,quæ ueniunt ex officio iudicis,ut no.ij.q.1.c.in primis,i gl.magna, & i auč. ei qui iurat.C.de bo.auč.iud.pos.Nam sine expen.impossibile est iudicium duci,& no.ff.de iureiu.l.alias.ad de ēt,q olim fiebat missio per mensuram debiti, si fiebat in executionē iudicati,ut not.ff. de re iud. l.à diuo Pio.§.si pignora.Item adde,q ēt hodie interdum fit in omnibus bonis,si quod petitur,non hēt certā quantitatem uel naturam: exemplum. ff. si ser.uin. l.is cuius.
2 † Sed quid si missio facta est partim ex falso debito, ptim ex uero? Rñ.ipso iure non ualet in aliquo.s. si totū debitum est uerum.sed si est facta in re maiori,q̄ sit debitum,ualet usque ad eius currentem qu ant itatem. Casus est notabilis in l.fi.§ j.C.de bo.auč. iud. pos. In primo.n.membro Bar.consuluit in nihilo ualere,ut di xi per.l.si non sortem.§.si centum.ff.de condi.inde.tamen donec soluatur uerum debitum,potest pignori incumbere:ita tamen,q fructus extenuent sortem , ut ff. de sol.l.Titia.§.cum propter dotem.quæ lex in suo casu mirabilis est.
3 †Tertio no.in uerbo Alterutra pœna, q missio in pos.dicitur pœna.sic.ff.de in ius uo.l.satis. ¶Quartò not.q successiua mora successiuam pœnam desiderat. augetur enim contumacia debitoris pertinacia. ¶Quinto not.q ista litera uidetur dare iudici potestatem mittendi,uel excommunicandi,quasi dicat,q si non uult mittere,sed excommunicare, nō tenetur in pos.mittere,nec è contra;quod non puto uerum,quod non teneatur in possessionem mittere:quia ex tali missione debet quæri pignus prætorium , & quia est actus necessariæ iurisdictionis,ut ff.de iurisdi.om.iudi.l.j.nisi fortè reus ad solam excommunicationem sit iuri pariturus;& ita intelligitur litera: quia superfluis multis non est utendum. ¶Item not.quòd modi procedendi sunt in iudicis potestate in his,quæ officium iudicis concernunt.¶Quia modo quæro,quid est dictum,pro modo debiti declarati? Respon.ista declaratio fit in libello,& probatur summarim per iuramentum calumniæ,ut no.in auč.de exhi.reis.§.si uero.Nam in ingressu iudicij præsumitur pro actore,ut no.infra de restit.spo.cum ad sedem.& istud iuramentum calumniæ non est ordinarium,sed extraordinarium,& potest præstari per procuratorem,ut no.ff.de dam.infe.l. qui bona. §.qui alieno.& si postea lis contestetur,erit iteratò præstandum ordinarium calumniæ iuramentum, ut C.de iudi.l.rem non nouam.§.partem. ¶Quæritur,nunquid primò debeat fieri missio in rebus mobilibus,quam immobilibus?Respon.glo.q sic per l. a diuo Pio. ff. de re iudica.sed illa loquitur in executione diffinitiuæ, hæc in interlocutoria, ubi hoc relinquitur arbitrio iudicis,text.est hic ualde singularis.
4 ¶† Quæro , quid si in executione diffinitiuæ peruertatur ordo. l. a diuo Pio? Respon.non tenet missio , uel saltem dēt reuocari,quia iste ordo est inductus fauore debitoris,argumen.ff.de rebus eorum.l.magis puto.§.ne tamen . hoc tenet hic Ioan.Andr.& bene , licet alij dicant contrarium.quia dicunt,quod ille ordo non est de substantia siue de natura executionis , pro quibus bene facit in auč.de fide instru.§. quod autem . Sed ibi est speciale, ut ibi nota.in dubio ergo melius est ordini iuris seruire

uire quasi cuidam formæ traditæ ipsi iudici: alioquin frustra lex hanc formam tradidisset. Non tñ puto, q esset ipso iure nulla missio; sed quòd possit appellari,
5 uel peti reuocari contrario imperio.¶†Sed qd ecce in nominibus debitorum debet fieri ultima missio, nunquid hoc habet locũ in pupillo, uel ecclesia? dic quod si eis expedit, pôt incipi à missione ipsius iuris corporalis debiti, ut eleganter no. per Cy. C. de sacrosanct.
4 ¶ † Quæro, quot sunt possessiones? Respõ. duæ, s. ciuilis, & naturalis, ut plenè no. Di. in c. sine possessione, de re. iu. lib. vj. Alij dicunt, quòd ista diuisio pcedit inter diuersos possessores. sed ubi unus tñ possidet, nõ sunt duæ possessiones, sed duo modi possidendi ad unum finem. nam naturaliter corpore, animo ciuiliter possidetur, ut. C. de acqui. pos. l. licèt. & hanc opinionem recitat glo. in l. si ut certe. §. si duobus uehiculum. ff. cõmo. Prima opi. uerior est: quia quoties duo iura cõcurrunt in persona unius, idem est, ac si in persona diuersorum distinguerentur, ut. l. tutorum. ff. de his, qui. ut
5 indig. ¶ † Quæro, utrum naturalis possessio subdistinguatur? dicit Bar. quod sic. s. in naturalem, quæ pducit naturales effectus: & corporalem, quæ non producit naturales effectus, sed ipsa sui ipsius est effectus, & extrinsecus

trinsecus non porrigitur, ut ff. de acqui. pos. l. iij §. ex ꝯtrario, sed ista subdiuisio non est circa substantiam possessionis, sed circa qualitatem eius, ut ff. cõi diui. l. cõi diuidundo. §. inter prædones, & d. §. ex ꝯrio. Alia subdiuisio est, quod possessor dicitur tribus modis. s. propriè in rebus corporalibus: impropriè in rebus incorporalib. quorum subiectum est corporale, ut in seruitutib. impropriissimè in nominibus debitorum, quorum subiectum est abstractum ab omni re materiali, ut not. ff. de pe. hæ. l. regulariter.

6 ¶ † Quæro, utrum aliquod possessorium sapiat causam proprietatis? rñ. sic, ut qñ possessorium debet esse iustificatum, & fundatum titulo, & iure aliquo, q non sit momentaneum, ut ff. de interdi. l. ij. §. quædam, & ff. de itinactuque priua. l. 3. §. hoc aũt a

7 superiori. † Quæro, utrũ actio fami. her. cõi di. & fini. regun. sapiat cãm possessionis? respon. sic adminiculatiue & introductiuè ad forum, & quantum ad ordinẽ iudicij ut ff. fa. herci. l. j. & no. ff. de cui. l. si mãcipiũ, & cõi di. l. pe. sed quantum ad adiudicationem, & pronuntiationẽ sapit proprietatem, uel quasi, & hoc ex natura permutationis, ut no C. de inter. l. incerti, instit. de of. iudi. §. fi. & ar. ff. de condi. ob causam. l. fi. & in ingressu litis sapit possessorium, sed in decisione litis petitoriũ, & iõ diuisoriũ iudiciũ nemo proponit ꝯ possessorẽ, nisi cũ ipse possideat, si obijciatur declinatoria iudicij. Et nemo uincit, nisi res ad eũ pertineat, ut patet ex iuribus

8 s allegatis. † Quæro, nunquid sit aliquod possessorium cui non correspondeat petitorium? respon. sic. nã ꝓ personalibus præstationibus ꝑpetuis inuenitur quasi possessorium, ut s. de ele. c. querelam; tñ non inuenit rei uindicatio competere pro ipsis, dixit tñ Inn. q cõpetit utilis confessoria, quæ est in rem, sic est inuenire hic petitoriũ correspondens. ¶ Quæro, nũquid ista quasi possessio ꝑsonalium præstationum possit esse cõtinua? & uẽ q non, ut ff. de serui. urb. prædi. l. foramen. rñ. quod est continua habitu, sed non actu, & iõ nõ interrũpit, nisi possessio subtrahatur per uim, ut dicto. c. querelam.

9 † Quæro, quõ cadat uis expulsiua in istis ꝑsonalibus præstationibus? rñ. ꝑ rebellionẽ, & resistẽtiã, ut j. de resti. spo. c. Pisanis, ut si dñs accedat ad locum, ubi debet ꝑcipere istas pensiones, & non sinatur intrare locũ. ff. de ui & ui ar. l. colonus, de præscr. 30. an. l. male agitur C. de agri. & censi. l. litibus, li. 11. & l. si coloni. ¶ Sed uẽ quod istæ pensiones non possideantur, nec quasi, ut ff. quorum bo. l. fi. Sol. est uerum, ubi non computãtur in fructu, uel redditu alicuius rei ꝓpriè, nec repræsentãt aliquam superioritatem, uel obedientiam: quia tunc quasi possidentur, ut dicto. c. querelam. Iaco. tñ de Ra. qui in hoc articulo non intellexit ueritatem, dixit, q aduersus querelã opus est querela, ut refert Cy. C. de

10 pac. l. si certis annis. † Quæro, utrum possessio requirat iuris adminiculum? rñ. sic permittendo, nõ approbando, cum ẽt iniusta possessio sit possessio: nulla tñ est possessio rerum, quæ prohibentur possideri, & ita dẽt intelligi diffinitio possessionis posita a glossatore i l. j.

11 in prin. ff. de acqui. pos. † Quæro, dñs feudi ab alio possessi uendidit mihi ipsum, & me induxit in possessionẽ facti. non iuris: quia alius possidebat cum titulo, & bona fide, utrum transtulerit in me dñium? & uẽ qđ non quia nullam possessionẽ mihi tradidit: & si aliquã tradidit. illa non erat uacua, sed erat clandestina & uitiosa. Rñ. tu quæris de casu. l. nam lex dicit, q ꝑ talem traditionem possessionis non uacuæ factam a dño transfertur dñium, ut ff. de fundo do. l. si fundum, ibi dũ dixit, dederat in dotem dixit Mar. Sellimani. & sic transtulerat dñium sine possessione, quia dixit, dederat. Itẽ non transtulerat possessionem, quia j dixit, q talis traditio non interrumpit præscriptionem possidentis. dixit Mar. Silli. & sic possessio remansit penes illum, qui præscribebat. Et licet usucapio fundi dotalis ꝓhibeaẽ inchoari, nõ tñ prohibetur consummari, quæ lex alibi non reperitur. ¶ Porrò licet transferatur dñium, secus est in usucapiendi conditione, quæ non transfertur, & per ꝯñs nec Publiciana, quæ regulatur eisdẽ regulis, q bus & usucapio inchoatur; & ideo in Publiciana opus est, quod tradatur uacua & expedita possessio, ex qua possit surgere usucapiendi conditio, ut ff. de ꝯh. emp. l. clausibus. Nam si transfertur usucapiendi cõdõ, duo possunt insolidum usucapere traditionibus factis à diuersis non dñis, qđ est impossibile. dic ut no. C. de proba. l. cũ res, per gl. Cy. & moder. Ex ꝑdicta. l. si fundum apparet, q qñ ꝑ inuestituram immissiuam non acquiritur possessio ꝑp alterius possessionem aduersatiuam & incompatibilem, & tñ acquiritur dñium, quia uero

12 dño nihil est ꝯrium. ¶ Et scias, q duplex est inuestitura: quædã cũ possessionis effectu: quædã cũ effectu quasi possessionis: quia ex fictione est, ut precaria. quædam est sine aliquo effectu tradita, ut ea, quæ fit ꝑ baculum uel birretum cẽ res corporales, ut in c. j. quid sit inuestitu. col. x. & in c. sciendum, de consue. rec. feu & no. per Dy. in c. 1. de reg. iur. li. 6. Et ista inuestitura est instralis, non realis; quia remota est à rei traditione In iuribus aũt incorporalibus per talem inuestituram acquiritur ius, & facultas utendi, sicut acquiritur ꝑ cessionẽ

13 iuris, & facultatis. & facit c. ij. s. de consue. † Quæro, statuto communis Mediolani caueatur [a] quod hæredi continueẽ possessio testatoris. Quæro, quæ possessio sit ista? rñ. q est possessio datiua creata à lege absque præsentia corporali, & eam uoco artificialem possessionem, non naturalem, quia non cõsistit in sensu corporeo, nec in organis corporeis. si loquimur de possessione legali, illa potest continuari. si de corporali est impossibile; nisi per fictionem, nunquid ergo hæres poterit petere se mitti in possessionem ex edicto diui Adria. rñ. sic in executione statuti; & ita practicaẽ Mediolani, ut qui est in possessioue ficta, sit in uera. simile habes. ff. ad Treb. l. apud Iul. §. j. Sed nunquid alius est citandus? & uidetur quod non, quia est continuatio possessionis potius, quam noua possessio. ¶ Sed cõtrarium uidetur, quia corporaliter possidens est citandus, non obstante quod alius possideat fictè, ut l. j. §. necessariò. ff. si mulier uen. no. Sed pone, quod iste hæres uendidit, & constituit se pro alio possidere? nunquid sicut ipse possidet fictè, ita fictam possessionem in alium transferat, & per consequens dominium rei uẽdicare? Respõdeo non, quia duæ fictiones non concurrunt, ut no. Guil. de Cu ff. de pac. l. ab emptione. Idem dico, si confiteatur ab alio, uel pro alio possidere, quia fictio est quædam, non pedum positio. ¶ Et no. quod edictum diui Adria. in casu dicti statuti sapit duplicem effectum, scilicet possessionis recuperandæ, & adipiscendæ. & ideo non potest obijci ei per possessorẽ exceptio proprietatis, quæ possit proponi in mero beneficio dictæ. l. edicto, ubi probatio dominij esset in

14 promptu. Considera † aut statutum uenit ad ampliandum ius commune, & tunc idem est in ampliante, quod in ampliato, argu. ff. de pac. dota. l. inter. § cum

a ¶ *Vide Iaco. in l. si sorori. C. de iure deli. ubi allegat loca, & ibi habebis omnia.*

tũ inter. aut uenit de ꝗ se de nouo disponendo, & tunc non assumit aliquam qualitatẽ à iure cõi, cui nõ cohæret: qm̃ separatorum separata est rõ, ut C. de do. inter uirum & uxo. l. si maritus. & ideò in dicto statuto Mediolani considerandum est. aut. n. dicit, scriptus hæres; & quia concernit scripturam, uidetur factum ad imitationem extensiuam illius constitutionis, edicto. & eodem modò summariè debet procedi ratione coniunctionis. l. & statuti, ar. ff. de li. & posthu. l. Gallus. §. ille casus, & § si eius, & ff. de lib. & posth. l. si ita scriptum. aut statutum dicit, hæres, & non scriptus hæres, & quia non concernit scripturam, sed ueritatem & realitatem ut sit uerus hæres, & sic etiam in causa intestati habet locum, non mandabitur dictum statutum executioni succinctè, nec leuato uelo, & poterit appellari: quia officium, uel cõdictio ex .l. fine causa proprietatis nõ est, cum debeat disputari de proprietate iuris hæreditarij & admittitur quæstio contrarij dominij, dico saltẽ semiplena & dicamus idem, quod in interdicto, quorum bo. l. fi. ¶ Et no. ꝙ dictũ statutũ ideò intelligitur de uero & iusto hærede; quia istud est proprium significatũ uerbi, hæredis. Nam hæres dicitur, qui in ius uniuersum succedit, id est tale quale erat apud defunctum, & ex omnibus contractibus etiam depositi, & commodati, qui in hæredem descendunt. ff. de peti. here. l. & non tantum. ff. de precario. l. quæsitum. §. ult. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Causa possessionis appellatur momentanea, & quare, & numero 2.*

2 *Appellari an possit a sententia lata super possessorio.*

Possessionis momentanea utilitas.

Possessionis cã, & proprietatis coram eodem iudice tractanda & definienda, & ratio, & in prin. supra.

Possessio cum proprietate non habet communem essentiam, sed tractationem, & sic limitatur. §. nihil commune.

Ex possessione præsumitur quis dominus, & quando huic præsumptioni standum.

3 *Sententia qua fertur super possessorio principaliter, & per se, est diffinitiua.*

4 *Possessor non est spoliandus sua possessione, nisi eo citato et ordine iuris seruato.*

5 *Causa possessionis commissa an uideatur cõmissa causa proprietatis, uel è contra.*

6 *Possidere an possit aliquis ius incorporale si non habet ius.*

Ad possidendum quid sufficiat.

Actus absque habitu quandoque reperitur.



SVSCEPTIS. Cã possessionis, & proprietatis sub uno iudice tractari, & diffiniri dñt, sed contrà non citatum & non confessum diffiniri non debent. secunda ibi, nec nos. Ibi, Decretum, de iudi. C. l. nulli. † Ibi, Momenti, No. ꝙ cã possessionis appellatur momentanea. contrà, certum est, ꝙ possessio
1
durat longo & longissimo tpe, & etiam tanto tpe, cuius initij memoria non existit. ¶ Item certum est, ꝙ tali possessio pro ueritate hr̃, ut elegãter no. in l. j. C. de ser ui. & aqua. Ita qui olim possedit, pręsumitur hodie possidere, si est sibi fauor, & commodum, ut no. C. de proba. l. siue possidetis, per Odof. & alios, nisi res ab alio possideatur præsumitur quia per decennium possessio continuatur animo, ẽt si corpore quis ea nõ innitatur, ut sing. no. in l. j. C. de ser. fug. Prætereà commoda possessionis non sunt momẽtanea, ut fructus, redditus, & prouentus, ut C. de agri. & censi. l. litibus. ff. quib. mo. usufru amit. l. Pomponius. ergo non est momentanea, sed actu perseuerans, ut ff. de iureiu. l. qui iurasse. §. si pater, & l. cum qui. §. in popularibus, & l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. pos. sol. hic non dr̃, ꝙ possessio sit momentanea; sed dr̃, quod cã. i. lis sup possessione dr̃ momentanea. s comparando eam ad cãm ꝓprietatis. Nã uictoria sup possessione de facili infringitur; sed uictoria super proprietate est perpetua, ut C. de sen. & interlo. l. post sñiam. C. qui legi per l. momentaneæ, & C. de momen. possessione. i n rubro & nigro.
2 ¶ † Quæro, nunquid à sentẽtia lata sup possessorio possit appellari? rñdet gl. ꝙ aut loqueris de iure ciuili; & in nullo possessorio appellatur. aut de iure canonico; & in omni possessorio appellatur, ut ff. de resti spo. cũ ad sedem, & s. de iudi. c. ult. & hoc teneas. ¶ Extra oppo. si possessio est momentanea; ergo de momento nõ est curandum, ut ff. de bo. quæ libe. l. cum non solũ. §. fi. So. uerum est, qñ ex momento non surgit aliqđ ius, uel interesse; sed ex possessione ẽt in momento surgit Publiciana. l. cum qui, in fine, ff. de Publiciana. ¶ Itẽ acquiritur dñium, si procedit congrua cã, ut ff. si cer. peta. l. si tibi. Item acquiritur cõmodum. ff. so. ma. l. si seruus dotalis. non ob. ff. de sol. l. qui sic. sol. quia ibi nullum remanet commodum. Præterea possessio in seipsa durationem habet, & non dicitur momentanea absolutè, sed comparando eam proprietati & apritudine in specta. In tex. ibi, Sub uno, sed quæro, quæ est ratio? respondeo, tex. in l. nulli. C. de iudi. dixit, quod ratio est, quia continentia causæ non debet diuidi, & dr̃ continentia. i. contingentia, quia sese contingunt rõne ordinis. ¶ Item facilius & cum minoribus expensis expedisitur coram eodem iudice. ¶ Oppo. quod se non contingant. Nam proprietas cum possessione nihil habet cõe ut in §. nihil commune, ut ff. de usucapio. pro emp. l. ij. §. separata. Solu. uerum est quantum ad essentiam, sed quantum ad uentilationem bene habet cõe. Nã ex possessione præsumitur aliquis dñs. & habes bonam gl. in l. pen. ff. de condi. insti. licet huic præsumptioni aliquãdo sit standum, ut qñ dominium deducitur incidenter etiam adminiculatiuè, aliquando non, ut cum intentatur principaliter & per se, ut ff. fami. her. l. j. & habes
3 glo. not. ff. si ser. uin. l. sicuti. §. si quæratur. ¶ † In tex. ibi Diffinire. No. quod sententia, quæ fertur super possessorio principaliter & per se, est diffinitiua. ergo debet lis contestari ẽm Ber. & bene, ut insti. de interdi. §. hodie.
4 ¶ † Item no. quod possessor non est spoliandus sua possessione, nisi eo citato & ordine iuris seruato. C. de pac. l. si pacto, quo pœnam. C. unde ui. l. meminerint. C. si ꝑ uim, uel alio modo. l. fi. C. si propter publicas pensi. l. si
5 deserta, & in ca. licet. j. de præben. li. 6. ¶ † Quæro, nunquid commissa causa possessionis uideatur commissa causa proprietatis, uel è contra? & dic ꝙ non, ut C. si à non compe. iudi. l. de proprietate, & ibi no. & hoc uerũ si delegans commisit causam discretiuè, sed si indefinite utraque causa uidetur commissa. s proprietatis, & possessionis, ut no. infra c. proxi. in j. gl. quam perpetuo
6 no. † Quærit hic Inno. utrũ aliquis possit possidere ius incorporale, si non habet ius? & uĩ ꝙ non, quia sicut se hẽt possessio corporalis ad rem corporalem, ita se habet incorporalis ad rem incorporalem. sed corporalis non potest posideri, nisi sit corpus; ergo incorporalis non potest posideri, nisi sit ius, ut ff. de usufru. l. ij. & iij. §. dare. ¶ Cõtrarũ est uerum, nisi tale ius sit prohibitum

habitum possideri, ut in c. j. de præscri. lib. vj. quia licèt isti, qui sunt in possessione non habeant ista iura; tamé sufficit, quod p dispositioné legis intellectu pcipiunt, & per aduersarij patientiã, uel obedientiã, quasi possidentur, ut. ff. de ser. rust. prædio. l. j. in fi. & sufficit ad possidendum quis putet se ius habere, & faciat actus, qui pertinent habenti uerũ ius, ut eligere, presentare, & similia. Oportet tñ, quod isti actus transeant ad aliquem effectũ. nam si infirmarentur à superiore, uel si præcipienti non obediretur, iste non deberet dici in quasi possessione nisi labiorum suorum sm Inno. & sic interdum est reperire actum sine habitu, ut. ff. de offi. præto. l. Barbarius, secundum illam opinionem, quæ habet, quod illa prætura Barbarij: fuit apparens & non existens.

SVMMARIVM.

1 *Petitorium nascitur ex fine possessorij.*
Possessori, rerum corporalium non competit rei uendicatio: secus incorporalium, excepto in casu retinendæ.
2 *Pronunciandum an sit prius de necessitate in possessorio.*
Petitorium, & possessorium quando cumulari queant.
3 *Sententia lata super possessione an sit immediatè pronunciandum super proprietate.*
Contrarietatis exceptio per modũ declinatoriæ debet opponi.
4 *Possessorio, & petitorio si sit simul actum & semper in utroque sunt recepti testes, an debeant simul publicari, an uerò possint publicari in possessorio, & non in petitorio, uel è contrà.*
5 *Ordo istius c. si non seruetur, an ualeat sententia.*
De ordine processus in causa possessionis, remissi.
Cumulata in libello, possunt in processu separari, & potius in uno, quàm in alio pronunciari.
6 *Cumulationem lex, ideò, permittit ut parcatur sumptibus, & expensis partium.*
Sportulæ quando duplicentur in causa cumulationis.

AD ultimum. Si possessorio, & petitorio simul est actum, potest iudex prius possessorium terminare. h. d. ¶ Quæro, quæ erat ratio dubitandi? rñ. forma rescripti, & forma libelli, sed hoc non ob. qa ordo iuris uult, qd prius de possessione, q̃ de pprietate pnuntietur, ut. C. de rei uin. l. ordinarij. C. de interdi. l. incerti. ff. de iu
1 di. l. si de ui: quia † ex fine possessorij oritur initium petitorij, ut. ff. de acqui. pos. l. exitus controuersiæ, & insti. de interdi. §. conditum. qui. n. declaratur possessor, non potest rẽ uendicare, ut. ff. uti. pos. l. j. §. interdictum aũt: qui tñ. §. nõ habet locũ in petitorio incorporaliũ, quod ét possidenti datur, ut insti. de actio. §. æquè. dicit Inno. quòd licet dimittere petitoriũ, & procedere ad possessoriũ recuperandæ, uel adipiscendæ, sed nõ retinendæ. Inno. quia in retinendæ non esset suspendere petitorium, sed renuntiare ei pp contrarietatem, qua
2 cessante idem esset in retinendæ sm alios. ¶ † Quæro, nunquid de necessitate sit prius pronunciãdum in possessorio? rñdeo, sic si est questio quis possideat, ut. ff. de li. cau. l. liberis. § fi. Sed si est certũ, quod reus tm̃ possidet, tunc põt contrà eũ cumulari petitoriũ, & possessorium adipiscendæ possessionis, uel recuperandæ, ut. ff. de ui & ui ar. l. cum fundũ. §. fin. In possessorio autem retinendæ possessionis sic distinguo, aut agens esset sibi cõtrarius; & non habet locum cumulatio. aut nõ est sibi ꝯtrarius, & tunc sic, ut qñ possessio ciuilis est apud eum, naturalis apud reum, ut subtiliter no. ff. de acqr. pos. l. clam possidere. §. fi. per Di. insti. de actio. §. oĩum. & prædicta uera sunt tam de iure ciuili, quàm de iure
3 canonico, quicqd hic dicat Ber. ¶ † Quæro, an lata sententia sup possessione immediatè sit pronunciandum super pprietate? Rñ. sic, si constat de pprietate, & fuit actum petitorio, & possessorio simul, & non implicãdo aliquam contradictioné. ¶ Quæro, quid si implicauit ꝯdictionem in libello, tñ nõ fuit exceptũ, nunquid possit opponi exceptio ista. s. quòd est sibi contrarius factis probationibus? rñ. non, quia exceptio ꝯrietatis debet opponi per modũ declinatoriæ. non. n. reddit probationes inualidas. & iõ sm acta, & probata iudex debet pronunciare præmittendo tñ semper cãm posses-
4 sionis, tex. est hic no. ¶ † Quæro, si simul est actum possessorio, & petitorio, & semper in utroq; sunt recepti testes, an debeant simul publicari, an uerò possint publicari in possessorio, & non in petitorio, uel ẽ contrà? Dicit Ber. quòd possunt simul publicari? & ét in alte-
5 ro publicari, in altero non. ¶ † Quæro, nunquid si ordo istius. c. non seruetur, ualeat sñia? rñ. sic, sed potest appellari, ut. C. de ap. l. j. & no. ij. q. j. in summa, de hoc in Spe. de pos. & petitorio. §. j. uer. quid si primo. In gl. s. quod, ista gl. exponit primò text. secundò opponit de capitulo cum dilectus. s. de ordi. cogni. tertiò colligit quoddam notabile. quartò ponit differentiam inter leges, & canones; & in hoc male loquitur, quia non est differentia, ut supra dixi, & plenè no. ff. de iudi. l. si de ui. & licet glo. Ber. satis inordinatè procedere uideatur, tñ tangit substantialia in effectu, uidelicet an sit ordo libellandi, an probandi, & testes publicandi, & ultimò quis sit ordo pronunciandi. Et no. quæ cumulantur in libello, possunt separari in processu, & potius p
6 nunciari in uno, quàm in altero. ¶ † Itẽ no. quòd iõ lex permittit cumulationem, ut parcatur sumptibus, & expensis partium, & est ar. quòd pro libello cumulato nõ soluantur nisi unicæ sportulæ: quod sine dubio est uerum, ubi conclusio respicit unicum interesse, ut. ff. de emp. l. non est nouum.

SVMMARIVM.

1 *Permissus semel interesse electioni non ideò uidetur admissus ad perpetuò eligendum, nec ad possidendum hanc facultatem interessendi.*
Sententia non solùm fertur super petito, sed etiam super causis, in prin.
Familiaris & hospes } *non acquirunt in domo domini, uel hospitij possessionem.*
Arbitrio iudicis indifferentia committuntur.
Negatiuam implicitam sine coarctatione testes asserentes reprobantur.
2 *Libellus hic, peto talem electionem cassari, quia apud me est ius eligendi, an procedat.*
Eligere est de fructibus iuris eligedi.
Compensationem reus opponendo ita petit debitum, ac si directè peteret.
Confirmationem suæ electionis petere possunt eligentes.
3 *Consuetudinem qui intentat, uidetur intentare petitorium, & possessorium, & nu. 12.*
4 *Electio facta exclusis habentibus uocem debet irritari.*
Eligendi ius quæsiuisse quando quis dicatur.
5 *Reducitur quis solo uerbo in possessionem iuris incorporalis.*
6 *Vincere debet ille, qui plenius probat.*

Iuramentum

Iuramentum in supplementum probationis quando defferatur actori.

7 *Testes eliduntur per contrarietatem.*

8 *Negatio testis, quæ æquipollet nescientiæ, an probet, & quid si æquipollet assertioni uisus, uel auditus ipsius negatiua.*

Testibus affirmantibus quando magis credatur quam negantibus.

Negatiua quædam conuertibilis cum affirmatione: & è contrario.

Negatiuam si probare testes nituntur, contra eos præsumitur.

9 *Pars maior canonicorum si eligit, omnes canonici elegisse uidentur.*

Elegisse clerici, si canonici eligunt, non uidentur propter corporis, & iuris diuersitatem.

Ecclesiæ unius reperiuntur esse clerici corporis diuersi.

Episcopi electio pertinet ad canonicos ecclesiæ cathedralis.

Eligendi ius una cum canonicis à clericis nomine suarum ecclesiarum præscribi potest.

10 *Cumulans petitorium, & possessorium potest in uno uincere, in alio succumbere.*

Per silentij impositionem statim & ipso iure perditur possessio iurium incorporalium post quam sententia transiuit in rem iudicatam.

Possessio euincitur per absolutoriam sententiam, & quando.

Participium, absoluendos, significat quandoque præsens tẽpus.

11 *Iudex si ita dixit, & ita ego pronuntio, an statim absoluat, uel condemnet, secutus consilium, quod dicit quem absoluendum.*

12 *Canonici, si spoliauerint clericos, an debeant admitti ad probandum.*

Ex incidenter deductis & per modum causæ an sententia ferri queat absolutoria.

Consuetudo inchoata sufficit in possessorio.

Fructuum dominus quis efficitur per inchoatam possessionẽ.

In præscriptione tempora ultima spectanda.

Interesse in aliquo negocio diuersè accipitur.

13 *Verbum, habuisse, quid significet.*

Possessio ex unicò actu acquiritur.

§. ff. hoc interdictum, leg. iij de itin. act. pri intelle.

14 *Esse in possessione non intelligitur, qui statim reijcitur.*

Vendicatio rei datur in corporalibus: secus in corporalibus.

15 *In iudicium quando non uenit nisi illud, quod specificatũ est.*

Vniuersale est, quod non in species diuiditur sed in res.

Generale, quod diuiditur in species.

16 *Consuetudinem an tres uices inducant.*

Seruitus quomodo esse intelligitur in iuribus incorporalibus.

Titulus non requiritur in iuribus incorporalibus

17 *Titulum an saltem sit necesse allegare, licet non sit necesse probare.*

Correlatiuorum est eadem probatio.

a ¶ *No. primò in hoc c. a cum ecclesia, quod licet archiepiscopus habeat iurisdictionẽ in suffraganeos. ca. pastoralis. de offic. ord. non tamẽ eligitur ab ipsis, sed à canonicis ecclesiæ suæ. c. bone. ij. de post. prælat. Secundò not. quod ubi tractatur de electione prælati, eligentes debent in unum congregari. ratio habetur in glo. j. & etiam dic rationem esse quia actus, qui fiunt a collegio, uel uniuersitate, debent fieri à collegialiter aggregatis. c. i genesi, de elec. c. cum omnes, de constitu. Adeo, quòd et si maior pars aliquid faciat, uel etiam cẽs, nisi præcedat deliberatio facta collegialiter nunquam dicitur factum à collegio, uel uniuersitate, l art. in l. aut fratre. §. fi. ff. de pœnis. do. maxime Panor. in c. gratum, de postu. præla. quod no.*

CVM ecclesia.[a] Dicit Inn. quòd sñia non solum fertur super eo, quod est petitum, sed super causis. Inno. sed si spoliatus petitorio & possessorio simul agat, si possessionem, & spoliationẽ probet, sed non dñiũ, obtinet in possessorio, & succumbet in petitorio, & sunt duæ partes. In prima ponitur facti & processus narratio. In secũda diffinitio ibi, nos igitur. Prima subdiuiditur in quinque partes. primò ponit petitionem actoris. secundo recõuentionem reorum ibi, uerum. tertiò modum seruatum in procedẽdo, ibi partibus. Quartò allegationẽ agentium, ibi pars canonicorum. Quintò allegationem reorũ ibi, parte clericorũ. Secunda principalis subdiuiditur in duas. primò diffinit possessorium. secundò diffinit petitorium ibi, uerũ. ¶ Casus Cũ Ecclesia Sutrina uacante canonici elegerunt epm̃, deinde coram Papa petierunt eorũ electionem confirmari. Ex aduerso clerici conuentualium ecclesiarum petebant infirmari. quia cũ & ipsi essent in possessione eligẽdi, fuerunt exclusi, petentes insuper dicti clerici ius eligendi eis adiudicari, cum consueuerint electioni interesse. ꝓducti fuerunt hinc inde testes, & pars canonicorũ nixa fuit ꝓbare, quòd ad eos tm̃ spectaret electio, pars aũt clericorum probauit se electionibus trium eporum ultimò & immediatè electorum interfuisse, & uocem habuisse eligendi cum canonicis. Papa examinauit processum, & in testibus canonicorũ inuenit uarietatem, & uacillationem, & quod adstruebant negatiuam: in testibus aũt clericorum. inuenit ꝓbatam affirmatiuam, quod ipsi interfuerunt, & uocem præstiterunt eligendi in dictis tribus electionibus. Et iõ præmissam electionem cassauit, & clericos reduxit in possessionem eligendi. uerum qa clerici petierunt ius eligendi sibi adiudicari saltem tacitè, quia omne ius suũ in iudiciũ deduxerunt, & de præscriptione non probauerunt, cum de iure cõi secus obtineat, absoluit canonicos à petitorio, ꝑpetuũ super eo silentium clericis imponendo. dixit Inno. quod qui ꝓsequitur ius eligendi, et si sit ius cõsuetudinariũ, ꝓsequitur petitoriũ, & possessorium, nisi dixerit expressè, quod agit tanquã ius habens, quia tunc intentat petitoriũ tm̃, uel dic, q̃d qui petit electionẽ confirmari, non intentat nec petitorium, nec possessorium, nisi aliud adijciat, Innocen.

1 ¶ † Dixit Inno. quod permissus semel interesse electioni non iõ uidetur admissus ad perpetuo eligendũ, nec ad possidendũ hanc facultatem interessendi. ¶ Idẽ ait, quod si unus eps̃ staret in domo alterius epi cũ eo mille annis, nunquam acquireret possessionem: quia non stetit ibi tanquam ꝓ iure suo, sed tanquam familiaris, & hospes. ¶ Idem ait, quod actus indifferentes cõmittuntur arbitrio iudicis, quod est bene no. ¶ Idem ait testes reprobari, qui asserunt tacitam negatiuam implicitam sine coarctatione. & dico, quod reprobatur ut nõ probent affirmatiuã nõ coarctatã, quod est not. dignũ.

2 ¶ † Idem ait, q̃d non ꝓcedit hic libellus, Peto talẽ electionem cassari, quod apud me est ius eligendi, sed debet dicere, quia apud me est possessio eligendi. Dixit Inno sicut poma sunt fructus agri, sic eligere. s. actualiter est fructus iuris eligendi. s. habitualiter. dixit Inno. quod reus opponendo cõpensationem ita petit sibi debitum, ac si directè peteret. ¶ No. in principio, quod eligentes possunt petere confirmationem suæ electionis, ibi, petentes.

3 ¶ † Secundò no. ibi, consueuerunt, quòd q intentat consuetudinem, uidetur intentare petitoriũ, & possessorium: & est ratio, quia cõsuetudo est tam iuris,

4 ris, q̃ facti. ¶ † Tertiò no. q; electio facta exclusis habentibus uocem dét irritari, licet eligentes habeant fundatam intentionem de iure cõi, & posidentis non. In text. ibi, Trium similis numerus. C. de apochis publ. l. quicunque, & C. de fideicom. l. j. in hoc tñ non facit pondus: quia aut quis admittitur ad eligendum precario & de gratia, & tunc nunq̃ acquirit ius, ut. C. de præscri. xxx. ann. l. ij. aut admittitur ad eligendum tanquàm ius habens eligendi, & tunc pp unicum actũ effectualẽ acquiritur possessio, ut. l. fi. ff. quẽad. ser. ami. aut dubitatur, & si interfuit tribus electionibus, præsumitur admissus tanquàm habens ius, ut hic, & d. l. j. C. de fideicom. imò ex tribus præsumitur, q; in perpetuũ
5 fuerit admissus, ut. d. l. quicunque. ¶ † In tex. ibi, reducentes, mirabile est, qđ solo uerbo reducit quis in possessionẽ iuris incorporalis. & est rõ, quia istud ius non est aliud, quam quædã licentia & facultas à iure concessa, & posidetur ét ante quàm electio fit aperta p mortem prælati: secus in possessione, quæ consistit in actu corporali. nã illa nec uerbo quæritur, nec perdi-
6 tur, ut. ff. ad Tre. l. facta, & l. restituta. ¶ † Quartò not. Ibi, Plenius probauissent, q; iste, qui plenius probat, dét uincere. Adde, q; ille qui semiplenè probat, alio nihil probante dicit plus probare. non dico plenius, & ideò. ibi debet deferri sacramentum in defectũ probationis. defertur semiplenè probanti, nisi aduersarius pro se habeat iuris dispositionẽ. dicit Accur. uel nisi uelit iurare, cũ ambo sint eiusdẽ authoritatis, & uterque pariter sciat ueritatem. Si ergo reus offerre se paratũ, iurare nõ debere, sicut actor, qui semiplenè probauit, si uerò uult iurare deberi, non dét deferri iurm actori. ista est gl. unica in iure. ff. de qõ. l. maritus. quæ
7 tñ gl. de facto non seruatur. ¶ † Quintò no. q; testes eliduntur per ꝯrietatem, quia præsumuntur periuri pp uacillationem: quia præsumuntur factũ ignorare, qđ est uerũ, si uacillãt uerbis, & mente: secus, si uerbis, & non effectu uerborũ, ut. C. de testa. l. testm̃ non ideò, pp assertionem negatiuæ nõ coarctatæ, uel parũ coar
8 ctatæ: q; est no. dignum. ¶ † Et circa hoc scias, q; aut negatio testis æquipollet nesciẽtiæ; & tunc non ꝑbant, etiam si essent mille testes: aut æquipollet assertioni uisus, uel auditus ipsius negatiuæ: & tunc est ꝑsumptio ꝯ deponentes, nisi negatiua per coarctationem sit probabilis, uel nisi probetur per oppositã affirmationem. exemplum. C. de ꝯhen & commi. stip. l. optima, & per. Cy. in l. ij. C. de erro. aduo. Et glo dicit, q; plus attẽditur testibus duob. affirmantibus, quàm decem negãtibus; q; intellige, ubi non est æquè probabilis negatiua sicut affirmatiua, ut no. ff. de arb. l. diem proferre. §. si plures, & est tex. hic ualde no. Adde, qđ est quædã negatiua prægnans & conuertibilis cum affirmatiua, ut no. C. de codic. l. nec codicillos. & è ꝯ quædam est affirmatiua, quæ est conuertibilis cum negatiua, ut qñ in articulo ponitur dictio, absque, puta q; res fuit absque eo &c. Nã ista dictio, absque, & dictio, sine, resoluuntur ĩ negatiuã, ut in c. Obertus. § strenuus, de feu. cog. col. x. ¶ No. præsumi ꝯ testes, qui nituntur ꝑbare negatiuã, maximè qñ non est pceptibilis sensu, uel ualdè difficilis percipi, & uide bonam gl. quæ est in l. j. ff. de iti. actuque priua. & quod no. in l. j. ff. de uen. inspi.
9 ¶ † No. in isto. c. q; si maior pars canonicorũ eligit, oés canonici elegisse uñr, ut. ff. ad municip. l. quod maior: quia sunt unũ corpus: sed si canonici eligunt, non uñr clerici elegisse, sed potius esse expulsi: quia sunt diuersum corpus, & quia canonici eligunt uno iure. s. communi: clerici uerò eligunt iure spãli & ex priuilegio consuetudinis, & sunt diuersa corpora. & ideo non hẽt locum in eis fictio prædicta, ar. ff. de condi. & demon. l. mulieri & Titio. ff. de bo. pos. l. sed cũ patrono, & qa res inter alios acta &c. & si d. catur, q; est una ecclesia, cuius noĩe vr̃ facta electio? rñ. electio non fit ab ecclesia, sed in ecclesia. uel dic, q; licèt sit una ecclesia, tamẽ stat regula, res inter alios acta alijs non ꝓdest, nec nocet, cũ sint ꝓrsus alij in iure, & in facto. ¶ Sextò not. q; electio epi pertinet ad canonicos ecclesiæ cathedralis nõ ad curatores aliarum ecclesiarum. ¶ No. q; pt̃ ꝑscribi, q; clerici noĩe suarũ ecclesiarũ eligant unà cũ canonicis. ¶ Item no. q; ex tribus electionib. præsumit̃ possessio. ¶ Item no. q; consuetudo in istis iuribus incor-
10 poralibus non præscribitur breui spacio tpis. ¶ † Itẽ no. quòd cumulans petitoriũ, & possessoriũ pt̃ in uno uincere, & in alio succũbere, puta uincere in possessorio, qđ est bñ hoc casu momentaneũ, qa statim imponitur sibi silentiũ sup petitorio: quo imposito, nec possessione uti põt iuris alieni. Et no. quòd p impositionẽ silentij statim & ipso iure ꝑditur possessio iuriũ incorporaliũ. s. postquã sñia transiuit in rẽ iudicatã, & non ante? ¶ Itẽ no. quòd Papa ꝯ possessione restituit in possessorio, nunc aufert in petitorio: nimirũ, quia ptãs eui ctionis tollit intellectũ restõnis. Item no. per absolutoriã sñiam latã pro canonicis possessionem clericorum euinci; qđ est no. dignum & subtile. ¶ In tex. ibi, Actore non ꝑbante, no. regulã ibi, & si nihil, multo magis, si ꝑbat per ꝑsumptionẽ canonis, ut hic erat Ibi, Duximus absoluendos. i. absoluimus, & sic participiũ, absoluendos, significat præsens tp̃s, & non futurũ. Et uide hic qđ no. per Cy. C. de sen. & interlo. om. iud. l. si iudex. & per hoc determinatur qõ de consultore, qui cõ
11 suluit absoluendũ, uel condemnandũ. † Nã si iudex dixit, & ita ergo ꝓnuntio, statim absoluit, uel condẽnat: quia effectũ consilij secutus vr̃, ar. ff. de iureiur. l. sed &
12 si possessori. §. sed si rerũ. ¶ † Modò ueniamus ad apparatũ, qui difficilis est, omissa prima gl. q̃ est puerilis, capio scđam gl. & vr̃, quod canonici non debeant admitti ad probandum, qa spoliauerant clericos? Rñ. clerici cumulauerunt petitoriũ, & rõne petitorij fuerunt ꝓbationes canonicorum receptæ. ¶ Sed ꝯ illud opponitur, quia clerici non intentauerunt petitoriũ, nisi fortè incidenter, & per modũ cãæ: quia non petierunt declarari ius interessendi ad se pertinere, cum libellus in reali iudicio habeat ꝯcludere ad declarationẽ, ut. l. sicuti. §. si q̃ratur. ff. si ser. uen. So. dẽt sic suppleri ad literã, qđ petebatur declaratio. Sed ꝯ hoc opponitur, qa litera dicit inferius, qđ istud petitorium nõ uenit in iudicio tanq̃ i libello expressum, sed. tanq̃ tacitè inclusum, ut. j. uer. uerum? Rñ. ex quo includitur, satis hr̃ p expresso. uel dic, qđ corã Papa sufficit deducere petitorium ꝑ modum cãæ, ut hic in litera ibi, qđ cum. 1. qa &c. licèt nõ intẽtatum sub forma libelli principlr & p se; & pt̃ ferri absolutoria sup cã, licet nõ feratur sup libello intentato, ut. ff. de ꝑba. l. circa, & hẽt uim diffinitiuæ p oia, & p hoc seruatur capitulũ, Abbate, de re iud. li. 6. qa corã Papa, uel auditorib. ipsius sufficit incidenter ꝑbare uerũ, licèt nõ petitũ. Sol: ibi ueritas nõ uenit ad ꝯfirmationẽ actionis ex accidenti uerificatæ, ut. ff. de inoff. test. l. q repudiantur. §. fi. ubi intentans ius accrescẽdi, uicit, si postea accrescit, qa petitio uerificatur. Sed doc. iur. ciuilis dñt, q; illud est, qa ius accrescẽdi hẽt cãm uetustiorẽ, & iõ fingit retro, q; dixi de Papa, uerũ est in se, sed parũ ad rhõbũ, qa alia rõ

pactũ reformat, dixit. C. de trãs. l. interpositas. motiuũ enim Papæ est per. l. si quis intentione ambigua. qui enim dicit, peto cassari electioné, quia est facta ꝯ consuetudinẽ, intelligitur intentare omne ius undecunq; & qualecunq; ex cõsuetudine proueniens, ut. ff. de excep. rei iud. l. & an ea lẽ. §. actiones. cũ ergo ex consuetudine oriatur possessoriũ, & petitoriũ, hoc cõpendio uerborũ utrunq; vr intẽtatũ, ar. ff. de leg. ij. l. Mæuius. §. duobus. ¶Sed ꝯ prædicta immediatè opp. & vr, ꝙ isti clerici falsum deduxerunt in libello, quia intentauerunt consuetudinẽ. consuetudo. n. non erat præscr. ut patet in litera, ergo nec in possessorio, cum sit intentata ex falsa cã, uincere nõ debuerũt. Sol. ꝯsuetudo erat inchoata, licèt non esset consummata; & ista consuetudo inchoata sufficit in possessorio. Nã per præscriptionem inchoatã efficitur quis dñs fructuũ. ergo merito dẽt admitti ad eligendũ: quia fructus iuris eligẽdi est eligere licere, ut. l. fructus. ff. de reg. iur. & Inn. semper habuit istã considerationẽ, ꝙ actus, qui est eligere, fit fructus istius habitus, qui est possidere hoc ius, sicut fructus iurisdictionis in habitu est eius exercitium in actu. Considera, nam possessio parit facultatem, facultas parit utilitatem, utilitas autem idem est, quod fructus. Et si tu dicis, quæ est ista utilitas? Rñ. est utilitas spũalis, quia prouidetur ecclesiæ. Item est utilitas specialis, quia interest eligentium hr̃e bonũ prælatũ. Itẽ patroni interest, ꝙ ecclesia quasi sua bene ordinetur, & bene regatur. Porrò eligere in omni uacatione renascitur, & omne, quod renascitur, fructuum noĩe continetur. ff. sol. mat. l. diuortio. ¶ Vlterius opponitur, & vr, ꝙ isti clerici in libello deduxerunt superuacua, qa dixerunt, ꝙ in electionibus trium epõrum ultimò & immediatè in Sutrina ecclesia electorũ interfuerunt, & uocẽ habuerunt simul cũ aliis. q. d. nos continuè fuimus in possessione, usquequò fuimus expulsi per canonicos. Nã hoc non est necesse allegare. l. ꝙ continuè. s. successiuè, & sine interruptione extranea: quia qui semel possedit, semper ꝑsumitur possidere, ut. C. de ꝓb. l. siue possidetis. Sol. dicit gl. illa loquitur in proprietate: secus, si in possessione. Et ideò ille, qui uult ꝓbare præscriptionẽ, dẽt probare possessionẽ eo tẽpore, quo præscriptio completur, quia in præscriptione ultima tempora spectanda sunt, ut. C. ne de statu defunctorum. l. si mater, & C. de apo. pub. l. quicũque. xxxv. di. c. ab exordio, & xxviij. di. c. quia sunt, & ĩ. tit. j. c. cũ ad sedem, in i j. gl. ¶Opponitur, ꝙ isti clerici fuerunt uerbosi in libellando, qđ esse non dẽt, ut. C. de app. l. ampliorẽ. §. in refutatorijs. dixerũt enim, ꝙ interfuerunt electionibus, & uocẽ habuerunt. Nam si interfuerunt, ergo uocẽ habuerunt. Sol. non est uerũ, qa potuerunt interesse cã dandi consilij, uel ad hoc inuitati nõ tanq̃ ius eligendi habentes, sed uocẽ non pñt hr̃e eligendi cũ aliis, nisi debeatur eis. vñ dicit. l. ꝙ non sufficit in istis incorporalibus, ꝙ quis possideat, nisi intendat sibi ius acquirere, ut. l. ultima. ff. de iti. actuq. priu. & in dubio præsumendũ est, ꝙ nec ipsi uelint acquirere, ꝯ ius cõe, nec ꝙ canonici uelint concedere: quia nemo præsumitur ius suũ iactare, uel minuere. l. cum de indebito. ff. de prob. & ff. qui & à quib. l. si optio.[a] ¶†Itẽ no. ꝙ uerbum, habuisse, significat habitũ, sine quo non põt esse priuatio, ut. ff. de uerb. ob. l. decem. & ideò non intelligerentur spoliati, nisi probarent possessionem eorum præcessisse. qui enim non possidet, eiici potest, sed spoliari non põt, ut. ff. de acqui. pos. l. qui iure familiariter. ¶Opp. ulterius, ꝙ frustra intentauerunt de tribus elc. cum sufficerent duæ, ut. ĩ. e. c. cum olim: quinimò sufficeret una, l. immediata, cum ex unico actu acquiratur possessio, ẽt si in xl. annis non emergat nisi semel, ut. ff. de aqua quoti. l. j. §. ij. & iij. & sufficit unum tignum immissũ se in parietem tuum, ut seruitutem possideam. ff. de ser. urb. ꝑd. l. seruitutes q̃ & melius & in l. hæc aũt iura. unde tuendus sum in possessione, nisi ab aduersario ui, clam, uel præcario possideã, ut. l. unica. C. uti poss. & q dedit precarium, põt authoritate propria reuocare: secus, si ex alia cã concessit, ut ff. de adul. l. Aquilius, & l. Lucius. Sol. Ber. concedit unum actum sufficere, & bñ: quia una tantum est possessio ita mille actuũ, sicut unius, & quia possessio momento acquiritur, ut. ff. de Pub. l. cum qui. §. fi. & no ff. de iureiur. l. cum qui. §. in popularibus. Nõ obst. l. iij. §. hoc interdictum. ff. de iti. actu. priua. quia illud est propter naturam illius interdicti, in quo requiritur, ꝙ ius habeat seruitutem sm̃ Ber. ¶Quæro, quare litera dicit, quasi possessionẽ:
14 Rñ. quia ius eligendi est incorporale. ¶†Op. ꝯ uerbũ, reducentes, quia non intelligitur in possessione esse, qui statim reiicitur, ut. ff. de sol. l. qui sic soluit. So. concedo. Nam ista reductio fuit hic uerbalis & persunctoria propter seruandam naturam interdicti recuperandæ, quãtum est possibile de iure. ¶Opp. dicitur hic, ꝙ utraque pars intentauit, quicquid iuris habebat. Nam pars canonicorum erat in possessione. ergo non potuit intentare petitorium, ut. ff. uti pos. l. j. §. interdictum. Sol. pro rebus corporalibus non datur rei uind. possidenti plena possessione, sed pro incorporalib. fit, quia non plenè possidẽtur, ut insti. de act. §. æque. Nã cum incorporalia quasi possideantur per aduersarij patientiam, impossibile est, ꝙ quis possideat patiẽtiã aduersarij quia hoc dependet ab aduersario, nõ à se, ut. ff. de ser. ru. præ. l. j. in fi. & no. C. de ususruc. l. corru
15 ptionem. ¶†Opp. & uidetur, ꝙ non uenit in iudicium nisi illud, quod specificatum est, ut legitur & no. insti. de act. §. tripli. Nã illud tm̃ uenit in condemnationẽ, quod in libello continetur, ut. C. de fideic. lib. l. fi. Sol. dicit gl. ꝙ uerum est, ꝙ extranea non continentur: sed bene continentur connuncta & accessoria, ut. ff. de dã. infe. l. si quis missum. §. iudex. Item in generalibus iudiciis & uniuersalibus omnia includuntur. s. in generalibus prosecuta, & in uniuersalibus indistinctè, ut. C. de iud. l. licet. Est autem uniuersale, quod non distinguit in species dialectico modo assumptas, sed in res. generale autẽ est id, quod hẽt species sub se. quia est quod-
16 dam prædicamentum, ut alibi dixi ¶ † Opponitur, ꝙ tres uices inducant consuetudinem in delictis. Sol. illa est mala consuetudo. quòd autem tres uices inducant consuetudinem quantum ad pœnam delicti est uerum nisi eodem contextu, ut tria adulteria commissa cum muliere ante quàm diuertant ad extraneos actus, nam habentur pro uno maleficio continuato, seu aggregato,

a ¶ *Et habes hic text. ad limitationẽ il lius alleg. quæ hẽt, quòd ubi negatiua est prægnans, & habet inclusam affirmatiuam, est probabilis ut per gl. ĩ c. bonæ, el primo, de elec. in l. vj. ff. de prob. quia illud uerum, quando negatiua sequitur necessariò ex terminis affirmatiuis, absq; quòd aliquid deponatur super negatiua, ut quãdo nego aliquid me fecisse sponte, quia ex terminis affirmatiuis, quod feci coactẽ sequitur necessariò quod non feci sponte, licèt super hoc nihil deponit testis, ut declarat. d. Ant. in c. bonæ, de elec. in vj. quod bene. no.*

aggregato, ut no. ff. de fur. l. uulgaris in prin. ¶ Opponitur, q ista pscriptio iur. eligendi non procedit de iure quia seruitus quædam est, quæ non est in nostris bonis nec extra bona, ut l. j. ff. de usuf. le. So. istud est dicere, q non est in bonis nostris simpliciter, sed sm quid. ¶ Oppo. de c. 1. de præscrip. lib 6. sed ibi possessio erat cōtra præsumptionem iuris, ac statuentis ius, hic pter ius. 66. di. c. obeuntib. ca. n. quæ sunt contra ius, uitiantur & uitiant quicquid sequitur ex eo, uel ob id, siue sit contractus, siue electio, siue quicquid aliud, q nomen iuris debeat habere, ut. C. de legi. l. non dubium. §. fi. uel dic q isti clerici habebant iustam causam erroris, ut quia erat publica fama, quod antecessores eorū habuerunt ius eligendi, ut. ff. de usuc. l. Celsus. ¶ Opponitur, q alia ratione non potuerunt præscribere, quia non habebāt titulum. Nam etiam in consuetudine causa. i. titulus allegari debet. Nam nos sumus in consuetudine præscriptiua alicuius iuris. Sol. in istis iurib. incorporalib. nō requiritur titulus: quia patientia aduersarij habetur pro titulo pp modicum pjudicium, q generant, ut. ff. si ser. uin. l. si quis diuturno.
17 ¶ † Sed nunquid saltem ē necesse allegare titulum, licet non sit necesse probare, uř q sic, ut. ff. de usu. l. cum de in rem uerso; sed ibi nulla est præscriptio. nihil. n. ibi præscribitur: sed sunt quidā actus non in patientia, sed in præstatione consistentes ex quibus oritur illa præsumptio iuris, nisi probaret ꝯtrium saltem per aliam præsumptionem, puta quia esset rusticus, uel mulier, ut ff. de prob. l. cum de indebito. Considera hic. nam per possessionem ēt. xl. annorū non probatur titulus, q̄q̄ possidens alleget ipsum: sed oportet alijs probationibus probare, ut no. inst. de ac. §. aliæ, &. C. de præscr. xxx. annorum. l. si qs emptionis. sed per pscriptionem longam, & multofortius longissimam probatur titulus, si allegetur, ut. ff. de usu. l. cum de in rem uerso. Et sicut ille, cui fit pstatio, probat sibi promissum, ita ille, qui præstat emphyteutico noie pbet sibi concessum, quia eadē est probatio correlatiuorū. dicit. n. l. ex q ille, qui iurat, intelligitur iurare in correlatiuis pro utraque parte. ff. de iureiu. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. tres. n. sunt casus. aut sumus in possidente tm̄; & non præsumitur titulus, aut in præstante tātum; & præsumitur titulus, aut sumus in utroque simul, in isto & ratione correlatiuorum præsumitur hincinde, & ista subtilitas est uera.

SVMMARIVM.

1 *Petitorium, & possessorium simul & semel agens de sua electione potest intentare, in prin.*
Patriarcha non potest confirmare ecclesiam episcopi, si eam non inueniat confirmandam, ut quia est contra ius.
Confirmatione sua facta ex certa scientia uidetur Papa dispensare.
Installationis effectus.
Possessio rerum ecclesiæ nunquam uacat per mortem prælatorum.
2 *Confirmatio non confert aliquod ius electo, si electio non tenuit.*
Intrusus non dicitur qui ex minus canonica electione, & confirmatione positus est in possessione.
3 *Prælatus antequam sit possessionem adeptus, an possit agere possessorio.*
4 *Restitutio momentanea ad quid prodest.*
Restituturus quod est quis, si petit dolo facit; fallit tamen hæc regula duobus modis.
5 *Iniustus possessor beneficij an lucretur fructus.*
Bona fide possidere quis intelligatur ad fructus percipiendos. §. iure leges l. sed si lege ff. de pet. hære. intell.
6 *Intrusus, uel quasi an faciat furtum fructuum.*
Fur est inhabilis ad omne ecclesiasticum beneficium obtinendum.
Petitiones duæ eodem iudicio, & libello expediuntur.
7 *Iudex an semper debeat pronuntiare de eo, de quo cognouit.*
8 *Possessorio retinendæ possessionis si egi, & reus fuit absolutus, an iterato possim agere dicens, quod post absolutoriam reus me conturbauit.*
Silentij impositio debet intelligi rebus in eodem statu durantibus.
Sententia absolutoria lata sine causæ expressione, præsumitur lata, quia non probatum, condemnatoria uero, quia probatum præsumitur, nisi alia ratio reformet hanc præsumptionem. nu. 9.
Sententia in regula fundari præsumitur in dubio.
Obligatio naturalis an per sententiam tollatur absolutoriam sententia uidetur lata de mente actorum.

VM super. Agens de sua electione pōt simul & semel petitorium & possessorium intentare h. d. in prima ponit̄ decisa facti narratio. scdō Papæ diffinitio. tertiō pronuntiationis rō. ibi secūda. cū quia ibi tertia, cū iudex. ¶ Casus. uacante ecclesia Bethlemitana duo fuerunt electi. R. subdiaconus & P. canonicus. dictus. R. fuit cōfirmatus per Patriarcham, & possessionem adeptus, sed postea fuit p secularem potentiam eiectus, dictus. R. petebat suam electionem cōfirmari, & restitui ad possessionē. Econtra dictus. P. petebat suam electionem confirmari: constitit Papæ q neutrius electio erat canonica, & q dictus. R. fuerat spoliatus per secularem potentiam, ideo pnuntiauit dictum. R. restituendum ad possessionē, tm̄ immediatē postea pnuntiauit neutrā electionem ualere. nā cum de hoc cognouerit pnuntiare debuit, cōcor. ī. c. pxi.
1 ¶ † Et no. q Patriarcha non pōt confirmare electionem epi, si eā non inueniat confirmandam, ut quia ꝯ ius, sed si est pręter ius, pōt cōfirmari, quia lex. canonica nō pcedit ultra infirmando iuxta regulas no. C. de leg. & cōsti. l. non dubium. Papa uerō, qñ cōfirmat ex certa scia uř dispensare, quia supra ius & contra ius & extra ius oia pōt; ut. ff. de ri. nup. l. in principia. §. diuus. unde in principe uerbum confirmationis, qñq; ponitur pro dispensatione. Dicit Inn. q installatio non est frustra, & q non pōt installatus ante cōfirmationem administrare, ubi consuetudo, q non administret ante, & p talem installationem fingitur acquisiuisse possessionem: quia hoc pōt p consuetudinem introduci. ut quis fingatur possessionē nactus. Inn. ait, q uidit Papam administrare ante, q̄ ingrederetur urbem. ¶ Idē ait, q consecratio facta p obreptionem nō ualet. ¶ Idem ait installationē ad solam solēnitatem ptinere. ¶ Idem ait, q possessio rerum ecclesiæ, nunquam uacat. p mortem prælatorū sed remanet possessio & proprietas penes uniuersalē ecclesiā, & q prælati postea creati pñt administrare, quemadmodū tutores, licet possessio non sit eis corporaliter tradita, & si sit occupata, hñt interdictū. ¶ † No. primō, q ꝯfirmatio nō ꝯfert aliqđ ius electo, si electio nō tenuit. & sic no. q ille, qui cōfirmat, cum alio dat, sed nō dat solus. ¶ Secundo no. q ex minus canonica electione & cōfirmatione positus in possessione nō dř intrusus. & iō spoliatus debet restitui. ¶ Tertiō no. qđ

33 ro,utrum missus ex causa iudicati,uel confessi in iudicio,efficiatur uerus possessor?dicit Bar.q sic, sicut creditor conuentionalis.Ita no.Bar.in d.l. à diuo Pio. §. si super rebus,& dicit esse casum.ff.ut le.no. ca.l. postquā.§.imperator.Idem ergo erit, si quis missus est in executione guarentigiæ,ut ipse no.ff.de bo.auth. iudi. pos.l.cum unus.tu dic contra. non obst. §. imperator, quia ibi est speciale in executione ultimæ uoluntatis: sed regulariter contra, & ideo standum est regulæ.
34 ¶†Quæro missus neglexit corporaliter ire in possessionem, an per hoc perdit beneficium decreti, dicunt quidam quod sic,si per biennium neglexit, argu.C. de bo.auth.iud.pos.l.fi.hoc sentit Barto ff.de dam. insec. l.si finita.§.si quis metu ubi uideas. ¶Quæro, aliquis missus est in poss.in reali pro re petita,& in aliis rebus debitoris pro personalibus id est pro fructibus, & interesse, qui ueniunt consecutiuè,utrum pro ipsis efficiatur uerus possessor?rñ.pro istis requiritur sm decre Bal.super secundo decret.

tum, & tunc fiet aliarum rerum uerus possessor, quia quælibet res imitatur naturam suam, ar. ff. de rei uind. l. utiq;, & l. is cuius. ff. si ser. uin. ar. contra insti. de offic.
35 iud. in prin ¶ † Quæro, nunquid molæ molendini dicantur mobilia? respon. non, quia sicut nec tegulæ tectorũ donec applicatæ sunt, quia una contignatio est, ut. ff.
36 de uluca. l. eum qui ędes ¶ † Quæro, nunquid clusa molendini, quæ est in fluuio publico, possit capi ex iudicis decreto? rñ. sic, tanquam superficies, cuius utile dominium est eius, qui licitè construxit eam, ut no. Bart. ff. de dam. infec. l. fluuium, & facit. ff. de contrah. empt.
37 l. qui tabernas & c. ¶ † Quæro, qualiter fiat missio contra eum qui posidet ciuiliter tantum? respon. duę sunt poss. in eodem corpore, sicut patet per differentias, q in eodem corpore, nisi sub diuersis considerationibus esse non possunt; tamen Pe. de Bel. Ber. dicit, ꝙ una tantum est possessio, sicut cum dico, homo est animal rationale & mortale. Nam una est definitio constans ex genere, ꝙ est homo, & differentijs, quæ sunt rationale mortale. ¶ Item exemplum in indiuiduo, ut cum dico Socrates est animal rationale mortale. Nam supponit pro uno indiuiduo cum drĩis. & non pro plurib. indiuiduis. Itẽ si essent plures possessiones, anima possidẽtis deberet formare in mente sua duas propositiones, quæ ciuilis possessio in animo constat. ¶ Item naturalis non consistit absque animo. unde rusticus, qui plene possidet debet habere scientiam harum duarum propositionum, quarum una esset hæc. ego. A. naturaliter possideo, ꝙ ridiculum est dicere, & impossibile: quia rustici non possunt hoc scire ut no. ff. de uer. ob. l. stipulatio ista. §. hi quoq;. unde dici potest, ꝙ non est nisi una possessio. s. naturalis. quæ aliquando naturaliter, aliquan-
38 do ciuiliter possidetur. ¶ † Et adde, quod quædam est possessio de corpore in corpus, ut si homo posidet rẽ corpoream. quandoque de corpore in non corpus, ut si homo posidet seruitutem. quandoque de non corpore in corpus, ut si fiscus posidet fundum. Nam fiscus est persona incorporalis, & ideo ubique, ut not. in l. 1. C. de quadr. præsc. qñq; est de non corpore in non corpus, ut fiscus, uel ecclesia in abstracto. i. prout est quoddam merè intellectuale, ꝙ intellectu concipitur per regulas sumptas a rationalitate intellectiua, quasi possidet patrimonium suum in genere complexum corporalium, & incorporalium. ideo posidetur misticè, ut. ff. de pe. hære. l. regulariter. hæreditas autem iacens ꝑse non posidet, nec quasi, & tñ qñque fingitur possidere bona fide, ut. ff. si cer. pe. §. ꝙ si stipulatus. Considera etiam si per rationem naturalem. Item per rationẽ syllogisticam, siue disputandi, de qua no. ff. de acq. poss. l. 1. §. ueteres, & ff. si cer. pe. l. cum fundus. §. 1. qđ circa possessionem est considerare. s. differentias, ut ciuiliter & naturaliter proprium, quia proprium ciuilis possessionis est fructum acquisitionis parere. ff. de acqui. poss. l. 3. §. ex contrario, nisi aliquid sit adiunctum naturali possessioni, puta seruitus hoc pariat, ut. ff. de ser. l. ut pomum. ¶ Item est cõsiderare expositiones, & exponitur possessio, i. pedum positio à ui uocis & ꝑdominio, ut. ff. acq. pos. l. j. i pri. dicit dialecticus, ꝙ diffinitio datur p genus, & differentias, ut hõ est animal rationale, mortale. descriptio datur per genus, & proprium, ut homo est animal risibile. Nam risibile est proprium hominis. exponẽs & expositum datur per uoces, & deriuationes, & dicitur etymologia, ut. ff. si cert. pet. l. 2. §. ap-
39 pellata. ¶ His præmissis redeo ad qõnem, qualiter fiat missio in sola ciuili, & qualiter in sola naturali, & qualiter in simplici detentatione. ff. de rei uind. officium. C. ubi in rem actio. l. 2. & quod mirabile est, interdum missus dr̃ qui in neutram istarum mittitur, sed solum uadit ad fundum, hic dicitur missus in dominio, & non in possessione, hoc dicit lex unica in iure. ff. de fundo dotali. l. si fundum.

SVMMARIVM.

1 *Si reus non inuenitur, sufficit citationem ad ecclesiam proponi in prin.*
Finis debet imponi litibus.
Iterari & recidiuari quod potest, non est perfectè sopitum.
2 *Principium quadragesima quomodo intelligitur.*
Principium quid dicatur.
3 *Mitti potest peremptorium in una citatione per distantiam uiarum etiam in causis grauissimis.*
Archiepiscopus admittitur ad probanda & prosequenda iura totius prouinciæ.
4 *Dictio idoneum quid significet.*
Instructus sufficienter in causa dicitur, qui scit factum.
Citationis generalis clausula, & executio, nu. 5.
Mandatum qui habet ad necessaria, habere & ad utilia intelligitur.
5 *Pendente termino an possit quis iterum citari ad eundem terminum.*
Legis, siue pars. C. de dila. limitatio.
Facere, sonat per se, uel alium.
6 *Papa si mandet simpliciter, ut aliquis auctoritate Papa citet talem, an poterit alteri uices suas committere.*
Nuncius an alij citationem demandare possit.
Auctoritate nostra non uidetur factum, quod fit per interpositam personam.
7 *Forma citandi, quando quis non inuenitur personaliter, qua sit.*
Citationis edictum qui amoueat, qua pœna puniatur.
8 *Citatus si noluit comparere, iudex tamen impeditus ex aliquo incidenti, uel morbo non sedit pro tribunali, an iste condemnabitur in expensis.*
Nomen proprium hominis, & diei non recipit fictionem.
Ignorantia factum prodest ad excusationem, non ad lucrum, & obligationem.

VENERABILIS. Si reus non inuenitur sufficit citationẽ ad ecclesiam proponi. hoc dicit. Et ponit duplicem citandi formam, primam quam facit iudex per literas, secundam quam cõmittit alteri faciendam. secunda ibi, nos uero. ¶ Casus. Papa citauit Burdegalensem Archiepiscopum, ꝙ rñderet Bituricẽ Archiepõ, qui dicit se habere in Burdegalem. ecclesia iura Primatiæ. secundo dr̃, ꝙ nihilominus dat Papa alijs iudicib. in mandatis, ut & ipsum ad eundem terminum auctoritate Papæ citare pcurent, si poterit inueniri: & si non poterit inueniri faciant, ut citationis edictũ p ipsos, uel alios apud eius ecclesiam publicè proponatur. Dicit Inno. ꝙ licet causa tangat prouinciales, id est suffraganeos, non tamen necesse est eos citari: quia sunt appendices in ꝯse-
1 quentiam. ¶ † No. q. finis debet litibus imponi. & hæc ẽ rõ, quare perit instantia ẽm. ll. sed ẽm canones nõ perit quia esset potius instantiam iterare, quam finem imponere litib. terminalem. Non. n. est perfectè sopitum qđ iterari & recidiuari põt, ut. ff. loca. l. maritus. & ff. de ędi. edi. ꝙ ita seruatũ. Scđo no. formam citationis ibi, cum

2 cum dicit, ad initium proximae quadragesimae. † Sed hic quaero, cum quadragesima habeat tot dies, quod pôt diuidi in tres partes aequales, quō intelligit principiū, utrū 14. dies quadragesimae erūt principium? R ñ. puta, quod dictio, usq; hic teneatur exclusiuè, & si teneret inclusiuè teneret pro prima die, qua ius redit ī pri. quadragesimae ar. ff. de uer. obli. l. eum qui calendis. Nam, ubi fit mētio de tempore, intelligitur de proximiori, & uide qđ not. ff. si quis ius dicen. non obt. l. j & §. j. &c. Considera, quod in his, quae possunt in momēto fieri, principium dr̄ illud momentum, sed in his quae requirunt tpis tractum, principium dr̄ illud tps, quod est necessarium ad principiandum, ar. ff. de condi. ob causam. l. si pecuniam, in prin. sic loquimur, cum dicimus, nos sumus in prin. ueris, uel aestatis: uel talis potestas est in prin. officii sui. Papa nō dicit hic, usque ad principium, sed dicit usque ad ini-

3 tium. † In tex. ibi, Peremptorium, no. quod per distantiam et uiarum in causis grauissimis potest. in una citatione mitti peremptorium.ᵃ Ibi, Primatiae. de hoc uide de offi. ord. c. duo Ibi, Bituricensis, nota, quō Archieps admittitur ad probanda & prosequenda iura totius suae prouin-

a ¶ *Vide Maria. Soc. in repetitione rubricae de dilationi. in 7. charta*

4 ciae, & sufficit ei hoc, quia hēt mandatū à canone. † Ibi, Idoneum. ista dictio significat, quod dēt persona, quae mittitur, esse legalis. & quod sequitur, sufficienter instructum, significat, quod debeat scire factum. ff. de proc. l. si actor malit. C. de procu. l. fi. quod aūt dicit, procuratorem, significat, quod dēt afferre secum mādatum, ut ff. de iniur. l. sed si unus. § procuratorē. ¶ Ibi, & ad alia omnia, no. clausulam generalem ad oēs actus usque ad diffinitiuam sniam et inclusiuè. Ibi, quae necessaria, sub isto uerbo et utilia includuntur, quia habes mandatū ad quaecunque necessaria, uī hēre mandatum et ad ea,

5 quae utilia sunt. † Ibi, ut & ipsi ad eundem terminū, no. quem pendente termino iterum citari ad eundem terminū. Nō obstat quod dilatione pendente iudicis officium conquiescit, ut C. de dila. l. siue pars. quia hic tendebat ad idem, & eodem mō. unde non dr̄ aliquid innouari. sed magis intimari, siue insinuari. ¶ Ibi, Citare s. si poterit inueniri Ibi, & si non poterit. s. de facili, ut ff. de uer. signi. l. Nepos proculo, & ff. de haere. insti. l. Seius. §. puto. & de hoc stabitur relationi nuncij, ad cuius officium pertinet rimari, ar. ff. de rebus eorum. l. magis puto. §. ne passim. qui si falsum retulerit, punietur, ut l. ij. C. de spor. & ab officio perpetuò remouebitur, ut pro no. in auth. de armis. §. fi. col. 6. Ibi, Faciant, istud uerbum sonat, ut per se, uel alium, ut ff. si cer. pe. l. fi. §. sed ad maiorem declarationem Papa exprimit, per ipsos, uel alios & ex hoc consueuit dubitari, quia non sine ministerio Papa ponit uerbum, alios. † Utrum si Papa mādat sim-

6 pliciter, ut aliquis authoritate Papae citet talem, utrū poterit alteri uices suas committere? & quidam dñt quod non, ut s̄ de offi. dele c. fi. Alii dicunt ꝯtrarium, quia iste actus non consistit in industria principaliter. c. 1. de of. deleg. in cle. unde pōt per alium explicari, ut C. de cadu. tol. l. i. §. ne autem Item nuncius non citat, sed intimat, & non refert a quo intimetur, ar. ff. de obli. l. cum seruus. ff. de peti haere. l. item ueniunt. §. petitam. ¶ Item ar. ad hoc ff. ad muni. l. Titio. caue tibi, licet in citando per literas non uersetur industria, tñ nuncius debet eē iuratus, ar. ff. de do. praele. l. Theopompus. & mñs est psonale, ut C. de re. cre. l. generaliter, in prin. ¶ Item cū in relatione nuncij sit electa fides, & sic personae cohaereat, probabilius uidetur dicendū, qđ alteri demādari non possit; & sic mandatum nuntij non recipit substitutum, nisi hoc cōtineatur in forma mandati. qa nunc. ut neque ampliare, neque restringere pōt, ut ff. de uer. ob. l. qui Romae. §. Callimachus. non ob. illud. c. quia commissarius Papae intelligitur esse delegatus ad illū actū, & hēt maiorē auctoritatem, quā alij inferiorum magistratuum, ut c. 1. de offi dele. in cle. uel dic, quod istud. c. facit magis ad partem negatiuam. ¶ Item pondero illud uerbū, auctoritate nostra. Illud. n. quod fit per alterū. i. per personam mediatam, non propriè dr̄ auctoritate

7 nostra, ar. ff. de uul. subst. l. qui liberas. §. fi. † No. formā citandi, qñ quis non inuenitur personaliter, quia tria requiruntur, primo, quod apud domum habitationis, uel ecclesiam. secundò quod publicè. tertiò quod per literas loco affixas tanquam in albo, concor. quod no ff. de dam. infec. l. 4. § toties. & qualiter puniatur ille, qui talem scripturam amoueret in praeiudicium citati, ha-

8 bes. ff. de iuris. om. iud. l. si quis id quod. † Quaerit gl. de una notabili qōne, citatus noluit comparere, iudex fuit pro tribunali non sedit impeditus ex aliquo incidenti, uel morbo; utrū iste condemnabitur in expensis? gl. dicit quod non per. l. secundam in fi. ff. si quis in ius uo. nō ie. & est rō, quia expensae succedunt loco interesse, sed aduersarij, qui comparuit, nō interest. ¶ Item casus sequēs purgat culpam, ex qua nondum erat ꝯtracta perfecta obligatio, ut ff. ad l. Rhodi. de iac. l. si uerba. §. idem iur. uel dic, quod debet comparere impedimento cessante: aliàs tenetur aduersario expectanti in expē. i. interesse, non dico in mera poena conuentionali, uel legali. & haec uera ut s̄. c. cum dilecti, nō obstat dicta. l. ij. quia ibi citatio non tenuit à principio propter expressionem diei feriatae, quę fuit expressa in ipsa citatione nominatim, & sic improrogabiliter: quia nomen proprium diei, sicut hominis, non recipit fictionem, de condi. & demon. in testā. §. j. Et haec uera sunt, etiam si ponis absentē ignorasse impedimentum. Nam factum ignorantiae ad excusationem prodest, ut ff. de infa. l. genero. l. res. ff. de cri. expil. haereditatis. sed ad lucrum consequendum, uel alium obligandum non prodest in his, quę consilio animi geruntur, quę non dicuntur fortunę, sed prouidentię ff. de condi. & demon. l. 2. Baldus.

SUMMARIUM.

1 *Missus in possessionem causa rei seruandae an possit compellere, reum ut ipsam possessionem recuperet.*

Archidiaconi intellectus in rubri. de eo. qui mitti. in possess. lib. 6.

2 *Possessor negans se possidere, an expelli statim debeat de corporali possessione.*

Negans intercipere uidetur.

Reus honestae uitae, probataeque fidei an teneatur dare fideiussorem de iudicato sol.

De eo, qui mitti. in possess. causa rei seruan. Rubrica.

VISO de contumacia, quia propter eā frequenter missio fit in possessionem, ideò supponitur iste titulus. ¶ † Nunquid aūt nullus in possessionem causa rei ser possit cōpellere reum, ut ipsam possessionem recuperet. & sic postmodum in causa procedet, uide quod no. Archi. super ista

ista rubri.li.6.& ibi no.quod sic,& rō est; quia totū iudicium redditur in inuitum,ut ff.de uer.ob.l.inter stipulantem.§.j.sed glos.ordi.dicit contrarium,s. q reus cōuentus reali actione non tenetur reficere expen.nisi cōpareat,& uelit rem defendere,& possessioné recuperare.ut j.c.cum uenissent,in prima gl.& est rō, quia q tenetur citra obligationis uinculū rōne possessionis tm, expulsus desinit teneri,ut ff.de dam.infe.l.prætor.§.cū hoc edictum,& ff.de usufr.l.cum fructuarius.imo plus quia ēt si teneretur ex ꝯctu,à quo licet discedere,desinit teneri derelicta possessione,ut in c.1.col.x. de usuf. l.cum fructuarius cum ergo dñs auocauerit a se possessionem,& reus beneficio iuris usus nunq̄ comparuit ad ꝯdicendū,meritò non dēt cogi ad refectionem expēsarum:quia in nulla culpa deprehenditur.& dictum Archi.dēt intelligi,qñ missio fit in actione personali , ubi mora præcedit,arg.ff.de usur.l.in fideicom.in prin.uel in reali,ubi fructus de præterito ueniunt restituēdi,&

2 non sunt restituti,ut ff.de rei uin.l.utique.† Quæro,qd si possessor negat se possidere? Rñ. statim officio iudicis expellitur de corporali possessione,nec licet ei intra annum recuperare,ut in auḟ.de trien.& semis §.pe.col. iij.ubi est melior gl.quæ sit in toto corpore iuris.porro negans intercipere vr̄,tex.habes sing.ff.ad l.Fal.l.hæreditatum.§.ul.

3 † Quæro,utrum reus honestę uitæ probatæque fidei teneatur dare fideiussorem de iudicio sisti?& vr̄ q non,quia ſm qualitatem personæ debet caueri.& ad hoc facit gl.ordi.Multum notabilis in §.is autem.ff.de ripa munienda,ꝯrium est uerum,ut ff.de prę to.stip.l.prætoriæ stipulationes. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Obseruari debet sententia,ubi est sigillum Papæ, nulla contradictione obstante.*

Missus in possessionem actor efficitur post annum uerus possessor,si reus non cauerit , licet habuerit uoluntatem , in prin.

Verum est,quod utraque pars asserit.

2 *Verbum,habeatis, an habeat importare secundum decretum.*

Missio in iura spiritualia quando habeat locum.

3 *Actiones confessoria & negatoria quæ.*

Incorporalium rerum possessio quæritur per cautionem domini rei.

4 *Libertas qualiter debeat probari.*

Libertatis præsumptio liberat a probando , non abagendo & proponendo.

Prædia omnia libera præsumuntur,nisi a fisco tributis.

5 *Actori conquerenti de aliquo auferente, uel turbante iura ecclesiæ qualiter consuli debeat.*

Missio in possessionem in spiritualibus , quando locum habeat.

Protestatio non relenat,ubi opus est facto,nisi stet per aduersarium.

6 *Cautio cui præstari debet.*

7 *Reus,quid iuris,si est ita pauper,quod non inueniat fideiussorem,nec habet unde reficiat expensas.*


ONSTITVTIS. Actor missus in possessionem post annū efficitur uerus possessor, licet reus intra annū habuerit uoluntatem præstandi cautionē,cū non præstiterit actori eam parato recipere.h. d.Et primo narrat factum.scđo interloquitur ibi,ideo que.Casus.quidam fratres fuerunt inducti in possessionem ob contumaciam aduersæ partis.tñ intra annū aduersa pars dicit se paratā uelle cautionē præstare,& expensas reficere,& recupare possessionem, sed tñ nō dedit,cū aduersa pars esset parata recipere eā Quæritur quid iuris? r̄ñ.qđ missi remanent ueri possessores,reseruata qōne proprietatis;& sup hoc Papa dat literas confirmatorias.¶ No.q non sufficit offerre se paratum iuri,nisi sequatur effectus.& hoc uerum,quia post actum uerbi requiritur actus facti.¶ No.qñ una pars dicit,sū parata præstare,altera pars dēt dicere, & ego sum parata recipere.¶ Sed qd si altera pars abest in termino? rñ.satis est offerre,si cætera sint parata,sicut uerba sonant,ut ff.de ope.no.nun.l.prætor.§.si quis paratus. C. de distra.pigno.l.si residuum.si tñ est,quæ possit actualiter cōsignari,dēt id decreto iudicis fieri.ff.de proc.si reus paratus.¶ Ibi,Inducti,per delegatos Papæ qui cognoscebant de cā,ut patet in antiqua.¶ Ibi, liceat uolūtatem,non tñ efficacem.unde non sufficit uelle,nisi quis uelit cum effectu, in quo requiritur factum cōsummatum.[a] Ibi,Saluo iure,no.q reseruatum in confirmato,intelligitur

1 reseruatum in confirmante.† Ibi, Patrocinio.i.sigillo, & sic not.qđ ubi est sigillū Papæ,talis snīa debet obseruari,nulla ꝯdictione obstante.No.q illud est uerum , qđ utraque pars asserit,sic.C.si per uim uel alio modo, l. si.utraque pars confitebatur bonam uoluntatem, inofferentem tñ sola uoluntas nec obligatoria,nec satisfa-

a ¶ *Vide tex.cū gl.notabili inc.magna pietas , de pæ. di.j. & quod habetur in c.3. supra de pæ.*

2 ctoria est.† Quæro,utrum uerbum istud,habeatis, quod est hic in tex.habeat importare secundum decretum? quidam dicunt q sic,& colligunt,q in legalibus actionibus habeat locum secundum decretum. sed istud est falsum , quia non proponitur hic aliquod probatum, propter quod secundum decretum debeat interponi. Item quia litera dicit,q saluo iure,quæ uerba non apponuntur in scđo decreto.Deinde no.q in iurib.spūalibus fit missio,qñ agitur de eis ut de proprietate, ut no.s̄.ti.j.c.contingit,& no.qđ Inn.intrat hic materiā.l.

3 si prius.ff.de no.ope.nun.& l.prius.ff.si ser.uin.† Vt autem tu simplex clericus sup intellectu illius.l.si prius.ff. de no.ope.nun.aliqualiter informeris,præmitte ad euidētiam,qđ duæ sunt actiones.s.cōfessoria,quæ tuetur seruitutem contra dominum rei , qui prætendit libertatem?ē contra alia actio quæ uocatur negatoria , quæ tuetur libertatem contra eum,qui prætendit seruitutem.Exemplum de prima certum est,q unicuiq; licet altius tollere domum , licet officiat luminibus uicini, ēt in toto lumine obscuran.nisi imposuerit seruitutē altius non tollēdi.pone ergo,q post impositā seruitu. altius tollat,certè tenetur confessoria,in qua si ipse cōuentus est cōtumax,remediū adhibetur , quia cogitur cauere de altius nō tollendo,donec probet de sua libertate.Exemplum de secunda , si ædes meæ sunt liberæ, & prætendens seruitutem altius non tollendi,impedit de facto me altius tollere,intento contra ipsum negatoriam, in quo iudicio si est contumax, tenetur cauere de non impediendo me, ne ædificem , donec agat confessoria , & probet seruitutem esse suam,& sic propter contumaciam transfertur in istis incorporalibus onus agendi, & onus probandi . Sed quare hoc? respondeo quod in istis incorporalibus pacifica possessio non potest haberi nisi per patientiam aduersarij. quæ patientia non potest perfectè haberi nisi per cautionem , ut ff. de serui.ru.prædio.l j.in fi. quod ergo

in

in rebus corporalibus operatur missio corporalis; idem in incorporalibus operat cautio, ad quã non solũ uerbo, sed facto qs cõpellitur p bãnũ, mulctam, & carcerem, ut no. ff. de no. ope. nun. l. stipulatio ista. §. siue. Dicit glo. in. d. l. si prius, quod eodẽ mõ procedit in uti possidetis, non. n. qui possidet, mittitur in possessionẽ ulterius, sed mittitur in nouam qualitatẽ possidẽdi. s. pacificè & sine cõtradictione, donec aduersarius egerit contrario iudicio, & de iure suo docuerit, & qa uertitur factum negatiuũ. s. non turbare, necessaria est cautio. simile. ff. de condi. & demonstra. l. Mutianæ, &. C.
4 de indi. uidui. auf. cui relictum. ¶ † Quærit ibi glo. qualiter libertas probatur? rñ. quod probatur eo ipso, quòd non probatur contrariũ. hæc psumptio procedit, quia seruitutes sunt cõtra naturalẽ statũ pdiorum. Nã primæuus status est libertas. seruitus autẽ debet pscribi, uel constitui. Et iõ non præsumitur, nisi cõstituta, uel pscripta probet. scias tñ q præsumptio libertatis releuat ab onere probandi, non ab onere agendi, & proponẽdi. Deinde conclude, & nota, quod omnia pdia psumuntur libera, supple præterquã à fisco, cui sunt obligata pp onera tributorum, nõ dico pp onera seruitutum: quia fundus meus nõ præsumit seruire fundo fisci, nisi fiscus hoc probet. & si habeo unũ molendinum, & fiscus hẽat aliud, sicut molendinũ fisci præsumit liberum, ita meũ. Et ex his tu canonista es aliqualiter informatus, & facit. ff. de dam. infe. l. à quo fundus. Et ego plenè examinaui. C. de bo. auf. iu. pos. l cum proponas,
5 in lec. mea. ¶ † Quærit Inno. qualiter cõsuletur actori cõquerenti de aliquo auferẽte, uel turbante iura ecclesiæ, & seruitutes, non pmittente uti eis, nec cõparente ad respõdendũ, & examinat. l. si prius, de no. ope. nũ. Item tractat, qualiter fiat missio in nominibus debitorũ. & dicit, quod creditor põt ita mitti, ut possit exigere. Idem ait, quòd in spũalibus nõ põt fieri missio pro mensura debiti, nisi qñ pmutatũ esset spirituale p spirituali. ¶ Idem ait. q missio cã custodię requirit primũ decretum. secundò actualem missionẽ in possessionem corporalẽ p ministrum. ¶ Item ponit formam primi & secundi decreti. & scias, quod illæ leges ut. l. si prius, de no. ope. nun. & l. harum. ff. si seruitus uin. ad materiã huius capituli nihil faciunt: quia loquuntur de seruitutibus, de quibus agitur de modico præiudicio. Ecclesia aũt nõ possidetur iure seruitutis, sed iure proprietatis, ubi agitur de ecclesia tanquã de proprietate. ¶ Quæro, nunquid protestatio, quod qs est paratus, sufficiat? dicit glo. q aut aduersarius non est paratus recipere; & suf-
6 ficit: aut est paratus recipere; & non sufficit. ¶ † Quæro, cui debeat præstari cautio? rñdet gl. notabiliter, quod parti, si pars est præsens, si aũt non est præsens, præstabitur iudici recipienti p parte absentis. sin autem neq; iudex põt inueniri, præstet alicui honestæ psonæ quæ recipiat cautionem nomine actoris absentis. Consulo ut præstetur apud acta nomine publico actorũ, ut. l. nõ quasi. ff. rem pupil. sal. fo. & quod procedat super hoc ptestatio, ut. C. de anna. exce. l. ut pfectus. & hoc facit ad cautionem usurarũ, si nõ inuenitur eps, neq; tabellio, ut sufficiat eã præstare honestis psonis, & habui hanc
7 qõnem de facto. ¶ † Quæro, quid si reus est ita pauper, quod non inueniat fideiussorem, nec habeat, unde reficiat expen. dicit glo. q non currit ei tempus, quod est no. dignum, & tenendum memoriæ, credo glo. uerã in ficto contumace. secus in uero: quia est in dolo, & adde quod dicam. j. in c. proximo. Bald.

SVMMARIVM.

1 Negligens qui non fuit, non læditur ex temporis cursu.
Actus ad reuocãdum possessionem, in quam fuit missus actor incipit à die notitiæ missionis.
2 Vnus ex tribus delegatis nihil potest exercere etiam interloquendo, quanuis alij sint mortui, uel impediti.
Iurisdictio quibus accrescat.
Cautione oblata semel misso in bonorum possessionem non fit liberatio.
3 Cautio quando præstatur iudici, uel honestæ personæ, an ad hunc actum absens sit citandus.
Ordo in satisdando quis.
4 Præcedente mora, qui tenetur aliquid facere, tenetur requirere creditorem, ut purget ei moram.
Ad factum qui tenetur, debet adire creditorem.

CVM sicut. Si non stetit per reum, quominus intra annum caueret, actor p anni lapsum nõ efficitur possessor. hoc dicit. Et in prima facti narratio. In secunda cãæ cõmisio. secunda ibi. discretioni. ¶ Casus. Inter. P. subdiaconũ, & Abbatissam & cõuentũ sanctæ Trinitatis sup quadam ecclesia, quæ per dictã abbatissam, & cõuẽtũ petebatur ut proprietas, questio uertens fuit cõmissa tribus iudicibus, qui pp contumaciã dicti subdiaconi miserunt in possessionem dictas moniales cã rei seruandæ, hocq; peruenit ad notitiam dicti subdiaconi: qui uno ex prædictis iudicibus mortuo, altero absente, cõparuit coram tertio offerẽs cautionem, supple & expẽsas, petens sibi resignari possessionem. sed nõ potuit hoc consequi: quia de tribus iudicibus unus solus non habebat potestatẽ. in isto interim spatium anni est elapsum. iste subdiaconus significauit hoc Papæ. mãdat qbusdã alijs iudicibus Papa, q cautione de iudicio sisti ab eo recepta faciant ei possessionem restitui, nõ obstante lapsu anni, si p dictum subdiaconũ non stetit, quominus intra annũ cautionẽ dederit, supple cum expensis, & possessionẽ receperit. ¶ No. quod moniales possunt hẽre capellas sibi subiectas pleno iure, & p consequens habent ius instituẽdi,
1 & destituendi in eis. ¶ † Not. quod non læditur ex tpis cursu, q negligens non fuit, concor. in auf. de ap. post principiũ. ff. de mino. intra utile. C. de appel. præses. C. qui pe. tu. l. cum à matribus. C. de tẽpo. in integ. resti. l. petendæ. ¶ In tex. ibi, Notitiã, no. argu. quod iste annus incipit à die notitiæ missionis, sic. ff. de execu. tuto. l. qn
2 quaginta, &. ff. de calumni. l. annus. ¶ † Ibi, Obtinere, No. q unus ex tribus delegatis nihil põt exercere etiã interloquendo, quanuis alij sint mortui, uel impediti. non. n. accrescit iurisdi. quia esset ꝯ formam mandati. & idẽ est in arbitris. sed in collegijs, qui habẽt iurisdi. ordinariam, vr secus, ut. l. j. ff. de offi. consu. nisi lex, uel statutum expsse requirat certũ numerum in procedẽdo: quia numerus est loco formę, ut. ff. de exer. l. j. §. si plures. ¶ In tex. ibi, si p eũ, dic si. i. qa, & sic casualiter, uel propriè põe, & sic conditionaliter, ut qa psona idonea, coram quo caueret, hẽre non potuit: aliàs sibi imputaret. s. de offi. ordi. c. pastoralis, in si. & no. s. c. proxi. sm Ber. Cõsidera, quia nõ vr, quod arctetur ad hoc prius, quam possessio posit sibi restitui, argu. ff. de act. emp. l. iul. §. offerri, &. ff. de iureiuran. l. si non fuerit. sed si missus erat paratus restituere, possessionem, tunc glos. Bern. est ipsa ueritas. ¶ Opponitur, quia res erat tẽpore peritura, ergo unus solus poterat se intromittere, ut. ff. de admi. tuto. l. tutor qui. §. j. Solu. ibi in tutore, q

habes

habet ordinariam potestatē, & quilibet insolidū, ut. ff. de admini. tu. l. inter tutores. ¶ Opponi. quòd imò unus solus potuit recipere cautionē non tanquā iudex, sed tanquā honesta psona. Solu. cōcedo, sed tñ per eū non acquiretur actio ipso iure, sed demū cessa, ut, not. ff. de arbi. l. litigatores, ut ff. de fur. l. si quis uxori. §. si fugitiuū. sed ibi tanquam iudex acquirit sine cessione, ut. ff. de in ius uo. l. cum ꝑ quo. ¶ Oppo. & uī, quod iste, q. semel obtulit cautionem, sit liberatus, ut. ff. de sol. l. q. x. in prin. Solu. non est uerū: quia quod non potuit facere primò, debet facere modò, quia ultima mora nocet. ¶ Oppo. quod uoluntas cauendi nihil operetur, ut. c. ꝑ xi. Solu. ibi fuit uoluntas, sed nō impedimentum. hic aūt interuenit impedimentū. Oppo. quod fuit necessaria in inte. resti. ut. l. sed si ꝑ prętorem, in prin. Solu. ibi in tpe præfixo actioni, hic comparitioni. ¶ Et no. :r. ad quæstionē de bannito, qui ꝑꝑ mortē Potestatis comparere nō potuit in termino banni, quod nō habeatur ꝑ contumace: quod tñ nō potuit primò, faciat, cū primū pōt. ff. de nau fæ. l. Labeo. ff. qui. ex cau. ma. l. non. n. ne-
3 gligentibus. ¶ † Quæro, qñ cautio præstatur iudici, uel honestæ personæ, nunqd ad hunc actum absens sit citādus? Spe. & Host. dicunt quod sic. sed vř ꝫ, si idoneè cauetur: quia absens nō hēt iustam cām contradicendi; & quod utiliter gestum est, pro rato debet haberi, ut. ff. de neg. gest. l. Pomponius. Simile in cautione, quā præstat usurarius: quia nō est necesse citari creditores. ar. contra in auī. de hī. & Fal. §. si uerò absunt, &. ff. de uen. inspici. l. j. in fi. Nā iste actus admittit contradictorem. ergo citandus est, cum sit actus iurif. contentiosæ. & sic non ob. quod no. ff. de bo. pos. l. iij. §. si cā cognita, ubi est bona glo. posset distingui, aut tēpora suffragantur; & sit citandus: aut tēpora labuntur; & non sit citandus. ut. C. ad Trebel. facit. l. pe. §. fi. si aūt fideiussores nō essent idonei, tunc non est dubium, quod non esset iuri satisfactū. ff. de fideiuss. l. qui satisdare. dicas, quod in satisdando ordo est iste, nā si inuenitur ꝑsona principalis, debet ei satisdari, ut ei actio acquiratur directa, ut. l. quoties, in prin. ff. de admi. tu. Si aūt principalis ꝑsona non inuenit̄, debet citari ad domum, ut ueniat recepturus, & siquidē uenit, præstabitur ei: si aūt non uenerit, præstabitur iudici, uel tabellioni actoris tanquam publicæ ꝑsonæ, ut. l. non quasi. ff. rem pu. sal fo. &. l. j. §. exigere. ff. de magi. conue. &. ff de adop. l. his uerbis. ff. de uulg. subst. l. si cā cognita. sinautē nec isti reperiuntur, præstabitur honestis ꝑsonis, arg. C. de his, qui per me. iudi. non appel. l. ij. &. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ¶ Nec ob. quod dictū est de cautione usurariorū: tū quia ꝑsonæ, quarū interest, sunt incertę. tū quia loco oīum est statutū à iure ꝑsonæ, quæ debet recipere cautionem, & sub qua forma; & iō non debet prætermitti. Nā est modus i rebus, sunt certi denique fines. Quos ultra, citraq; nequit cōsistere rectū,
4 ut no. ff. de uer. ob. l. si quis ita. §. ea. l. † Ad prædicta facit, quod qui tenetur aliqd facere, ꝑcedente mora tenetur perquirere, seu requirere creditorē, ut purget ei moram, qm̄ creditori incertū est, quid aduersarius sit facturus. ff. de const. pecu. l. item illa. Item quicunq; tenetur ad factū debet adire creditorem, ne ex tacita mora tpis constituatur in mora. ¶ Item uidemus simile in cautione fructuaria, quod usufructuarius debet adire dñm, & offerre, non è contrà. ¶ Idem in cautione Mutiana, & similibus, ut. C. de indi. uidui. auf. cui relictū. Et si tu dicas, cuicunque caueatur, debet haberi ratum: quia utiliter est gestum. Respon. melius est habere directam, quàm utilem actionem; & ideò non utiliter gestum, quia utilius geri potuit. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Contumacem se non fuisse, si doceat reus, contra quem facta est missio, nō condemnabitur ad expensas, in prin. & nu. 9*
Appellanti an debeat restitui possessio refusis expen. quando est appellatum.
Marchia rectoris priuilegium in appellationibus audiendis interpositis ad Papam.
2 *Verbum, ius simpliciter prolatum per excellentiam intelligitur de iure Romano communi.*
Copula &, quando prop ie sumitur, & requirat extrema uera, nume. 3.
3 *Consuetudo an & quando sit seruanda.*
Mandatum non modò seruandum, sed qualitas mandati.
4 *Appellari potest à taxatione expensarum, quæ sunt factæ præpostere, & non seruato ordine, licet ualeat.*
Legatus etiam unum cespitem ingrediendo prouinciæ sibi decretæ, totam prouinciam incipit possidere.
Consequentia probatur ex accidenti, à quo infertur ex necessitate.
5 *Consuetudo in dubio præsumitur laudabilis & bona, ex quo ciuibus placet.*
6 *Taxatio expensarum minus legitimè facta debet de nouo fieri legitimè, & à iudice appellationis modificari potest.*
Consuetudo introducta ex clericorum, laicorumq; consensu, amplectitur etiam clericos.
Statutum laicorum quod clericos includat.
7 *Appellari an possit ad Papam omisso medio, nisi in casu.*
8 *Renunciatio non nocet, quam aduersarius non acceptat.*
Appellationi renunciare an quis uideatur adeundo iudicem, à quo appellauit, & nu. 7.
Inferior à principe in possessionem ueram an queat mittere.
Possessionem si reus nolit recuperare, non tenetur expensas refiere, & ratio.
9 *Appellationem etiam iustam si quis deseruit, an teneatur ad expensas.*
Cautio præstari debet in dubio.
Expensæ iustæ quæ.
10 *Missus si fecit expensas in ipsa re, an eas recuperet.*
Absorptum quod est, non ualet.
Reuocatio eius, quod nuncio commisit iudex, licet nuncius ignoret, ualet.
Commissio per iudicem facta nuncio reuocabilis est.
11 *Bannum, uel excommunicatio non tenet, si contumacia non præcedit.*
Missio in possessionem, & capturą personalis quando non ualeant, & nume. 12.
12 *Executor deputatus per testatores ad maritandas uirgines, an in contumaciam hæredis debeat poni in pos. bonorum.*
Exceptionem qui scienter omittit, uidetur ei tacitè renunciare:
Sententia omnis, a qua potest appellari, uel recursus haberi, transit in rem iudicatam, nisi contradicatur.


CVM uenissent. Si reus, contrà quem facta est missio, docet, se cōtumacem nō fuisse, non cōdēnabitur ad expensas. h. d. Et sunt duæ partes. In prima ponit̄ factum corā Papa narratū, in quo est petitio, pronunciatio, & appellatio. In secunda ponitur ipsius Papæ ꝓuisio. & hoc dupliciter. primò quo ad possessionem. secundò quo ad expensas. Itē quo ad expensas duplicitcr, primò qñ iusta fuit appellatio. secundò qñ fuit temeraria, secunda pars principalis ibi, non

nos igitur. ¶ Casus. Petrus Gallus conuentus est ab Abbate sancti Angeli super quadã possessione corã Iaco. Apostolicæ sedis legato, qui legatus commisit causam quibusdam iudicibus secundum ius & bonam terræ consuetudinem terminandam. Isti iudices consuetudine spreta uolebant tantum procedere secundum ius commune. unde dictus Petrus Gallus reputans se ex hoc grauari, appellauit ad Papam. sed iudices prædicti non deferentes appellationi, reputantes ipsum. P. contumacem, induxerunt dictum Abbatem in possessionem rei petitæ, hoc saluo & reseruato, quod si dictus. P. usque ad annũ & diem præstaret Abbati cautionem de iudicio sisti, & restitueret idem expensas, quas taxauerunt in xxx. lib. recuperaret possessionem. accidit postea, quod ad dictã terram accessit Guil. nouus Apostolicæ sedis legatus: coram quo ante anni lapsum dictu P. obtulit cautionem de stando iuri coram eo, & possessionem petit sibi restitui dicens, quod est paratus restituere ueras expensas, quæ sunt usque ad summam 7. lib. Sed Abbas dicit, quod sicut iudices declarauerunt de expensis, ita uolebat sibi restitui. ¶ Quærebatur, quid iuris? Papa distinguit istud thema in duas partes, scilicet possessionis, & expensarum. Quo ad possessionem dicit Petrum præstita cautione reducendum in possessionem. Quo ad expensas dicit, ꝙ si consuetudo terræ erat bona & laudabilis, sequitur, quod appellatio fuit iusta. Ex hoc sequitur, quod Petrus non fuit cõtumax, & ideò expensæ etiam in uno nũmo non debent refici. Si autem consuetudo terræ non erat laudabilis, tunc appellatio fuit temeraria, & temerè appellans in processibus est contumax. & ideò antequam ad corporalem restitutionem rerum deueniatur, dictus Petrus debet reficere expensas, non tamen prout temerè taxatæ fuerunt, sed iustas & necessarias, quæ licitè factæ ꝓbantur, cuius decreti executionem committit iudicibus. Tractat hic Inn. per quem actum, & per quam compartitionem renuntietur appellationi [a] & dicit, quod per incompatibilem scilicet actum, qui inducit recessum à iudice, ad quem, & non per alium. ista est conclusio. ¶ † Idem tractat, quando est appellatum, nunquid debeat appellanti restitui possessio refusis expen. & præstita satisdatione de stando iuri, etiam antequam constet, an appellatio sit legitima. Inn. quod dico refusis expensis intelligitur, si certæ sint, aut de facili per iudicem taxari possunt: alioquin sufficeret sola cautio, In no. no. hæc uerba. Idem ait, quod rector Marchiæ habet ex priuilegio, quod possit cognoscere de appellationibus interpositis ad Papam ¶ † Item tex. ibi secundum ius, istud uerbum simpliciter prolatum per excellentiam intelligitur de iure Romano & communi, ut insti. de iure naturali. §. ius autem. sed si istud uerbũ si proferretur à rege Angliæ intelligeretur de iure Anglicano superiori, quod regulat omnia inferiora i. de eo iure, quod emanat de ore regis, quia in suo regno monarcha est, & totum continens, & ab eius sententia non appellatur, quia præfectus est multorum prælatorum sui regni, ut ff. de offi. præto. l. j. Considera ubi ego dixi, quòd hoc nomen, ius, ponitur pro iure communi, intellige, si per hoc non derogaretur iuri alicuius partis. uerbi gratia si statutum uel consuetudo nõ dat aliud ius parti. Nam cum ius tribuat, exhiben. est ut C. de ædifi. priua. l. an in totum. ¶ Ibi, & bonam, no.

a ¶ *Et uide alium casum notabilem positũ per d. Fel. in c. ex parte supra in ij. col. in uer. si appellatus, de restriptis.*

2

hic duo, primo quod aut ius commune, & consuetudo idem sonant; & tunc hæc copula, &, stat propriè. & quia ius commune, & consuetudo procedunt a duobus causis efficientibus, seu fontibus, non sunt idem authoritate, quia maior & minor authoritas non sunt eiusdem gradus, sed bene sunt eiusdem effectus, & utilitatis ex interpretatione, siue interpretandi modo, ut
3 no. j. c. j de consti. li. 6. ¶ † Secundo no. quod si ius commune, & consuetudo essent contraria, tunc distingue, aut loquimur de obseruantia consuetudinis extra res & personas suppositas; & non ualet consuetudo, aut circa subiectas res & personas; & tunc consuetudo rationabilis est seruanda in loco, sed non irrationabilis, ut quæ daret materiam falsum fabricandi, uel negãdi uerum; ista non ualet, ut infra de proba. c. ij. & C. de testi. l. fin. Si autem cadit inter personam subiectam & non subiectam, si non subiecta persona est actor, sequitur forum rei, ut no. supra de fo. cõpe. quod clericus. Si autem persona non subiecta sit reus, non ualet consuetudo in eius præiudicium, ut supra dixi de foro compe. ca. uerum, post Innocen. ¶ Tertio not. de ista copula, &, quod non semper requirit, quod extrema sint uera. Nam si sunt contraria, & eligitur id, quod plurimum potest, siue quod iustum est, unde si consuetudo posterior legi esset contraria, esset seruanda consuetudo tã quam actio, uel defensio, quæ ex consuetudine nascitur, ut hic. patet enim, quòd ex consuetudine nascitur actio ex moribus, multo fortius exceptio, uel iudicis officium. ¶ Ibi, Valent, nota à malo principio appellari posse. ¶ Item not. quod non solum est seruãdum mandatum, sed qualitas mandati, sic supra de resti. spolia. cap. Pisanis. ¶ Ibi. Ita quòd si usque, non est modus, uel conditio, sed potius notificatio eius, quod est de iure faciendum. uel dic, quod est quædam protestatio. ¶ Item nota. quod de anno est lege. cautum, sed de die lapso anno non reperitur. l. cautum. sed isti iudices addiderunt diem ex sua forma. & innuit hic, quod ualeat ista additio ex arbitrio iudicum facta. † Ibi 30. lib. ecce taxatio expensarum, quæ fuit facta præposterè, & non seruato ordine, & tamen ualet, sed potest appellari, quod est no. dignum.
¶ Ibi, coram eo, succedaneo in officio legati. uel dic, qđ de appellatione interposita ad Papam potest cognoscere legatus de latere in prouincia sibi decreta, & hoc modo fuit coram isto. G. legato comparitum. ¶ Ibi, Terram illam ingressus, undecunque etiam unum cespitem ingrediendo totam terram, siue prouinciam sibi decretam incipit possidere. ff. de officio præfecti August. l. j. ¶ Ibi, sed Abbas. Iste Abbas habuit iudices fauorabiles ultra condignum. & ideo inhærebat ipsis, sed perperàm. ¶ Ibi ex hoc sequitur, nota consequentiam ex accidenti probari, à quo de necessitate
5 te infertur. ¶ † Ibi, Alioquin, id est si consuetudo sit laudabilis. Nota. tamen, quod in dubio consuetudo præsumitur laudabilis & bona, ex quo ciuibus placet, argumen. ff. de postulando. l. j. §. j. in uerbo, ratus. ex quo enim placet, utile censetur, quia concordiam generat, quę utilissima est ciuitatibus, & hoc procedit in omnibus, quæ sunt de iustitia beneplaciti. Item nota. hic, quod qui non est contumax, non tenetur in expensis. locus est ab accidenti destructo. ¶ Ibi appareat, ex actis cãæ & iuris dispositione. ¶ Ibi, constiterit, non per taxationem iudicum prædictorum, qui temerè
6 taxauerunt, sed per alios legitimos modos. ¶ † Et nota. quod taxatiò expensarum minus legitimè

facta debet de nouo fieri legitimè. Item quod iudex appellationis corrigit, & moderatur summam expensarum. & quod in ista moderatione debet exprimi causa, facit. C. quando prouo. non est necesse. l. fi. ¶ Oppo. dicitur hic, quod legatus commisit causam inter Abbatem, & laicum secundum consuetudinē terræ terminandam, & Papa amplectitur istam consuetudinē. nā imò vr, q non ualeat consuetudo pp summam libertatem clericorum. scriptum est. n. nolite tāgere Christos meos. i. unctos chrismate nostro, ut no. in auč. de nō ali. §. uult. n. tum quia non sunt subiecti laicis, adeò q nec eorum fauoribus tanq legibus debent uti. ut s. de cōsti tu. c. ecclesia S. Mariæ, licèt possint uti statu is tanquam priuilegijs, ut s. de so. compe. c. dilecti. Solu. hic loquit de consuetudine terræ. i. prouinciæ, & sic de promiscua consuetudine tam laicorum, q clericorum introducta utrorumque consensu. & est tex. hic multum no. adhoc porrò statutum laicorum tm, siue sit actiuum; siue passiuum non includit clericos, si nō facit mentionē de eis expressam: quia mens statuti interpretatur ſm ius & si facit mentionē expressam, uult quidē: sed nō pōt un statutum de compromissis necessarijs nō ligat clericos ét in minoribus cōstitutos. aliter tn seruat in regno Frāciæ, quia in realibus actionibus, cum res sit de territorio regis, iudicatur ſm constitutionem regis. Guil. de Cug. dicit, q hoc est ius cōe, & pro eo vr casus huius. c. quod c. loquitur in reali actione, & dicit seruandā consuetudinem populi, si consuetudo est laudabilis. unde si statuto cauetur, quod clerici, qui non soluunt munera pro patrimonialibus, pro quibus debentur collectæ loco tributorum ex hypotheca descendēte ab æstimo cōmunis, non audiantur, istud statutum ualet, quia ē laudabile propter bonum publicum, de hoc tn alibi aliter
7 scripsi. † Opponitur, & vr quod ad Papam non potuerit appellari omisso medio, sicut nos dicimus, quod à subdelegato delegati, qui retinuit sibi aliquid de iurisdictione non potest appellari omisso medio. Sol. ibi loquitur in subdelegato delegati, hic in de legato ordinarii. Nam omisso quolibet ordinario pōt appellari ad Papam. 2. q. 6. c. ad Romanam, & est tex. hic sing. sed à subdelegato delegati secus, quia subdelegatus habet ad hoc hoc speciale mandatum. ¶ Opp. quod Papa non debuerit inniti appellationi, quia appellans ei renuntiat comparendo coram delegato. So. ex ista renuntiatione non potest aduersariis se adiuuare, quia
8 nec ipse nec iudex habuit eam ratam ſm Io. ¶ † Ex quo no. quia renuntiatio non nocet, quam aduersarius non
a acceptat, quod est no.[a] dignū. Vel hic non comparuit tanq corā iudice, à quo, sed tanq coram eo, q potest cognoscere de appellationibus interpositis ad Papam. & sic non ob. j. de appel. l. solicitudinē, & c. licet, de senten exco. li. 6. ubi dicitur, quod adeundo inferiorē renuntiat appellationi interpositæ ad Papam, & facit quod not. in Speculo de primo decreto. §. iam de effectu, uersi. qđ si iudex. ¶ Oppo. dicitur hic, quod delegatus etiam non apostolicus, sed ex inferioribus præsidis potest in possessionem mittere ex primo decreto. contra. ff. de iuris. om. iudi. l. iubere cauere. Sol. illud de iure ciuili, hoc de iure canonico. ¶ Et no. q raro alibi, reperitur quòd delegatus inferioris à principe possit in ueram possessionem mittere. ¶ Opp. quod iudices potuerint taxare expen. de quibus forte eis constabat, ut insti. de ac. §. tripli. Sol. dicit gl. hic non cōstabat, uel etiam si constaret, non fuerunt probatæ per iuramentū præmissa taxatione. ¶ Item non pronuntiauerunt de expen. tempore debito. s. tempore præstandæ cautionis. Opponi ergo non fuit seruatus ordo, ergo sentētia nulla. Sol. concedo. Nam ista litera non dicit appellationē necessariam. uel dic, q ille est ordo statutus fauore partium, non propter rigorem iudiciorum seruandum, & ideo ualet snia tanq lata ꝯ ius l tigatoris. ¶ Aduerte unum q est no. dignum, q si reus non uult recuperare possessionem, non tenetur reficere expensas. & est ratio quia uera possessio, quam sequitur succedit loco satis-
9 factionis, ar. ff. ad Carbo. l. de bonis. § pupillo. † Oppo. contra uersi. hoc etiam, nam si deseruit appellationem, ergo tenetur ad expensas, licet appellatio fuerit iusta, ut ff. de iudi. l. destitisse. Sol. hic non deseruit, ut dixi, & si deseruisset, tamen per prius nō fuit cōtumax. & ideo non tenetur ad expensas ui contumaciæ. sed posset teneri ui rei iudicatæ. ¶ Opponi. si missio non fuit facta legitimè, ergo non debuit cauere de iudicio *sisti, sed debet* statim aduersarius extra mitti, ut ff. si mulier uen. no. l. j. §. j. solutio. ibi certum hic dubium, & no. ff. de euic. l. minor, in principio. ff. de statuli. l. de statuli. l. sōne. idē Inno. ¶ Quæro; quæ dicantur iustæ expensæ? respon. incumbentes: quia recuperatio expensarum est stricti iu-
10 ris. ¶ † Quæro, quid si missus fecit expensas in ipsa re, nunquid eas recuperet? respon sic, si fuerint expedientes secundum Ber. s. fructibus compensatis in sumpti-
b bus[b] ut ff. de rei uindi. l. sumptus, sicut in pignore conuentionali. ut ff. de pig. act. l. si necessarias. §. fi. Pone, iudex misit in possessionē reus satisdedit, deinde iterum misit ex prima contumacia. respo. nō ualet, quia absorptum est, ut ff. de no. ope. nun. l. cum procu. §. j. uersi. nam & ipsi. ¶ Pone, iudex commisit nuntio, ut mitteret in possessionem, tandem reuocauit decretum. respon. non tenet missio, licet nuntius ignoret de reuoca. ut ff. de no. ope. nun, l. opus nouum, quia reuocatus est ipso facto executor decreti. ¶ Item omne mandatū re integra potest reuocari, tex. est ibi no. imo plus dico quod licet secundum decretum non possit reuocari cōtrario imperio, tamen commissio facta nuntio in executione secundi decreti potest liberè reuocari; quod ē no. & est ratio, quia ista commissio est interlocutoria, & fortè minus, quam interlocutoria, quia iudex non loquitur inter partes, sed uoluntatem suam explicat nuntio, & in ista commissione non requiritur præsentia alicuius partis, sicut nec in delegatione est igit ista commissio quidam actus de per se nudi & reuocabilis
11 ministerii, & facit. ff. de acqui. po. l. qui absenti. † Item arg. quod bannum, uel excommunicatio non tenet, si cōtumacia non præcedit, nec etiam captura debitoris, quia si non potest capi res, ut ff. qui b. ex caus. in pos. ea. l. Fulcinius. §. si in diem, multo minus psona, nisi præparasset se ad fugam, ut no. ff. de pig. l. quæsitum. Vnum scias, quod aut est actio pura; aut in diem, aut nulla. primo casu, si obstat exceptio, non tenet missio, ut l. j. §. hæc uerba. ff. ne uis fiat ei. Secundo casu idem, licet actio sit nata ante diem certam q tamē fallit in actione mandati, quæ ante diem certam ipso iure non nasci-

a *¶ Adde pro hoc facere id, quod not. alibi idem Bal. in l. j. in ij. no per illum tex. C. de resc. uen. quod qui nō acceptat uerba aduersarij, non potest ex illis uerbis iuuare idem si dissimulat, quod est notādum secundum eum, & unde plenè per Iaso. in l. postquam in j. col. C. de pact.*

b *¶ Vide Fran. Cremē sem notabili cv. & Io. de Imo. in cō. 112 inci. omnique uertetur in fe. la. Bu. col. pen.*

nascitur, est ratio: quia mandatũ debet impleri in forma & tpe. iste est casus unicus in iure. ff. mandati. l. si mandauero tibi, ut pro me in diem fideiubeas, in princ. Tertius casus, qñ nulla cõpetit actio, clarus est: quia si nihil debetur, ergo ꝓ nihilo fit missio. fallit, ubi petit̃ & debetur cautio de futuro, ut. l. is cui, in prin. ff. ut in
12 pos. leg. ¶ † Quæro, quid de executore deputato p testatores ad uirgines maritandas, nunquid in contumaciã hæredis debet poni in poss. bono. respon. sic, argu. ff. de religio. l. si quis sepulchrum, uidelicet ꝓ dotibus puellarũ, quæ sunt aptæ nuptui: quia hæc uerba, ꝓ uirginibus maritandis, exigunt nuptias, ut impleatur conditio, ut in aut. de san. epi. §. sed hæc præsenti. unde executore se obligante ad dotẽ executorio nomine, tenet̃ hæres uel pro puella soluere, uel executori cõsignare, ut ipse exequi possit, arg ff. de leg. iij. l. Titius. & si hoc non facit, patitur missionẽ, arg. ff. de do præle. l. Theopompus. quod dixi circa. § hæc uerba, fallit in exceptionibus merè odiosis, quæ si non sunt oppositæ, non reddunt decretũ nullum ẽm glos. arg. ꝯ. ff. ad Macedo. l. nã & si. quod est uerius, uel dic, quod sicut mutuũ nõ obligat patrem. ita nec sñia lata contra filiã; & ita loquitur ibi: quia originalis cã inspicitur: sed in casu dictæ glo. alia rõ est. Nã qui scienter omittit exceptionẽ, vr̃ ei tacitè renunciare & iõ p ẽm decretũ ad similitudinẽ diffinitiuæ uia precluditur, ut. ff. de ꝓcu. l. eo tpe, &. C. sen. re. non pos. l. peremptorias: qm ẽm decretum transit in rem iudicatam. Nam omnis sentẽtia, à qua potest appellari, uel recursus haberi, transit in rem iudicatã, nisi contradicatur, ut. C. de arbi. l. pen. C. quomodo & quando iudex. l. ab eo. Bald. ll. doct.

SVMMARIVM.

1 *Citatus reus si recedat, nec procurator, uel alius eum defendit, mittitur actor in possessionem rei petitæ, in prin.*
5 ẜm Ber. hic, & ī. c. testimoniū. ¶ † Vltimò no. ꝙ ꝓfessio ꝓbatur ꝑ ꝯfratres: qa eis ꝑsentibus dēt fieri. sic feudū ꝓbatur per pares curiæ: quia ipsi debent esse ꝑsentes, ut in c. j. de feudo guardiæ. col. x. Adde unū notabile, quod est hic, uidelicet quòd custos fratrum Minorum potest agere nomine conuentus sui & religionis.

S V M M A R I V M.

1 *Testes diligenter, sigillatim ac secretò & separatim examinandi.*
Canonizatio sancti uiri qualiter fiat.
Miracula à quibus fiant, & uerè.
2 *Miraculum quid.*
De uita post mortem etiam inquiritur.

1
ENERABILI. † Diligenter & sigillatim examinandi sunt testes, sub: udi secretò & separatim, ne unus subornet aliū. & si unus testis subornat aliū, non ualet eius testimoniū ẜm Ber. ꝙ tene menti. ¶ Casus patet petebatur à dño Papa, ꝙ canonizaret quendā sanctū uirū: Papa mandat suꝑ hoc testes recipi, q de uita & miraculis faciant fidē. & not. ꝙ non sufficit probare miracula sine uita: qa multi faciunt ea, q̄ vñr miracula cū fictione diabolica, & cū qbusdā incantationibus, & characterib. positis in subasellis, fingunt se suscitare mortuos, & eos facere comedere, ut refert magister historiæ scholast. suꝑ euangeliū in quadā historia itē legiť de quadā Pythonissa, q̄ suscitauit Samulē ad ꝑces Saulis regis, & suscitatio fuit ficta, non uera. sed Helias, & Heliseus in fide uēturi suscitauerunt uerè. i. fuerūt ministri resurrectionis, sed D. us fuit operatio
2 qñ ꝑ. n. id, qđ nō ꝑt fieri ꝑ hoīem uirtute humana, fit hoīs ministerio illud ē miraculū, dic ut in c. j. de reli. & ue. san. li. 6. Itē no. hic
b de uita post mortem inquiri. [b]

b ¶ *Vide plenè allegata per mo. in l. ij. C. qui test'a. facere poss. & ꝑ Curtiū cōs. edi. in fauorē hospitalis Papæ cōtra camerā.*

S V M M A R I V M.

1 *Repetenda examinato testis, qui obscurè deposuit, in prin. & nu. 2.*
Iudicum sigillis credi debet.
Sigillum ubi est, ibi firmitas & conclusio, & æquiparatur confessioni.
Testium dicta quando sigillata transmittenda.
2 *Examinatus non dicitur, qui obscurè deponit.*
Obscurum quod & quando interpretetur in testibus contra producentem, & nu. 4.
Interpretatio quando fiat contra producentem testes.
Obscuri testes quando repetendi.
3 *Promotor, uel instructor inquisitionis non efficitur dominus litis, & potest remoueri, quandocunque iudici placet.*
Iudex ex officio testes in processu inquisitionis & accusationis producere potest.
4 *Emisse me tali die si probem per duos testes, & aduersarius probat per duos testes, me alibi fuisse, si uolo post pu-*

blicationem attestationum alios testes producere ad confirmandum & fouendum dicta meorum testium. s. quod eadem die fui praesens, & emi, an possim.

CVM CLAMOR. Iterum examinandus est testis, qui ita obscurè deposuit, quod ex eius dictis non potest ueritas declarari. secùs ibi, uerum. ¶ Casus. Quidã Archiepiscopus erat diffamatus de multis criminibus: unde de mandato Papæ fuit informata inquisitio, super qua testibus publicatis apparet, quod deposuerunt confusè, ita, quod intelligi ueritas non pôt; Papa mandat eos iterũ examinari diligentius, & tam eorum dicta, quàm aliorum sub sigillis delegatorum sibi fideliter deferri. Clamor ualidus idẽ est, quod fama
1 agitans populum. efficax enim est ad inquirẽdũ. ¶ † Ibi, Sigillis, no. iudicum sigillis esse credendũ. ubi sigillũ, ibi firmitas & conclusio, ut C. de re. ec. non ali. l. ij. & ibi no. & quãdo dicta testiũ transmittenda sint sigillata, vide. j. de fide constitutus, in fi. sigillũ operatur idẽ, quod confessio, & consensus. 2. q. 7. sicut inquit, per ar. no. primò quod contra diffinitiuã est inquisitio formanda sine ca. C.
2 de of. rectoris prouin. l. iustissim os. ¶ † Itẽ no. quod non dicitur examinatus, qui obscurè deposuit: quia nullũ est testimoniũ eius. Itẽ uerba obscura pro nullis habentur. ff. de leg. j. Titiæ textores. & ideo uerum obscurum, quod intelligi non pôt. ff. de iur. fi. l. ita fidei, & no. ff. de pac. l. ueteribus. opp. quod obscuritas interpretetur contra producentem, ut. s. de proba. in præsentia. So. aut obscuritas hẽt duplicẽ intellectũ; & loquitur ibi: aut nullum congruũ recipit intellectũ; & loquitur hic. sed uerum, quod imò fiat interpretatio pro producente. ff. de iu. fi. qui s intentione. sol. ibi loquitur in prin. cãæ: hic in medio, ut no. s. de resti. spo. cũ ad sedem. ¶ Op. quia post publicationẽ testiũ non debent testes recipi. so. hic nihil fuit publicatum. quia testes nihil dixernnt. ff. de iniuſ. test. si binæ tabulæ. ¶ Quid ergo, si aliquis deponit clarè, aliquis obscurè hoc casu constat didicita testificata? dic tñ sm Inn. quod testes obscuri debent repeti, & noui etiã testes pñt ex offi. iu. produci: quia spãle est in inquisitione, ut non attendatur ibi publicatio testium quãtũ ad hoc, quin testes semper producantur. & est rõ, quia non timetur subornatio neque ex parte delatoris, quia fama: nec ex parte producentis, quia iudex, cui non concludit publicatio: quia semper habuit no. dicta testium: si aũt sumus in alio processu, quàm inquisitionis testes obscuri non essent repetendi ad petitionẽ partis, sed ex officio iud. & incontinenti, non ex interuallo sm Inn
3 hic, & s. c. per tuas. ¶ † Quæro, quid de promotore, ue de instructore inquisitionis? dicit Inn. quod iste non dicitur pars: sed minister, nec efficitur dñs litis: & ideo potest remoueri, quãcunque iudici placet. vñ non hẽt ius in inquisitione. certè ex hoc sequitur conclusio, quod non possit producere testes, sed solum noiare iudici, & iudex producat eos, ar. eorum, quæ subtiliter no. ff. de inof. te. si suspecta. & quod si fiat dñs litis, apparet: quia in causis capitalibus, nec procu. efficitur dñs litis; ideo nec testes producere pôt, & ideo post didicita testificata nõ pôt testes producere: sed si dicamus, quod possit producere testes, talis promotor inquisitionis tenetur ad pœnã talionis & iõ facit litẽ suã, & est propriè aduersarius, ut. ff. ad Tur. l. j. §. incidit. scias tñ quod non solũ in processu inquisitionis, sed & ẽt accusationis iudex ex off. pôt testes prdoucere. C. de abo. l. ij. & no. in aut. de tab. in prin. ff. de condi. ob. tur. cãm. l. idem est. §. si mihi & ti-
4 bi. per quã gl. ita disputãdo terminauit do. Bar. ¶ † Sed pone, per duos testes probaui me emisse die tali: aduersarius probat per duos testes me ea die fuisse alibi: uolo post publicationẽ attestationũ alios testes producere ad confirmandũ & fouendũ dicta meorum testium. s. quod eadem die fui præsens, & emi, nunquid possum? dicit Inn. quod sic: quia in primis capitulis non intenta ui. lo cum, & diem. dixi. s. c. licèt dilectus. ¶ Quid si testis dicit se nihil scire? rñ. iste non deponit obscurè, & licèt non probet negatiuam actus, probat negatiuam sensus. ff. de reb. du. l. si is qui ducenta. §. utrum. Bald. Alpinatus doctor.

SVMMARIVM.

1 *A testimonio repellitur in crimine perseuerans, in prin.*
Ex crimine quolibet quando oriantur actiones duæ.
Testis repellitur à testimonio propter notam infamiæ.
Fama bona quæ.
Infamia quotuplex, & quibus casibus contrahatur, & remittatur & nu. 2. & 5. nu. 7. & quid sit nu. 4. & nu. 7.
2 *Infamia iuris quandoque remittitur ex genere pœnæ dictoris.*
3 *Excommunicatus an sit infamis de iure ciuili.*
4 *Infamia facti an possit esse occulta.*
5 *Crimen notorium an infamet infamia iuris ciuilis.*
Notorium non pronuntiat, sed declarat, & non infamat nisi de facto, & eius uis.
Mutatio status requirit sententiam.
Occultum legis scripta quid non censetur.
Emendatum ecclesia non spernit.
6 *Periurus aliquando non est infamis.*
Iuramentum promissionis & etiam testis est de futuro, & quomodo hoc secundum capiatur.
Testis iurando nihil promittit, neque contrahit.
Infamia dictior quæ.
Durius agitur cum uiua uoce, quàm mortua legis.
7 *Infamia surgit ex re inter alios gesta.*
Infamia caput sequitur.
Teste suo quis uti debet cum sua causa, uti ꝗsque.
8 *Infamia facti in causa criminali repellit testem.*
Testificari est honor, à quo repelluntur infames.
9 *Pœnitentiam quem egisse, qualiter probetur.*
10 *Actor, uel reus, si sit criminosus, an possit obijcere testi, quod ipse est criminosus testis.*
11 *Seruus accusatus in iudicio, uel excõicatus an possit obijcere testi de seruitute testis, uel excommunicatione eius.*
12 *Excommunicatus an repellatur à testimonio, si absolutus est ab excommunicatione.*
Excommunicatio fertur ob contumaciam, non propter crimẽ, & ideo non probat crimen excommunicationis sententia, & uide nu. 14.
Banniti propter contumaciam non dicuntur banniti propter crimen, nisi statuto secus caueretur.
13 *Excommunicatus an sit similis exauctorato.*
14 *Excommunicari pro crimine an quis possit aliquo casu.*

TESTIMONIVM. Perseuerans etiã in crimine ciuili repellitur à testimonio: emẽdatus uerò non infamis admittitur in ciuili mota ciuiter. fallit in periuro, in criminali etiam emendatus repellitur, si criminaliter intentatur. Et sunt duæ partes principales, primò tractat de criminoso perseuerante in crimine: ille repellitur in ciuili & criminali. secunda ibi, si uerò. de emendato: iste non repellitur, nisi eum sequatur infamia

infamia iuris.hoc est uerũ.in cã ciuili uel cũ de crie ciuiliter agit fallit in piuro,qui sp repellitur.si uero sit emẽdatus,& agitur de crie criãliter repellitur à testimonio crie pbato ꝯ eũ in alio iudicio, ꝙ probaĩ eo ꝙ fuit ꝯuictus,uel cõfessus,uł nũc sup exceptiõe ꝯuicitur uel alś fuit repulsus tanꝗ criminosus ita, ꝙ grauata est eius opi.¶Ex hac di.patet casus in terminis. q̃situ fuit à Papa si testi obiicitur crimẽ,utrũ repellatur eius te moniũ?rñ.Papa distinguendo,ut in lra.no.ꝙ ex quolibet crie oriuntur duæ actiones ciuilis & criminalis:ꝙ uerũ ẽ,si materia li.hoc patiatur:quia sit pecuniaria, ut.ff.de fal.q̃ noie.ff.p so.uec ꝑtermittẽdũ,ubi de hoc & habes gl.no.in l.ul.ff.de pri.deli.aduerte,ubi oritur criãlis,ibi ciuilis;fallit in statutis nouã accusationem & regularem producẽtib.dicit statutũ, ꝙ uilla tenetur fisco in x.si non capit malefactorẽ nam p hoc nõ tenet emendare dãnũ passo, cũ tale statutũ sit ꝯ iu.cõis regulas,ut in aut.ut nulli iu.in prin.de rest.spo.cũ ad sedẽ. ẽ ꝯ oritur ciuilis,&nõ criãlis,ut ex leui culpa,q̃ nõ hẽt in se iniuriã.l.si quis non dicã rape,C.de epi.&cle.No. ꝙ pseurans in crie repellitur à testimonio indistinctẽ.
1 ¶†Et ad intelligentiã dicendorũ præmitte,ꝙ pp notã infamiã in teste testis repellitur à testimonio,ut. ff.de te.l.3.§.pe.& ff.de sena.l.Cassius.Item scias, ꝙ bona fama non est aliud, q̃ integritas uitæ,ut.ff.de ua.co.l. cognitionũ.infamia ãt triplex est.s.ciuilis,canonica,& infamia facti:ꝯhitur ãt ciuilis infamia trib.modis.nã iter dũ ꝯhit ipso facto in quibusdã casib.expressis in iure, interdum p sñiam diffinitiuam,s.iudicis, non arbitri item per interlocutoriam non ꝯhitur infamia iur. & iõ sñia banni,cũ sit interlocutoria,non infamat, ut. ff. de ar.quid ergo.§.quantũ,& §. ex compromisso. an ãt cõfessio infamat,dic ut l.qm.ff.de infa Interdũ ex gñe pœnæ,ut si quis est mandato iudicis cã cognita fustigatus,ut.ff.de infa.l.2.§.ignominiæ,& §.miles, & l.ictus fustium.infamia ãt facti est cũ quis est notatus apud bonos & graues,ut.ff.de do.l.non dẽt.& ff. de obsequijs. l.honori.
2 ¶†Eꝯ infamia iuris q̃nq; tem tritur ex gñe pœnæ durioris,ut.ff.de infa.l. quid ergo. §. pœna grauior:q̃nq; per restõnẽ in integrum,& hoc dupłr,aut p uiã iustitiæ,ut qñ minor restituitur in integrum per ꝑtorẽ,uel per uiã grẽ,ut qñ princeps in integrum restituit,ut l j.§.de qua.ff.depo.& C.de nu.l.imperialis.sed aduersus malos mores perseuerãtes princeps in integre.non ꝑt,ut no.C.de sen.pas.l.in qõne,& l.fi.C. si nuptiæ ex rescripto petantur.Itẽ nõ ꝑt funditus abolere infamiam inflictam ex gñe pœnę. ut.ff.de cap.l. in bello.§.factæ,licet eius effectum possit per oĩa absorbere ut d.l.imperialis.Et si imperator dicat,restituo te natalib.uſ restituere famæ,ut in utraq; aut.qui.mo.na.ef fi.le.Alia est infamia canonica
3 ¶†Sed nunquid excõicatus est infamis de iure ciuili?rñ.non,quia excõicatio est q̃dam interlocutoria,uel interlocutoriæ similis,cũ possit relaxari, ut.s. de const.c.ex literis. in ꝯtrium uſ tex.in c.dño guerram.§.j in usib.feudo.tñ esto,ꝙ esset infamis excommunicatione durante,desinit esse infamis statim,qñ est absolutus:quia sñia excõicationis est medicinalis non mortalis sm Inn & oẽs.
4 ¶†Quæro,nũquid infamia facti possit esse occulta?rñ.non:quia infamia facti non est aliud,quam uitæ sordes,& utilitas diuulgata apud bonos & graues & multitudinem hominum,& iõ crimen occultum non infamat infamia facti priusquam est publicẽ detectum,sed infamia iu & de
5 iure bene ꝑt esse occulta,ut no.ff.de te.l.cum l. ¶†Sed nunquid notorium crimen infamat infamia iuris ciui. dic ꝙ non , quia quoad hoc non est æquiparatũ sñiæ. notorium.n.non ꝓnuntiauit,sed declarat ac status mutatio reqrit sñiam,ut l.j.ff.de cur.fur.& nulla.l. caueatur,ꝙ notoriũ infamat,nisi de facto,ut patet intuenti. l.j.ff.de his qui no.infa.¶Itẽ ubi ꝑcisẽ requiritur sñia, ibi notoriũ non hẽt uim sñiæ,nec uim iudicij,nec uim c tationis,ut eleganter no.ĩ de testi.cog.super eo, per Be.in 2.gl.iste tñ reatus oẽm honorẽ excludit , ut l. 1. C.ubi sen.uel claril. ¶Sed nũquid per exceptionẽ rñ. nõ de iure ciuili:sed de iure canonico grauat infamiã durantẽ,donec agatur pnia:postea nõ durat infamia,licet durat inhabilitas testificandi ꝓpter puritatẽ quæ requiritur in teste,ẽt in iureiu.& quia semel malus in eodem gñe delicti,ut in regula,semper malus.ꝙ dixi, ꝙ notorium non infamat infamia ciuili,fallit.ff. de ritu.nup.palam.C.de infa.improbum fœnus , occultum ut dixi q̃nq; infamat de iure,ut si uidua nubit infra annum luctus,licet occultissimẽ.C.de secun.nup.l.j.& est rõ:quia nihil legi scriptæ censetur occultum.ff.de condi.ob cau.si petã.§.si seruũ. & usurarius ex clementia canonis recuperat famam,si ꝑstat cautionem debitam. Itẽ no.in uerbo emendatus,ꝙ ipm emendatum contritum,& humiliatũ ecclesia non spernit.C.de epi.audi.l.
6 3.¶†Item no.ibi,Periurij,ꝙ aliqñ est piurus,& tamen non est infamis.s.infamia iur. & de iure ciuili hoc est planum,ut.ff.de infa.l.Lucius,& ff.de pæ.l. ꝙ ad statũ sed de infamia canonica,cum talis reatus non committatur absq; dolo,ut.C.de fal.nec exẽplum,uſ,ꝙ omnis periurus ẽt post peractam pœnitentiam repellitur à testimonio de iure canonico,& ẽt de iure ciuili, & no. ff.de re mil.l.qui cum uno,in uer.absolutus.¶Sed uſ, ꝙ omnis periurus sit infamis,ut.C.de transa.l. si quis maior.Solu.ibi periurus dederat duplicem fidem,s. pacti,& iuramenti.sed testis non paciscitur,& sic non delinquit nisi in uno,quia mentitur:sed promissor delinquit in duob.nam delinquit in fide promissionis, & in fide iurationis;& iõ durius agitur cum ipso quantũ ad infamiã.itẽ ibi.l.ultra procedit.sed gl.in d.l.Lucius,dicit,ꝙ iurm promissionis est de futuro:sed iurm testis ẽ de ꝑterito;ꝙ falsum uſ quia testis iurat se dictuꝝ ueritatem,& sic de futuro,ut.ff.de uer.ob.l.v.§ satis acceptio.de futuro dico quoad dicen. sed de ꝑterito quoad essendum.& sic intellexit Accur.¶Sed statim opponitur.testis iurat,ꝙ dicet ueritatem,ergo promittit dicere ueritatem.igitur si non dicit uerum,est falsus in promittendo & iuran.so.qui iurat,nihil promittit: qa ex ordinis necessitate hoc facit,non sponte etiam si diceres, Promitto uerum dicturum. unde testis iurando non contrahit debitum conuentionale, nec quasi contrahit. Aliud.n.est contrahe e,aliud ex ordine facere, ut dicit tex.no.in l.cum unus,in prin.ff de bo.auc.iud. poss.Et no.ꝙ infamia iuris ciuilis est durior,quam infamia canonis.nam durius agitur cum rigore, quam cum æquitate,nisi æquitas sit remota a iure,quia prohibita est in aut.de iud.§.oportet.Item no.quod infamia per sententiam durior est,quam infamia canonis. quia durius agitur cum uiua uoce;quam mortua legis
7 scriptæ,ut.ff.de ar.Celsus,sm In.¶†No.ibi,in alio iudicio infamiã surgere ex re inter alios gesta,& sic res alibi gesta,alibi infamat,& res iter alios acta infamat quoad homines bonos & graues,& qui dicantur graues, habẽs.s.c.licẽt ex quadam.& infamia caput sequitur sicut lepra,ut eleganter legitur & no.ff.de postu.ex ea infamiã enim est citatrix naturalis status.ff.de uar. cogn.l.cognitionum.§.minuitur.& est duplex infamia, s.

interior, quæ cõstat legis dispõne, & exterior ex uulgi diffamatione, & est rõ pdictorũ, qa ille, q pducit testẽ dẽt eo uti cũ sua cã suisq; uitijs, ut. s. c. licet ex quadã. Nõ ob. ff. de infa. l. Lucius: quia aliud est de iure canonico, aliud de iure ciuili quoad hũc effectũ uidelicet
8 quo ad testificãdũ. † Vlterius no. q in cã criali infamia facti repellit testẽ, & est rõ, quia testificari est honor à quo repellunt infames, ut. C. de dig. l. iudices, li. 12. &
9 ff. ad Car. l. 3. §. duæ cãæ. ¶ † Quærit Ber. quař pbetur quẽ egisse pniam? rñdet gl. q p iurm sacerdotis; q uerũ est de pnia cordis, quæ in cõfessione peragit. sed ista pnia non est sufficiẽs in iudicio, nisi pbetur, q peregit pniam sibi iniũctã: tñ si est talis pnia, quæ fiat i secreto ut ieiunare: qa neminẽ lædit, aut psumit ẽm In. aut sal tẽ stat eius iurõ: quia ex quo cõfessus, psumit bonus, ut.
10 l. nõ oẽs. §. à barbaris. ff. de re mi. ¶ † Quærit Ber. ecce actor, uel reus est criosus nunquid poterit obijcere testi, q est criosus ipse testis? Dicit Ber. q nõ: quia oĩs, q recipit fungitur loco rei ẽm Ber. In ista. n. emergẽti est reus, ẽt si in pricipali eẽt actor. ¶ Sed ꝯ Ber. uř casus. C. de hær. l. qñ. §. inter se, ubi hrticus ꝯ testem hæreticũ non opponit de hæresi. sed ibi iõ quia damnaret i alio q approbat in seipso, & sic esset sibijpsi ꝯrius, ut. C. de inof. tes. in arenã. ff. so. ma. cũ mulier, & uide q ibi scri-
11 psi in subtili lectura mea infortiati. ¶ † Quæro nũquid seruus accusatus, in iudicio, uel excõicatus possit obijcere testi de seruitute testis, uř excõicatiõe eius, rñ. sic ẽm Ber. & est rõ, quia psona pponentis fundata est in
12 iudicio, sed nõ psona testificantis. ¶ † Quæro cũ In. nũquid excõicatus repellař à testimonio, si absolutus est ab excõicatione? & uř q sic: quia semel criosus. ¶ In ꝯriũ uř, quia snia excõicationis non fertur pp crimen, sed pp contumaciam; & iõ pp sniam excõicationis, nõ pbař crimen, ẽt si excõicator dicat in snia: quia furtũ fecisti, & monitus, ut cõpareres, & satisfaceres, non satisfecisti, ideo excõicamus te. & est duplex rõ una naturalis: quia sæpe excõicař quis iniustẽ: alia est per puncta rõnis: quia immediata cã excõicatiõis est cõtumacia, & non crimẽ & cõtumacia non infamat ẽm Inn. Et no. ualde dictũ, q bãniti & cõdemnati pp contumaciã non dñr condẽnati de crĩe, nisi statutum hoc dictaret, q condemnenř de crimine & q puniantur, acsi crimẽ esset pbatũ. non ob. ff. de in litẽ iur. l. j. quę. l. ẽ multum no. & inducitur ad probãdũ, q nunq̃ sit pœna criminis sed pœna cõtumaciæ: quia ibi sunt duo penitus separata, s. debitũ originale, & pœna adiuncta pp contumaciã uñ illa. l. bene probaret, q si una ẽ pæna originalis maleficij, alia contumaciæ, q pœna contumaciæ non eẽt pęna delicti, sed ex accidenti emergeret post q̃ delictũ assumpsit ppriã formã pęnæ. reuertor ad iurm. & uř, q absolutus ab excõicatione adhuc remanet infamis, sicut q condẽnatus soluit suã condẽnationẽ. nã qui soluit fateri uř, ut dicit. l. illa no. ff. de ta. exhi. l. locum. §. si quis dolo. solutio. imò non uř fateri: quia uř reddere
13 in inuitũ, ut. ff. de le. 3. li. xj. §. si rẽ. ¶ † Quæro, cũ Inno. utrũ excõicatus sit similis exauctorato? & breuiter dic, q nõ: quia exauctoratus est infamis ex gñe pęnæ excõicatus ãt ex gñe snię, quasi interĩ deportatus p sniam, di-
14 cit gl. no. inst. de ca. di. §. minor. ¶ † Vltimò, quæro, nunquid sit aliquis casus in quo quis excõicetur pro crie? rñ. q sic, quando quis excommunicatur ipso facto licet & ibi sic in tali facto cadat satisfactio: quia maleficium interpellat: quædam cõtumacia cohæres: quia non satisfacit. nam fur. & raptor semper sunt in mora; & hoc est subtile ad intelligendum. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio quarta, ex qua sequitur productio, an debeat concedi.*

Publicatio attestationum mearum & aduersarij impedit aliorum testium productionem iuncto texto, uersi. testificata.

2 *Positioni negatiuæ, si statutum dicit, quod non debet respondere quid iuris, si aduocatus fecit positionem negatiuam in ueritate, ac significatione, sed uoce affirmatiua, quia dicit, quod res fuit absque eo, &c.*

Positionum conceptio de corpore libelli trahenda, & an negatiuarum conceptio per uerba affirmatiua sit legitima.

Ad aduocatum pertinent uulgares formulæ, & habet is ad omnia mandatum, quæ natura patrocinij requirit.

Iuramentum quod iterabile.

3 *Iudici si liquet, quod sufficiens productio facta sit etiam secunda dilatio, uel tertia non debet dari.*

4 *Testificata aduersarij, & non sua si quidem didicit, an debeat habere dilationem ad confirmanda testimenta sua.*

Contrarium unum qui uidet, & reliquum uidet.

5 *Testificata si quis subtraxit, & non uidit scripturas, sed testes ei prædixerunt, uel post certificauerunt, an didicerit testificata.*

Quid si didicit ab aduersario, uel prius casu, quàm ex proposito uidit testes.

Percunctari, quid significet, & percunctatus testes quis dicatur.

6 *Iudex si uelit publicare attestationes, sed pars dicit domine, non publicetis, quia testes mei sunt in captiuitate uel ultra mare expectetis, quod reuertantur, & quod deponant an iudex teneatur expectare.*

Restitutio in integrum conceditur ad probandum per testes impeditos in termino producendi ex summaria cognitione.

7 *Prorogare tempora statuta à. l. uel à iudice de speciali mandato, iudex an possit ex magna causa.*

8 *Dilatio statuto si cauetur, quod si accusatur intra octo dies a die banni non comparuit habeatur perinde ac si esset conuictus, & proprio ore confessus: si iste non potuit comparere propter discrimina itinerum, quia fuit in maioris alibi inclusus in uinculis, an currat ei.*

Prorogare terminum iudex ex causa potest, & nu. 7.

Dilationum una an in aliam confundatur.

Confessiones in quacunque iudicij parte fieri possunt.

VLTRA TERTIAM. Ponit formã ẽm quã datur quarta productio testiũ, & aliàs dari non debet, & sunt duæ partes. primò regula. secundò casu ex cepti, ibi, nisi. ¶ † Ca-
1 sus. Fuit quæsitum à Papa, petitur quarta productio testium. i. quarta dilatio, ex qua sequitur pductio, nunquid dẽt concedi, rñ. q nõ, nisi cũ legali solẽnitate, quæ talis est, uidelicet q iurabit, q nec p se, nec p alium testificata subtraxerit, nec fuerit percunctatus, nec per dolũ, aut artẽ aliquam petit quartã productionem: sed iõ petit, quia testes, quos desiderat de nouo producere prius nequiuit habere. ¶ Ibi, Productionem. i. dilationem ex qua sequitur productio. ¶ Ibi, Testes; de instrumentis dic, ut j. de fi. instrum. c. cum dilectus. ¶ Ibi, Iuramento, corporaliter præstito. Ibi, Testificata, sua, uel aduersarij. ¶ Ibi, Artem. i. machinationem, siue calumniam, & ponitur in mala parte pro fallacia animi.
2 ¶ † Dicit statutum, quod positioni negatiuæ non debet

dēt r̃ñderi.mō aduocatus fecit pōnem negatiuā in ueritate ac significatione,sed uoce affirmatiua . qa dicit res fuit absque eo &c.rñ. hac arte uerborū statutū nō dēt circūueniri,gl.est fin.in c.ul.de resc ri. in cle. Porrò aduocatus ponere pōt de corpore tm̃ libelli. quia ad eum pertinent uulgares formulæ.ff.de interro.ac.si de sensor:quia statim,ꝙ est assumptus aduocatus , vr̃ hr̃e mandatum ad oīa,quæ natura patrocinij requirit . C. de erro.aduo.p totū,& l.j.post prin.ff.de eden.Ibi,Nequiuit,de facto forsitā hoc uerbū sonat, uel prius erāt excōicati,mō absoluti,uel prius inimici, post recōciliati.& no.ista exēpla.¶Op.ꝙ iterū nō iuretur.qa post li. cō te.semel tm̃ est iurandum de calum.ut C.de iur. cauū.hoc sacr̃m,sol.istud iur̃m est alterius gñis, quia ueritatis f̃m Ber.& est iur̃m purgationis doli præsumpti
3 sic.C.de pæ.iu.qui ma.iudi.aut.nouo iure.†Op.si testes hr̃e non potuit,ergo sine hoc sacro datur noua dilatio ut C.de fer.l.orone sol.ꝙ ibi dr̃,p istud.c.supplerī.Præterea hic non constabat de impedimento nisi per iur̃m l.deferen.à iudice,sed si iudex non uult iur̃m deferre, quia cōstat ei in sua conscientia,ꝙ per calumniā petitur,uel superuacuo,uel cā differendi, litem cum iuro, ꝙ ipse sibijpsi detulit,non creditur,ut not.dicit tex.i l. iij.§.j.ff.de iureiu.imo plus dicit Ber.& est no. dignum, ꝙ si iudici liquet,quod sufficiens productio facta sit,ēt secunda dilatio,uel tertia non dēt dari;quia ex officio suo dēt abbreuiare lites,cū materia dilationis sit amputanda,ut C.de tem.ap.l.ij.in prin.†Quæro,quędam
4 didicit testificata aduersarij,& non sua,utrum debeat hr̃e dilationem ad confirmanda testimonia sua?dic qđ nō f̃m Ber.& Inn.f.si testificata aduersarij sui sunt suis directo ꝯ̄ria,quia qui uidet unum contrariorum, uidet & reliquum,ut instit.de his,qui sunt sui iur.i prin. secus,si essent indirectè ꝯ̄ria,ut actio,& exceptio,ut C. de exce.si quidem.item.C.de contrah. & commi. sti.l.
5 o ptimam,in fi.¶Mō quæro una cum Inn.ecce , ꝙ quis subtraxit testificata,non uidit scripturas, sed testes ei prædixerunt,uel post certificauerunt?rñ. iste non didicit testificata,sed didicit nudas uoces testiū ; & iō hoc non ob.sibi producenti.idem,si didicerit dicta testium ab aduerlario,quia non dēt ei credere.nam isti posśēt mentiri,sed scriptura non mentitur.facit.ff.de trāś.de his controuersijs,& l.non est ferendum,& ff.quēad.te. ape.l.j.¶Sed pone,ꝙ uidit testes discursoriè,& potius casu,q̄ ex proposito;dicit Inn.ꝙ non dr̃ per contatus , tum quia non uidit ad plenam intelligentiam, tum qa iste casus nō dēt ei obesse.¶Et conclude,ꝙ ex proprio significatu uocis percunctari dicit,ꝙ est idem, ꝙ cū diligentia inspicere,& plenè per omnia scrutari f̃m Inno.ego dico,ꝙ satis est,ꝙ plenè uiderit,legerit, & intellexerit substantialia,ēt si totam scripturam nō prospexit,ar.ꝯ̄.de fi.instr.contingit.C.de preci. impe. of.l. fi.sic intelligitur ff.de le.inciuile , quod cum ibi dicit tota.l.prospecta,intelligitur in substantia uisa.& intellecta,ut l.j.§.j.ff.de his,quæ in test.delen. debet igitur percunctantem oculata fide uidisse,quia oculus nō mētitur,ut institu.de gra.§ sed cum magis.sed an cæcus, pōt didicisse testificata?uī ꝙ non,quia non pōt legere, licet possit audire.dic,ꝙ per se non pōt esse percunctatus,sed per procuratorem suum,uel aliam personam a se suppositam,ut in aut.de test.§.quia uero.¶Sed ecce, ꝙ post illud iuramentum solenne subornauit testes. i. instruxit,ut pro eo testificarentur,nuuquid ualent eorum dicta?rñ.non.sed si primi testes essent subornati , bene ualerent eorum primorum testimonium,nisi probaretur falsum,uel suspectum dixisse,ut elegāter not Gof.in tit.de senatuscon.Lib.& hæc sunt bene notan
6 da & quotidiana.¶†Quæro una cum Inno.iudex uul publicare attestationes.Dicit pars, domine non publicetis,quia testes mei sunt in captiuitate, uel ultra mare:expectetis,ꝙ reuertantur, & ꝙ deponant.Nunquid iudex tenetur expectare? rñ.ultra dilationem legalē expectere non tenetur,sed debet publicare testes , tñ pp illos reuersos postea dabitur in integ.resti.ad probandum per ipsos.Nam beneficium restōnis non tollitur p coniecturā subornationis,& cōceditur hæc restō ex summaria cognitione:quia incidēter petitur f̃m Inno.& nō cōceditur ad alios testes nisi adeos, qbus fuit impeditus tex.est sing.ff.de iureiu.l.admonēdi.in uerbo quibus solis.Sed op.si iudex scit impedimētū testiū ergo snia erit nulla?tum quia nō liquet de cā,tū ēt qa lex expresśè vr̃ hoc dicere.ff.de re iud.q̄sitū.sed ibi loquitur in parte absente,non in teste : quia sit non ē de substantia,testis ut pars. Item licet nō sit liquidū per
7 hos testes absentes,pōt esse per alios.†Quæro, nūquid iudex ex magna cā possit prorogare tp̃a statuta à.l.uel à iudice de spāli mādato?ut C.de dila.l.j.rñ.sic,sed nō imoderatè,Inn.exēplū,si impedimentū est,quia p mare nauigari non potuit,nec per terram iri. Nam nihilominus currit dilatio ipso iure,licet detur in integrū restō f̃m Inn.¶ Hæc uerba sunt multum utilia ad qōnē quotidianam.†Statuto cauetur,ꝙ si accusatus intra
8 octo dies à die banni non comparuit, habeatur pinde, ac si esset conuictus,& proprio ore confessus,Pone,ille non potuit comparere pp discrimina uiarum , uel qa ui maiori fuit alibi inclusus in uinculis , nūquid ei currit dilatio?rñ.sic,sed datur i integrū restō.¶Itē si anteq̄ reuertatur, petat ꝓrogatio termini,iudex potest prorogare terminum:quia ꝙ est omissum a statuto,nō debet omitti p religionē iudicantis,ut ff.de test.l.quæsitum scio.dicit Inn.ꝙ prudēter facit pars aduersa,si nō petit copiam aliàs articulorum producendorum,quia articuli potius expediunt producenti , q̄ sibi. porrò si expedit,ꝙ statim producēti uel producturo articulos assignetur solennis dilatio ad probandum,& cōcludit, ꝙ ei consentiat f̃m Inn.idē ait vnā dilationem in aliā nō cōfundi.uñ si hēt dilationem trium mensium ꝓ testibus eiusdem prouinciæ,habebit sex alios pro continentibus prouincijs,& nouem alios de partibus ultra marinis.Ego puto,ꝙ iudex possit ad hæc oīa assignare nouem menses,ar.ff.ad Car.ideoq;.Idem ait,ꝙ imputet sibi,qui habet dilationem ad probādum, si nō fuit solicitus in omnibus,quæ natura probationum requirit.ultimò dicit,ꝙ confessiones possunt fieri in quacūque parte li.& uerū est,quia & post sniam,ut no.ff. de condi.inde.l.ul.in prima gl. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus pendente accusatione an possit in testem produci.*

Testimonium,& Accusatio. } *idem operantur in repellendo.*

2 *Accusatus pendente accusatione an possit esse testis in causa ciuili & exercere suum officium.*

3 *Accusatus appellatione pendente an possit esse testis.*

4 *Accusatus non admittitur in excepto crimine contra eū, qui est bona fama.*

Probationes qui subtrahit, confiteri delictum uidetur.

NON

NON dēt. Ponit regulam, & casum exceptum secundo probat per duo similia. Casus.
1 † Quæsitum fuit, utrum accusatus pendente accusatione possit in testem produci? R̄n q̄ nō, quia nec aliū accusare, nec alios suscipere potest ḟm primum dictū. fallit in criminibus exceptis.h,d. Ex hac decr.no. q̄ testimonium, & accusatio æquiparantur in repellendo, similiter ordo.
2 † Quæro, nunquid accusatus accusatione pendente possit esse testis in cā ciuili? & vr̄ q̄ sic, qa interim remanet in officio suo, & interim subditi tenētur ei obedire, & no.b̄n hoc dictum de obedientia. idē ergo dicemus in tabellione, q̄ accusatione pendēte licēt ei conficere instr̄a, de quibus est rogatus, arg. ff. de sol. quod si forte. §.j. & l. reo criminis. sed nouum officium interim assumere non potest, ut C. de proc. l. reū criminis, & ff. de pub. iudi. is qui reus, nec ad nouū honorem, ut ff. de mu. & ho. l. reus delatus.
3 ¶ † Quæro, nūquid appellatione pendente possit esse testis? & dic q̄ sic: quia est integri status, & hoc in ciuili: secus in criminali ḟm Ber. ita debet limitari gl. Accur. quæ est. ff. de inf. l. furti. §.j.
4 † Vltimo scias, q̄ in excepto crimine accusatus non admittitur ꝯ eum, qui est bonæ famæ secundum Inn. q̄ est uerum, nisi reus forte læsæ maiestatis fecerit eum accusari, ut non possit ꝯ eū testificari. Nam illa malignitas detecta dēt obesse, non prodesse, & quodammō delictum confitetur, qui probatiōes subtrahit, ut s. e. ti. c. cū cām. §. nisi forte; & hoc, qn̄ subtrahit facultatem probandi, secus, si probationes factas. Nam non ideò eam perdit, sed utam sibi præcludit in testibus producendis. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Officium testis est publicum plurifariam, & quando n. 2.*
Veritas est res sacratissima reipub. necessaria.
2 *Testis de iure ciuili indistinctè compellitur testificari, secus iure cano.*
Causarum species quæ secundum ius canonicum.
Inquisitionis causa non est criminalis, & quæ pœna imponitur ex ea.
Crimina enormia quæ, & n. 3.
3 *Enormia crimina de iure ciuili quæ dicantur.*
4 *Iudex si non puniat delinquentem debita pœna, sed mitiori, succedit in eodem supplicio, quod ipse indignè miserando pepercit.*
5 *Testes debent compelli ubicunque est magnum damnum proximi, uel lucrum aduersarij, & ubicunque esset scandalū.*
Cogere qui petit testes, iurare debet, & quid.
Stylus curiæ Romanæ reputatur ius commune, & cur.

De testibus cogendis. Rubr.

PRAEMITTE † ad euidentiam, q̄ officium testis est publicum in gn̄e: quia tuetur ueritatem, quæ est res sacratissima, & reipublicę ualde necessaria, ut ff. de iniu. l. eum qui nocētem, in prin. & si una æquitas in ueritate consistit, ut ff. depo. l. bona fides. ideoque ius ciuile statuit officium testis esse publicum & necessarium, ut ff de test. l. j. & ff. quemad. testa. ape. l. si quis ex assignatoribus. & qn̄q; est publicum utilitate & authoritate, ut qn̄ in cā publica fertur testimonium. ut C. de priui. l. utilitas. qn̄que est publicū authoritate & seueritate, quia publicè interest maleficia puniri, ut ff. de pub. l. licitatio. §. q̄ illicite. ff. ad l. Aquil. l. ita uulneratus. adeo, q̄ de iure ciuili testes cōpellentur, & qn̄que torquentur, si sunt uiles, uel suspecti; ut ff. de quæst. l. edictum, & l. diuus Pius. qn̄q; est publicum au horitate, sed utilitate priuatum, ut quia tēdit ad priuatam utilitatem, & ideo fœminæ pn̄t esse testes. nam si esset omninò publicum. i. principaliter & secundario, non possent. ff. de testa. qui test6. § mulier. ff. de re. iur. l. fœminæ.
2 † Porrò hæc regula tradit̄ de iure ciuili, q̄ indistinctè testis compellitur testificari, ut j. e. sup eo, ult. rn̄so, & si non uult testificari, aut iam præstitit iur̄m de ueritate dicenda, & se subtrahit, ut ueritas non appareat; punitur pœna falsi, quia cum iurauit deponere, est periurus, ut C. de epis. & cle. l. presbyteri. si autem non iurauit, punitur pœna contumaciæ, & nō pœna falsi, ut j. e. cū super, in uerbo, si uero. ¶ Sed de iure canonico: quia offm̄ testis non est oīno publicū, sed quasi publicū, alia distinctio adhibetur. nā quædā sunt cāæ criminales, quædam ciuiles, quædā mediæ, ut criminales ciuiliter motæ. item qn̄ criminalis incidit ciuili, ut quia obijcitur testi falsitas. ¶ Itē ḟm canones cā inquisitionis non est criminalis, quia ex ea non imponit ultima pœna, quæ debetur ex crimine, & quæ ut ita dixerim, est terminus causæ pœnæ. si ergo cā est merè criminalis, testes non coguntur, sed hortantur. Fallit ī exceptionibus criminalibus, ut in crimine falsi. j. e. cū ꝑ. item in crimine sacrilegij, puta, quia iniuria ꝑsonalis est facta clerico, ut j. c. peruenit. Item in crimine cōspirationis contra suum prælatum, quia est crimen multum detestabile, ut j. c. uenerabilis, & fortius in crimine proditæ patriæ, quia est crimen læsæ maiestatis, ut elegāter no. C. de aboli. l. ij. & idem ī similibus delictis enormibus: quia de similibus idem est iudicium, ut C. de epis. & cle. l. si quenquam, & C. de hære. l. quicūque, ibi dum dicit, & si est in appellatione diuersitas, est tn̄ in prauitate coniunctio, ut in l. in delictis. § hæc uerba ff. de adul. C. de fur. si quis seruo. item fallit in crimine adulterij. j. c. peruenit. l. j in quo quædam alia spālia sunt. ff. de adul. in crimine. nam quo ad iniuriā animi excedit oē delictum, ut C. de rap. uir. l. j. ff de le. ij. eod. §. pe.
3 † Et no. q̄ enormia crimina de iure ciuili dn̄r oīa, quæ committuntur cum dolo in magnū dānū, uel iniuriam alterius, ut ff. de re. iu. & l. ea. & ff. de mi. l. auxiliū. §. in delictis, & maxime ea, pro quibus ingeritur pœna sanguinis, ut ff ad l. Cor de sic. l. iij. sed de iure canonico dn̄r enormia illa, in quibus post pactam pniam non consueuit dispensari, ut j. de iu. at si clerici. Porro ius ciuile non facit mentionem de dispensationibus. quia iudex non dēt eē clemētior l. quæ est sequēda, nō regēda, ut in aut. de iu. §. oportet, & ff. qui & a qui. l. ꝑspexit
4 † Itē si iudex nō punit delinquētē debita pœna, sed mitiori, succedit ineodē supplicio, q̄ ipse indignè miserādo pepercit, ut C ne san. bap. ite. l. nulli, in fi. si uero cā est merè ciuilis, si quidem matrimonialis, testes cōpelluntur, ut j. e. c. j. idē, si bn̄ficialis, ut j. c. sup his. idē reḡr in oī cā pecuniaria, q̄ nō ē famosa sed si ē famosa cā, ut furti, & similes, testes nō cōpellētur tūc de iure canonico, quia ab eis infamia oriri non dēt, præsertim si sūt clerici. fallit, si hī mala gr̄a, uel ꝑ collusionē se subtraxerint, ne ꝑbeāt testimoniū ueritati. nā odio colludentis ē hoc statutū, ut j. c. peruenit, uer. nos igitur. sed ī causis medijs testes cōpellūtur, quēadmodū ī meris ciuilibus, ar s. de ꝓcu. c. tuæ, & no. s. e. dilectorū. Vel dic finaliter cū Inn. q̄ aut est pct̄m tacere ueritatē, & semp testes cōpellūtur, aut nō est pct̄m, & tunc nō cōpellūtur.
5 † Ego dico, q̄ ubicūq; ē magnū dānū ꝓximi, uel lucrū aduersa-

aduersarij, testes debent cōpelli, & ubicunq; esset scandalum. Itē ubicunq; testes sunt rogati: quia iā acceptauerunt officiū testificandi. unde ipsum recusare nō pñt & hęc uera sunt de testibus, qui ꝓducuntur in iudicio. Sed ꝙ aliqui testes intersint contractui, uel testis, ubi ipsi nolunt interesse, nō cōpelluntur adesse, & iō pñt discere, & nolle scire, quod agitur inter partes; & sic tanquam ignorantes factum postea in iudicio produci nō poterunt, ar. à contrario sensu. j. c. super eo, in uerbo, interfuerunt, & C. de testa. l. si antiquitas, & iō puto, quod ille, qui petit testes cogi, debeat iurare, quòd ipsi testes fuerūt in facto, sup quo producit eos; & hoc in facto ꝓprio producentis. dicit Gof. in summa, ꝙ de consuetudine curiæ in medijs causis, prout ego uoco, & in criminibus qualitercunque intentatis testes non compelluntur nisi de spāli mandato Papæ, & iō ius cō mune reputatur talis stylus: quia interpretatur ius cō mune, ut. ff. de le. l. de quibus. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Testes in causa matrimoniali cogendi, in prin.*
Metus non excusat testem, ibid.
Receptionem testium in causa ciuili quantumcunq; graui index committere potest.
Iurisdictionem exercere ut quis in alieno territorio, diœcesi-ue possit, consuetudine potest induci.
2 *Testis quare in criminali debet se coram iudice, & non coram alio præsentare, iurare, & deponere.*
Nuntius dicitur commissarius, & omnis, qui mittitur cum aliquo mandato.
Præsentia prætoris multum facit ad terrorem testis.

CAVSAM matrimonij. In cā mrimoniali cogendi sunt testes. ¶ Casus. Pa. mandat testes ꝓductos in cā mrimoniali ex utraq; parte. i. tā ꝓ mrimonio, uel cōmoneri, ne ueritatē ꝑ suā absentiā occultent, & si subtrahant se odio, gratia, uel timore, cōpellantur ad ferendum testimoniū corā iudice, uel eius nuncio. ¶ Ibi, Timore, no. quòd metus nō excusat
1 testem. ¶ † Ibi, Nuntio, no. quod iudex pōt cōmittere receptionem testiū. hoc uerū in cā ciuili quantuncunque graui, sicut est hic in cā mrimoniali: secus. i. i criminali: quia in criminali nō pñt testes recipi, nisi habeant merum, uel mixtum imperiū, puta ꝑ potestatem illius fori; unde sunt testes ex cōmissione iudicis cāæ. Nam in aliquo territorio, uel diœcesi nō pōt citare eos, ut ueniant coram se, nisi hoc habeat consuetudo. & est ualde no. ꝙ consuetudo possit inducere, ꝙ quis possit in aliena diœcesi suam iurisdictionem exercere, ut. ff. de
2 testi. tertia. §. fi. ¶ † Itē no. hic, ꝙ cōmissarius, & omnis, qui mittitur cum aliquo mādato, dicitur nuncius. Sed quare in criminali testis debet se coram iudice, & nō coram alio præsentare, iurare, & deponere? dicit Ber. quòd non solum ex dictis, sed ex gestis testis iudex debet informare animum suum, Ber. ¶ Itē præsentia prætoris multum facit ad terrorem testis, ut. ff. de quæst. l. de minore. §. tormenta.

SVMMARIVM.

1 *Testes cogendi quibus modis, in prin.*
Papa si mandat quibusdam presbyteris, quatenus in causa, quæ uertitur inter episcopum Prænestinum, & Abbatē Sublacensem. ad suam præsentiam accedant perhibituri testimonium ueritati, & si non uenerint, excommunicationis, & depositionis sententiam reformident, an mandatum istud teneat.
2 *Testimonium ueritati perhibituri qua hora diei debent comparere.*
3 *Verbum hoc, sciatis nos suspensos, est promulgatiuum sententiæ excommunicationis.*
Excommunicationis sententia lata conditionaliter, suspenditur per appellationem ante quā transeat in executionem.
4 *Excommunicationis sententia si sit relaxata causa ferendi testimonij, an interim possit appellari.*
Excommunicatum te esse cognoscas, si dicat iudex, uel sub pœna excommunicationis, quem uim habeant hæc uerba.
Citationes plures in uno edicto an ualeant.
5 *Excommunicatus si aliquis esset, si non comparet in termino, si fuit impeditus, an sit excommunicatus.*
Impedimentum causatiuum minuit contumaciam.

VM super. Per excōicationis, suspensionis, & depositionis sniam cogendi sunt testes & propter contumaciam pōt imponi testi pęna confiscationis; quod est not. dig. ¶ Casus.
1 Mandat † Papa quibusdam pśbyteris, quatenus in cā, quæ uertitur inter eṗm Prænestinum & Abbatem Subliacen. ad suam pñtiā accedant phibituri testimoniū ueritati; & si non uenerint, excōicationis, & depositionis sniam reformident. ¶ Oppo. quòd istud mandatum non tenuit, quia non fuit apposita certa dies. rñ. glo. ꝙ subaudiri debet, qa fuit apposita certa dies; & ex hoc
2 colligo, quod non ualet dilatio sine termino. ¶ † Sed q̄ro, qua hora illius diei dñt ꝑparere? rñ. ea, qua possint expedire suum officium. s. iurando. Nā deponendo pñt detineri à iudice per. xv. dies, sed nō ultra, ut. C. de test. l. pe. fm Vin. ¶ Sed contra hoc op. nam ista dilatio fuit ad perhibendū testimoniū. ergo nō sufficit, ꝙ iuret in termino, nisi deponat: quia hæc dictio, testimonium, significat rem pfectam. Sol. imò sufficit, quia depositio trahitur retrò. & licèt. j. xv. dies teneatur expectare, tñ qñq; pñt deponere, & semp dico, quod trahitur retrò,
3 & est casus in d. l. pe. & no. in. c. j. de of. dele. i cle. ¶ † No. quod istud uerbum, sciatis uos suspensos, est promulgatiuum sniæ excōicationis: quæ tñ non transit in executionem, nisi existente conditione & iō interim pñt appłare, si snia esset lata ab alio, quā à Papa: quia ante quā snia excōicationis transeat in executionem. i. in effectum suum appłatio suspendit pronuntiatum, ut. j. de ap. c. ꝑtereà requisisti. Sed quid si iudex dixisset ita, si non cōparueris, ex nunc te excōico. dicunt quidam, quod in termino nō pt appellari: quia existens conditio fingit retrò ꝑp illā dictionem, ex nunc. Sed contrarium est uerum: quia si hoc esset, snia excōicationis ligaret ꝑposterè. i. non pcedente culpa, uel mora, quod est impossibile. Si aūt esset tale quid, quod non requireret morā, tunc dictio, ex nūc, operaret id, quod uerbum sonat, ut. ff. si cer. pe. l. lecta. §. ex nunc, prout ex
4 tunc, &. §. dicebam. ¶ † Sed pone, quòd snia excōicationis est relaxata cā ferendi testimonii, ut. s. ti. j. ueniés. §. fi. nunqd interim pōt appellari? & vr quòd sic. quia interim cessat excōicatio. dic cōtra, quia ista est potius quædā suspensio, quàm liberatio, ut. ff. de uer. ob. l. ij. §. j. & ibi glo. solēnis, quòd aliud est cessatio obligationis, aliud extinctio. Itē qm lex resuscitat eundē numero, ut. ff. de iure fi. l. de ferre. §. fi. cū. l. seq. & facit. ff. de pac. l. si unus. §. j. sed quid si dixit, excōicatū te esse cognoscas? rñ. sententia est lata: quia sentētia & cognitio est

est uerorum,& de futuris non est sententia.¶Sed quid si iudex dicit,sub pœna excõicationis?rñ. obligatio nõ est pronunciatiua,ut.ff.de pac.rescriptum.§.si pacto.i. obligatiua per existentiã cõditionis ad pœnã excõicationis;si snia excõicationis nõdũ lata est.d.c.j. deinde, quòd in uno edicto põt fieri pres citationes subiunctiuo modo.& dicit ibi glo.multum no.q hoc fit de consuetudine pp difficultaté citationum, ad idem facit.j. de sen.excom.constitutionem j.rñ.li.vj.nam licet pendente una dilatione nõ possit dari alia,ut.C.de dila.siue pars,uerũ est diuerso tempore ª sed simul põt dari: quia una pendet ex altera tex.hic est fin. deinde no.q crescente contumacia crescit pœna, & iudicis indignatio.¶† Sed pone,quòd aliquis

a ¶Vide hic per d.Fel. a in primo, & adde. do.Marianum in repe.rub.de dila.

5 est excõicatus,si non cõparet in termino, si fuit impeditus:nunquid sit excõicatus: & vr q non, ut.ff. de re iud.quæsitũ,&.ff.de pub.Cę.C.qui pe.tu.l.cum à mrībus.C.de ap.præses.ff.de re mi.l.iij.§. si à die, nec debet auferri copia defensionis.& idé nõ debet denuntiari excõicatus,nisi prius citetur ad faciendũ suam defensioné;tex.est ibi fin.dicit Ber.quòd quo ad Deũ nõ est excõicatus:sed quo ad iudicium ecclesiæ sic. ¶Tu dic. quòd nec quo ad iudiciũ ecclesiæ nisi prima facie, qa nõ constat de impedimento:sed cõstito de impedimento ecclesia non iudicat eum excõicatũ:quia non est in dolo,nec in culpa,facit quod no.Inno.de of. dele.c.P. & G.j.de ap.ex rõne,p Inno.& ff. quæ sen. sine ap. rescin.l.Paulus.& hoc,qñ pcisum est impedimentũ. sed qñ est causatum impedimentum,tunc incidit in excõicationem,sed debet de facili relaxari:quia impedimẽtum causatiuum minuit contumaciam,ut fin.no. in l.j. §.fi.ff.si quis ius di.non obtem. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Testis,qui timore aduersæ partis se subtrahit,testificari cõpellitur,& nu.2.*
2 *Conuentus de aliquo facto coram iudice,si factum negat, an illi,qui interfuerunt negotio,cogantur testificari.*
3 *Notorium quid est.*
Contractus ut plurimum non sunt notorij.
4 *Delictum notorium,& contractus an differant.*
5 *Metus qualiter probetur.*

1 SVPER eo.Testis, qui † timore aduersæ partis se subtrahit, testificari cõpellitur. Et in prima decisa consultatio.in secunda ibi,cõsultationo,distinguit. tandé ibi,uerũ,sin incorũ ibi psequit,deinde suã rñsioné moderat
2 & ultimo ibi,licet rñdet tacitæ opinioni.¶† Casus. Aliquis cõuenit de aliquo facto corã iudice,ille factũ,negat. Quæritur,an illi,qui interfuerunt negotio,cogantur testificari?rñ.Papa altius exordiẽdo, qd siquidé factũ est notoriũ,nõ egemus testibus,nec alia pbatione, nec iudiciario ordine:sed si nõ est notoriũ, & reus negat factũ,testes sunt admonendi,sed non cogendi, nisi cõstet iudici,q metu aduersæ partis retrahunt a testimonio pferendo.Sed op.quod imò cogantur.quia ius ciuile hoc dictat.rñdet,quod illud est uerũ de rigore
3 iuris ciuilis,secus de benignitate canonica.h.d.¶† Quæro,quid est notoriũ?dicit Arch. quod populus uidet. lj.di.in sacerdotibus.dic, quod notoriũ est, quod nec negatione efficitur dubiũ,nec pbatione efficitur magis certum.uel notoriũ est,quod patet expressè; ĩõ nõ est pbare necesse:uel notoriũ est,quod hominũ memoria labi nõ põt,de iura.calũ.c cũ cãm,p Inno.¶In tex. ibi,Factum est notoriũ,dic factũ.i.delictum, qa ɔ̃ctus, ut plurimum nõ sunt notorij,ut no.in c.uestra.j. de co
4 ha.cle.& mu.¶† Quæro ergo,an sit dría inter delictũ notoriũ,& ɔ̃ctũ?& vr q nõ p istũ singularé tex.¶In cõtrariũ videt,qa in delictis nõ requiritur ordo iudiciorum fauore reipublicæ.sed in ɔ̃ctibus & similibus requiritur iudiciarius ordo,& libellus,& lit.cõtest.& pbatio,ubi est aduersarius negans,ut patet in edicto diui Adri.quod procedit ex notorio, ut C. de edi. dmi. Adria.l.fi.Præterea post liquidas probationes omnis ɔ̃ctus efficit notorius;& tñ requirit ordo iudiciarius; & hæc est ueritas,& ita sensit Inn.in d.c.uestra. hoc et probatur quia test moniũ,quod fit corã principe, est notoriũ,& similiter quod apud acta ulterius iudicis, & tñ indigent probatione,ut.C.de testi.omniũ,&.l.sancimus.In delictis autẽ odio delinquentiũ, quod patet expressè,non est probare necesse. tñ eleganter dicit Ber.quod requiritur citatio,& sententia. deinde dicit
5 hic,si iudici constiterit,quod timor &c.¶† Qualiter pbabitur iste metus?rñ.gl.quod psumitur, quod uerum est,inspecta tamen qualitate personarum & puto,quod hic sufficiat etiam iniustus metus; quia non tractatur de alicuius præiudicio. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Testis compellitur illius,qui subtrahit aduersario probandi copiam,detegere fraudem,in prin.*
Cumulari plura possunt in eodem libello crimina.
Instrumenta qui furatur,ut ueritas non appareat,tenetur crimine falsi.
2 *Occultans per uim testem in domo sua,ut ueritas non appareat,qualiter puniatur.*

PERVENIT Ad audientiam. Cõpellit testis fraudẽ illius detegere, qui probationis copiã aduersario subtrahit.& in prima parte narratio in secũda iudicis instructio, ibi,nos.¶Casus.Quidã fuit accusatus de crimine simoniæ,& adulterij.iste astrinxit testes ad iurãdũ,quòd nõ deponerent contra ipsum.dicit Papa,quod nemo debet subtrahere aduersario suo instrumenta,& quod testes continentur appellatione instrumentorũ. & quod iste,qui subtrahit instrumenta,uel testes,ostendit se souere iniquam litem; & ideò testes sunt compellendi. ¶In tex.ibi simoniæ,& adulterij,no. quem posse eodem libello de duobus criminibus capitalibus accusa
1 ri.¶† Ibi,Testes continent,no.quod ille,qui furatur instrumenta,ut ueritas non appareat, tenetur crimine falsi,ut.C.de fal.l.eum.sed si ueritas apparet per confessionem subtrahentis,uel notoriè, non tenetur pœna falsi,ut.s.c.proxi.qd dic,ut no.Bar.ff. de tab. exhi. locum.§.si quis,& facit.ff. de eden.argentarius.§. cum
2 autem.C.de testa.non ideircò.¶† Sed nunquid idem est in eo,qui per uim occultat testem in domo sua, ut ueritas non appareat:hic est ar.quòd similiter incidat in pœnam falsi.sed tamen.j. innuit, quòd punitur pœna arbitraria tanquam contemptor prætoris;quod est uerius, quia non reperitur.l.cautum,quòd puniatur pœna falsi,facit.C.de proba.si de possessione. Oppo.j.c.dilectorum.sol. ut ibi. Bald.

SVMMARIVM

SVMMARIVM.

1 *Iniuria si fiant clericis, multis astantibus & uidentibus, & testes nolunt testificari, quia infesti sunt clericis, an cogantur.*

Libertate ecclesiæ continetur etiã prosecutio iniuria clericorũ.

PERVENIT ad nos. Super probanda iniuria
1 clericorum cogendi sunt testes. ¶ † Casus. Aliqñ cõtingit, q̃ clericis fiũt iniuriæ multis astãtibus & uidentibus, tñ iniuriãtes hoc negãt, & testes no lunt testificari, qa infesti sunt clericis. Quærit, an cogãtur? Papa gñaliter rñdet, exquo colligit indirecta qõnis solutio, q̃ sup omnibus rebus ecclesiarum testes sunt cogendi. No. q̃ prosecutio iniuriæ cleri corum appellatur res. i. libertas ecclesiæ. l. j. §. onerandę. ff. quarũ re. act. non da. per Bar. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Testes coguntur super probanda consanguinitate.*

Non præscribitur tempore, quod est ipso iure dispositum.

Turpitudinem qui allegat alterius, eam probare debet.

1 CÆTERVM. Sup † cõsanguinitate probãda cogẽdi sunt testes ¶ Ibi, Iur. cõsuetudo. i. iur. practica. non. n. est propriε consuetudo; quia non pscribit tpe, q̃ est dispositum ipso iure, ut ff. de usu. sequ tu r. §. lana. ¶ Ibi, Cõstiterit, no. q̃ qui allegat turpitudinem alterius, dẽt eam probare. probatur aũt hoc p inobedientiam ẽm Bar ff. ex qui. cau. in pos. ea. Fulcinius. §. quid sit latitare. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Testes synodales an cogantur iterum iurare, si deponat tanquam testes specialiter producti.*

Iurare iterato nõ debet notarius super instrumento suo certificando, cum semel generaliter iurarit.

Iurare debẽt omnes, quibus committuntur facienda scripturæ.

2 *Ab officio denuntiandi propter superuenientem infamiam quis repellitur, & nu. 3.*

3 *Syndicus, si erat infamis ante ipsius constitutionem, an poterit denuntiare maleficia.*

Infamis. & Depositi ab officio } *ualent acta præcedentia infamiam, & depositionem.*

Studiosè, idest ex certa scientia.

4 *Error potest reuocari usque ad sententiam.*

Incontinenti reuocare errorem quomodo intelligatur.

Variatio partis, non testi conceditur.

5 *Varians & contradicens an & qualiter differant, & nu. 7.*

Sensus duo contrarij in eodem subiecto concurrere nõ possunt.

6 *Vacillans quis dicatur.*

7 *Varians quis dicatur, & quando officiat uariatio.*

Variatio, & Mutatio, Interpretatio } *quid.*

Contrarietas esse in quibus dicatur. §. item scias.

8 *Testes synodales an teneantur denũtiare qualitates aggrauantes factum, & nu 9.*

9 *Syndici licet teneantur denuntiare maleficia, non tamen tenentur denuntiare omnes qualitates.*

Qualitas maleficij non est maleficium.

10 *Syndici non possunt denuntiare maleficia, nisi prius iurarent officium.*

Diuersitas, si plura allegentur, quando dicatur, & nu. 11.

Lucrum quid.

11 *Visus præsumitur in eo, quod cõiter fit inter quasi omnes.*

RAETEREA. Testis synodalis, q sup mĩimonio corã ordinario deposuit, corã delegato sup eo iurare non cogitur. hoc primo pp supueniẽtẽ isamiã a serẽdo testimonio, testimonio repellitur. hoc scd̃o, pót tñ, si errauit, incõtinenti, non ex interuallo corrigere dictum suum, hoc tertio secunda ibi, uero. Ibi, tertia, quorũ. Casus. Præmitte ẽm Ber. q̃ cum eps uisitat suam diœcesim, cõuocato populo facit aliquos honestiores de plebe iurare q̃ illi diligenter inuestigabunt, si aliqui consanguinei matrimonialiter sunt coniuncti, uel coniungi uelint, qui iurant, q̃ denuntiabunt epo, uel eius cõmissario, quos testes uulgus appellat synodales 35. q. 6. eps in sinodo, mõ sequitur casus in terminis. quæritur. n. utrũ ex quo isti pstiterũt epo iurm̃ gñale de ueritate denũtiãda, si postq̃ denũtiauerũt, pducantur in testes corã iudice delegato, cõpellãtur iterato iurare? Rñ. q̃ non, dũmõ aliter fiat fides ipsi iudici, nisi emergat articulus nouus, & qui non continebatur sup primo iurõ, eo q̃ nõ ptinebat ad offm̃ denuntiationis. Quærit, utrum isti testes publici & gñales possint pp infamiã repelli? Rñ. q̃ sic a perhibendo testimonio, sed nõ à phibito. Tertio quæritur, an possint se corrigere? rñ. q̃ sic, si nõ studiosè, sed errore deposuerint, & incontinenti, non ex interuallo se corrigãt. ¶ Ibi, Capitulo, fortè sede uacã. j. de hære. ad abolendam. uel ad hoc hẽbat cõsuetudo pscripta ẽm Vin. Ibi, Aliter, ergo secus, si aliter, q̃ p eos posfit pbari. uñ facit ad qõnẽ statuti. Nã p statutũ eligũtur syndici ad denũtiãdũ maleficia, q pręstant gñale iurm̃ de ueritate denũtianda. q̃ si iudex format processum ẽm denũtiationẽ, & altera pars pducit eos in testes, q̃ non cogunẽ testificari, nisi forte ipsi interfuerint, & uiderint, & si per alios non possit probari.
1 † Et est ar. q̃ nõ cogant iterũ iurare, si deponant tanq̃ testes spãliter pducti: quia sufficit semel esse iuratũ & gñaliter, & similiter est ar. q̃ notarius, qui iurat à principio sui officij scribere instrã uera & nõ falsa, nec ficta, si pducat in testem sup suo instrõ uerificãdo, non cogitur iterato iurare, ut C. de fal. si qs decurio. scias, q̃ oẽs, quibus committuntur scripturæ faciendæ, dñt iurare offm̃ suũ legaliter exercere. gl. ĩ solennis. ff. de eden. l. quædam. §. nũmularios; facit j. de psc. ad audiẽtiam. §. nos igitur. ¶ Ibi, Articulus. s. non pertinens ad offm̃ denuntiatoris. Pone exemplum, si emergat articulus dotis, successionis, uel computationis graduum
2 & no. sup articulo nouo pstari nouum iurm̃. ¶ † Ibi pp infamiam, no. q̃ pp superueníentem infamiam repellitur quis ab officio denũtiandi. Pone ergo, q̃ syndicus creatus p formã statuti ad denuntianda maleficia ɔ̃xit infamiam, deinde denuntiat maleficium. ¶ Op. q̃ denuntiatio nõ ualet, quia est infamis. rñ. bona exceptio est, quia casus ẽ hic. & iõ statim, q̃ est p sñiam effectus infamis, intelligitur depositus ab offõ syndicatus. & iurm̃, q̃ præstitit de officio legaliter exercẽdo, est ex-
3 tinctum, ut ff. de insa. l. 2. §. miles. ¶ † Sed pone, q̃ primo denuntiat, & postea effectus ẽ infamis, uel est bãnitus. rñ. dẽt pcedi super denuntiatione; quia fuit legitimè facta, ut ff. de pub. iu. l. is qui reus, uer. inchoatas. planè idẽ ẽ in tabellione deposito, quia nõ uitiãtur uetera i strã rogata tpe, quo ipse erat integri status, ut hic, & ad Carbo. l. 3. §. dux, & l. j. C. de testi, sed pone, iste syndicus, erat infamis ante ipsius ɔ̃stõnẽ, nũqd poterit denuntiare maleficia? dic q̃ sic: quia ualuit eius citatio, licẽt

eet eêt infamis,& iõ potuit offm exequi, Ar.huius litera in uer.postq̃,à ꝯrio sensu.non ob.C.si ser. aut liber ad decu.aspi.l.ij.li.x.qa ibi aspirauit ad honorẽ,hic ad onus,ut ff.de mu.& ho.l.munerũ.§.defensores.Ibi, Nõ studiosè.i.ex certa scia.& sic ẽt dẽt exponi. l. municipalis dicẽs,si quis studiosè fecerit falsã scripturã,cõburatur.nam intelligitur studiosè.i.ex certa scia,nõ p errorẽ facti,uel iur.ut l.j.in fi.ff.de ab ge.& ibi bona gl.&
4 l.illud:ff.de liber.cau.† Ibi,incontinenti , quidã exponunt,incontinenti,qñque in eadem instãtia iudicij : qa error põt reuocari usq; ad sñiã,ut C.de iur.& fac ign. l.error.tu dic.i.anteq̃ partibus loquat̃,uel ab alio sup correctione instruatur,ut no.in aut̃.de testi.§.quia uero.quinimo dici põt,si testis sit notæ fidei & authoritatis possit se corrigere ante,q̃ testimonia sint publicata,non post.iurabit tñ,ꝙ cum nemine sit locutus, ar.s̃. ti j.ultra tertiam. Ad l.error,rñ.ꝙ ibi loquit̃ in parte, non in teste.nimirum,quia principalis ꝑsona sæpe uariat,ut ff.fa.er.l.qui familiæ,& C.de eden.l.edicta. sed testis uariare non dẽt,quia ueritas,de qua testis iurat, non recipit ꝯrietatem,nec diuersitatem,ut ff.de dã. in
5 fe.l.qui bona.§.si quis stipulatus.† Mõ quæro una cum Inn.quæ dña est inter uariantem & ꝯdicentem[a] Dicit Inn.ꝙ uariãs primo dicit unum, postea directè ꝯriũ nullã cãm suæ uarietatis adijciens.ꝯdicẽs est,qui primo dicit unũ,deinde deponit indirectè ꝯrium. Exẽplum.C.de ꝯh.& commi.stip. optimã. Mihi uĩ,ꝙ Inn.debuerit dicere totũ è ꝯ,s ꝙ ꝯdicens fit ille, qui sibi directè ꝯriatur;uarians qui indirectè, ut i cle. testibus,de testi. & neuter ipsorum põt reddere rõnẽ sui testimonij per sensum corporis:quia impossibile ẽ, ꝙ duo sensus ꝯrij uel incompassibiles simul stent, uel concurrant in eodem subiecto,ut C.de fur.l.j.ff.de cõdi.& demon.l.Titiæ,si non nupserit.ff.pro suo l. ancil-
6 lã.† Quæro,quis dicatur uacillans?dicit Inn.ꝙ q dubitando,uel tremendo loquitur.uacillat.s.quo ad fidem
7 ei adhibendam i.uacillat fides eius.† Itẽ uariãs dr̃, qui uariè loquitur,ut quia primo dicit,ꝙ Titius mutuauit c.Florenos in carlinis.postea dicit in Bologninis,uel in impialibus,licet stipulatio non uitiaretur per istã diuersitatem,quia recipiunt inuicem functionẽ , ut dicit l.illa no.ff.de uer.ob.quicquid astringendæ.C.de do.si quis argentum,in prin.ff.de so.Paulus.Itẽ uariatio est diuersitas,& uacillatio est unius ad seipsum, ut si primo dixit unum,postea dicit aliter,tandem reuertitur ad primum dictum.sed si testimonium testis est scriptũ & incontinenti rediens facit sibi legi,& dicit tabellioni,ego non dixi sic;põt dicere tabellio,ꝙ scripsi,scripsi,nec licẽt mihi emendare scripturam,nisi iudicis mãdato:quia absoluta fuit dicta scriptura.ut C.de fi.inst. ꝯtus,& ꝙ no.ff.de sta.ho.imparor, p Cy.Ista.n.cõtrouersia est inter tabellionem,& testem,de qua testis nõ hẽt iudicare;& cum tabellio præsumatur peritus in iure & legalis in scriptura, ista controuersia altioris est inquisitiõnis.C.de fal.si quis decurio,per Cy.adde uariãs mutat,ꝯrius emendat.C.de edẽ.l.edita actio.defectus supplet,obscurus declarat,superfluus minuit.Itẽ si dicta testis sint excedentia & excessa ſm quid,est insufficiens.& ſm quid est mutans.& in summa sub gñali uocabulo mutationis continetur omnis diuersitas, & oĩs alteratio,quæ non est adiacens dicto priori ipsius testis ex natura rei,uel interpretatione ipsiuslegis,inter pretatio nihil aliud est,nisi subauditus intellectus. C. de lib præte.l.3.Idem no.in Spe.de teste.§.opp.uer.itẽ ꝙ testes sunt uarij,dicit Spe.ꝙ si testimonium est nullum,qui coram iudice incompetenti;& postea uariat, qa dicit coram iudice competenti , ꝙ talis uariatio non officit.Nam creditur testimonio soléni & nõ temerario iuro præstito coram iudice non congruo eo. §. uer.quid si idem testis,& uer.qd si compertum.Ego dico,ꝙ fallit,qñ corã arbitro,uel arbitratore deposuerũt iurati de arbitro patet,quia redigitur ad instar iudicis.ff.de arbi.l.pen.de arbitratore aũt,licet nõ redigãtur ad similitudinẽ iudicis;tñ quia de uolũtate partium recipitur.fidem facit.ergo uariare non põt, ut s̃. ti.j.tuis.ff.de do.præle.Theopõpus.¶ Item scias,ꝙ si factum est tale,ꝙ de sui natura & iuris dispõne recipit iteratione,ibi non est ꝯrietas unius testis ad alterũ,ut no.i Spe.de te.§ nũc uidẽdũ,uer.qd si unus testis dicit, seipsũ diceret uariare Bar.ff.de fal.eos,dici ꝙ ẽt testis non iuratus dicitur uariare,dic ut dixi.s̃.ti.j.cũ causã.
8 ¶† Extra q̃ro,nũquid isti synodales teneantur denũtiare qualitates aggrauantes factũ,puta ꝙ ꝯ.l.ꝯxit in gradu.prohibito.l.diuina,& copulati sunt per carnalẽ copulam.nam ex hoc includitur incestus,& sit ad denunciationem officialis esset inquirendũ ẽt crialiter.C.de accu.ea quidem? Rñ.non tenẽtur apponere qualitates sine quibus possunt officio suo fungi absq; lęsione ueritatis in sacro eorum comprehensæ:quia non iurati, sed necessarias tñ;& ideo non tenentur ad denuntiandum gradũ specificè. ¶† Adde,ꝙ qualitas maleficij nõ
9 est maleficium,sed quædam adiectio.& ideo si statutũ dicit,ꝙ syndici teneantur denuntiare maleficia,non tñ tenentur oẽs qualitates. unde si quis occidit germanũ suum,non oportet,ꝙ syndicus dicat,talis occidit Petrũ Germanũ,sed tm̃ sufficit,ꝙ dicat,talis occidit Petrum,quia non plus requirunt uerba statuti.sed ego ꝯsulo,ꝙ qualitates cohærentes & notas ponant, & facit
10 ad materiã,de qua no.Bar.ff.de cu.re.l.diuus.¶† Item ex prædictis apparet,ꝙ syndici non possunt maleficia denuntiare,nisi prius iurarent officium,cum ad instar testium redigantur.& scias, ꝙ assignare plures rõnes ad unam conclusionem probandam non est diuersitas, sed quædam confirmatio.v.g.ad probandum interesse lucri ꝑditi dñt testes,ꝙ lucrum,ꝙ erat facturus, erat x.qa alij mercatores tñ fuerunt ex simili mercede lucrati.¶ Itẽ quia superuenit guerra.unde equi & arma fuerunt empti & uenditi carius solito,& uenditores armorum lucrati. Est.n.lucrum excessus proportionis,siue adæquationis rei cum prætio fauore fortunæ indu-
11 ductus,licet testis non dicat expressè,quia uidit † qm̃ præsumitur uisus in eo,ꝙ communiter fit inter quasi oẽs & quasi ex multis oculis resultat unus oculus cõmunis generalis,sicut ex speciebus surgit genus apud intellectum.ex concurrentijs ergo nunquam surgit diuersitas,sed ex differentijs. Bal.

[a] *Vide omninò scri a pta per Alber.de Ro. in l iij.§. qui uana, uel falsa.ff.de testi.*

SVMMARIVM.

1 *Testes quando ad testificandum cogendi,casus quidam referuntur.*

2 *Inquisitoris fauore quod fit aliquando , quod non fieret.*

1 SVPER his.Cum de fama.uel uitio falsitatis inquiritur,cogẽdi sunt testes gl.ponit casum. Ibi,Cũ de fama.i.infamia.quo ad delinquentem sed fama quo ad testem proloquentem.¶ Ibi,literis,

ris, quæ dicebantur falsæ. ¶ Ibi, longè maioris, longè maior dicitur duæ partes. Ibi, Saniores, sanus est eo ipso, quod non est infamis. ¶ Ibi, testamentum, sub quo includitur iuramentum. ¶ Ibi; ueritati, q̄ uerũ sit famã esse famam, & crimẽ esse uerum crimẽ. no. sup fama te stes esse cogendos. Item super crimine falsi. ex hoc pa tet, q̄ aliud est fama: aliud crimen: quia hic ponunt tan quam diuersa. dicit hic Inno. quod ubi proceditur per inquisitionẽ, testes sunt cogendi. ¶ Item ubicunque cri men committitur lite pendente, & hoc est inductum in fauorem iudicum, & ne eludi possit eorum iurisdictio,
3 Inno. & †est no. q̄ in fauorẽ inquisitoris f t, quod alias non fieret, quod inquisitoribus est fauendum: quia re præsentant rem publicam principaliter. ff. de offi. præ si. congruit.

SVMMARIVM.

1 *Testes quo casu cogendi, in prin & nu. 1. & 2.*
Pœna falsi punitur, qui utitur falso instrumento per procu ratorem.
Falsum qui fabricat instrumentum, & eo utitur, geminum facinus committit: reputatur tamen unum & idem, & ratio.
Similia maleficia dicuntur, quæ sunt eiusdem qualitatis.
2 *Sententiam lucrosam ubicunq; ex probatione criminis quis consecuturus est, uel uitaturus damnosam, semper cogendi sunt testes.*
Lucrum quod rationabile.

CVM contra. Super crimine falsi sunt cogendi testes. ¶ Casus dicebatur de quodã magistro. R. q̄ impetrauerat falsas lr̃as, & eis usus fuerat per se, seu per eius ꝓcuratorem: ad hoc probandũ inducebantur testes, qui nolebant testificari. Papa dicit, q̄ coguntur testificari, si se grã, timore, uel odio subtrahunt, uel declinant perhibere testimoniũ ueritati. Ibi, Falsas. s. funditus, ut quia in bulla, uel in tp̄e, uel in toto tenore. Ibi, seu, hæc dictio posita inter diuersos terminos ponitur pro, uel; sed qñ ponitur inter diuersas res ponitur pro, &, ut. ff. de aur. & arg. le. l. si
1 quis ita legauerit uxori. ¶ †Ibi, per procuratorem, no. quod qui utitur falso instr̃o per ꝓcuratorẽ, punit pœ na falsi. Item no. quòd qui fabricat falsum instr̃m, & eo utitur, geminum facinus cõmittit. tñ, quia non tendit nisi ad unã conclusionem, reputatur unum & idem. ¶ Ibi, Subtrahunt, i. declinant testificari. dicit Inno. qđ hoc sp̃ale pp enormitatem criminis. idẽ in homicidio, & consimilibus: quia de similibus maleficijs idem est iudiciũ. si͏̃lia sunt, quæ sunt eiusdem qualitatis, ut quia utrũq; enorme. ff. de mi. auxilium. §. in delictis, Inn. Idẽ
2 ait, q̄ ubicunq; ex ꝓbatione criminis quis consecuturus est sñiam lucrosam, uel uitaturus dãnosam, semp cogendi sunt testes: quia tunc peccatum est in alterius præiudicium tacere ueritatem, Inno. q̄ dicit de lucro, intelligo de rõnabili interesse sine alterius iniuria. nõ .n. puto, q̄ super pscriptione cogantur testificari: quia illud lucrum cũ iniuria dñi meditatur, ar. ff. de fur. l. si quis uxor, circa fi. & quod no. C. de fur. l. manifestissimi, in prin. ¶ Item nec in actione iniuriarum, quia ibi agitur de seueritate uindictæ priuatæ, non publicæ, & non de uero interesse. ff. de iniu. l. iniuriarum æstimatio, & C. de col. bo. l. cum emancipati. §. j. nec in actione populari, quæ p lit. contest. transit de publico in priuatum cõmodum. ff. de uer. sig. sicut. §. quod si ex popu lari. transit ergo actio popularis de publico interesse ad priuatum per lit. conte. cum hoc tamen constat, q̄ illicitè factum debet destrui, & hoc rei publicæ interest; exemplum de iureiur. eum qui. §. in popularibus. Baldus.

SVMMARIVM.

1 *Testes compelluntur in ciuilibus, sed non compelluntur in criminalibus, & nu. 5. & 6.*
2 *Testes qui petit compelli, debet primò nominare ipsos.*
Excusationem suam, licet legitimam, qui non allegat, contumax est.
3 *Testis proprio motu non potest testificari, nisi sit productus in iudicio.*
Officium suum iudex non debet impartiri, nisi petenti excipit quosdam casus.
Supplere iudex quando possit, & nu. 4.
4 *Iudex ex officio suo potest producere testes propter publicã utilitatem.*
5 *Testes an sint fortius compellendi in criminali, quàm in ciuili.*
Inimicitias unusquisque sapiens deuitat.
Procurator in causa criminali potest interuenire in actibus, per quos non contrahatur obligatio, & nu. 7. uide.
7 *Ciuilis si incidit in criminali, uel econtra, an admittatur procurator.*

DILECTORVM. Testes, q̄ nominati sunt in cã uertente inter ep̄m, & capitulũ suum, testificari cogantur præterquã super cribus. Casus. Inter cap tulũ Vulteranum ex una parte, & ep̄m ex altera uertebatur qõ tã sup cõuentione, quã sup re conuentione. noiati erant testes de utraque parte, nolebant testificari. quæsitũ fuit ab Honorio, utrũ cõpellantur? Papa r̃ndet q̄ sic, præterquàm sup criminibus.
1 ¶ †No. ex isto capl̃o duas regulas. prima affirmatiua, q̄ in ciuilibus compellunt testes. secunda negatiua, q̄ in criminalibus non cõpelluntur, & ꝓut facit lr̃am loqui per modũ regulariter. dictio, pter, ponitur impro p rie uel dic, q̄ ponit ꝓpriè. quia qõ formabatur in genere utrum testes essent cõpellendi, & r̃ndet q̄ sic. Fallit in criminalibus. & habetis hic glo. magnã, quæ primò tractat de ciuilibus. secunda ibi, in crialibus, qñ ꝓceditur p accusationẽ. tertia ibi, uerò ciuil̃r agatur, tractat, qñ de crimine ꝓcedit in modũ exceptionis, uel denuntiationis, uel inquisitionis. quarta ibi, sed huic distinctioni, format quandã oppositionem. quinta ibi, & sic necesse, cõcludit circa cãm capituli. sexta ibi, ideòq;, concludit in materia ponendo uarias & diuersas opiniones, & non firmando cõclusionẽ. demum in uer. sed magis æquum, ponit conclusionem, quàm firmat. ultimò
2 in uerbo, quartus, ponit cõclusionem Inno. ¶ †In tex. ibi, nominati, no. quòd ille, qui petit cõpelli testes, debet ꝓpriè nominare ipsos, & est rõ: quia non dñt compelli nisi monitione pmissa. & si monitus non excusat se, tunc est in præsumpta malitia sm Ber. hic, & ï. c. pœnit, cl. j. Nam & iustã excusationẽ hñs, si non cõparet, cum possit allegare suã excusationem, contumax est. ff. si quis in ius uo. nõ ie. l. ij. C. de ap. ciues. l. is qui ad ciuilia ff. de re. iu. l. non põt dolo uideri carere. si quis autem nõ peteret cõpelli testes, nõ teneret eos noiare, nisi qñ ꝓducit ipsos, ut dicit. l. illa: no. ff. de arb. l. si ex oibus. ¶ Op. ad primam regulam de mediatore, siue proxeneta, q nõ compellitur testificari, nisi ante partes hoc

hoc petant. si aūt sponte testificatur, ualet testimoniū, ut in aut. de testi. §. qm̄, & in c. mediatores, de testi. lib. vj. ꝙ dico, ꝙ ualet testimonium, si sponte deponunt, uerum est, nisi utraq; pars ꝯdicat, uel neutra hoc petat. tunc. n. non ualet eorum testimoniū, quia mediatores,
3 sed quia non ꝓducti. ¶ † Nā nunquam inuenies, ꝙ testis ꝓprio motu possit testificari, nisi sit ꝓductus in iudicio. ff. de test. l. ꝓduci. sed nec aliquis actus pōt fieri in iudicio, nisi parte petente, uel ubi est licitum iudici supplere de facto; quod est in aliqbus casibus puta in cā inquisitionis. Item in cā collusionis, ut. C. de abo. l. ij. Itē ubi cōstat iudici,[a] ꝙ actio, uel exceptio ipso iure non cōpetit, ut no. fin. C. de trās. ubi pactū. Item iudex ꝓhibitus est cognoscere, ut. l. si quis uela regia ut nemo priua. Item in cā appellationis & cuiuslibet legitimæ
4 suppletionis, ut. C. si ap. l. ampliorē, in prin. ¶ † Item hic dicit Ber. ꝙ iudex ex officio suo pōt producere testes p p publicam utilitatē. s. principaliter, & est optima doctrina. & maxime in causis crialibus. de hoc p Accu. in l. idē est. §. si tibi. ff. de condi. ob tur. cām. Itē qñ iudex uidet oculata fide, ut no. in. l. ij. ff. de ser. Nā nō pōt dis
5 simulare, quod uidet, ut. C. ne san. bap. l. fi. ¶ † Op. ꝯ secūdam regulā, & vī ꝙ testes fortius sint cōpellēdi in criminali, quā in ciuili, ne cria remaneant impunita. ff. ad l. Aquil. uulneratus, de pub. l. licitatio. §. quod illicite. ff. depo. bona fides. So. uerum dicit de rigore iudiciorū, sed de æqtate canonica secus: & nō potuit esse motiuum Papæ, quia ex testimonio capitali ꝯhitur inimicitia capitalis, ut. ꝭ. de ac. cū P. Manchonella. quā inimicitiā unusquisq; sapiens deuitat, nec debet se ponere in periculo ꝓ cā aliena. C. de test. l. si qñ. ff. quēad. te. ape. l. si quis ex assignatoribus, qa ordinata charitas incipit à seipso. ¶ Op. ꝙ lra nō possit loq in criali. Nā aut qō criminalis erat ciuiliter mota. i. ad pœnā dāni extra corpus, puta in rebus, uel bñficijs; & posit nt testes cōpelli: aut erat criminaliter mota. i. ad pœnā alicuius supplicij, uel quasi, ut deportationis; & tunc nō habet locū reconuentio: qa in criali nō hēt locū natura reconuentionis, ut. C. qui accu. nō pos. l. j. & l. negan da, ꝟ. ff. de pub. iudi. l. is qui reus. Præterea hic ꝓcuratores erant in cā. ergo cā non erat crialis. So. dicunt Ber. & Inno. ꝙ in cā ꝓcisa criali pōt interuenire ꝓcurator ad media cāæ, qa nō interuenit ad actū, per quē cōstituatur obligatio; & idē tenet Accur. ff. de pu. iud. l. pe. §. ad crimē. de hoc plenè no. C. de ac. l. reos, p Cy. & me. ff. de ꝓcu. l. seruū. §. quoq; publicè in lec. mea.
6 finalr cōclusio huius. c. uera. ¶ † Hic quæro de uera cōclusione, utrū in criminalibus testes cōpellātur; teneo ꝙ hoc sit arbitrariū. Nā si testi imminet periculum, iudex non debet eū cogere. Nā si non tenetur testificari in ꝑiudiciū coniunctorū, multominus in ꝑiudiciū sui ipsius. ff. de test. l. lege Iul. Si aūt nō imminet magnū periculū, tunc debet cōpelli pp fauorem publicæ di-
7 sciplinæ, ne delicta remanēāt impunita. ¶ † Extra. quęro, si ciuilis incidit in criminali, uel ē ꝯ, utrū admittaē ꝓc. & est glo. hic or. ꝙ sic, puta si excipiatur ꝯ testē de falso. ꝯtra testē dico, ēt receptū in cā capitali sm Ber. quod est no. dig. & facit ꝓ sententia. Ia. Bu. in qōne uulgata de Rauengense, ꝙ ad excep. banni declinatoriam & peremptoriam fori possit accusatus de homicidio constituere procu. licèt ꝑsonaliter debeat comparere, sed Ia. de Bel. dixit contra, ne frustretur iudicium, si pronunciēt excep. non obstare. unde ꝓcu. non est idoneus: quia non est æquæ idoneus ut principalis, qui debet causam uincere ex uinculis, ut C. de procur. l. fi. & ibi per eundem Iac. Bu. quod bene no.

[a] ¶ *Vide Felin. in c. ad aures, in uersi. scientibus istis. de rescrip.*

SVMMARIVM.

1 *Socij coniurati coguntur ad detegendam coniurationem.*
2 *Causa si sit inter Archiepiscopum, & ciues, coguntur ciues testificari contra ciuitatem, & etiam conspiratores, & coniurati.*
3 *Testes minus idonei recipiuntur, ne ueritas pereat, etiam corrupti.*

1 VENERABILIS. † Ad detegendā coniurationem coguntur socij cōiurati. h. d. Casus. Ciues ciuitatis Ceruiæ habebāt cām cū epo Rauēnate: mō dicti ciues cū M. & I. clericis ecclesiæ Rauennate. fecerunt cōiurationē contra Archiepm Rauennatē dantes eisdem clericis certā quantitatē pecuniæ ob celandam ueritatē, & eos ad hoc astrinxerunt proprio iuramento de hoc Archieps est cōquestus Papæ. Papa mandat dictos testes absolui à iuramento, & compelli, ut perhibeant testimoniū ueritati. quidā exponunt super coniuratione. alij exponunt sup principali
2 qōne. ¶ † No. quòd cā erat inter Archiepm, & ciues; & tñ ciues coguntur testificari contra ciuitatē ēt conspiratores & coniurati: quia fraus & dolus ciuitati ꝑocinari non debet. fundamentū istius conspirationis fuerunt ipsi ciues, & M. & I. clerici. ū ipsis. Et no. quod testem coniuratum contra me possum producere pro me; tene menti. ¶ Op. quòd nō sit necessaria absolutio: quia iuramentum temerarium. so. illa temeritas non erat liquida, sed occulta; & ideò requiritur sententia.
3 ¶ † No. quòd hic minus idonei testes recipiuntur, ne ueritas pereat. ¶ Itē no. ꝙ isti testes erant corrupti pec. tamen possunt produci contra corrumpentem etiā ad plenam fidem; quod raro alibi inuenies.

SVMMARIVM.

1 *Exemplum non probat nisi originali producto, in prin. & nu. 1. & nu. 10. & 11. & quid sit nu. 10*
Scriptura authentica quæ dicatur. & nu. 2.
Tempore eodem factum uidetur, quod accedit ad alterius confirmationem.
2 *Instrumentum publicum si faciat mentionem publici, sed cōfusè, non explicitè, ut quia Papa mādat procedi iuxta formam alterius rescripti an mandatum possit exequi.*
Notarius qui præsumatur.
3 *Prælatus potest certæ personæ sigillum committere, licet male faciat committendo, & sit puniendus.*
Instrumenta de præteritis notarius non potest conficere.
4 *Instrumentum publicum an probet inter omnes.*
Instrumentum facit solùm ad probationem, & à quibus rogatus, & quibus edi debeat.
Notarius rogatus, & sapiens præsumitur.
Officium suum iudex impartisse parti præsenti præsumitur.
5 *Instrumenta, quæ fiunt clam & in secreto, ualent: tamē sunt suspecta.*
Notarij officium describitur in quibusdam.
6 *Scripturæ primat a. nisi negetur, creditur contra scribentem.*
Silentium quando obstet.
7 *Credendum est literis cuiuscunq; de his, quæ facere potest, uel debet ratione publici officij, & nu. 8. 9.*
8 *Creditur literis conuentus licentiantis aliquē monachum.*

Procuratorium

Procuratorium probatur per literas sigillatas, & quod.
9 *Creditur literis prælatorum, quòd aliquis sit presbyter.*
Talis quis præsumitur, qualia acta diu gessit.
Notarius alteri stipulando an ei acquirat.
10 *Scriptura originalis dicitur illa, quæ à se oritur.*
Testimonium de auditu audiens, & de uisu uisus non probat.
Testes recipere, & publicare nulli licèt præterquàm iudici.
11 *Sumptum facit fidem contra sumentem*

De fide instrumentorum. Rubrica.

I SCRIPTVRAM. Exẽplũ non ꝓbat, nisi ꝓducatur originale. hoc mirũ vr̃. nã si producitur originale, ipsum originale probat. Non ergo ꝯsistit aliqua uirtus in exẽplo, licèt originale ꝓferat? rñ. imò si intra terminũ peremptoriũ datũ ad ꝓducenda instr̃a sit ꝓductũ exẽplũ, & post terminũ producat̃ originale, ꝯfirmat̃ productio exẽpli, & vr̃ esse ꝓbatũ intra terminũ, qđ est no. dignum. quia qđ ad ꝯfirmationẽ alterius accedit, eodẽ tpe factum vr̃, ar.
1 ff. de do. inter ui. & ux. l. si donãte. §. si spõsus, &c ¶ † Quærit Ber. q̃ dicat̃ aut. scriptura? & dicit, ꝙ scriptura publica. itẽ scriptura iudicis cãæ cũ subscriptione trium testiũ, uel duorũ ad minus. ¶ Itẽ scriptura, q̃ hẽt authẽticũ sigillũ præl ti. Addit Ber. ꝙ scriptura priuata trino teste notata, id est in subscripta plenè probat ꝯ scribentẽ, ut. C. q po. in pi. ha. l. scripturas. oportet, ꝙ stet̃ exẽplo sumpto manu publici notarij, ut no. C. de edẽ. aut. si quis in aliquo documento. sed uerũ est, si tali sũpto iudex interposuit decretũ suũ, qđ intelligitur cã cognita, uocatis his, quorũ interest, ut. s̃ de testi. c. Albericus, licèt gl. in l. gesta. C. de re iud dicat, ꝙ non requiritur citatio, quæ gl. dẽt intelligi, qñ citandus non
2 reperitur. ¶ † Quærit Ber. quid si publicũ instr̃m facit mentionẽ publici, sed ꝯfusè, non explicitè, ut quia Papa mandat ꝓcedi iuxta formã alterius rescripti. nam utrunq; est authenticũ? rñdet, ꝙ nisi appareat de primò rescripto, mandatũ non põt exequi: quia incertũ. dicit. l. ꝙ ub deficit exẽplar, deficit[a] exẽplatũ ff. de ꝯdi. & demõ. l. in testõ, el. j. & per l̃ras incertas non datur iurisdictio. ¶ Itẽ sñia non mãdatur executioni, nisi appareat de processu, ad quẽ se refert, & maximè de iuris. fin. Ber. dicit In. ꝙ aut. scriptura est illa, quæ fit authoritate iudicũ solenniter interposita. ¶ Idẽ ait, ꝙ authenticã scripturam facit consuetudo. aliàs aũt, si cesset spãlis ꝯsuetudo præter scripturas tabellionũ, & acta iudiciorum oẽs scripturas reputat priuatas, cũ ad hoc offm̃ non sint spãliter deputatæ personæ, per quas factæ sunt. ¶ Itẽ ait, ꝙ nisi constet, ꝙ scribens sit notarius, non p̃sumitur notarius qđ offm̃ põt ẽt probari per testes. ¶ Idẽ ait, ꝙ sufficit, si testes ꝓbant, ꝙ publice officio notarij fungebatur, & hoc ꝯstet per testes, uel plurima instr̃a facta inter multos, quibus est adhibita fides, Inn. ꝙ est no. dignũ; & sic ex longo exercitio quis p̃sumitur tabellio.
3 tene menti. ¶ † Idẽ ait, ꝙ p̃latus p̃t certæ personæ sigillum cõmittere, licèt malefaciat committẽdo, & sit puniendus hoc ẽt est no. dignũ. ¶ Itẽ ait, ꝙ tabellio non põt conficere instr̃a de prætcritis, sed solũmõ de his, q̃ uidit tpe rogati instr̃i. ¶ Sed dices, nonne ꝯficitur instrumentũ de ꝯfessione? rñ. ipsa ꝯfessio est de p̃teritis: tñ ipse actus ꝯfitendi est p̃ns, & tabellio ipsum audit,
4 ut l. Publia. §. fi. ff depo. ¶ † Idẽ ait, utrũ publicũ instr̃m ꝓbet inter oẽs? quidã dñt ꝙ sic: qa tabellio est seruus pub. tu dic, ꝙ ꝓbat rogatus, siue ꝯtractus part. ũ, ut. C. de posi. desideriũ. ¶ Idẽ ait, ꝙ obligationes dñr ꝓdesse & obesse partibus: instr̃m aũt non prodest, nec obest tãq̃ instr̃m, nisi tanq̃ ꝓbatio: qa in eo non cõsistit obl'o essentialr̃, sed ꝓbatiuè tm̃, ut no. ff. de pact. l. postq̃. ¶ Idẽ ait, ꝙ sufficit instr̃m rogari ab eo, cuius ꝯsensus requiritur, & rogatur: & si est unus, sufficit ab uno, ut testm̃, & sñia: si plures à pluribus. Idẽ no. gl. in denuntiationibus in aut de tabel. §. nos aũt. ¶ Idẽ ait, ꝙ ille, qui non rogauit instr̃m, non põt facere, ut tabellio sibi edat illud. Idẽ no. Accur. & Odof. ff. de eden. p̃tor, in prin. & §. rõnes ¶ Idẽ ait, ꝙ tabellio non p̃sumitur rogatus, nisi hoc dicat in suo instr̃o, ꝓ In. facit. C. de fi. instr. scripturas. sed in ꝯtrariũ est gl. ordi. in d. §. nos aũt, & not. ff. de uer. ob. sciendũ. & est rõ, quia iurat in sua creatione de ꝯficiendis rogitibus. Itẽ qa est solennitas cohærens. ¶ Itẽ qa notarius p̃sumitur sapiens, ut not. in l. j. C. de usur. & ff. de uer. ob. sciendũ. ¶ Itẽ credo in iudice, ꝙ p̃sumatur fecisse ad petitionẽ ptis, si ps erat præsens, ar. de fideius. tu. l, cum ostẽdimus. §. fi. † Itẽ ait, qđ
5 instr̃a, q̃ fiunt clã & in secreto, ualent: tñ sunt suspecta: qa suũ offm̃ dẽt publicè exercere, cũ sit seruus publicus. & iõ caueant tabelliones facere instr̃a in media nocte, nisi in casu necessitatis. Idẽ ait, qđ tabelliones præstant iur̃m in sua creatione, qđ aliqñ de cõsuetudine non seruant; & tñ non uitiatur instr̃m. Idẽ ait, ꝙ notarius non tenetur aliud rimari, sed solum scribere id, qđ rogatur à ptibus. Inn. sñ non punit̃, si fecit instr̃m de ꝯtractu simulato, uel fœneratitio ignoran hæc: secus, si sciens, ut in aut de nõ alie. §. qa uerò, & ibi bona gl.
6 ¶ † Idẽ ait, ꝙ priuatæ scripturæ, nisi negetur, creditur ꝯ scribentẽ. & si dicas silentiũ nihil est, & non vr̃ fateri scripturã, nec diffiteri? rñdeo silentiũ nihil aliud est de se. sed qñ hẽt adiunctã scripturã, aliquid est. ff. ad Mace. si filius. ego non credo, qđ silendo fateri credatur: qa ista signa muta. i. sine uoce non sunt alicuius determinatæ & certæ significationis, nisi nutus saltem in
7 tercedat, ut no. ff. de pac. itẽ quia. ¶ † Idẽ ait. & no. ualde, qđ credendũ est in l̃ris cuiuscunq; de his q̃ facere p̃t, uel dẽt rõne publici officij, ut si Archiep̃s ad ꝯciliũ citet, uel ad ꝯsecrationem ep̃orũ, uel per l̃ras ẽt ep̃os
8 alienæ prouinciæ uocabit ¶ † Item creditur l̃ris ꝯuentus licentiantis aliquem monachũ. Idem ait, quia procuratoriũ ad impetrandũ & ꝯdicendũ ꝓbatur p l̃ras sigillatas, etiã si non ꝯstet ad plenũ, qđ sint sigillatæ sigillo dñi, cũ credatur ẽt hoĩb. modicæ fidei & authoritatis. & est rõ, qa agit̃ de nullo, uel modico p̃iudicio
9 alterius sm̃ Inn. q̃ oĩa tene menti. ¶ † Ex p̃dictis apparent arg. ad uarias qõnes, & primò, qđ l̃ris p̃latorũ, qđ aliqs sit p̃sbyter, credit̃. ucibi gr̃a, si prior monasterij asserit, ꝙ aliqs de fratrib. suis est p̃sbyter. transmittit eũ, ad celebrãdũ i aliqua capella sua: qa naturalr̃ uel nemini nocet, & qa spectat ad ꝓuidẽtiã suã, sicut ei creditur, cũ licẽtiat monachũ. ut dixit Inn. Itẽ qđ q̃s p̃sumit̃ talis, qualia acta diu gessit inter ꝓuidos notosq; & publicè. ff. ad Mace. l. iij. dicit In in c. dudũ, de ꝯuer. ꝯiu. ꝙ notarius alteri stipulãdo indirectè, id est sibi ꝓ illo recipiẽti ei ñ acqrit, nisi sit ad hoc offm̃ deputatus. Et uerũ dicit, ubi reqrit̃ deputatio, ut in c. q̃q, de usu. li. 6. alr̃ tãq̃ publica p̃sona acqrit utilẽ sine cessiõe, si talis.

a ¶ *Vide Barb in rub. a supra de iudi. & latius inde ẽt de exemplo, & exẽplato per eundem in trac. de p̃stan Car. in q qõ. in prima parte.*

lis stipulatio ueniat in executione suę scripturę & nō alienæ: quia pars eius est. ff. de adop. l. nam aliter, per Cy. & me, cū si. Sed si diceret, promittis illi, & sic uerbis directis, non esset bona forma. l. hmōi. ff. de leg. j. in gl. & ideò non ualet, tene menti; & ex hoc intelligis
10 radicē & rōnem plurīū legum. ¶ † Extra no. pro intellectu literæ, qđ originalis scriptura dr̄ illa, quæ à se oritur. Sed exemplum dr̄ illud, ꝙ ab alio oritur, ut patet ex uoce. & sic testimoniū de auditu auditus nō ualet: quia non tangit negotiū. Ita nec de uisu uisus. & ideò exēplum non ꝓbat: quia est de uisu alieno, ēt si talis exēplatio fuit facta de assertione testiū instrī dictiū, scribe sic, quia ita se hēt ueritas, nā recipere testes, & publicare nullus pōt, præterꝗ iudex, ut sing. not. C. de teste. hac cōsultissima. §. fi. adde, qđ dixi in c. Albri. s̄. de testi.
11 ¶ † Vnū scias, ꝙ sumptum facit fidem ꝯ sumētem, ut. ff. de admi. tu. l. chirographis, in principio, & ꝯ utentē ¶ Item si sumptū est ex archiuo publico ex authoritate officialium. tex. no. C. de fide instru. aut. ad hæc, facit fidem contra omnes propter authoritatem archiui, forte etiam aliquo non citato. Bal. doc.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura multipliciter est authentica.*
2 *Scriptura, quæ fit per tabellionem deputatum, uel rogatum addit fidem alij authenticæ scripturæ, quæ habet authenticum & solenne sigillum.*
Scriptura priuata non probat & quibus adminiculis adiuuetur ad faciēdā fidē, & uide nu. 3 uer sed in & nu. 4 & 5.
Notarius quis esse non præsumitur, & qūo probabitur, nu. 3.
3 *Tabellio quòd quis sit, uel fuerit, qualiter probabitur.*
Scriptura publica, etiam si contineat causam certam, quando probet.
Pactum non dicitur pactum, nisi consensus interueniat.
4 *Litera uel charta qualiter dicatur authentica.*
Firmitas in instrumentis quid dicatur.
5 *Testes inscripti quare requiruntur ad hoc, ut scriptura, uel charta sit publica.*
Scriptura priuata à testibus subscripta quando probet.
6 *Scriptura priuata an debeat esse munita loco & tempore, sicut publica.*
Dies quis præsumatur esse scripturæ sine die.
7 *Sigillum authenticum quod dicatur.*
8 *Scriptura publica & authentica qualiter differunt.*
9 *Testator, qui est tabellio, an possit de suo testamento conficere publicum instrumentum.*
10 *Scriptura authentica an non pereat morte sigillantis, sicut scriptura publica non perit morte tabellionis.*
Scriptura legitima est probatio probata.
11 *Testes an requirantur in scriptura fori iudicialis.*
12 *Sigillis inferiorum prælatorum an credatur ab episcopo.*
13 *Sigillo alieno an quis possit sigillare.*
Signo non uti potest alieno notarius.
Notarius infirmus protocollum suum potest alteri notario committere.
14 *Sigillum ad quid apponitur, & nu. 15. & cuius causa præsumatur appositum nu. 15.*
Prælatus, Pater, & Dominus } adæquantur.
15 *Exprimi debet in litera, ad quid sigillum apponatur.*
In sigillo quæ requirantur.
Sigillum æquiparatur armis.
16 *Ius ciuile uocat annulum: ius uerò canonicum sigillum.*
17 *Notarius si sigillauit literam uacuam, & demum ei superscribitur citatio, an scriptura ista sit falsa, & nu. 18.*
Sigillum suum potest episcopus committere fideli personæ, & ad quæ & nu. 19.
18 *Ciuitas una quando submittit se alicui principi, portat chartam albam, quæ est sicut tabula rasa, in qua nihil depictū est, cum sigillo communitatis.*
19 *Committi consueta cancellario imperatoris, præsumuntur cōmissa ei, cui imperator committit sigillum suum, de quo confidat tanquam propria persona.*
Consueuit quæ facere quis, committere uidetur.
Consueuit princeps feuda renouare.

1 SCRIPTA VERO † Præmitte ad euidentiam, ꝙ quædā scriptura est aut. à manu, ut est scriptura tabellionis. quædam à singulo, non à manu, ut alicuius officialis, prælati, uel nobilis. Item quædam hēt tale, quale sigillum, cui de iure communi, uel consuetudine non stat, & ista scriptura non probat, nisi testibus roboretur. & ideò testibus mortuis non facit fidem: sed scriptura; quæ fit per manum publicam, puta per tabellionē deputatum, uel rogatum, ista facit fidē de per se.
2 ¶ † Item addit fidem alij authenticæ scripturæ, quæ habet authenticum & solenne sigillum, cui de iure, uel de consuetudine datur plena fides. & ista etiā n probat de per se sine alio adminiculo, ut. j̄. c. cū dilectis. quędam est scriptura priuata. i. non publica, nec solennis; & ista nō facit fidem de per se, sed indiget aliis adminiculis. i. uel confessione aduersarij, uel approbatione testium, uel subscriptione trium testium. ff. de po. l. Publia, in fi. & C. qui po. in pi. ha. l. scripturas. & tñ si sunt mortui, scriptura non ualet. j̄. eo. c. inter dilectos, in gl. super uer. manu. quam bene no. alij addunt, uel literarū comparatione. sed gl. Accur. dicit, quod tunc non facit plenam probationem, sed semiplenam. ff. de iureiu. ad monendi, ubi uideas. dic ꝙ si nihil deficit, nisi comparatio, tunc facta comparatione solenniter facit fidem plenam, si decreto iudicis approbatur. C. de testa. l. publicati. ff. quemad. te. aper. l. ij. C. e. l. ij. sed si nō est appositum decretum, facit semiplenā sm̄ Accur. & uide qđ no. in l. ij. ff. de fi. instr. & hæc per Inn. sed quid si in instrō continetur, ego talis notarius &c. nunqđ creditur, qđ sit notarius? Azo dicit, qđ non in summa authenticorum de fi. instr. quia officia publica nō decernuntur à natura, sed à superiore, & pp fidem personę & industriam artificialem. ff. de so. inter. artifice. & l. fi. C. de conditis in horreis publi. lib. x. & hæc ꝯsistūt in facto. ff. de pub. quæcunque. §. fi. ergo hoc est probandum. j̄. c. cum P. tabellio, per Inno.
3 ¶ † Qualiter autem probabitē, ꝙ quis sit, uel fuerit tabellio? rñ. qñque probatur plenè & directè, ut per priuilegiū imperatoris. qñque indirectè, ut per usum, & quasi possessionem tabellionatus longissimis retrò actis tpibus: uel quia in re publica gessit officia publici tabellionis, ut dixi. s̄. eo. c. j. per Inn. & ff. de of. præto. l. Barbarius. & scias, ꝙ scriptura publica probat, licèt non contineat causam certam. probat dico, informiter, non formiter: qa forma in hac materia idem est, quod causa, ut no. insti. de act. & ob. §. item si quis postulante. fallit, si scriptura informis contineat cessionem iurium. Nā tunc nō ualet. unde non probat, ut plenè no. in l. j. & ij. C. ne lice. pot. Sed in scriptura priuata distinguit. aut fit ad obligādū, & nō ꝓbat: aut ad liberādū; & ꝓbat, & ēt inducit exce. doli. ff. de pac. l. tale pac. i prin. & ff. de li. le. n. solū. §. fi

§.si liberationū.§.uerba.& hoc uerū, si talis scriptura pōt adaptari cōfessioni,uel ultimæ uolūtati.sed si eēt pactū nudū de non petēdo,non ualeret inter absentes, licet absēs postea ratificaret;quia nisi interueniat mediū organū nuncij,uł epłæ,pactū non est pactū:quia nō hēt in se consensum utriusq; ptis,ut sin.no.ff.de pac. l. idē in duob.ff.de ꝯtr.emp.l.j.in fi.C.de do.nec ignorās.
4 Casus.¶†Quæritur,qualiter dicatur litera litera,uel authetica charta?rñ.ꝙ duob.modis de ꝑ se, & uno adminiculo testium.s. si est scriptura manu publica, uel authenticū sigillū,uel hēat adminiculum testiū uidentiū,& pro ipsā deponentium.Nam si neq; est scriptura publica manu,neq; hēat solenne sigillum,neq; testes in scripti uiuāt, sed decesserint nullius firmitatis robur uř hēe.firmitas appellatur hic probatio per se stans, q̃
5 non perit casu fortuito.C.de re iu.gesta.¶†In tex. ibi, inscripti,quia ille,qui fecit scripturas, eos nominauit in scriptura.non aūt dicit,subscripti: quia qū testes se subscribūt priuatæ scripturæ,aut sunt duo tm̄,aut tres uel plures.Primo casu,aut constat de ptium uoluntate factam scripturam,aut hoc negatur si quidem cōstet ualet inter ꝯhentes tam quo ad obligationem personalem,quam quo ad realē,puta ad hypothecariam, uel translationem dñij.ff.de acq pos.l.pdia.ff.de rei uin.q̃dam mulier.C de fi.instr.l.scripturas. si āt negat scriptura, non ꝓbat. quia priuata.si uerò sunt subscripti tres testes,uel plures, & scriptura non negatur, fidem facit quo ad omnes à debitore causam habentes, ut d.l.scriptura [a] quæ est. l. uulgaris, tamen singularis. Sed pone, ꝙ unus ex duob.subscriptis sit notarius.publicus rñ. ꝑ hoc nō facit maiorē fidē q̄a nō ē adhibitus tanquam notarius,& ideo oportet eum uiua uoce deponere,ut.ff.de testa. Domicius ff.de mili.test.Lucius.ꝓterea. si esset adhibitus tāquā tabellio suum istrm non haberet nisi unū testem, & sic non ualet,ut in aut.de instr.cau.& fi.& ēt si ille unus testis esset sīr tabellio,ut no.in aut.de hær.& Fal. §.si uerò.Et prædicta uera,qn̄ testes se subscribunt ꝯctui. sed si se subscribunt ultimæ uoluntati referenti se ad ꝯctum,non tñ probant ꝯctum.ff.de lib.le. l. Aurelius. §.fi.nisi u niret contractus in cohærentia testamenti,
6 ut no. ff.de test.hæredes palam.§.fi.per gloss.& Dyn. ¶† Quæro. utrum priuata scriptura debeat esse unita loco & tempore, sicut publica? respond. non; quia locus & tempus sunt solemnitates quædam: sed ista scriptura priuata non est solemnis. ergo non requirit solemnitatem. ¶ Porrò sufficit ueritas iste est casus ad literam satis nota.ff.de pign. l. cum tabernam.§.idem quæsijt.& si non habet alium diem expressum,intelligitur habere diem præsentationis literarū ff.de acqui.possessio.qui absenti.§.1.ff.de pact. emptor §.Lucius.ff.deposi,publia.§.fin.ff.si certum petatur. le-
7 cta. ¶ †Quærit Bernar. quod dicatur authenticum sigillum,respondet sigillum episcopi, quando sigillat factum proprium,quod ex sola sua auctoritate dependet,argument.ff.de nego. gest. Nesennius, ff.de ann. lega.l. Quintus.in fine. ¶Item sigillum capituli, quando gerit uices episcopi: aliàs non. Item sigillum regum, uel principū, quia summæ auctoritati præsunt in suo territorio: sed extra suum territorium non faceret fidem nisi de consuetudine, ut
8 innuit hic Bernard. & tene menti. ¶ † Quærit Innocent. quæ sit differentia inter scripturam publicam. & authenticam? & dicit, quod publica sit per solū tabellionē,authētica ꝑ multos alios, & ꝙ hñt se
9 ut excedētia,& excessa,In. ¶†Quæro,utrū testator,qui est tabellio possit de suo testō cōficere publicū instrm? & uř ꝙ non:quia non pt seipsum rogare,nec seipsum auctorizare.dic ꝙ imò pōt & non solū nūcupatiuū,sed ēt in scri.ar.ff.de adop.l.si ꝯsul,& ꝙ no.ꝑ Bar. in l.2.3.&
10 4.ff.de sti.ser.& ꝓbat.ff.de ꝓc.l.si ꝓc. absentē.¶†Quæro,nūquid sicut scriptura publica,non perit morte tabellionis,ita nec authentica morte sigillantis?rñdeo, neutra perit s̄m Inn.& est rō, quia legitima scriptura est probatio ꝓbata,ut no.ꝑ Cy.C.de fi.instr.l.cōpara-
11 tiones.¶†Quæro,utrū in scriptura fori iudicialis requirantur testes?& dicit In.sub dubio forte,ꝙ sic; ꝙ uerū est ad ꝓbationem,si negetur,sed non ad essentiam, ut C.de testa.l.oīm & C.de do.l.in donationib.hoc saluo ꝙ qdā sunt actus, à quibus dñt excludi alij testes, ut cū testes examinantur;& tunc non reqritur adminiculū testiū: qa esset implicare ꝯdictionē. Itē cū sueitudo dat auctoritatē scripturæ fori sine testiū appositione: quia fit in præsentia iud.& in loco publico cārum, ubi sunt multi astātes.tñ melius & cautius est, ꝙ testes ap-
12 ponantur.¶†Quæro,utrū sigillis inferiorū prælatorū ab epō credat?dicit In.ꝙ non.crederem,nisi hoc hēret consuetudo nisi fortè habeat iurisdōnē;quia tunc his q̃ sunt suæ iurisd.pñt mādare instr̄a fieri,& ea sigilla-
13 re,ēt si sint iudices delegati s̄m Inn.¶†Quæro, an qs possit sigillare sigillo alieno?rñ.non,nisi careat ꝓprio sigillo,& de hoc in subscriptione faciat mentionem, In.caue tibi:quia loquitur in sigillo non in signo tabellionis.Nā nullus tabellio dēt esse sine signo, & s ꝑ dēt signare signo ꝓprio,ut no.C.de asses.l.nemo,& no.ins. de pub.iud.§.item.si ꝑ infirmitatē non pōt signare, ꝯmittat ꝓtocollū alteri notario,ff.de edē.l q̃dā. his āt & auctoritat . udicis publicabit,ut j̄.c.cum P.tabellio ubi uideas.Item aduerte,quia principes non pñt sigillare sigillo alieno,nec epi,nec in magnis negocijs. j̄.
14 eo.c.inter dilectos,in gl.sup uerbo iurauit.¶†Quæro ad qd apponitur sigillū?rñ.qñq; in signū consensus ubi tractat de præiudicio sigillantis,ut.C.de re.ec. nō ali. l.distrahente.& ibi no.qñq; in signum testimonij;& tūc non uř ꝯsentire,sed factum ꝯhentiū referre tanq̄ testis quia fcm̄ ad unū effectū non debet ad aliū effectū trahi,de pig.ac.grauis.qñq; in signum præstantis auctoritatē.12.q.2.cū redēptor.Caue tibi: quia hoc est uerū in auctoritate ꝑlati.secus in auctoritate tutoris, q̃ interponitur uerbis expressis in l.j.ff.de aut.tu.& l.ubi non necne.ff.de reg.iu.Porrò prælatus æquiparat pr̄i & dño,& iō ratificare pōt,ut C.ad Mace.l.fi. & consen-
15 tire ipso facto ff.de adop.l.si pater naturalis. ¶†Item dicit In.ꝙ sigillum apponitur in signum confirmationis.& subdit,ꝙ quia multis modis pōt apponi sigillum debet in litera exprimi,ad quid sigillum apponatur: immo dicit,ꝙ si non exprimitur uř apponi ad id, ꝙ natura causæ desiderat.quia ex natura actus datur uoluntas intelligi.ff.de usur.si stipulatus.¶Idem ait,ꝙ qualitas sigilli debet apparere ꝑ characteres,dic, ꝙ in sigillo quatuor requiruntur.actus,aptitudo, uoluntas, & character.Vnde cum corrigia non pōt sigillare:quia non est sculptum s̄m Inno.¶Idem ait.ꝙ sigillum,præstat auctoritatem scripturæ alterius,cui accedit, & firmat illam in personam scribentium,non in personam regis,uel Papæ sigillantis.¶Idem ait,ꝙ episcopus non intelligitur alieno sigillo sigillare, quando signat sigillo ecclesiæ suæ.& ego in aliquibus æquiparo sigillum

a ¶Vide dom. Alexan. consi.149.uolum.2. & aliquid per Lud. Ro.consi.cccij.

armis, cum arma alterius non possint portare nisi de domini uoluntate, ut l. j. C. de mu. numi. & potest quis arma sua alteri communicare, ut. ff. de donat. hoc iure. §. fina. & nomen suæ dignitatis alteri concedere. ff. ad Trebel. l. facta, §. sub conditione. ¶†Dicit Innocen. quod ius ciuile uocat anulum: ius canonicum appellat sigillum. Aduerte, si q̃dam corniola sit ligata in auro, illa corniola dr̃ sigillum, nõ anulus, nisi fuerint in anulo aliquæ circunferentes literæ, ar. ff. ad ex hi. gẽma. dicit In. ꝙ non est uis, an in illa litera loquaẽ
17 ille, q se obligat; an ille, q sigillat. ff. mã q patiẽ. †Quero, notarius sigillauit lr̃am uacuã, demum ei supscribitur citatio, an illa scriptura sit falsa? dicit In. ꝙ non, q dã dicunt contrarium: quia auctoritas debet interuenire ante factum & ex certa scientia, & cum causæ cognitione, sed quia per sigillum præstatur auctoritas scripturæ ergo debet ille, qui auctorizat scire. Item commissio illius scripturæ est captiosa: quia posset scribens scribere, quicquid uult. dica., quòd scribens excusatur à uitio falsitatis, sed non à uitio nullitatis, nisi data esset certa forma scribendi, ita, quòd non posset committi fraus. & licèt ille qui dat chartam uacuam uideatur dedisse potestatem, quicquid uult, scribendi: tamen re uera nihil scriptum est. ff. de iniust. test. l. si binæ tabulæ. Confitetur tamen Inn. & est not. dig. quòd episcopus potest committere fideli personæ sigillũ suũ, & fm potestatem sibi datam poterit illo sigillo sigillare scripturas de his q̃ ptinẽt ad epm, puta facere commissiones causarum, citationes, confirmationes; & gñaliter de omnib. alijs, q̃ commissa sunt ei, poterit scripturam sigillare, ẽt si prelatus ille non uideat literas, sicut Papam & alios p̃latos, & principes suis cancellariis hoc committere uidemus. sed auctoritate huius sigilli non poterit noĩe epi sigillum testimoniale apponere, nisi eps, uideat, cum testimonium sit tñ de uisu, uel de his, quæ plenè nouerint. ¶Itẽ illud testimonium non est epi, sed cancellarij, In. auctoritas
18 tamen literarum est ipsius committentis sigillum, ut superius declaraui. †Et no. ex prædictis ar. ad id, ꝙ fit quotidie, qñ una ciuitas submittit se alicui pricipi portat chartã albã, quæ est sicut tabula rasa, in qua nihil est depictũ, cum sigillo cõitatis. Et notarius, qui ẽ mis-
1 sus cum illo sigillo, põt scribere, quicquid est de natu-
9 ra negotij. & de uoluntate dñ. ¶†Item ex pdictis dico ꝙ oĩa, quæ consueuerunt committi cancellario imperatoris, uideanẽ & præsumanẽ commissa ei, cui imperator committit sigillũ suum, de quo confidat tanquam propria persona. ff. de officio. p. ræf. ct. præto. l. j. §. his cunabulis. 96 distinct. nobilissimus. non obstat. l. 1. * C. de man. princ. & C. de iure fisca. prohibitum; libro. x. quia ibi assertor mãdati nõ habebat sigillum principis. & no. bñ ista, quia sunt uti l a. porrò lr̃s ur̃ ea committere, quæ ipse facere consueuit, argu. optimum ff ꝙ cum eo. l. Titianus, ff. de pigno actio. l. uel uniuersorum. ff. de do. filius. & ideo sub tali sigillo poßent renouare feuda: quia sic se habeat consuetudo, & etiam naturalis discretio, & instructio, ut dicit. l. illa not. ff. de aqua. quotidia. l. 1. §. permittitur: quia principum beneficia decet esse mansura, sicut propagines, argument. intra de feu cap. ex parte. ff. de legat. iij. l. pater. §. quindecim. Bald.

a ¶*Vide per Fed. cons. 145. & consil. 187. & 20. & consil. 59. & Ro. cons. 336. & al quos per d. Fe. inc. cum in inuentute. de praesum.*

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum, uel priuilegium est edendum aduersario, & nume. 2.*
2 *Instrumentis editis si obijciatur falsitas, uel suspicio ex sola rasura in loco non suspecto, repellitur talis exceptio.*
3 *Rescriptum iustitia non præsumitur uitiosum.*
4 *Error facti cum est in literis, proceditur per literas, licet nõ secundum eas detur forma iurisdicendi.*
5 *Rasura, quid iuris si reperitur in originalibus priuilegijs, uel in protocollis contractuum.*
6 *Rasura, quid iuris si sit nomine proprio iudicis actoris, uel rei.*
Falsitas in instrumento quando non præsumatur, & nu. 2. 3. 4. 5. 7.
7 *Instrumentum contractus, quid iuris, si reperitur abrasum in cohærentijs siue confinibus.*
8 *Instrumentum est suspectum propter rasuram in loco suspecto, & interlinearem scripturam.*
9 *Instrumentum eo ipso, quod falsatur sufficit ad imponendum silentium.*
Falsitas in uno non officit in alio ueritati.
10 *Famam si quis probauit per unum falsum testem tantum, an puniatur.*
Attentatum æque punitur. ac delictũ perfectum, & quando.
11 *Scriptura uituperata an faciat fidem.*

8 in pos. ea. ¶ † Quæro de istis executoribus gratiarũ conditionalium, utrũ possint procedere parte non citata? Inno. finaliter uĩ tenere q sic: quia non habent de necessitate procedere tanq̃ iudices, sed tanq̃ boni uiri, nisi forma mãdati aliud sapiat, puta indaginẽ iudicialem. probabiliter uidetur posse dici: sed non est uerũ, q tanquam uir bonus pcedere nõ põt nisi parte citata, uel pñte. ff. de ædi. ædi. l. q si nolit. §. si quid ita. ff. de uer. obl. l. si quis arbitratu, per Bar. ¶ In cõtrarium facit, quod no. ff. de bo. pos. l. iij. §. si cã cognita. concessio ẽt, q opinio Bar. in arbitratore esset uera, qñ compromittitur de re litigiosa: tñ secus esset, ubi compromitteretur de pfectione alicuius contractus. Præterea collatio bñficiorũ debet fieri sine expectatione diuturna, ergo non est necessariũ iudicium fori, quod hẽt differre tam puisionem personæ, q̃ utilitatem ecclesiæ; quod non est de intentione Papæ, ar. in proœmio. C. siue. n. agatur de rõne intensiua, siue extensiua, semp ad eam recurrendũ est, quia est annexa cãæ efficiẽti. ff. de pact. l. tale pactum. §. fi. ubi glo. optima. In hac materia cõsuetudo seruat opi. Inno. & minimè sunt mutanda, quæ interpretationem certã semp habuerunt. & ratio patet. Nam cõm issarius Papæ fungitur uice Papæ, sed Papa de suo põt facere gratiam, cui uult etiã nemine
9 citante. ¶ † Item ordinarius potest conferre nemine citato. c. licet, de præben. lib. vj. ergo & commissarius Papæ qui maior est quolibet citra Papam. ff. de mino. l. minor aũt. magistratus. tñ nõ citato possessore non dat possessionem corporalem. C. unde ui, meminerint. C. si per uim uel alio mõ. l. fi. & d. c. licet. tñ ẽt in hoc nõ habet necesse sequi uiã scriptã iudiciorum, sed summariã; nec est opus, q ferat sñiam; tñ si faciat iniustitiã siquidem cõtra formam mandati, ipso iure non ualet. si etiam p̃ ius opponentis, appellabitur sm Inn. de hoc no. in c. j. de offi. dele. in cle. & facit. C. si contra ius, uel
10 uti. pu. l. & si non. ¶ † Quæro, utrũ cõditio tacita faciat conditionem? rñdeo, aut inest de necessitate; & non facit conditioné. ff. de le. j. l. hæc uerba. aut non inest de necessitate: & tunc aut exprimitur eo modo, quo inest; & non facit propriè conditioné. C. de fideius. l. non recte. aut exprimitur eo mõ, quo non inest; & tunc nõ facit condi. ut. ff. de hæred. insti. l. iam dubitari, &. ff. de leg. j. si ita legatum. §. illi si uolet, & no. p Pe. ff. de ado. l. arrogator. & per Cy. ĩ l. iij. C. si pen. ap. mors interue. & no. q in nostro. c. Papa scripsit Archidiacono tanquã arctatori, non tanquam finali executori: & iõ non põt conferre, quia non habet mandatum ad hoc, & õis potestas prius debet nasci, quã excitetur ad actum suum. ¶ Item omnis cõditio tpe, uel natura debet præcedere ante quã dispositum efficaciter producatur in esse, ut no. Io Mo. in c. statutum, de rescri. li. vj. in gl. magna.
11 ¶ Ex his † apparet, q non õis clausula sonat in conditionem, nec omnis cõditio in cãæ cognitionem iudicialem: tñ semper requirit suũ esse ar. ff. ad Car. l. iij. §. puberi. de illa clausula, si tibi[a] constiterit, dic q sonat in iurisdictione, si profertur ante factum ab eo, qui potest

a ¶ *Vide de ista clausula allegata per do. Fe li. in c. si tibi constiterit. infra de accu.*

dare iurisdictionem: aliàs sonat quandam informationem domesticã, ut no. C. de his, qui. ut indig. l. si ideo. ibi gl. sing. parua gl. est & no. quando & per quem habeatur probare negatiuam, si stare nolueris, sic distingue. Alia est qualitas intrinseca, alia extrinseca. item intrinseca qualitas, alia naturalis, alia accidentalis. si igitur negatur qualitas naturalis intrinseca, ut quia negatur, qđ à natura inest, & cum qua homo nascitur, ut si dicatur, talis non est sensatus, qui hanc opponit, eam probare debet probãdo. s. affirmatiuam, ex qua illa de necessitate sequatur, s. quòd est furiosus, uel mente captus. C. de condi. nec codicillos. j. de suc. ab intest. c. cum dilectus. si autem negatur qualitas accidentalis. s. cum qua homo non nascitur, nec quæ inest à natura, ut esse bonũ medicum, uel bonũ legitimum, hic subdistinguitur. aut tm̃ propter huius qualitatem petit aliquis admitti ad aliquod obtinendum, puta salarium ciuitatis, & tunc non is, qui negat huius qualitatem, sed qui petit admitti, debet probare sibi inesse huius qualitatem, & probabit eam subijciendo se examini. C. de profe. l. magistros, & l. reddatur. C. de aduo. diuer. iudi. l. nemini. aut propter huius qualitatem patitur aliquis remoueri ab obtento, & tunc qui negat, pbare debet negatiuam. C. de profes. l. 2. Ratio eius est, quia qui adeptus est aliquem honorem, statim præsumitur, quòd sufficienter examinatus & idoneus inuẽtus illum obtinuit. 23. dist. episcopus. ff. de exc. tu. l. numerari. s. de æta. & qual. accepimus de præsumptioni, c. cum in iuuentute. Si uerò negatur qualitas extrinseca, qualis est ista, esse pauperem, uel diuitem esse soluẽñ. hæc finaliter distingue, aut aliquis petit se admitti ad obtinendum aliquid, & ille idem probare debet sibi inesse qualitatem, non is qui negat. uerbi gratia,
12 statutum est, ne aliquis assumatur ad officium † tale, nisi habeat. c. in bonis. si ergo alicui assumendo opponatur, quòd non est soluendo, ipse probare debet se esse soluendo. ff. de priuil. credit. l. creditorem. aut aliqs uult excusari ab onere, ut a tutela, & tunc idem, qui h. d. probare debet, insi. de exc. tuto. §. sed etiam propter paupertatem. his obstat, quòd dr̃, quilibet præsumitur bonus & idoneus, nisi probeť ptrarium. s. de rescrip. c. j. & hic. So. illa uindicat sibi locũ in moribus, & in his, quæ insunt à natura, & ueniunt a natura. cæterum, si dubitetur, an bñficium sit creatũ ante datam, uel post datam, ẽt si agatur de obtinendo, præsumitur pro impetrante, quia hæc est notabilis præsumptio, ut actus ualeat, & non pereat, ut no. in c. ult. de rescrip. in clem. ¶ Item si dubitetur, an aliquid sit factum tpe libertatis, uel seruitutis, incũbit probatio agenti, ut no. ff. de ne. ge. l. eum actum. ¶ Item ei, qui redarguere aliquem de cõmisso, incũbit probatio, ut. C. de peti. hære. si post
13 motã. ¶ † Item ei, qui dicit se præscripsisse, incumbit probatio, quia tendit ad excludendum quem ab obtento. i. a iure in esse, & sic non est necesse, quòd agens probet tempus, sed excipiens debet probare, text. habuisti plusquam notabilem. ff. de proba. l. in exceptione. s. de fide instr. cum Ioannes eremita. ¶ Dictum est, qñ allegatur negatiua simpliciter, sed quid si non simpliciter, sed cum adiuncto? rñdeo, illud adiunctum, uel est extrinsecum ut periurium, & tunc aut consistit in iure allegam. & præsumitur. C. de transa. si quis maior: aut in iure tertij, & tunc allegans nõ probat periurium ex solo tpis cursu, ut no. Inn. de acc. super his. inquisitor autem, quia est minister le. reip. & eius, cuius interest, bene probat periurium ex temporis lapsu, ut no. eleganter

ter Bar.ff.de uerb.ob.in illa stip.si calendis, & l.hoc iu-
14 re.† Qualiter probetur hæc negatiua, ꝙ nō aio occidē-
di qs percusserit, dīt quidam, ꝙ per iurm coadiuuāti-
bus circunstantijs.C.de Sica.l.j.l.di.eū, per Arch.ubi ui
deas, qui opponit defectum, dēt probare. fallit in exce-
ptione ꝓposita negatiuè 70.di.pſbyter, ꝑ Arch.& quia
gl.q̄ est in pal.c.1.de off.dele.in cle.intendit summarie
id, ꝙ Inn.intēdit hic nominare, pro clariori intellectu
15 forma quasdam qōnes.† Et primò quæro, nūquid ista
clausula, si persona sit idonea, faciat cōd.& vr̄ ꝙ sic, qa
dictio, si facit cōdōnē expressā, ut no.ff.de cond.& de-
mon.in rubrica, ubi est gl.solennis. Præterea cōdōnum
quædam in præteritum, quædam in præsens, quędā in
futurum conferuntur.ff.si cer.pet.l.oīa, & l.itaq; i hoc
tñ differunt: quia cōdō de pręterito uel presenti nō su
spendit actum, ad quem tendit. sed sola cōdō de futuro
suspendit. & inducit quandam pendentiam in existentia
actus, quæ pendentia appellatur in iure ptās cond. sed
cond. de præterito, uel de præsenti nō hēt differre: qa
natura præsentis est significare ꝑ modū præsentis, &
non futuri, ut ff.de iniust.test.l.cum in sedo. contrariū
dicit Inn.ꝙ ista uerba non faciunt condi.licet.n.orō de
natura sermonis uideatur sonare condi.tn̄ iuris rō so-
nat simplicem instructionem. porrò intellectus Inn. &
Host. summarius est iste, ꝙ aut ptās data executori re-
fertur ad modum, uel ad factum formaliter subintelle-
ctum de iure cōi; & tunc non facit cōdōnē; qa nō intē-
dit Papa aliter disponere, q̄ ius disponat, ut l.mutuo.§.
j.ff.de tutel. Nam ꝙ est secus a iure cōi; vr̄ ei cōtrarium
ꝙ minime est de intentione custodis, & patris legū. C.
de inoff.test.l.si qñ, in prin.†¶ Secundo quæro, quid si
ptās data executori refertur ad modum, uel factū nul-
lo mō subintellectum de iure cōi? dicit Inn.& Host.ꝙ
potestas illa est conditionalis, non monitoria, ut si dica
tur, prouideas Petro, si sit doctor decretorum. Nā hęc
cōdō est Papalis, non legalis, & obtinet uim substantia
lis formæ, sicut si diceret. si natus si ex patre milite. ff.
de cōd.& demō. Lucius, uel si fecit passagiū ultra mari
nam: quia hæ conditiones non sunt tacitæ; & ideò de-
bent formaliter uerificari ad lrām, prout iacēt. ff.de cō-
di.& demon.l.Mæuius, & l.qui hæredi.tunc.n. locum
hēt, ꝙ in cōdōnibus sufficit æquipollens, ut ff. ad Tre.
mulier, qñ testator considerauit effectum, & non mo-
dum implendi: ut ff.de libe.& posthu. l. Gallus. §. &
quid si tantum. sed ubi considerauit modum idest for
mam implendi oportet formæ pareri: quia opponens
conditionem uult eam præexistere, ut nota. in lege.
17 ij.C.de cond.incer.†¶ Tertiò quæro, utrum, qñ pote-
stas data executori est conditionalis, teneat ꝓuisio exe
cutoris, puta si est de tali uico oriundus, non uerifica-
ta prius conditione? rn̄deo non ſm Inn.& Host.est rō,
quia non sufficit facto fieri id, ꝙ est fiēdum cum omni
prouidētia, ut no.ff.de reg.iu.l.in totum oīa, & ff.de cō
di.& de.l.ij, oportet ergo præcognitum esse anteq̄ ꝓ-
cedatur ad actum collatum. Nam hoc tacitè vr̄ ineē de
18 mente Papæ, ꝙ procedatur cā cognita.† Quartò quæ-
ritur, an ista causæ cognitio dēat fieri iudicialiter, an ue
rotanquam per simplicem bonum uirum adhibita in-
formatione iuridica etiam domestica? respondeo, si-
quidem non incœpit procedere ut iudex, sed ad in-
star, ut ita dixerim cuiusdam arbitratoris, non est ne-
cesse, quòd aliquis citetur, nisi quando procederet ad
remouen. quem à possessione in hoc enim differt e-
xecutor à iudice, quia non habet citare, in c.licet epi
scopus, de præben.lib.6. Si autem incipit cognoscere
tanquam iudex, tunc cum semel sit cœptum iudicium
debet iudicialiter terminare. ff.de iudi.l.de qua re. for
tè dici potest, quòd omissa uia iudicij posset transire
ad aliam uiam, argumen. supra de causa posses. pasto-
ralis. potius enim uidetur citasse ad cautelā, q̄ ut ꝑclu-
19 dat sibi uiā ptātis, ar.in l.3.ff.de mil.test.† Quinto quæ
ritur, pone ꝙ ptās est momentaria nō cōdōnalis, utrū
ea non uerificata nihilominus teneat prouisio postea
facta? rñ. sic dummō clausula sit in se uera, ut in clausu-
la, si est idoneus, & uerè est idoneus ſm Inn. Sexto q̄ro
quid si huic clausulæ est adiecta cōdō, si constiterit? rñ
deo, non tenet prouisio, nisi sit prius uerificata cōdō.&
est rō, quia ista sunt uerba futuri tp̄is, & sapiunt causæ
cognitionem. ergo debet prius liquere, q̄ ꝓuidere ſm
Inn.ff.de acqu.hære.l.eum, qui duobus.§.filius.nec tñ
erit necesse, ꝙ constet per figuram iudicij, sed ꝑ simpli
cem examinationem personæ ſm Inn. de elè. si fortè,
20 li.6.† Sed si apponitur in rescripto clausula, si concor-
diter à capitulo fuerit receptus, an uno discordante di
catur receptus in concordia? Rn̄deo, sic: secus, si dice-
ret, canonici fuerunt in concordia: quia refertur ad ꝑ-
sonas, non ad capitulum, ꝙ consistit in maiori parte.
ita dēt intelligi, quod not. Archi.77.di.dilectionis, nisi
ille unus hēret iustam cām discrepandi: quia unus so-
lus cum iustitia pōt impedire uniuersos.61.dist.epum,
per Arch.& si oēs recedunt in ultimo momento termi
ni, uno solo excepto, ille solus totum pōt 65.di.si fortè
21 per Arch.† Si scribitur pro bigamo, ꝙ recipiatur i mo
nachum, ualet rescriptum: quia bigamus pōt esse mo-
nachus.82.di.quisquis, ꝑ Arch. si Papa mādat prouide
ri uni, qui sit in sacerdotio, & quidam in cunabulis fa-
ctus est sacerdos, dicit Arch. hunc esse sacerdotem ha-
bitu.i.essentialiter, licet nō effectu.77.di.subdiaconus.
per Arch. utrum præsumatur pro possessore, ꝙ habeat
titulum.c.di.contra morem, per Arch. dic præsumi, si
se defendat: secus, si agat, & hoc qñ duo litigant de bñfi
cio, sed si ex officio eps inquirat, dēt edere titulū, sicut
fisco debet edi instrumentum.c.dist.cōtra morem, per
Arch.¶ Si apostata impetrauit, nō ualet impetratio, qa
est indignus contrariatiuè & priuatiuè. facit ꝙ no. Ar-
chi.1.q.1.si quis. apostata est profugus è religione, qui
non est in obedientia.72.di.c.1.per Arch. quid de clau-
sula, ad tuam pertinet collationem spectāte, & spectat
ad eum ex iure eligendi deuoluto? certè non pertinet
ad collationem, sed ad elec. de supplen.ne.præla c.dile
cto.in nouella.¶ Quid operetur clausula, supplentes,
&c. rn̄deo, in eo, ꝙ nemini nocet.66.dist. Cænomanen
sem, ꝑ Archi.¶ Quid operentur illa uerba, nulla alij de
iure debita.75.di.ordinationes. ista uerba requirunt, ꝙ
beneficium sit apertum collatori.c.j.qui successores te
neantur.¶ Quid sonat uerbum, disponas.70.di.sancto-
22 rum.¶† Quid sonat uerbum, prouideas? Rñ. sonat ꝓ-
uidentiam non solum impetrantis, sed ecclesiæ impe-
23 tratæ. ff.de do.præle. Theopōpus.¶ Quid† sonet clausu
la consuetudinis. rn̄deo, de elect. cap. Cumana, & in
eadem sanctæ consuetudinis præscribitur minori spa-
tio, quod frequentius usitatum est, & ideò est arbitra
rium argum. ff. de lega. iij.l.concubina. §. uxori, per
Accur.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio, siue Aeconomia* { *tituli.*
2 *Iuramenti genera multa, & quæ.*

Do

De iureiurando. Rubr.

1 ¶ *Vide omninò circa hanc rubricã ea oĩa, quæ scribit hic elegã ter.do.Anto.Corse.in sua solenni repetitione, quam fecit de ista rubrica.*

DICTUM est s. de p ba.sed qa in defectũ pbationum recurritur ad iuramẽtum, ut infra e.c.si. ideò post remedium probationum tractat de remedio iurisiurandi, uel sic: quia iurm præsumitur uerũ, ideò post tractatum de præsumptione tractat de iuris. hr materia. 33. cã per totum. 15.q.6.per totum.& dic, q † iurm aliud est decisiuum, cuius tres sunt spés.ff.e.l.j.aliud solidatiuũ contractus, ut in auć.sacra puberum, uel distractus, in quo plerunque decipiuntur adolescentes: qa faciũt refutationem tutoribus quondam suis cum iuro, ut no. i l.quid ergo, in prin.ff.de contrario iudi.tutelæ, ubi est gl.unica in iur.tñ si constaret d: dolo, teneretur tutor crimine stellionatus.aliud iurm est enuntiatiuum, qđ non interponitur animo obligandi, ar.ff.de ædi.edic. l. sciendum.§.dictum adde quod no.ff.de insa.l. Lucius. quam gl.bene nota, quæ est ibi in l.Lucius: quia multũ est singularis. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Creditor tenetur remittere iuramentum sibi præstitũ de soluendis usuris: & si non remittit, ipse episcopus potest remittere, uel eius uicarius.*
2 *Debitor an possit compelli soluere, & postea possit repetere.*
Remissio debiti ex causa usurarũ quando facienda, & summarie cognoscenda.
3 *Iuramentum an possit remitti ab homine.*
4 *Iuramentum, quod a fœneratore gratia fœneris fit, an ipso iure teneat.*
5 *Iudex si relaxat iuramentum, an illud tollat.*
Absolutio ad cautelam fit ad litem præparandã, nõ decidẽdã.
Auctoritate canonis quod fit, Deus ipse facere uidetur?
6 *Vitium si est expressum in contractu, quia dixi iuro tantum soluere nomine usurarum, an sit necessaria absolutio.*
7 *Relaxatio iuramenti an possit peti per procuratorem.*
Defensor interuenire pro præsente potest, sicut & pro absẽte.
8 *Condictione certi an possit agi pro usuris tacitis.*
9 *Debitor, qui non soluit usuras, sicut iurauit, an sit infamis.*
11 *Debitor an teneatur id soluere quod non negat, & de reliquo disputetur.*
Absolutioni conditio an possit apponi.
10 *Rescissio contractus an possit peti, nisi præcedat absolutio a iuramento.*
Iuramentum an & quando transeat ad hæredem.
11 *Ciuitas, quid iuri. si accepit mutuum, & syndicus iurauit.*
12 *Soluens usuras, si uelit eas repetere, an indigeat absolutione iuramenti.*
13 *Vsurarius, contra quem oblatus erat libellus in curia episcopi, ubi erat constitutio, ut non audiretur libellans, nisi faceret depositum, & fuit pronuntiatus usurarius, & instrumẽtum esse de duplo uera sortis, an perdat simplum, quod erat uerè debitum.*
14 *Præstantia si fiat in reddibili, ubi nunquã sors habetur, sed datur quidam reditus annuus, puta decem pro centenario, an contrahatur hic usura, & nu. 15.*
Contractus innominati dicuntur habere genus, non autem differentias.
15 *Fiscus est subditorum calamitas.*
Summa Raimundi, & Ioannis citantur.

1 EX administrationis.† Creditor tenetur remittere iurm sibi præstitum de soluen.usuris, supple, & si non remittit, ipse eps põt remittere, 2 uł eius uicarius, & hoc patet in antiqua.† Op. q immò cõpellatur soluere, & postea possit repetere, ut infra e. c.debitores.Sol.ibi nõ erat petita remissio: uel erat petita, sed non concessa, qa fortè nõ erat summatim pbatum, q contractus eẽt vsurarius, uel qa creditor erat absens in remotis partibus ita, q remittere nõ poterat quo casu nõ põt eps remittere: qa non præcedit mora creditoris, & quoties ex mora differtur ptãs cessante mora, cessat executio ptãtis, ut ff.si cer.pe.l.lecta.§.sed si fortis.i hac petitione remissionis requirit summaria cognitio, & si contra petẽtem remitti põt aliqua præsumptio, non debet concedi, ar.ff.ad Car.l.iij.§. causæ. sed si pro eo est præsumptio, dẽt concedi, ar.ff. de exh. l.thesaurus.& si uult satisdare de soluenda integra qtitate, si apparuerit contractus purus & uerus, non vr, q sit necessaria alia remissio, ar.ff.de no.ope.nun. l. de pupillo.§.hẽt aũt.q non puto uerum; quia nullo canone hoc cauetur, & erubescimus, cum sine lege, uel sine canone loquimur, ut in auć.de trien.& semis.§.cõside
3 remus.† Op.istud iurm est præstitum Deo & homini, ergo non põt remitti ab hoĩe tm, de spon. c. præterea, & in Spe. delegato.§.nunc ostendendum, uer.24.Solu. Deo est præstitum p respectum hoĩs, & non homini p respectum Dei. Præterea hõ relaxat authoritate cano-
4 nis.¶† Opp.& vr, q ipso iure non teneat iurm, qa prohibitum est principale.i.fœnus; ergo & id, qđ eius grã, fit.ff.de pac.l.iurisgẽ.§.prætor.ff.de le.j.l.si qs inqlinos §.fi.C.de legi.& cõsti.l.nõ dubiũ.ff.de iur.patr.l. adigere.§.fi.ff de cond.inst.l.quæ sub cõdõne.§.ul.Præterea istud iurm est turpe ex parte recipiẽtis iurisiurãdi pmissionẽ; ergo nõ ẽ seruãdũ, ne ex turpitudine sua reportet cõmodũ.ff.de pac.l.si unus.§.pacta, q turpẽ. Nã dolus futurus creditoris nõ põt ei remitti, eadem.l. §. illud nulla.ff.de pac don.l.si conuenit, & l. conuenire. Nam authoritas iuris & canonis maior est, q̃ authoritas iuri.¶ Istud iurm est contra bonos mores creditoris quia usurarius est infamis, ut C.de infa.l.improbum.cũ ergo ex persona actoris ius metimur, ut l.j.in prin.ff.si pars hære.peta.ff.de mili.te.l.militis codicil.§. ueteranus.ff.de sec.ta.l.q ex liberis.§.testõ.ff.si usuf.pe. l. uti frui.§.utrum si in ergo extremum, qđ est agens, est inanibile & inualidũ, ergo extremũ patiens.i.reus nõ tenetur.Item agens tractat de turpi lucro, ergo deterior est eius condõ, ut ff.de reg.iu.in eo, q uelis, & l.nihil interest.So.ad omnia ista contraria, & similia dicendum est, q spãle est in contractu usurarum, quia est permissum de iure gent.& quia multos expedit inuenire fœneratores, sine quorum suffragio sæpe multi fame perirẽt, ut no.in l.si conuenerit.ff.de pig.acti.ubi glo.singulariter.uel dic, q est spãle, ut subtrahatur debitoribus calumniandi materia, quia semper dicerẽt, iste cõtractus est usurarius, & hoc dictat æquitas summa, q̃ rigoribus argumentorum præfertur. ¶ Oppo.quia ille, qui petit relaxari iurm, uidetur fateri se obligatum: quia non est priuatio sine habitu, ut ff.de uerbo.obli.decem.So
5 lu.negat expressè hoc, ergo non fatetur tacitè.¶† Op. si iudex relaxat iuramentum, ergo tollit illud: itẽ & fateri uidetur contractum esse usurarium.respon.non tollitur iuramentum, sed eius retinetur effectus in suspẽso.ff.de do.inter ui.& uxo.l.cũ hic status.§.fine, & no. ff.de uer.obli.l. ij. & l.inter stipulantem. §. sacram. & ideo si sententia fertur postea cõtra debitorẽ, & nõ soluit

uit, est periurus. ¶ Item ista absolutio fit ad aperiendum uiam inquisitioni ueritatis, & ideò non imponit termi nũ liti; quia fit ad litẽ præparan. nõ ad deciden. sicut quã absolutio fit ad cautelam. ¶ Op. si istud iuramentũ est p̃stitum Deo, cum Episcopus sit minor eo, non potest re laxare ipsum, nec sicut minor potest in integrum restituere contra authoritatem superioris. ff. de minor. l. mi nor autem magistratus. solu. Episcopus hoc facit authoritate canonis delegata: uel dic ordinaria; & sic ipse Deus facere uidetur, ut C. de ue. iure enucl. l. 1. §. omnia. ubi tex. eleganter dicit, omnia meritò nostra facimus, quibus nostrã authoritatẽ impertimur. † Quæro,
6 quid si uitium est expressum in contractu, quia dixi, iuro tantum soluere nomine usurarum? respon. non credo, ꝙ aliqua obligatio oriatur propter uitium formæ promissionis, nec ꝙ sit necessaria absolutio: quia notorium non indiget absolutione: secus, si non sit uitium formæ: quia expressa nocent, non expressa non nocent, ar. C. de pac. do. l. conuenire, cum l. se. & in regula iuris, expressa nocent. cuius regulæ nulla ratio est, nisi uitiũ
7 formæ. ¶ † Sed quæro, nunquid relaxatio iuramẽti possit peti per procuratorem? respond. sic, & fit remissio iuramenti non absenti & ignoranti, ut probat illa l. no. ff. de iureiur. l. Labeo. ¶ Sed ecce creditor petit usuras propter iuramentum, & debitor est præsens: amicus eius uult præsentem defendere, quia debitor non audet propter iuramentum. respon. defensorem posse interuenire pro præsente, sicuti pro absente. s. satisdando idoneè; tex. est sing. ff. de iureiur. l. fi. §. fi. uer. sed & si
8 actorẽ, & de hoc non reperitur melior tex. alibi. ¶ † Sed nunquid pro usuris tacitis potest agi certi conditione? respondeo, certi conditio ex mutuo non potest proponi: qa re contrahitur. ff. si cer. pe. l. rogasti. §. si tibi. ¶ Sed dubium est de certi cõdictione ex stipulatione. & dico, ꝙ non competit, quia stipulatio non ualet, ut ff. de cõd. ind. l. eleganter, in prin. debet ergo proponi iudicis officium, uel conditio ex canone, debitores. infra e. nec dicitur turpiter adhoc cogi, quia seruare iuramen-
9 tum honestum est, & adde quod ibi dicam. ¶ † Sed nunquid est infamis debitor, qui non soluit usuras, sicut iurauit? Respond. dolus creditoris excusat eum ab infamia, ut C. de transa. si quis maior. ¶ Sed pone, usurarius petebat exequi instrumentum, ꝙ erat de duplo ueræ sortis, & erat cum iuramento. debitor non negat simplum, nunquid simplum saltem tenetur soluere? respõde sic, ut ff. si cer. pe. l. quidam æstimauerunt, & ar. l. qui solidum, in princ. ff. de leg. 2. C. Sed an possit apponi ab solutioni conditio aliqua, ut ꝙ non intelligatur absolutus, si non probauerit? respondeo sic. ff. de dam. inf. l. p̃-
10 tor. §. si controuersia. ff. de admi. tu. l. uulgò. ¶ † Sed an potest peti rescissio contractus, nisi præcedat absolutio à iuramento? respond. non: quia iuramentum, aliàs iussiu. impedit processum, & quia præposterè petitur, sicut dicimus in illa bonorum possessione, quæ petitur causa litis agnoscen. quæ præambula est. ff. de inoffi. tes. l. quemadmodum sed pone, debitor, qui iurauit, decessit, nunquid hæres habet necesse petere relaxationem iuramenti? respondeo, non: quia iuramentum non trãsit ad hæredem, ut no. Inn. infra eo. in c. ueritatis, etiam si iurasset per se & hæredes suos: quia aliud est iuramẽtum defuncti, aliud hæredis, ut C. de re. cre. l. generaliter, in princ. dicas, ꝙ aut ex contractu oritur naturalis obligatio; & tunc iuramẽtum transit ad hæredẽ quoad obligationis uinculum, si in iuramento facta sit mentio hæredis, ut infra c. ueritatis: sed non transit quo ad reatum periurij. si autem ex contractu non oritur obligatio naturalis, tunc nullo modo transit, ut in fœneratitio contractu, oportet enim iuramentum aut naturalem obligationem inducere, aut ei accedere: alias non est necessaria remissio iuramenti, ut C. de non nu. pe. l. fi. ff. de iure patr. l. adigere, in fi. ff. qui satis. cog. l. qui iurato. hoc de uniuersali successione. in singularem autẽ successorem nunquam transit, quamquã sit licitum iuramentum in uirtute suæ personalitatis. ff. ad Treb. l. 1. §. si hæres, sed in uirtute suæ realitatis, puta ex contractu minoris secuta traditione cum iuramento, bene afficeret quemlibet nouum possessorem. C. de rei uind. l. quoties, cum materia sua, & adde quod dicam infra e. c. ego. N. & conclude, ꝙ quantum ad soliditatem cõtractus hæres tenetur seruare iuramentum, tamen nõ fit
11 periurus. ff. de pœnis l. si pœna. ¶ † Quid si ciuitas accepit mutuum, & syndicus iurauit? respondeo, ciuitas p̃priè nõ potest incurrere periurium. ff. de dolo. l. sed ex dolo. sed ipsi constituentes syndicũ sic, si ueniant cõtra iuramentũ: aliàs non idem in iuramento tutoris, uel curatoris; unde pupillus non indiget relaxatione iuramẽ
12 ti. ¶ † Sed pone soluens usuras uult eas repetere, nunquid indiget absolutione iuramenti? respond. aut iurauit soluere; & non indiget absolutione: quia iam absolutus est soluendo pecuniam. aut iurauit non repetere, & tunc refert aut uult directo repetere; & non potest, nisi absoluatur à iuramento. aut indirectè denuntiando crimen ecclesiæ; & tunc potest, nisi sit de illis, qui denũtiare non possunt, ut s. de iudi. c. nouit. ita intelligitur
13 quod no. infra c. debitores. ¶ Sed quid dices in quęstione facti, usurarius, contra quẽ oblatus erat libellus in curia Episcopi, ubi erat constitutio, ut non audiretur libellans, nisi faceret depositũ, & fuit pronuntiatus usurarius, & instrumentum esse de duplo ueræ sortis, utrũ perdat simplũ, quod erat uerè debitum? uidetur ꝙ sic: quia in duobus deliquit. Nam plus debito petit, & de pluri cautionẽ exigit. maximum enim genus cautionis est deponere. In contrarium uidetur, ꝙ ipse non egit in curia Episcopi, sed conuentus ibi est, nisi dicatur, ꝙ se defendendo, uel excipiendo uidetur petere, ut ff. rẽ ra. ha. l. amplius. illud non curo, ꝙ in curia seculari fortè ante petierat: quia per hoc non infertur, ꝙ sit actor in curia Episcopi, ad quam non prouocauit, sed prouocatus est. unde licèt in curia seculari sit actor, in episcopali est reus. præterea si quod grauamen est in deponendo, hoc facit Episcopalis constitutio & authoritas. unde nõ est grauamen hominis, sed legis, quæ cũ facta sit in fauorem creditorum, non dẽt uerti in odium; quod uerius puto, ne authoritate consti. Episcopalis credi-
14 tor decipiatur, ar. in l. j. C. de his, q̃ ue. ętą. impe ¶ † Extra quæro de quæstione uulgata, de præstantia in reddibili, ubi sors nunquam rehabetur, sed datur quidã reditus annuus, puta decem pro centenario,[a] utrum hic contrahatur usura? & uidetur ꝙ sic: quia hoc fit animo lucrandi. Item quia est fraus de contractu ad contractum, & sic erunt usurarij omnes tales facientes p̃stantiam cupiditate & dulcedine lucri. Nam usura non est aliud, q̃ dulcedo lucri pręter naturam. ¶ In contrariũ uidetur, quia licitum est emere annuum censum, sed iste contractus uidetur quædã emptio, uel quidam contractus innominatus, ut do sic, ut des. i. do tantum pro tanto: quia nomine carere dicitur omnis contractus, quia non habet genus & differẽtia uocales

a ¶ *Vide allegata per d. Ias. in l. cunctos populos. C. de summa trin. & fide catho.*

uocales, ut l. j. ff. de præscri. uerbis, & hoc ideo statutũ fuit: quia plura sunt negotia, q̃ uocabula, ut ibi dicitur. omnes quippe contractus innominati dicuntur habere genus, sed non differentias ad inuicem, sed uno genera li uocabulo dicuntur contractus innominati & incerti, sed in hoc non est uis quantum ad propositum, quia nõ disputamus de nomine, sed iusto & iniusto, & eius realitate. Præterea istud ius habetur loco cuiusdam prędij, ex quo annua pensio percipitur. C. de sacr. san. eccl. iubemus nulli. Præterea per statutum ciuitatis iste redditus est concessus loco remunerandæ liberalitatis ciuiũ, & remouendæ damnositatis eorum. unde est quædam prouidentia legalis efficacior iudiciali & conuentionali. dicit Arch. 1. dist. consuetudo, ꝙ prouidentia statuti nihil operatur circa usuras, sed illud est uerũ cum lucro captando, sed in danno uitando bene ualet prouidentia tã legalis, q̃ iudicialis, q̃ etiam conuentionalis, ut no. C. de summa Trin. l. 1. siue sit damnum uerum, si ue præsumptum. Nam hoc potius est interesse taxatũ à l. ut C. de iur. do. l. fi. sicut quando taxatur propter perfidiam debitoris. ff. de neg. ge. l. qui sine usuris, & l. quia tantundem. Præterea ciuitas potest rei suæ legem dicere. Item ciuibus suis tanquam filiis suis donare. Itẽ qa omnes facultates ciuium ipso fisco esse uidentur: quia interest reipublicæ habere subditos locupletes nõ minus, q̃ ipsam bursam fiscalem, ut C. de ca. tol. l. 1. in fin.
15 ¶ † Item quid aliud est fiscus, q̃ subditorum calamitas. cũ igitur subditorum status ad statum reipublicæ pertinebat, non uidetur absurdum, neq; contra ius diuinũ, uel naturale dictum statutum, & ideò seruandũ, & maximè cum detur bona materia cuilibet iuuandi rempublicam. ff. de cap. & postl. reuer. l. postliminium. §. filius. ff. de iust. & iu. §. ueluti. p̃terea hoc fit principaliter gratia ciuitatis, non gratia fœnoris, & debet considerare principale motiuum animi, non id quod uenit in consequentiam. ff. de reli. at. si quis. §. pleriq;. ff. si. cer. pe. l. si quis nec causam, & l. rogasti. in prin. So. iste sunt quæstiones periculosæ maximè quo ad conscientiã, sed dici potest, ꝙ si iste contractus habeat in se æquitatis recompensationem, & proportionem, licitus est: quia cũ non sit formaliter contractus usurarũ, ad æquitatẽ naturalem recurrendũ est: quia æquitas naturalis in omni re dominatur, cũ idem sit, quod ipsa naturalis iustitia ff. de execu. tu. l. scire oportet. §. & si maximè, & facit infra de usur. c. nauiganti, duntamen ex illo contractu quis excessiuè non lucretur: quia excessus modi facit fraudem præsumi, ut C. man. l. per diuersas, & l. ab Anastasio. id uerò tantũ rescinditur, quantũ modus excedit, quia quod fit ultra modũ, reducitur ad modum & mensurã. ff. si cer. pe. rogasti. §. si tibi, & no. ff. de usu. l. placuit, quidam damnant istum contractũ ex certitudine lucri perpetui. ego ex excessu modi: quia nullo iure cauetur, ꝙ certitudo lucri sit de genere prohibitorũ. C. de rescin. uen. l. 2. & l. 1. in fi. C. de sen. quæ pro eo, cum si. dummodo lucrum sit honestum. Alij dicunt, aut quis accessit ad hunc actum compulsus; & non est usura: aut sponte, uel procurauit se cõpelli; & tunc est usura. ¶ Itẽ aiunt, ꝙ non potest talis quæstus emi, etiam ab eo, cui re uera debetur: quia sponte fit & nulla necessitate cogente; & tamen hæredi uniuersali deberetur: qa transit cum uniuersitate. Nam ab ea separari nõ potest ff. de hær. insti. si quis hæres insti. fuerit, excepto fundo, & l. quædam. ff. de acqui. re. do. cũ legebam Floren. iam sunt ferè anni xl. ista quæstio fuit multũ uẽtilata inter magistros in Theologia. quęstiones etiã istæ sunt uenti latæ per dominum fratrem Raymundũ in summa sua, & per dominũ fratrem Ioannẽ in laudabili summa in materia usurarum. Tamẽ ego aliqua & legibus probo, & corroboro. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præstitum à prælato de non petendis rebus ecclesiæ est inualidum.*
2 *Iuramentum metu extortum an ipso iure sit aliquod.*
Absolutio à iuramento triplex, & quæ.
Ecclesiæ si res alienatæ sunt ab episcopo, quid iuris.
3 *Episcopus an possit uenire contra factum suum.*
Contra iuramentum proprium nullus, restituitur in integrum, sed absolutio à iuramento conceditur, postea restitutio: secus in alieno iuramento.
4 *Iuramentum præstitum episcopo, ab eo qui in ipsum uiolentam manum iniecit, an teneat.*
5 *Pænitentia aliqua an imponatur ei, qui absoluitur ad cautelam.*

1 PERVENIT. † Non ualet iuramentum præstitum à prælato de non petẽdis rebus ecclesiæ. h. d. secunda ibi, Cognita. ¶ Casus. Quidam comes Artulfus cæpit quendam Episcopum, & fecit eum iurare, ꝙ non repeteret res sibi ablatas. ¶ Quæritur, utrum teneat iuramentum ita, quod possit compelli per Episcopum ad obseruantiam eius? respondeo ꝙ non: tamen Papa absoluit eũ ad maiorem cautelam. ¶ Opp. quod debeat seruare iuramentum, ut s. quod me. causa. c. ad audientiã, infra c. si uerò. Sol. aut iurat super rebus ecclesiæ; & loquitur hic: aut super rebus propriis; & loquuntur cõtraria Cõtra hoc opp. de litera, quæ dicit, de rebus suis. ¶ So. ista dictio, suis, ponitur impropriè. i. ecclesiæ suæ; & sic rusticus dicit iste campus meus est, & non dicitur mẽtiri, sed abusiuè loqui, ut no. in l. 2. ff de ori. iur. ubi est gl. sin. Istæ tamen abusiones non sunt tolerabiles cum alterius iactura.
2 † Modo quæritur, utrũ iuramentum metu extortum sit ipso iure aliquod? quidã dicunt ꝙ nõ. alij dicũt ꝙ sic, quia istud iuramentum non peccat in consensu, sed in qualitate consensus, de hoc no. 15. q. 6. c. authoritatem, & 22. q. 4. inter cætera. Et ideò puella, quæ fecit refutationem cum iuramẽto patri per metum, indiget absolutione, ut no. Arch. in c. quamuis, de pac. lib. 6. idẽ, si propter nimiam reuerentiam. s. impressiuam, ut sin. no. in l. 1. quæ onerandæ. ff. quarũ re. ac. non da. ¶ Opp. litera dicit iurantem non teneri: postea dicit eum absolui. Nam si non tenetur, ergo absolui non potest, ut. ff. de uerb. obl. l. decem. Sol. triplex est absolutio, scilicet necessaria, utilis, & temeraria, si loqueris de prima, non oportet absolui quo ad res ecclesiæ: sed quo ad ꝓprias sic. Si loqueris de secunda, quæ dicitur ad cautelam, utilis est ualde: quia si postea imputatur de periurio, non habet postea necesse probare metum. ¶ Quæro secundum Inn. quid si sponte abiurauit res ecclesiæ? respondeo, dicit Inn. ꝙ Episcopus dabit curatorem bonis ecclesiæ, uel ipse idem, qui iurauit, constituet actorem, sicut si tutor abiurasset res pupilli; & no. bene hoc dictũ; uel dabit Episcopus licẽtiam ipsi iuranti, ꝙ nomine ecclesiæ agat.
4 ¶ † Vtrum Episcopus possit uenire cõtra factum suum, dic ut no. Archi. 55. dist. c. pœnitẽtes, & subdit, ꝙ contra proprium iuramentum nullus restituitur in integrum, & etiam interueniente metu, & est ratio, adultus habet ætatẽ perfectam interposito iuramento & ideò;

& ideò dicimus, quod iurm facit eu maior e.i. idoneæ ętatis. Est enim quedã ætatis uenia pp spiritualitatẽ iuri à iure introducta, ut no. in l.ij. C. de rescin. uen. debet ergo loco restitutionis in integrum implorari absolutio à iuro. sed contra iura aduersarij bene datur restitutio minori. ff. de iureiur. l. nã postea. §. si minor, sm Inno. uidi quoddam rescriptum Papæ, quod propter enormitatem damni dẽt concedi absolutio minori iuranti ad hoc inducto dolo aduersarij, & absolutus petet restitui in integrũ contra contractum; & sic erunt necessariæ petit ones; ita intelligas Inn. sic enim subordinantur, sicut rescindẽs & rescissoria, instit. de ac. §. rursus. Nam ẽt statuta non tenent, quibus dolus inest; tex. est
5 unicus in iure in l.j. in fi. ff. de except. do. ¶ † Extra op. iste Comes, qui ceperat Epm, erat excõicatus pp uiolentam manuum iniectionem. ergo non tenuit iurm sibi præstitum, ut in c. dño guerram, in titu. hic finit lex, præsertim cum durante peccato non possit absolui ab excõicatione. Sol. imò tenuit habitu & obligatione, licet non competat actio. Casus est hic ualde notabilis.
6 ¶ † Quæro, utrũ ei, qui absoluitur ad cautelã, imponaẽ aliqua pœnitentia? rñdeo sic, quod ieiunet, uel oret, non quod aliquid soluat. peccauit enim per fragilitatẽ; & ideò debet pœnitere de peccato. non autem est necesse, quod absoluatur à promisso secundum Innoc. quod tene menti. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Periurare non dicitur ille, qui ex iusta causa superuenienti uenit contra tenorem iuramenti.*
Fidem seruare quis non tenetur fidem non seruanti.
Pœnitendi ius non habet locum in feudis, & quando, nec in na'a lis
2 *Votum an possit in melius commutari.*
Voti commutatio triplex & quæ.
3 *Iuramentum quando duo inuicem frangunt neuter est periurus.*
4 *Ecclesiæ usque ad quam quantitatem donari possit absque testimonio insinuationis.*

PERVENIT. Duo dicit. sm ibi, nec tu. Casus. Rex Francorum iurauerat dare quãdã possessionẽ in feudũ cuidã nobili, qui similiter iurauit, quod esset uasallus regis. iste nobilis non obtemperauit postea conditioni feudi. uñ rex contulit ipsum cuidã ecclesiæ. Quæritur, utrũ rex sit periurus? rñ. quod non: quia iuramentum in melius commutauit, quod potuit, quia uasallus conditioni feudi non
1 paruit, Io. de Deo in suffragio. ¶ † No. quod non dicit periurare ille, qui ex iusta causa superuenienti uenit contra tenorem iuri. secundò not quod fides etiam iuro solidata ei, qui non seruat fidem, non dẽt seruari, sic. ff. loca. l. quæro. §. inter locatorem: quia hoc operatur tacita conditio subintellecta ab utraque parte: secus, si ab altera tantum, ut subtiliter no. ff. de condi. ob causam. l.j. & not. hic ar. quod durante feudo dominus non potest id concedere etiam ecclesię, quæ dẽt esse mater iustitię. & sic patet, quod in feudis, præstito fidelitatis iuramẽto, dñs, licẽt sit imperator, uel Rex Francorũ, ius pœnitendi non hẽt, si uasallus seruat fidelitatem, tene mẽti. ¶ Itẽ nec uasallus, quia est feudum ligium, quod à principe datur, in quo non habet locum pœnitentia, quia
2 lex est. ¶ † Quærit Inn. an uotum possit in melius commutari? dicit Inn. quod sic authoritate superioris, non authoritate propria. Not. quod triplex est commutatio scilicet necessaria: & hęc potest fieri authoritate superioris, ut. ff. de admini. re. ad ci. perti. l. legatum. utilis; & hęc potest fieri, si nemini nocet: aliàs non, etiam authoritate superioris, ut s in c. quia contingit, de reli. do.
3 temeraria; & ista nunq̃ potest fieri. ¶ † Vlti. not. quod quando duo frangunt inuicem iuramẽtum, neuter est periurus, & hincinde intelligit tacita conditio, & hoc. ff. de le. ij. cum pater. §. libertus, & l. ij. ff. ne quis eum.
4 ¶ † Quæro usque ad quam quantitatem possit donari ecclesię absque testimonio insinuationis? dicit Archid. ad octingentos aureos. 63. di. c. ego, ubi uide, & intellige in donatione simplici. Nam si in feudum, taxata nõ est summa, ut hic expresse patet. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentis publicis an & quando apponi debeat hora.*
2 *Iurari, successoribus an quis possit.*
3 *Soluere qui iurauit die dominica, non incidit in periuriũ, si soluit in media nocte.*
Diei nomine continetur nox, non contra.
4 *Papa non dicitur, nisi qui intrat secundum regulas sanctorum patrum, & conciliorum.*
Caremonialia noui Papæ quæ, & quid conferant.
Iuramentum non transit ad intrusos, neque è contrario.
5 *Tractatum esse quam ut uxorem quid probandum.*
Subsidium quibus & quando debetur, & nu. 11.
Extra protectionem, locutio quid significet.
6 *Consulere, & facere par est delictum.*
Neque coniunctio ponitur copulatiuè.
in Consilio esse quis dicatur.
7 *Papa est supremus personatus.*
8 *Membrum perdere aut uitam an æquiparentur.*
Membri appellatione quid contineatur.
Consilij proditor par est homicida.
9 *Præpositio, ad, significat actum perfectum, & quid aliud, & nu. 10.*
10 *Dictio, ad, significat secundum adiunctum.*
Accedere rei cuipiam prohibitus, quomodo capiatur.
Salutem quis suam præponere domini debet.
11 *Vasallus an possit testificari pro domino.*
Iuramentum ligium qualiter præstatur.
A periurio excusat impedimentum legitimum.
Ignoranti nihil imputatur.
Papa ubi est, ibi Roma est, & Hierusalem.
12 *Per iuramentum credentiæ, ut in præiudicium domini non reueles, quis obligatur.*
13 *Reuelans quæ pœna punitur.*
14 *Exempti debent iurare, quòd non alienabunt proprietates ecclesiæ Romano Pontifice inconsulto.*
Iuramentum potest dominus uasallo laxare.
Licentia uim habet absolutionis.
15 *Captiuus licentiatus ab hoste, non tenetur reuerti ad ipsum, nisi aliud probetur actum inter eos.*
16 *Ire promittens potest mittere, si est impeditus.*

EGO. N. Eps Hæc decre. ponit formam iuri septem capitula continentis, sm quam iurant Papæ, Epi qui sunt exempti. ¶ Casus. Quæsitum fuit à Papa, sub qua forma debeant iurare epi exẽpti? rñdetur ut in litera. ¶ Ibi, Ab hac hora, ista dictio, ab, suũ principiũ includit, & non excludit: aliqñ aũt ponit exclusiuẽ. ff. de ac. em. l. rõ. §. fi. l. à calligato. C. de nup. per Cy. qñq; hic computatio

de momento ad momentũ, ut cum adiicitur momẽtis temporũ. qñque de die ad diem, qñ adiicit̃ diebus. Itẽ in aliis temporibus, ut in mẽse, & anno: quia excludit extremitatẽ, a qua & reliquũ tps includit, dic ergo, ex
1 hac hora. j. fine dil. lxviij. di. c. ego, per Archi. ¶ † Ibi, Hora, ar. ꝙ in publicis instr̃is debeat apponi hora; qđ est uerũ, si expedit scire horã. ff. de sol. l. si ex pluribus. §. j. in glo. parua, & notabili: aliàs sufficit apponere diem.
2 idem in loco loci. ¶ † Ibi, Successoribus, no. ꝙ quis põt iurare successoribus. & istud iurm̃ est reale, nec oportet iterũ successoribus iurare ẽm Ber. & no. ꝙ septem partes sunt diei naturalis. 1. q. 1. c. extra, per Archi.
3 ¶ † Itẽ qui iurauit soluere die dñica, non incidit in periuriũ, si soluit in media nocte, ut no. Archi. 75. dist. qđ à patribus, nisi forte posset committi aliqua fraus; qđ relinquitur arbitrio boni uiri. ita intellegit gl. quæ est. ff. de fer. l. more Romano. noĩe em̃ diei nox cõtinetur; non e contra: quia nox facta est ꝓ diem, non dies ꝓ noctẽ ẽm magistrum sententiarũ in psalmis. ¶ Ibi, Fidelis, in hoc uerbo stat substãtia primi capl̃i, ut in primò. c. de forma fidelitatis, & i titulo se. de noua forma
4 fidelitatis. ¶ † Ibi, Canonice intrantibus, & dic canonicè. i. ẽm regulas sanctorũ patrũ, & cõciliorũ: alias non est Papa, sed intrusus, & antipapa. unde Cardinales non plus possunt, q̃ sibi concessum sit à canone, ut in c. ne Romani, de ele. in cle. & hoc in substantialibus; & de ceremonialibus non curamus. inter cærimonialia pono et intronizationẽ, & coronationẽ: quia nihil iuris conferunt, si electio non ualet: quia nihil operat possessio in intruso, nisi ad damnũ suũ & ignominiã. ff. de decur. l. Herennius. ¶ No. ꝙ iurm̃ præstitũ prædecessori non transit ad intrusos. Itẽ dico, ꝙ iurm̃ præstitũ intruso non transit ad intrãtes canonice. ff. de cõdi. ind. l. si urbana. Ibi, Non ero. Scd̃m capl̃m. Primũ capl̃m fuit cõfectũ uerbis affirmatiuis, & respicit personas. Scd̃m cõcipit negatiuis. itẽ tertiũ, quartũ, qñtũ, & sextũ uerbis affirmatiuis, Itẽ septimũ ibi, Apl̃orum limina, sic uerbis affirmatiuis. Scd̃m capl̃m usq; ibi, consiliũ. Tertiũ usq; ibi, Papatũ. Quartũ usq; ibi, uocatis. Quintũ usque ibi, legatũ. Sextũ ibi, & in suis. Septimũ ibi, Apostolorũ usque in fi. ¶ Ibi, Honorificè. h. d. quia qui male tractatur, dr̃ tractari. ff. de uer. ob. quidã cũ filiũ, ubi est casus unicus in iure, nisi esset istud aduerbiũ, hono
5 rificè. ¶ † Ex his collige, ꝙ ad ꝓbandũ aliquã esse tractatam ut uxorẽ non est necesse probare, ꝙ fuerit honorificè tractata, sed qualitercunque, puta uiliter induta, uel quia faciebat portare ligna de sylua, uel texere, ¶ Ibi, Necessitatibus, no. charitatiuũ subsidiũ non deberi nisi in casu necessitatis. ¶ Item no. ita subsidiandũ minoribus legatis principis, sicut maioribus iuxta illud, non tibi, sed Petro. ¶ Ibi, Sic Deus me adiuuet. ergo a contrario sensu periurus est extra protectionem & auxiliũ Dei, & ecclesię, quid sonent hæc uerba, ex-
6 tra protectionẽ, habes. C. de na. li. l. j. ¶ † Ibi, Consilio, neque in facto, no. par esse delictũ consulere, & facere no. consiliũ, & factũ poni ut diuersa. & dictio, neque, ponitur copulatiuè, & copula cadit inter diuersa: ille autẽ est in consilio, qui precedente tractatu concludit id quod deliberatur fiendũ. ff. de parricid. l. utrum. ¶ Ibi, adiutor ero, in temporalibus & spiritualibus ẽm Inn.
7 ¶ † Ibi, Papatũ, Papatus dignitas. Papa persona. unde Pa-
8 pa est supremus personatus. ¶ † Ibi, Vitã perdant, aut membrũ. ista equiparantur: quia mẽbrũ: quod exciditur, uitã perdit, & noĩe mẽbri continetur etiã digitus, licet digitus non sit mẽbrũ integrale, sed articulus mẽbri: secus tamen esset in statutis municipalibus. ff. de stat. ho. non sunt liberi. puta si statutum dicit, si quis amputauerit ei membrum, continetur digitus; quia non arguitur de parte ad totum: quia non sunt paria, ut dicunt aduocati. ¶ Ibi, cõsilium, tertiũ capl̃m. & no. ꝙ qui prodit consiliũ secretum, est similis homicide.
9 ¶ † Ibi, Ad eorũ dãnũ, de ista prepositione, ad, ꝙ significet actũ perfectũ, habemus. C. de his, q ad ecc. confu. & C. de his, qui ad statuas prin. cõfu. aliqñ significat uiã, non terminũ, ut cũ dr̃ lupus uadit ad syluã, uel exit de
10 sylua. ff. de usufr. l. arborib⁹. §. ij. in gl. ¶ † Dictio, ad, qñque notat ad locũ, ut uado ad ecclesiã, qñque denotat animum ut hic, & breuiter significat ẽm adiunctũ. & dicit Arch. ꝙ qñque significat intentionẽ, qñque consequẽtiã, qñque terminũ. 1. q. 1. c. ipse per Arch. h. d. ut elegãter no. Bar. ff. de iureiu. l. itẽ apud. §. cũ uitiũ. Si statutũ dicit, si quis accesserit ad castrũ, oportet, ꝙ uenerit ꝓpe terminũ motus. si dicit, si quis accederet, sufficit ꝙ sit in uia: si uerò dicit, si quis accesserit in castrũ oportet, ꝙ intrò sit ingressus. facit. ff. arbo. fur. cæ. l. cædere. §. subsecare. ¶ Ibi, Papatũ quintũ capitulũ. ¶ Ibi, Saluo. no. quãdã excipi a fidelitate. ex hoc patet, ꝙ uasallus suã salutẽ & honestatẽ debet preferre saluti dñi, licet Ber hic innuat contra. sed potest intelligi, qñ sine peri
11 culo fieri potest. ¶ † Ex hoc sumitur ar. per. G. Naso. ꝙ uasallus non potest testificari pro dño. melius diceret contra dñm, quia iurauit non esse contra eũ: non aũt iurauit non esse pro eo. tñ utrunq; falsum est. de hoc in Spe. de teste. §. j. uers. sed nunquid uasallus; quia ꝑter feudũ ingenuus est. ¶ Ibi, Contra oẽs homines, no. q hoc est iuramentũ ligiũ, nec hoc casu excipitur imperator. ¶ Ibi, Vocatis ad synodũ. i. conciliũ generale, & no. ꝙ ad conciliũ generale principaliter sunt uocandi Episcopi, & sufficit hic una uocatio ẽm doc. Ibi, Nisi prępeditus, no. impedimentum à periurio excusari, dũmodo sit impedimentũ canonicũ, & non aliter. Ibi legatũ. s. generalẽ, uel specialẽ. ¶ Ibi, Cognouero. No. ignoranti nihil imputari, ut. ff. de decre. ab or. fa. l. si. & ff. depo. si quis inficiatus. Ibi, In eundo & redeundo. No. ꝙ ille qui debet bene tractari in eũdo, debet eodẽ modo tractari in redeundo. ibi & in suis necessitatib⁹. ergo epi tenentur et legatis laicis ad charitatiuũ subsidiũ. ¶ Ibi. Apostolorũ limina ultimũ capitulũ. dicit Inno. ꝙ ubi est Papa, ibi est Roma, Hierusalẽ. & mõs Siõ.
12 ibi et est cõis patria. ff. de excu. tu. l. si duos. ¶ † Quæro ad qd obligetur quis per iuramentũ credentiæ? rñ. ut in præiudiciũ domini non releuet. sed si dñs haberet malã intentionẽ, potest reuelare cautè. tñ ei qui potest prodesse, non obesse. qđ ergo hic dr̃ de consilio, intelli
13 go de honesto ẽm doct. ¶ † Qua pœna punitur reuelans? respon. arbitraria, ubi non est taxata pœna. ff. de estra. & expil. l. j. §. expilatores. ar. ff. de testi. Scio. ff. de
14 pœnis. l. hodie. C. de sum. Tri. l. j. i fi. ¶ † Extra no. ꝙ exẽpti dñt et iurare, ꝙ non alienabunt proprietates ecclesię Romano Pontifice inconsulto, de feu. c. 2. de reb. ecc. non ali. ut super. Ibi, Absoluat, not. quòd uasallo dominus potest laxare iuramenti uinculũ, & ipsum ab
15 soluere. & no. ꝙ licentia hẽt uim absolutionis. ¶ † Et est ar. ꝙ captiuus licentiatus ab hoste, non tenetur reuerti ad ipsum, nisi aliud probet actũ inter eos. In tex.
16 ibi, aut quẽ certum. i. qui ostendit mandatum. ¶ Ibi, Nuntium, no. ꝙ ille qui promittit ire, potest mittere, si est impeditus. Ibi, Sic me Deus; supra fuit pollicitatio: imò tacita stipulatio: hic iuramentum. 1. q. 7. quoties cordis oculus. Bald.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quod à clericis episcopo praestatur in committendis ecclesiis, qualiter interpretetur in prin.*

Ciues an teneantur iurare Potestati.

2 *Clericus non habens administrationem non tenetur iurare in manibus episcopi sui, tenetur tamen ei facere manualem obedientiam.*

Iurandum in quibus casibus remissiuè.

NVLLVS. Eps non facit sibi iurare clericos, nisi quib. committit ecclesias secta ibi, nisi fortè. ¶Casus. Epi cōpellebant clericos ad iurandum sibi obedientiam. hoc non dñt facere, nisi qñ committunt eis administrationē. ¶Qūo asit interpretetur hoc iuramentum, dic ꝙ intelligitur ī licitis & honestis & possibilibus de iure, de natura, de facto, ſm bonos mores. ff. de uerb. sig. Nepos Proculo, & eleganter no. ff. de reg. iu. non uſ. §. qui iussu. infra. c. uenientes, & in c. imperialem. §. fi. de prohi. feu. alie. p

1 Fed. ¶†Sed an ciues teneantur iurare ptāti? rñ. non, nisi qñ committunt iuratoriæ cautioni, uel nisi pro officio eis decreto, ut no. ff. de eden. l. quædam. §. nūmularios, uel nisi sint de rebellione suspecti. & dic ut dixi su

2 per pace Constantiæ in opere meo. ¶†No. ꝙ clericus non habens administrationem non tenetur iurare in manibus episcopi sui: tamen tenetur ei facere manualem obedientiam, Ber. not. hic casus, in quibus est iurandum. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Debitores usuras ante soluere, quam repetere debent, interueniente iuramento, in prin.*

Accessorium quandoque tenet licèt principale prohibitum, sit ibid.

Debitor an debeat soluere usuras.

Actio cui datur, multo fortius exceptio, } quando locum
Exceptio cui denegatur, multo magis actio } habeant.

Solutio momentanea quando sufficiat.

2 *Infamis non efficitur quis, cui remissum est iuramentum dilatione pendente.*

3 *Debitor, quid iuris si non uelit soluere, quod remedium habet & nu. 4.*

Principi licet in præiudicium alterius ex causa statuere, & nu. 7.

4 *Debitor, quid iuris si iurauerit non repetere.*

5 *Votum iuramento firmatum an possit in melius commutari.*

6 *Scholares licentiati Bononiæ, quid iuris, si iurant non recipere alibi doctoratum.*

7 *Imperatori non solum licitum est facere statutum, per quod ex causa perimatur ius subiectorum, sed etiam alijs principibus & populis.*

Obligatio omnis tollitur per monitionem, ut quid fiat intra quoddam temporis interuallum: secus per præscriptionem, uer. tamen si.

8 *Tempus quando est statutum pro uicta actionis ab origine non curatur scientia debitoris, sed creditoris.*

DEBITORES. Debitores propter obseruantiam iuramenti prius debent usuras soluere, quas postea repetunt. h. d. ¶Opponitur, non tenet principale, ergo nec iuramentum quod est accessorium, ut. C. de legi. l. non dubium. So. ibi loquitur in pcisè prohibitis, sed usuræ nō sunt pcisè phibitę, sed causatiuè indebitę. Item hic accessoriū, est fortius, ꝙ principale. & rō est pp reueren

1 tiam Dei, non pp usurarij iustitiam. ¶†Op. debitor soluens usuras peccat, ergo non dēt soluere. So. non peccat, quia hoc facit respectu diuini numinis pp iurm. ff. de iureiu. §. qui per salutem. ¶Opp. debitor potest agere, ergo multo fortius excipere: quia cui damus actionem, multo fortius exceptionem. ff. de superfi. l. j. §. ꝙ agit. So. illud uerum, qñ actio, & exceptio concurrunt in origine. sed hic sunt contrarię & origine, quia exceptio concernit tps añ solutionem: actio uerò tps post. sic habemus ècōtra, ꝙ cui denegatur exceptio. multo. fortius denegatur actio, ut C. de transact. l. nec mentio sed illud est uerum, nisi superueniat causa actionis di dę, ut. ff. de cond. sine causa. l. si fullo. ff. de condi. ind. Iulia. ff. rem ra. ha. l. procurator ad exhiben. §. j. ff. de eui. l. uendi, cum l. se. Op. si potest repetere incontinenti, ergo momentanea solutio non liberat eum, ut. ff. de sol. l. qui sic soluit. So. ista decre. debet intelligi, qñ soluit aīo transferēdi dñij licet momentanei. sed ibi non aīus transferendi. sic; ff. so. ma. l. seruus dotalis. & ff. si cer. pe. l. si tibi. Opp. quia solutio dēt esse ppetua. ff. de So. in numerationibus. §. fi. de ar. inter Castellianum. So. illud uerum, quando habet perpetuam causam: sed

2 hic non habet perpetuam causam. de hoc not. ff. de condi. inde. l. Neratius. ¶†Sed pone, ꝙ mutuaui tibi. ca. Bononię, quam pecuniam tu pmisisti mihi remittere de partib. tuis in Paschate. adueniēte Pascha non mihi remittebas, ego nolebam, ꝙ efficereris infamis. uñ fui ptestatus, ꝙ nolebā te esse periurum pro modicare, uel quia eras frater meus, & hoc fui protestatus te absente. quęritur, an sit infamis? rñd. non, quia remissum est tibi iusiurandum dilatione pendente. ff. de iureiu. l. Labeo, etiam si certum sit, ꝙ in termino non poteras soluere: quia pœna legalis est. ff. de uer. ob. l. cum stipula-

3 rus sim mihi à Proculo, per. Bar. ¶†Quęro, debitor nō uult soluere, ꝙ remedium hēt? dicit In. ꝙ dēt cogi petere creditorem ad relaxandum iuramentum. & si creditor non uult relaxare, relaxabit iudex. sed si creditor est absens necesse soluere: postea repetit Inn. intelligit, qñ sine dolo malo. alioquin iudex pōt relaxare, ne dolus patrocinetur creditori, cuius absentia Dei pręsentia repletur. C. de iudic. l. properādum. §. sin autē reus. & in aut. qua in prouincia. Dicet aliquis, quomodo pōt eps relaxare in pīudicium iur. alterius? rñ. Inn. qa etiam principi est licitum statuere, uel facere, ex cā in

4 pręiudicium iuris alterius, ꝙ tene menti. ¶†Quęro, quid si debitor iurauit non repetere? Rñ. denuntiabit. sed si etiam iurauit non denuntiare ecclesię, iurm non est seruandum: quia est contra regulam euangelij.

5 ¶†Querit Inn utrum uotum iuramento firmatū possit in melius commutari? & determinat ꝙ sic; ꝙ tene

6 menti. ¶†Quid de scholaribus licentiatis Bononię, qui iurant non recipere alibi doctoratum? Nam illud iuramentum est satis honestum. rñ. solus Papa potest absoluere nisi fortè insta causa emergat, puta, quia propter emergentes inimicitias, uel uiarum discrimina nō posset ad eum locum tute se cōferre uel propter mortalitatem subitaneam. ¶†Extra no. ꝙ non solum imperatori, sed etiam aliis principibus & populis licitum est facere statutum, per quod ex causa perimatur ius subiectorum, uerbi gratia, statuunt pręscriptionē, ex qua nascitur exceptio, quę opposita perimit actionem, non obligationem naturalem, quę exceptio est

exclusio actionis, & cāæ cā. sed cā producens actionē est obligatio ciuilis, non naturalis. s. tñ si statutum inciperet a pcedenti monitione, puta, quia diceret, monemus oēs creditores. & dños, ut agant infra tm tps: als priuamus suo iure, tunc ois obligatio esset sublata, nec exigitur bona fides debitoris, sed mora creditoris. C. de inge. ma. l. diffamari. uñ aliud est in simplici præscriptione, ubi pscribit facultati agendi, aliud in monitione, q est ualde no.
8 ¶ † Itē scias, q qñ tps est statutum p uita actionis ab origine, non curatur scia debitoris; sed creditoris. ff. de ædi. edic. cum sex. ff. de calum. l. annus. ff. de act. & obli. l. in bon. §. sed cum rescissa, inst. de per pe. & temp. ac. in prin. & in isto. c. q non requiritur habilitas in stipulatione, sed in promittente dummodò sit appositum iuramentum. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum de non inferendo grauamen creditori, donec sit ei satisfactum, an ten at.*
Periurium non excusat illicitus permissus superioribus.
Debitor redditus possessionum restituere tenetur, integra pecunia non soluta.
2 *Redditus dicuntur deductis expensis.*
Reducitur quis in eandem sententiam excommunicationis, & quo modo intelligitur.
3 *Cautio sufficiens qua dicatur.*
4 *Fructus an extenuent sortem.*
5 *Compensare an possit, qui iurauit soluere, & 6.*
Iuramentum obseruandum in sua forma, quando.
6 *Compensatio pro solutione cedit.*
Ius si dixisse, non obstat, interueniente iudicis auctoritate etiam iniusta.

AD NOSTRAM. Si debitori creditor iurauit nullū grauamē inferre; donec fuerit pecunia psoluta, iurm seruare compellitur. h. d. secūa ibi, ideoq;. Casus. quidā Petrus mutuauit pecuniam quibusdam militibus sub pignore quarundam possessionum & quorūdam redituum. qui nobiles iurauerunt nullū grauamē inferre, nisi sorte persoluta. demum isti nobiles suis terminis non contenti nondū sorte soluta expulerūt dictum Petrum de possessione. Archieps em Rothomagensis mandauerat dicto Petro, q restitueret possessionem, & quia non restituebat, excōicauit eundē. uñ iste Petrus conquestus fuit Papæ, de Archiepo, & de nobilibus. Papa primò mādat Archiepo, qđ eum absoluat recepta cautione. deinde mandat nobilibus, q restituant possessionem, & reditus, usque quo satisfecerint. tertiò mandat dicto Petro, q restituat possessionem, & reditus superfluos, deductis expen. & si dictus Petrus admonitus non restituerit, in eandem excommunicationis sñiam reducatur; & istud est quartum
1 mandatum. ¶ † No. q tenet iurm de non inferēdo grauamen creditori, donec sit ei satisfactum. ¶ Item no. q permissus superioris illicitus, puta Archiepi, nō excusat à piurio, ut patet in uerbo, contra iuramētum. non ob. ff. de sol. l. si stipulatus. §. qui lanceam: quia illa permissio fuit rōnabilis. ¶ Tertiò no. q debitor, qui non soluta pecunia integra subtrahit reditus possessionum tenetur eos restituere creditori. facit. ff. de distra. pign.
2 l. quamdiu. ¶ † Quartò no. q redditus dicuntur, deductis expen. ff. de usufr. leg. l. fundi Trebatiani. ff. sol. ma. l. fructus, de fruct. & litis expen. l. f. ff. de pet. hære. si patre, uel domino. §. j. Vlti. no. q quis in eandē sñiam excommunicationis reducitur. dic, & eandem quo ad genus. nam excommunicatio uetus extincta est, nec re
3 liquiæ eius remanserunt. ff. de pac. l. si unus. §. pactus, uer. sed si pactum. ¶ † Quæro, quæ dicatur sufficiens. i. cautio? dic illa, quæ satisfacit iuri, & homini, uel saltem
4 iuri. ¶ Item dicitur sufficiens. i. secura, ut l. j. ff. qui sati. cog. dic, ut in gl. ¶ † Quæro, utrum fructus extenuent sortem? rñdeo, consumpti, sic, sed extantes non: sed
5 sunt pignori, sicut & ipsum prædium. C. de pigno. l. 2. ff. solu. mat. l. diuortij. §. donationis. ¶ † Quęro, an qui iurauit soluere, possit compensa
a re?[a] rñdeo, sic ex eadem causa ut fructus consumptos. sed ex alia causa aliqui dicūt q sic: quia qui compensat, breui manu soluit. ff. de iure dotium. l. si sponsalibus. §. j. ff. qui potiore. in pigno. habe. l. si debitor, & ff. de condictio. ob causam. l. si mulier. & hoc si debitum est liquidum. cæterum non admittitur ad liquidandum pp iuramentum. Alij dicunt, q nō potest compēsare: qa non obseruet iurm in forma. & ideò exceptio compensationis non dr exceptio solutionis, sed exceptio doli, ut inf. de ac. §. in bonæ fidei, q iste non est periurus. qa aduersarius facit, quo minus soluere possit; iste tex. est unicus in iure. ff. de condi. & dem. Iulianus ait, el picolo imò cōcor. ei. ff. de sta. li. l. 3. circa prin. uer. uñ queritur nec ob. q iurm debeat obseruari in forma: quia illud uerum, qñ de nudo facto, & non de effectu est cogitatum, de cond. & dem. Meuius. C. de transa. l. ubi pactū. ff. de uerb. ob. l. quidam, & facit. ff. rem ra. ha. amplius,
6 & ibi plene per Barto. ¶ † Item compensatio pro solutione cedit, & de similibus idem est iudicium, ut. ff. de iureiur. l. tutor. §. prodigus, & facit qđ no ff. de procu. l. si quis mihi rem. ff. de sta. lib. l. si peculium. §. de illo. ff. cal. l. qui etiam, nisi esset dictum in iuramento, q promittit soluere; & non per iur. fictionem, licet possit argui, q ista fictio realiter idem est, quod ueritas: quia eandem habet utilitatem, & ideò exorbitet ab omni regula fictionum. ff. si cer. pet. l. singularia. ¶ Opp. quod isti nobiles ceciderunt à iure suo. quia ius sibi dixerunt. Solutio. auctoritas episcopi etiam iniusta eos excusat, ex quo pars fuit citata. sed si non fuisset citata, non excusaret eos. C. unde ui. meminerint, & nota. in l. si quis in tantam. eod titul. C. si per uim, uel alio modo. l. fi. ff. de acqu. possessio. l. iustè. quod est notandum.

a ¶ *Vide Abba. hic, & plenius uide etiam multa egregie examinata per Corsetum in repet. supra eo. titu. in uer. 15. priuilegium, & unde per do. Alex consi. 91. in 2. uo. per Barba. consi. 43. in secundo dubio, uolu. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum per metum extortum si potest absque praeiudicio animæ seruari, seruandum: quid si secus? in prin. & nu. 1.*
Metu grauissimo si aliquis expulsus refutauit ius suum iuramento interposito an possit repetere.
2 *Iuramento, ut quis se non obliget, an facere possit, & qualiter.*
3 *Iuramentum per metum extortum an obliget in foro conscientia.*

SI VERO ALIQVIS. Si iuramẽtum per metum extortum pôt seruari sine ꝑiudicio aiæ iurantis, est seruãdũ: sed si uertitur periculum aiæ aduersarij, à iuramento ecclesia absoluere cõsueuit. scd'a ibi, tibi duximus. ¶Casus. q̃ritur, si aliquis expulsus metu grauissimo refutauit ius suum iuro interposito, an possit repetere. dicit Papa, quod non dẽt dari materia alicui propria authoritate ueniendi contra suum sacrm̃, nisi uergat i detrimentum salutis æternę: tñ de consuetudine Romanę ecclesiæ est, qđ iurans absoluatur à tali iuro, & tunc ueniet contra rem iuratam, & contra iurm̃, quod
1 est contra absorptum relaxatione. ¶† Op. ꝙ istud iurm̃ sit nullum: quia nihil est tam contrarium consensui, q̃ metus, ut no. ff. de iurisd. om. iud. l. si per erroré. ff. qui & à qui. l. si priuatus. ergo nõ hẽt in se ius naturale, & per consequens nec diuinũ: quia sufficit consensus, q est de iure naturali, sol. metus non est contrarius uolũtati, sed libertati: alioquin non fuisset necessarium edictum prætoris, qđ metus causa. ¶Opp. hic uersaĩ turpitudo compellentis, & ex turpitudine sua nemo consequitur actionẽ. ff. de fur. l. itaque fullo. ff. de uerb. ob. si plagij. ff. de pact. iurisgẽ. §. si ob maleficium. ff. de fide ius. l. si correo. §. si reo. Sol. speciale est in iuro propter re-
2 uerentiam Dei. & catholicæ ecclesiæ, sed an† pôt quis facere, quod tali iuro non obligetur ipso iure? rñ. sic si prius protestetur, qđ non intendit iurare. ff. de acqui. hære. l. qui aliena. §. census. nec intelligitur hoc facere in fraudem: quia remouet fraudem, ut. ff. de le. ij. l. cum
3 pater. §. Titio. ¶† Quæritur, nunquid iurm̃ per metum extortum obliget in foro conscientiæ? rñ. sic ad absolutionem humiliter petendam, sed non ad debitum soluendum. ff. quod met. cau. l. metum. §. uolenti. ff. quod fal. tu. authore. l. nouissimè. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Monachus, qui pro debito sui monasterij stare pro obside iurauit, seruare cogitur iuramentum, in prin.*
Fideiussor iuratus indemnem quem conseruare, compellitur obseruare, ibid.
Pacta notabilia omnia an sint ualida.
Monachus non habet neque nolle, neque uelle ad faciendum: secus ad non faciendum.
Vxor & uir in eodem instrumento possunt fideiubere pro alio & nu. 5.
Censura ecclesiæ diuersificatur ex diuersitate personarum.
2 *Iuramentum ubi apponitur, non est necesse, quod mulier renunciet beneficio Velleiani senatusconsulti, & sic de aliis.*
Excussio debitoris principalis quando non requiratur, & dupliciter requiritur. § item nota.
3 *Monachi de consensu abbatis ciuiliter & naturaliter obligantur, uel saltem obstringuntur.*
Monasterium obligatur ex mutuo, & quando.
4 *Homo liber an possit stare pro obside propter æs alienum.*
5 *Mulier an possit obligari pro alio.*
6 *Pactum, quòd creditor possit capere debitorem, an teneat, & contrà.*
7 *Factum alienum an possit quis promittere.*
8 *Absens an possit se obligare ad pœnam mortis.*
9 *Non capiens malefactorem, cum possit ut puniatur ad mortem, an ualeat statutum.*
10 *Debitor an possit obligare se etiam absque iuramento ad standum in certa ciuitate, & inde non discedendum sine licentia creditoris.*
11 *Monachus an possit agere contra abbatem, ut liberet eum ab obsidione.*
Filius contra patrem agere potest aliquando, ut se redimat si eum pater uendidit.
12 *Fideiussor carceratus pro debito an possit petere ipsum debitum à reo.*
Curare aliud est, aliud soluere.

EX RESCRIPTO. Monachus, qui ꝑ debito sui monasterij iurauit stare in ostagio, siue obsidatu, & fideiussores, qui iurauerunt creditorẽ indemnem seruare, iura seruare coguntur. h. d. scd'a ibi, ideoq;. ¶Casus. Quidam Abbas Tremensis pro necessitatibus sui monasterij accepit à Petro mutuo octo millia solidorũ, ꝑ quo dedit obsides quosdam monachos suos, qui de obseruanda conuentione iurarunt, pacto adiecto, ꝙ si ipsi monachi deficerent forte morte, uel recessu, alij monachi loco eorũ in obstagio ponerentur. Item si dicti monachi fidẽ non seruarent, Abbas dedit eidẽ Petro. V. & eius uxorem fideiussores, qui similiter fidem. i. iurm̃ præstiterũt. Modò Abbas, & monachi uolebant uenire contra promissionem, & iurm̃: significatũ fuit hoc dño Papę. unde Papa quibusdam commissariis præcepit, ꝙ Abbatẽ & monachos, & V. & uxorẽ ipsius monere curent, ut sicut iurauerunt, eandẽ conuentionem faciant adimpleri; alioquin Abbati & monachis ingressum interdicant ecclesiæ, & i terra præfati. V. & uxor. eiusdem diuina officia prohibeant celebrari usque ad satisfactionẽ cõdignã.
1 ¶† No. hic notabilia pacta. quæ oĩa ualent primò de obsidibus, qui tenenĩ stare in ostagio. Secundò in monachis, quos Abbas pôt dare obsides pro debito pecuniario; & idem in conuersis, licet eorum ingenuitatẽ Abbas non possideat, sed in seruitium, ut no. ff. de ac. pos. cum hæredes, & hoc de eorum consensu; aliàs nõ. Nã si Abbas non potest adire hæreditatem delatam monacho, nisi de consensu monachi. ff. de acqui. re. do. l. acquiritur. §. j. quia ius adeundi est inseparabile à persona, ut. ff. de acqui. hære. l. Paulus, multominus potest eum inuitũ tradere creditori, licet secus in seruo, ut. ff. de fur. l. interdum. §. qui furem, & l. pe. ff. de condi. ob causam. & si dicatur, ꝙ monachus nõ habet nolle, uel uelle; rñdetur, uerum est ad faciendum: sed ad non faciendum sic, ut. C. de hæ. insti. l. cum proponas, & C. de acqui. pos. l. ij. Tertiò de pacto, ꝙ si ipsi deficerẽt, alij subrogenĩ etiam non nominati nominibus ꝓprijs. Quid si hoc non esset dictum? respon. non tenetur alios subrogare, ut no. Spe. in ti. de obl. & sol. porrò de eo, qui remanet in carcere pro alio, & tandem soluit pro ipso, habes unicam. l. in iu. ff. de neg. ge. l. nam & seruus, in prin. Quartò quod uir & uxor possunt in eodem instrumento fideiubere pro alio, puta pro Abbate, & capitulo. Quintò ꝙ censura ecclesię diuersificatur secundum qualitatem personarum. Nam Abbati & monachis interdicitur ingressus ecclesię: sed in terra laicorum ponitur interdictum celebrationis diuinorum officiorum, & hæc omnia propter pecuniarium debitum uallatum iuramento. Item no. hic in eodem libello querimoniam proponi de reis, & fideiussoribus.
2 ¶† Vltimò not. quod ubi apponitur iuramentum, non est necesse, quòd mulier renuntiet beneficio Velleiani senatusconsulti, quod loquitur de intercessio-

VAERELAM. Periurus est ab ecclesia remouendus,q non necessitate, sed uolũtate uenit cõtra licitum iurm.h.d. Primò ponit impetrãtis querelã.Scđò dat iudices,ibi ysm.Casus.Guilielmus pmisit.R.canonicos duos Bysantios noĩe pensionis ecclesiæ de statera se annuatim soluturum interposito iuro;cessauit iste Guilielmus p biẽnium in solutione.¶ Quçritur quid iuris?Papa scribit iudicib⁹ dicẽs,q si eis cõstiterit memoratũ Guilielmum non necessitate,sed sponte in solutione cessasse qm est piurus priuet eccľia, & urgeat locatori soluere
1 pensionem.¶†No.eccľiam annuatim locari.Not.q qui non soluit in termino , non psumitur piurus,nisi primò inquiratur, utrũ uoluntariè non soluerit an necessitate coactus; q est no. dignũ ad id,qđ no.In.infra de accu.ca. sup his.¶ No.q periuri non dñt ecclesias re-
2 gere.¶No.q†necessitas excusat à piurio: tñ nõ uitiat pmissionẽ,quin condẽnetur ad soluendum, tex.not. ff.de uer.ob.l.continuus.§.illud.¶No.q simul quis pp periuriũ remouetur , & ad pensionẽ condẽnatur mõ iuncto tex.cum gl.¶ No.q pp duas causas hic res incidit in commissum,primò pp periurium;& in hoc nõ oportet expectare [a] bienniũ,q est no.dignum.scđò, quia p bienniũ stetit;& sic ex duabus causis successiuis res põt incidere in commissum.ff.loca.q̃ro.§. inter locatorẽ.Inno.aũt loquitur confuse, & dicit, q biennium solum sufficit ad priuandum eum re emphyteutica: sed certe nõ solummodò biennium,sed ẽt periurium facit quẽ cadere a iure contractus ipso facto.C.de transa. l. si quis
3 maior,& sic est expedita gl.j. ¶† Venio ad scđam gl.& q̃ro,utrum periurus sit infamis,& utrum possit habere dignitatem?Dicit Ber.q non.dicit Bar.q põt esse antianus ciuitatis,siue decurio.l.j.C.de mu.& ho.non cõtinuandis,Bar.tñ in his,q̃ agerentur in antianatu, non posset ferre testimonium.¶†Quæro, nunquid pauper-
4 tas excuset a periurio,& ab infamia?rñ sic ẽm Ber. & est bene no.facit.ff.mand.l.idemq;.§.si ignorantes,ubi optimus tex.¶ Quæro,de qua ecclesia dicitur hic, qđ priuatur?quidam dicunt,q de conducta.alij,q de titulo pprio.& si dicatur,quõ,cum nõ fuerit ad hoc actũ? rñ.fuit generaliter proposita q̃rela,& inquisitio commissa.uñ expone ibi,Constiterit.i.per modum inquisitionis procedẽdo;al' as nisi processus sit priuat uus,nõ
5 põt quis priuari ẽm Ber.tene menti.¶†Quæro,an conductor,qui non obseruat pactũ, possit repelli? [b] rñ.sic à moderno usu illius anni , sed non a ppetuo usu aliorum annorum, pro quibus uult soluere pensionem. fal- l t,si est periurus. Nam tunc potest in totum remoueri. hçc uera sunt,nisi paupertas excusat, text. est hic,quem nescio alibi. ¶ Vltimò conclude , q ubi est iuratum,non subintelligitur illa clausula,si p biennium non soluerit.Quid si locatio est facta ad longum tps? rñ.idem,q in emphyteutica:quia idẽ ius habent, licet utile dominium,& ueram possessionem naturalẽ ut inst.loca.§.adeò. Bal.

[a] ¶ *Vide d. Ale.in cons. 474 & consil.106. incipien. magnifice prætor, in iij. volum.*

[b] ¶ *Vide Alex. consilio 131.uol.4.& consi. 117.eo.uol.Panor cõsi.72.ad finem uolu. 1.uide etiam a.ij.uid per Bar.consi.156.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum si quis bis præstitit diuersis contrarium,ualet secundum & fit periurus,in prin.& nu.1.*
Pensio soluta non potest augeri,nec potest recipi etiam à sponte soluente.
Ex iuramento inualido contrahitur periurij reatus , & nume 2.
2 *Iuramentum temerarium transgrediens an sit periurus.*
3 *Census maior,uel uectigal an possit præscribi.*
Præscriptio ibi tenet,ubi pactum ualet.
Consuetudo generalis præscribit spatio xl ann.
4 *Exactio uectigalis an dicatur esse seruitus continua.*
Vectigal debetur solo publico & ex consuetudine.

VA nos.Si præsentatus iurat repræsentanti,q sibi augebit annuam pensionem, & instituenti iurat,q non,ualet ẽm iurm , & nõ primum:tñ,quia iurauit contrarium,est tãquam periurus à beneficio remouendus.h.d. scđa ibi, Tuæ.Casus. Quidam monachi, seu religiosi habentes ius psentandi in ecclesijs , à quibus recipiebãt pensionem,exegerunt ab eis iuramentum de maiori pensione prçstanda.Eps autem,qui habebat eos instituere, facit præsentatum iurare de pensione non augenda. Quçritur,quod iuramentum sit seruandum? rñ.quod ẽm:quia primum est contra ius, & tñ iurans priuatur
1 suis beneficijs.¶†No.q pensio soluta non debet augeri,nec potest recipi etiam à sponte soluente, ut C. uectigalia per totum. scđò not.q ex inualido iuramento contrahitur reatus periurij,licet non contrahat obligatio iuri.¶Tertiò no. q ultimo iuro est standum, ubi primum de iure non tenuit;q intelligo, donec remoueatur à beneficio.Nam post q̃ est remotus,absolutus est à sacramento census,ut legitur & no.ff.de infa.l.ij.
2 §.miles.¶†Quæro,utrum ille, qui transgreditur temerarium iuramentum,sit periurus?rñ.sic, quando iurauit cum ca,ut hic:secus,si indistinctè.& temerariè, uel
3 p iocum ẽm Ber.¶†Quçro, an maior census uel uectigal possit prçscribi?rñd.præscribere est actus creditoris,sed pmittere est actus debitoris.in primo,si est phibita pmissio,est prohibita præscriptio,ut no.in l. 2. C.de usu.p emp.sed ubi tenet pactũ,tenet pscriptio ut i l.2.C.de do.pmis.& l.nam fat s.§.j.ff.quema.ser.ami. ¶De uectigalibus publicis an possint prçscribi, & quãto tpe , dic q priuatus contra fiscum propriè sumptũ non præscribit,nisi tanto tpe , cuius contrarij memoria non existit:sed priuatus contra priuatum, uel municipium,quia forte pscripserant ius exigendi,prescriberet spatio.xl.annorum,ut no.Bar. post Dy.in l.si publicanus.§.in uectigalibus.ff.de pub.Item generalis cõsuetudo prçscriberet spatio.xl.annorum : quia generalis consuetudo locorum dat bonam fidem,cum cõsciẽtia principis teneat ubilibet territoriorum,ar.in l. fin. C.de his,qui a non domino manu.
4 ¶†Sed an exactio uectigalis dicatur esse seruitus continua, an interpellata? & uidetur, quod discontinua propter factum hominis.ff.de seru.rustic.prę.l.foramen. In contrarium uidetur per eandem. l. nam ibi tenetur continuus custos ad exigendum , & per custodem retinetur continua possessio. ¶Item ibi est domus passagij,quç continua est,argument.ff.de ser.ur.prę.l.hçc autem iura. ¶Item ista est potius consuetudo, quam prçscriptio; quia exigens statim efficitur dominus; ergo nihil corporale prçscribit.ff.communia prędi.l.uendi.§. si constat.ff.de usu.l.sequitur. §. lana, & facit quod nota. in l. j. ff. de publi. quia illud uectigal debetur solo publico ex consuetudine , potius , quam ex simplici

prescriptione. de hac materia tangit Specul in titul. de restitutio. spol. quam bene nota. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum illicitum est de non loquendo, uel non præbendis subsidijs coniunctis personis, in prin. & nu. 2.*
Episcopus ratione periurij debet deponi.
Ob periurium doctor a doctoratu deponi posset.
Dignitas aggrauat delictum.
2 *Clericatus aggrauat crimen falsi.*
Coniuncti debent inter se uitæ subsidia præstare.
3 *Magnus an plus puniatur, quam paruus.*


CVM QVIDAM. Epi pro periurio puniuntur plusquam alij, hoc primo. secundò dicit, quod illicitum iurm est de non loquendo, uel non loquendo, uel non præbendis subsidijs personis coniunctis.¶ Casus. Quidam epi de Sardinia receperunt a quibusdam creditoribus quandam pecuniæ quantitatem, & iurauerunt illam ad certum terminum persoluere; quod facere contempserunt. Quæritur, an sit procedendum contra eos? rñ. quod sic: quia grauius delinquunt, quam inferiores: quia præbent alijs malum exemplum. Scdò quæritur, quidam iurauerunt non loqui patri, matri, sorori, uel fratri, nec aliquod subsidium impartiri eisdem, an istud iuramentum sit seruandum? rñ. quod isti ab isto iuro sunt absoluendi, iniuncta eis arbitraria pœnitentia pro eo, quod male iurauerunt.
1 † No. quod eps rône periurij dēt deponi: quia sic est in alijs beneficiatis, ut. s. eo. c. quęrelā. unde oēm reatus honoré excludit, ut C. qñ sena. uel clad. l. j. & de digni. l. iudices, li. 12. unde doctor propter periuriumposset deponi a doctoratu: tñ peracta pnia posset eps secum dispensare, arg. s̃. de consti. ca. ex
2 literis. ¶ † No. quod dignitas aggrauat delictum. dicit. l. quod clericatus aggrauat crimen falsi. C. de epis. & cle. l. presbyteri. & no. expressum in isto. ca. quod pater etiam cum iuramento non pôt priuare filiū alimētis, nec maritus uxorem, de hoc no. s̃. de rest. spo. literas. ¶ Nota quod con-
3 iuncti inter se debent præstare subsidia uitæ. ¶ † Quæro, utrum plus puniatur magnus, quam paruus? & dic quod sic in crimine ruptæ fidei, ut hic. & licet magnates de consuetudine non suspendantur furca, ut not. in l. ij. §. j. ff. de re milit. tamen hoc fallit, si committunt proditionem. nam tunc debent suspendi in altioribus furcis; & ita seruatur in regno Franciæ. Bald. docto.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum monachi claustrum abiurantis non ualet, in prin.*
Monachus non debet esse sine claustro.
Pœna unius debet esse exemplum multorum.
2 *Monachus an possit pro pœna expelli de monasterio.*
3 *Calor iracundiæ non excusat monachos.*

SICVT. Non ualet iuramentum monachi claustrum abiurantis.¶ Casus. Prior claustralis cuiusdam monasterij iracundiæ furore commotus iurauit, quod in claustro eiusdē monasterij in quo professione, fecit, de cœtero cū. G. monacho non moraretur. Abbas suus dubitauit super hoc consuluit Papam, Papa dicit, quod istud iuramentum fuit temerarium: quia est contra professionem, & stabilitatem profitentis, mandatque eidem imponi pœniten-
1 tiam in claustro peragendam. ¶ † No. quod dixi in summario. Item nota. quod monachus non debet esse sine claustro, sicut nec piscis sine aqua. Item not. quod pœna unius debet esse exemplum multorum, concord. l. 1.
2 C. ad l. Iul. repet. ¶ † Quæro, nunquid pro pœna iste monachus possit expelli de monasterio? rñ. non. unde, si expellitur, potest monasterium repetere, & si recedit sponte, monasterium potest eum uindicare, hm In
3 no. ¶ † Vltimò no. quod calor iracundiæ non excusat, maxime monachos, qui debent uiuere in humilitate, & mansuetudine. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Pro tempore qui fuerit locutio extenditur in infinitum, in prin. post casum.*
Iuramentum ex parte iurantis personale, ex parte uero recipientis reale ibid.
Forma hac iuro tibi & successoribus tuis, facit, quod iurans non compellatur successoribus facere nouam fidelitatem, & in prin.
2 *Iuramentum fidelitatis potest remitti de gratia.*
Siciliæ regnum est ecclesiæ feudum.
3 *Successores an tacitè includantur, si de ipsis non fiat mentio.*
4 *Iurare an possit quis pro se, & hæredibus suis.*

VERITATIS. Vasallus, qui iurauit prælato. s. recipienti pro se, & successorib. suis, non cogitur successoribus iurare. In prima decisa consultatio. In secunda rñsio ibi, rñdemus. ¶ Casus. Clemens Papa tertius indulsit Gulielmo regi Siciliæ, ut ipse non teneretur sibi præstare iuramentum fidelitatis pro regno Siciliæ: ita tñ, quod pro hoc non fieret ipsi Papæ, nec successoribus suis præiudicium, quo minus sibi & successoribus suis hędes Guli. fidelitatem facere tenerentur. sup ista indulgentia qó mota fuit in regis præsentia, utrū uidelicet singuli hæredes regis tam Clementi, quam successorib⁹ Clemētis deberent præstare iurm fidelitatis? duo cardinales legati determinauerunt quod sic. Papa declarat, quod omnes hæredes iurare debent, sed non omnib. summis pontificib⁹: quia si iuratur uni pro se, & successoribus suis, per eūdem, qui iurauit, iurare non oportet. & per hoc limitatur & glossatur. c. imperialis. §. præterea, de prohibi. alie. feu. per Fede. coll. x. ubi dicitur, quod cuilibet successori est iurandum intra annum & diem; quod uerum est, nisi antecessor pro se & successore receperit iuramentum. ¶ Ibi, Qui pro tempore fuerit; nota. uerbum, cuius significatio extenditur in infinitum. ¶ Ibi, & homagij. ¶ Nota. de homagio, quod idem est, quòd fidelitas. Nota. quod hæredes iurant, quia nouus hęres nouum iuramentum. ¶ Porrò iuramentum est personale ex parte iurantis, sed reale ex parte recipientis secundum Innocent. quod est nota. dignum, & tota die allegatur. ¶ Nota. quod simplicitas uerborum adminicula non considerat. ¶ † Nota. quod hęc forma, iuro tibi & successoribus tuis, facit, quod iurans non compellitur successoribus facere nouam fidelitatem, id est nouum iuramentum, nec petere pro forma feudi intra annum, & diem per nouam inuestituram, sed heredes iurantis: sic tamen ad recognoscendum feudum potest compelli,

li, argument. C. de fide. instrumento. l. plures apochis. item cogitur soluere laudemium & petere inuestituram pro hac utilitate consequenda, in qua prædecessor non potuit damnificare successorem. c. ij. de preca. ne prælati uices suas. c. fi. ff. de sti. ser. si seruus cõis Mæuij. §. fi. ff. so. ma. l. diuor. ff. de usuf. l. defuncta. ff. locu. l. si
2 quis domum. §. j. nec reperitur melius alibi. † Not. q̃ iuramẽtum fidelitatis põt remitti de gratia. Itẽ no. q̃ rex Siciliæ est hõ ecclesiæ. & q̃ regnũ Siciliæ ẽ feudũ ecclesiæ Romanæ, de re iud. c. pastoralis, in cle. ¶ † Quæro, si
3 non fit mentio de successoribus, utrum tacite includãtur? hic est ar. q̃ sic, quia iuratur dignitati, ar. ff. de le. ij. quod principi. ar. contra. ff. de uul. substi. quæ liberis. § hæc uerba; q̃ uerius est: quia non tenetur tunc iurare successori futuro, unde factum tunc non extenditur ultra necessitatem feudi, & facit. c. 1. qui suc. te. ¶ † Quæ-
4 ro ẽ cõtra, an quis possit iurare ꝓ se & hæredib⁹ suis? rñ. sic quo ad efficaciam contractus, sed non quo ad fidelitatem, quæ est spẽs cuiusdam seruitutis personalis ut no. ff. de usufru. l. si cuius, in prin. quia morit minor, & non moritur iurm, morit uasallus. & renouatur sacramentum; ut hic, & in aut. sa cramenta puberũ. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Absolutus à iuramento est absolutus ab obligatione naturali.*
Absoluendi à iuramento forma, ibid § no formam.
2 *Metus an insit dolus.*
3 *Iuramentum per metum an obliget.*

VERVM. A iurõ ꝓ metum extorto cõsueuit ecclesia iurantes absoluere, & transgressores, quia morta iter non peccant, non punire. Primò ponit qõnem, & ipsius rñtione. Scđo ponit rñonis moderationem. scđa ibi, cæterum. Casus patet. In tex. ibi, Pro uita & rebus, idem, si pro uita tñ, uel reb⁹ tñ, dummò in rebus uersetur enorme damnum, ut l. fi. §. si fœnerator. ff. q̃ me. ca. & C. de transa. interposi-
1 tas. ¶ Ibi, Nexibus, no. q̃ absolutus † a iurõ est absolutus a naturali obligatione, si qua orta est in ipso. ¶ Ibi, non eis, ita, &c. No. formam, quia non debet dici, non serues iurm: sed debet dici, non astringo te ad seruandum, nec ꝓpterea te punio. unde no. q̃ sapiens debet esse cautus in prolatione uerborum infra de ap. cũ cessante. ¶ Quæro, de quo metu loquitur hic? rñ. de metu
2 q põt cadere in constantem uirum, Ber. † Sed nõne metui inest dolus? rñ. q̃ dolus dẽt eẽ talis, q cadere ualeat
3 in constantem. † Quæro utrum iurm per metum obliget? rñ. sic de rigore iuris: tñ de æquitate naturali & ꝓtoria debet iurans absolui, quia coacta uoluntas uoluntas est, licet oppressa. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Iuratus mandato cuiuspiam stare, si quid præcipiatur illicitũ non tenetur obseruare, in prin.*
Scire, & scire debere paria sunt, ibid. post casum.
Arbitrator, qui semel percepit, an possit ulterius circa idẽ præcipere.
2 *Sententia arbitri, siue æqua sit: siue iniqua, an debeat stari.*
Verba quando attendenda, non intentio. § secundo op.
Iuramento ultimo quando standum. § opponitur, & numero 3. & 4.
3 *Aduocatus, qui iuratus est duabus ecclesiis, si illæ ad inuicẽ litigant, tenetur iuuare primam.*
4 *Mulier, quæ iurauit non alienare rem dotalem, quid iuris, si postea uendidit eam cum iuramento? quod debeat stare primo iuramento, & non ualeat uenditio.*
5 *Inimicitia capitalis & grauis ex uerbalibus iniurijs contrahitur.*

De iniurijs, & earum satisfactione compromitti potest.

VENIENS. Si is, cuius mandato stare iurauit, aliquid mihi præcipit contra iuramẽtum prius per me licite factum, illud seruare non teneor. Et primo quærela impetrantis. secundò prouisio ibi, uerum. ¶ Casus. quidã Venetus habuit uerba, cum quodam. M. propter q̃ cõtractæ fuerunt graues inimicitiæ. Modò quidam communes amici fecerunt in se compromitti in satisfactionẽ iniuriarum, & iuratum fuit stare eorum mandato: qui mandauerunt dicto Veneto, ut non intraret in curiam ducis, nisi cum generaliter populus ad curiam uocaretur, iste conquestus est Papæ dicens istud arbitriũ esse enorme, cum ipse esset consiliarius ducis, & iurasset officium, & quia erat aduocatus multorum. unde etiã tenebatur accedere pro causis eorum, adijciens, quòd si dicta credidisset, non compromisisset; & Papa mandat iuramentum non esse seruandum No. quòd Papa reducit iuramentum, & per consequens arbitramentum ad arbitrium boni uiri, licet laudum sit latum in ciuitate Venetiarum. ¶ No. recurrendum ad uerisimilem intentionẽ cõpromittentium. s. utriusque partis. Dicit Inn. quod iuramentum non extenditur nisi ad ea, de quibus fuit cogitatum, uel debuit meritò cogitari, Inn. nã ista sunt paria scire & scire debere. ff. si cer. pe. l. quod
1 te. Idem ait, q̃ † arbitrator, qui semel præcepit, nõ potest ulterius circa idem præcipere, Inn. q̃ est uerum, si præcipere sit terminos arbitramenti. i. arbitramentalis potestatis: secus, si sit quoddam præambulum. nã idem dico in arbitratore, quod in uero arbitro, & iudice, ut ff. de ar. l. qualem. §. fi. Tertiò no. quod dixi in summa-
2 rio. ¶ † Op. sententiæ arbitri debet stari, siue æqua, siue iniqua, ut l. diem. §. stari. ff. de arbi. & hoc propter regulam arbitrorum. so. hic fuit compromissum in arbitratores, id est tanquam in amicos communes & amicabiles compositores: secus, si in arbitros meros, Ber. ¶ Tu dic, q̃ tale laudum non poterat uenire in cõclusione alicuius libelli; & iõ non põt dici cõpromissũ tanq̃ in arbitros. hoc dictum est subtile & notabile. ¶ Op. scđo q non sit recurrendum ad intentionem, sed ad uerba, ut infra de prin. c. porrò. ff. de usufr. l. e. si alij. Nã sicut dicit Longobarda, cum homo sit animal naturalissimũ rõnale, credendũ est de ipso, q̃ dictat rõ naturalis. So. hæc intentio poterat iure & æquitatis rõnib⁹ cõprobari. In contrarijs secus. ¶ Opponitur, q̃ iurõ ultimo sit standum. ff. de iureiuran. duobus. § fin. So. ibi ultimum iurm uallabat primum, & erat ei expressè derogato-
3 rium, hic non. ¶ Et prædicta faciunt ad duas quæstiones. prima quæstio de aduocato, qui iuratus est duab⁹ ecclesijs, sed illæ inuicem litigabant, q̃ teneatur iuuare primam ecclesiam. facit ff. loc. in l. operis. hoc tenet
4 Io. An. in c. fi. s. de postu. ¶ † Secunda qõ est de muliere quæ iurauit non alienare rem dotalem, & postea uendidit eam cum iurõ, quòd debeat stare primo iurõ, & non ualeat uenditio, de hoc no. infra c. cum contingat. Tu dic, quòd aut iurauit alicui; & primo iuramento standum est, quia illi est ius quæsitũ; uel nulli iurauit,

sed

sed in genere; & quia tunc nulli alij est ius quæsitũ, statur secundo iuro tanq̃ potiori & certiori, quæ uerba
5 no. & adde ꝙ dicam. infra c. Quintauallis. † Vltimò no. ꝙ ex uerbalibus iniurijs contrahitur inimicitia capitalis & grauis sic. ff. de ar. l. licet. Item ꝙ de istis iniurijs, & earum satisfactione potest compromitti. Bal. doctor.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum qui transgreditur nulla ex causa, periurus est in prin. iniustum dicitur, etiam ordine non seruato, ibidem.*

Appellat siquis a sententia pro se lata iustè, pronuntiabitur bene iudicatum, ibid.

Laudum reduci ad arbitrium boni uiri qui perperam petit, incidit in pœnam compromissi, si in petitione succumbit.

2 *Sententia arbitramẽtalis, si pro parte sit reformata, et pro parte non, pœna peti potest.*

Difficultas excusat a faciendo, non a dando.

Offerre debitor tenetur, si est apposità dies, secus contra, & nu. 5.

3 *Aduocatus, qui promisit adiuuare ecclesiã, si ecclesia subtrahat ei salarium, non tenetur eam iuuare.*

4 *Promissor, quem remordet conscientia, an sit probabiliter excusatus.*

Conscientia quid, & an sit bona, demonstrat uel ratio, uel futurus euentus.

5 *Clausula hæc, pro posse, an tacitè sub intelligatur in quolibet iuramento.*

Requisitio exigitur in promissis etiam iuratis, & numero 2.

BREVI. Si iuratus ecclesiam defendere, requisitus sine iusta causa hoc recusat, periurus est, nec appellatio eum defendit. h. d. secunda pars ibi, respondemus. ¶ Casus. Aliquis iurauit defendere, ac seruare pro posse suo ecclesiam. ecclesia requirit eum, ipse appellat; dicit Papa, quod si eum difficultas non excusat, periurus est, & appellatio eum non defendit, nec excusat etiam interim. dicit Innocen. quòd, ubi quis non grauatur, non appellat. item quod appellatio non suspendit obedientiam, uel contractum. ergo à iustis præceptis non appellatur secundum Innocen. ab iniustis autem appellatur. & dicitur iniustum, etiam si non lædit, si ordo iuris non est seruatus: text. est ff. de minoribus, ait prætor. §. permittitur. qui text. non habet parem, si subtiliter intelligatur. Si quis appellat a sententia pro se iustè lata, iudex appellationis pronuntiabit bene iudicatum, friuola appellatione non obstante, casus est, unicus in iu. ff. de auro & argen. le. l. Titiæ amicæ: quia ubi cessat læsio, cessat remedium. ff. ad Velle. quamuis.
1 ¶ † Not. istud. c. ad quæstionem, quod ille, qui ꝑperã petit laudum reduci ad arbitrium boni uiri, incidit in pœnam compromissi, si in petitione succumbit, de iu. argumen. ff. de usu. tutor, & uide quod not. in auth. de iu. §. oportet, in gloss. fin. ¶ Sed quid si per iniuriam iudicis succumbit: dicit Bar. quod per doli exceptionẽ se tuetur, si conueniatur ad pœnam; & hoc si iudex pronuntiauit; quia probatum iniquum: secus, quia probatum æquum. ff. de uerb. obl. qui Romæ. §. fi. per Bar. Alij dicunt semper teneri ad pęnam: quia qȯ pęnę ex ordine proficiscitur, & fundatur ex ipsa uictoria, ar. ff. de rei uin. ex diuerso, & si post sñiam primam fertur condem natoria super pœna, nõ pôt appellari a sc̃da sñia, scilicet si appelletur ꝑ iniquitatẽ primæ: alias sic; ita intelligitur, ꝙ no. in illa gl. singulari. ff. ꝙ me. cau. si cũ
2 exceptione. §. hæc autem actio. ¶ † Quid, si sñia arbitramentalis est pro parte reformata, pro parte non? dico pœnam peti non posse: quia ille, qui petit sñiam reformari, vr̃ petere eatenus, quatenus uenit reformanda, nec tenetur aliàs diuidere, ꝙ complexum est. at iste libellus est reformatorius, ut dicit gl. no. ff. de uer. sig. illa uerba: Præterea per istam sententiam facta est nouatio, ar. ff. de iust. & iu. l. ius ciuile; unde pœna non vr̃ in esse. ff. de noua. l. aliam. ¶ Op. ꝙ difficultas non excusat ff. de uer. ob. continuus. §. illud. so. in faciendo excusat. ff. sed non in dando. ¶ Opp. ꝙ non sit necessaria requisitio, quia debitor tenetur offerre. So. uerum est, si est apposita dies: aliàs non tenetur offerre; ergo nõ est in mala fide, si non offert, cum non sit interpellatus; ꝙ est
3 no. facit. ff. ad Treb. l. mulier. §. si hęres. † Quæro, qdam aduocatus promisit adiuuare ecclesiã. sed ecclesia subtrahit ei salarium, utrum teneatur eam iuuare? rñ. nõ.
4 ¶ † Quæro, quid si hunc promissorem remordet cõscientia? rñ. si probabiliter, excusatus est quo ad Deũ, sed quo ad ecclesiam iudicantem. i. militantem nõ. nisi possit de conscientia sua docere; ita intelligas gl. Ber. C. de iu. l. rem non nouam. §. fi. & exitus causæ probabit merita conscientiæ, & demerita, ut ibi patet ualde notabiliter. nam non est melior tex. in iu. est. n. conscia secretum secretorum mentis humanæ, quam uel rõ demõstrat, uel futurus euentus. ff. de ne. ge. l. sed an ultro; circa finem, & ibi no. ¶ † Quæro, nunquid hæc clausula,
5 pro posse, tacite subintelligaẽ in
a quolibet iuro[a] nam in iuramẽto fidelitatis expressum est, quod tacite intelligitur in c. si quis miles. de feu. sine cul. non amittendo, super uerbo, potuerit, ubi dicit gl. notabile uerbum est istud. ¶ Item illud uerbum, si fuero requisitus similiter subintelligitur in quolibet obsequio promisso, ut in c. de noua for. fide. super uerbo, fuero requisitus, ubi gl. dicit istud uerbum non ponitur hic sine quare. Item pro confirmatione glo. hic positæ dic, ꝙ maxime in istis iura mentis est attendenda causa, qa debent uestiri uestimento impletionis causæ, ut in c. 1. §. sed nec est alia, aliàs incipit, Item si propter quod, quæ fuit prima causa beneficij amittendi, col. x. Bal.

a ¶ *Clausula pro posse, subintelligitur in omni promissione iurata secundum Bald. hic adde ad idem bonam gl. in c. quemadmodum. infra e. ti. de iureiu. in gl. dum allegat ex breui. et ss Idẽ uidemus in uasallo, qui iurat fidelitatem domino, quia subintelligitur uerbum, pro posse, iuxta text. in c. si quis miles, in ti de feud. sine cul. non amit. in uerbo, si potuerit, ubi gloss. dicit quod illud est notabile uerbum ad idem pro confirmatione adduco tex. cum glos. in ca. quæstioni, in uerbo pro posse, de app. ubi excommunicatus petens absolutionem, & qui promisit cum iuramento de stando mandatis ecclesiæ, intelligitur pro posse, & ibi no. solus. Bald.*

SVMMARIVM.

1 *Princeps per se non potest componere de dãnis populi occasione guerra illata.*

Monetam certam seruare qui iurat si scit eam defraudatam, iuramentum non est seruandũ, in prin.

Populi consensus, uel assensus ubi requiritur, ubi magnus est populus, sufficit uocare decuriones ciuitatis uel prudentiores uiros nomine ciuitatis.

Rex qualis ergo populum sibi subditum esse debeat.

Interpretatio quid.

Obser-

2 *Obseruantiam iuramenti si certum sit fore illicitam, non est necessaria absolutio.*
Fori pœnitentialis, & iudicialis differentia.
Moneta reproba non potest expendi.
3 *Arma alterius sine illius licentia an portare possit quis.*
Signa quis alterius uti nequit.
Occupantis conditio melior in his, quæ sunt publicæ facultatis.
4 *Moneta multis modis dicitur falsata.*
Pondus monetæ legitimum quod.
In moneta tria requiruntur.
Bellum inferre an rex possit absq; consilio populi, uel senatus uer. & no. arg.
5 *Papa an possit dispensare super iuramento licito.*
Princeps quod solus potest, reputatur impossibile simpliciter.
Inferiores non possunt certissimè, quod dubium est posse principem.
6 *Imperator an possit remittere, si iurauit dare decem fisco.*
Ecclesiis quicquid debetur, debetur Papæ.
Papæ auctoritas in his, quæ pontificem tangunt, semper uidetur excepta.
7 *Filius an possit apponere in marmore uel ære nomē patris.*
8 *Aestimatio ueteris pecuniæ non debet in solutione attendi, sed noua.*
9 *Aestimatio pecuniæ an sit idem, quod ipsa pecunia, uel saltem adeò connexa, quòd uideatur unum & idem.*
10 *Pecuniæ æstimatio quæ debetur in annua obligatione, si mutetur æstimatio.*
Obligatio in annuis quando nascatur.
11 *Moneta qualis esse debeat.*
Vtilitas augetur propter dignitatem.
Moneta characterem sequi subditus tenentur, non subditi materiæ æstimationem.

QVANTO. Ille, qui iurat certā seruare monetam, si sciebat eā legitimo pondere defraudatā, pœnitere debet de iuramento, quod fuit illicitum, & idō non seruandum. Si uerò ignorabat, facit eam restaurari, & sm illam restaurationem iuramētum obseruat. secunda ibi, super quo. ¶ Casus Rex Aragonū pater primò fecit monetā bonā, secundò malam: successit rex filius, cuius consiliarii persuaserunt, ut filius iuraret obseruare monetam patris, quæ tñ circa mortē eius fuerat legitimo pondere defraudata. prōinde natum est dānū populi. unde rex filius petit relaxationem iuramenti: Papa dicit, ꝙ isti consiliarii non fuerunt consiliarii, sed deceptores: tñ, quantum ptinet ad supplicationem, dicit Papa, ꝙ si rex credat monetā esse bonam, & legalē, interpretandum est iuramentū, non perimendū, & idō mandat monetam defraudatā instaurari sub eodē nomine patris, & illam expendi; quia iuramentum in defunctum debet iuris rōnibus limitari, & sane & ciuiliter intelligi. Si uerò sciebat monetam adulterinā quoad pondus, tale iurm non debet interpretari. sed eradicari, & agi pęnitentia de temeritate, quodq; debet propter conscientiā confiteri, & pęnitētiam agere. ¶ Ibi, deceptores, & per hoc priuañ. de consilio. ¶ Ibi, cōsensu populi, not. ꝙ ubi constitutio regis
1 tangit populū, debet requiri cōsensus populi. ¶ † Et sic est ar. ꝙ princeps p se non pōt cōponere de damnis populi occasione guerræ illatæ ª de hoc in summa Host. de pœnis. §, si. uer. pone, ꝙ guerra. Dic, ꝙ assensum populi tenetur reqrere; ut exploret uoluntatem populi. sed non tenetur eam sequi, si sibi non uidet, ar. ff. ad. l. Ro. de iac. l. deprecatio. ff. de pac. l. legitimè, & quia populus regis est ualde magnus & innumerabilis, uocabit quosdā principaliores decuriones ciuitatū, cū quibus deliberet, ar. in aut. de desen. ciui. §. interim: uel eliget uiros prudentiores, qui noīe ciuitatum intersint, ar. ff. quod cuiusq; uni. no. l. nulli. C. de nauicula. seu naucleris. l. cum nauarchorum, li. xi. ¶ Ibi, graue scandalum, not. ꝙ malus rex tyrannus sit, qui non timet scandalum populi, nec Deum habet præ oculis. Ibi, cupiens, s. ex conscientia, quæ est reuocatio erroris. Ibi, necessitate populi, no. ꝙ rex debet satisfacere necessitati populi. Ibi, interpretatio, nihil aliud est interpretatio, quam iudicium intellectus ex mixta rōne scripturæ, & rōnis pro
2 ueniens. ¶ † Ibi, Institutum. ex hoc no. ꝙ ubi est certum obseruantiam iuramenti fore illicitam, non est necessaria absolutio. xxxi. q. iiii. in malis ꝑmissis, & c. si aliqd & . s. eo. cū quidā. §. illi uerò. ¶ Et no. ꝙ regula fori pœnitentialis est, ꝙ non pdest nisi pœnitenti. Contra, regula fori iudicialis est, ꝙ confitenti nocet, neganti aūt prodest. Et est rō drīæ, quia pœnitentialis forus iudicialem indaginē abhorret, ut no. Inno. in c. nouit. s. de iu. ¶ Ibi, Licitum. s. ex animo, seu intellectu iurantis. ¶ Ibi, Reprobata. i. cassata, unde deinde non pōt expendi, ut ff. de pig. ac. l. eleganter. §. qui reprobos, & talis debet incidi cum forfice. ¶ Ibi, sub noīe. i. inserto noīe patris, & filii; & sic gl. nō est necessaria uerbi gratia, dicit subscriptio, hæc est moneta. V. filii regis Aragonū, & erit ibi facies regis, q eam primò cudit: quia memoriæ cā ibi apponitur, non animo fabricandi falsum; uel dic sub noīe appellatiuo, uerbi grā, dicit subscriptio, moneta regis Aragonum; & hoc ideo dicit Papa, quia talis fuit
3 forma iuramenti. ¶ † Quæritur hic, utrum unus miles possit portare arma alterius sine illius lnīa? gl. dicit hic ꝙ sic: quia unusquisq; pōt sibi depingere arma, multo fortius unus pōt portare cimerium alterius? intellige, nisi hoc faceret dolo malo, uel circūuentione alterius. ff. de dona. hoc iure, circa finem. ¶ Idē in signis, quæ fiunt in ballis mercatorū: quia illa tendunt in pręiudiciū alterius. idē in signis tabellionū, cū ibi posset esse fraus ex eo, ꝙ in talibus fit cōparatio signi ad signum. Et in istis, quæ sunt publicæ facultatis, melior est cōditio occupantis uel ex consuetudine, aut ex priuilegio ius habentis, saluo ꝙ arma principis nullus pōt portare sine priuilegio speciali, ut. l. ne quis uela regia. C. ut nemo
4 priuatus titulos. l. i. ¶ † Ibi, falsata, not. ꝙ moneta falsata est multis modis, uidelicet omnibus qbus dicitur moneta adulterina, ut ecce si cuditur à priuatis personis, uel clam in ædibus, aut in agris priuatis. Item si fraudata legitimo pondere. Est aūt legitimū pondus cōmensuratio ualoris, pro quo expēditur, & ad id, quod expenditur; ita quod neq; qs fallat, neq; fallatur, ut. l. fi. C. de pōde. auri. idem, si est ibi falsa moneta. i. alchimiata, uel cōtaminata. ff. de sol. l. si cum aurū. & dicit Ber. ꝙ in moneta requirunt tria. s. quantitas, materia, & publica forma. Et pone, ꝙ requiritur quātitas. s. ad iustitiam: materia. s. ad substantiā. & forma publica. s. ad auctoritatem & efficientiam, ut. ff. de contrahen. emp. l. i. item mala moneta dr̄ illa, de qua populus meritò nō cōtentatur. nam moneta debet cōtinere non solū publicā auctoritatem,

ª ¶ *Vide omninò, quæ eleganter scribit do. Iaco. post doct. ibi per eum relatos in l. unia. C. de in ius uo. & ultra allegata per ipsum & alios doctor. ibi uide, & adde omninò quod decidit nouiter Paris de Puteo i tractatu suo de syndicatu in materia tortura. in uersi. pone quod aliquis, & bene no.*

tatem, sed et publicam utilitatē uniuersorum: debet cudi non ad utilitatem solius principis, uel regis, text. est hic fin. Et no. ar. ꝙ rex non pōt mouere, guerram sine consilio populi, uel senatus eius. senatus autem est cōsilium regis, in quo sunt multi sapientissimi uiri. ¶ Itē decipere aliquem nō cōuenit bono uiro ēt in modicis rebus. ff. de re. iu. semp in conuentionibus, ubi glo. solēnis. ¶ Ibi, Te remordet, sic & debet remordere. ¶ Ibi, & satisfactione, no. cōscientiā non purgari, nisi fiat satisfactio operis. ¶ Quero, quot modis moneta falsatur, & quæ pœna imponitur falsatori? dic ut in glo. & tene menti. Quæro, an sint aliqua specialia in falsa moneta? rñ. sic, quia tria, Bern. ¶ † Quæro, an Papa possit dispensare super iuramento licito? dic breuiter ꝙ sic in melius cōmutando, ut no. Inno. s. c. debitores. Item absoluen. claue tñ discretionis præcedente, ut eleganter ait hic Ber. quod uerbū tene fixum menti. ¶ Nā ꝙ dr̄, ꝙ Papa oīa pōt, debet intelligi claue discretionis non exorbitāte à diuinis regulis, & naturalibus pceptis. Quia in isto articulo iuri glo. dicit multa uerba: sed ꝓ conclusione tene ꝙ dixi, & scias, quòd ubicunq; est dubium de potentia Papæ, ibi est certissimum de impotentia inferiorū, ar. ff. de leg. j. apud. §. fi. nam quod solus princeps pōt reputatur simpliciter impossibile, ut no. ff. de uer. ob. l. continuus. §. si ab eo. ¶ † Pone, iuraui dare decem fisco, an Imperator pōt remittere? rñ. cū possit remittere sortem, pōt remittere iuramentum. infra. c. ueritatis. idē in Papa, si quid debetur ecclesijs: quia quicquid debet ecclesijs debetur Papę, ar. ff. ad muni. l. fi. in prin. ff. de pu. l. fi. §. si quis ꝓcessus. C. de quadri. præscri. l. j. ¶ Itē prorogare terminū, quia maior est oī habente liberā. ff. de uer. obli. qui Romæ. §. Callimachus. C. de ꝓci. impera offer. l. rescripta. Itē auctoritas Papæ in his, quæ pontificem tangunt, semper uidetur excepta, ut infrā. c. uenientes, & no. s. c. tua neq; quia neq; contractus, neq; statuta, neq; testamenta ligare possunt summū pontificem, facit de reli. do. quia contingit, in cle. ¶ † Quæro, an filius possit apponere in marmore, uel ære nomen patris? rñ. uř quod nō, quia pater mortuus est; dic ut in glo. Et no. ꝙ in instrumentis si apponitur nomen patris mortui, siquidē solius, instrumentū esset falsum. Si uero patris & filii, subintelligitur quondam, ut interpretatio cōsonet ueritati, ut no. in l. eius, qui in ꝓuinciā, in princ. ff. si cert. peta. ¶ † Extra quæro, Titius ꝓmiserat mihi mille libras imperiū solluendas in grossis argenti, & tpe cōtractus grossus ualebat. xxiiii. imperia. postea princeps statuit, ꝙ non ualeret nisi. xviii. dicit Titius, ergo uolo soluere grossum ad æstimationē ueterem. ego dico, ꝙ non debet attendi uetus æstimatio, sed noua? rñ. grossi non sunt in obligatione, sed imperialis, sicut res æstimata non est in obl. sed ipsa æstimatio, ut. C. de iure do. l. si inter, ad hoc. ff. de so. l. si qs stipulatus fuerit. x. in melle. soluat ergo Titius uel tm̄ in grosso, quod ualeat tm̄ de imperiali, uel aliā monetam. Quid ē cōtrā? rñ. sp imperiales cōsidero: qa sunt in obligatione ipsi imperiales, & in quacūq; pecunia soluant, nō interest creditoris, ut. ff. de so. l. Pau. & no. de do. si qs argentū, in prin. ff. de au. & ar. le. l. i. & l. Titiæ amicæ. & hæc uera sunt, nisi præcesserit mora. Nā illa facit uenire periculū ad debitorē, si debitor est in mora soluendi, & ad creditorem, si creditor est in mora recipiendi. ff. si cer. pe. l. quod te. ff. so. ma. l. si mora. ¶ † Quæro, nunquid æstimatio pecuniæ sit idem, quod ipsa pecunia, uel saltē adeò cōnexa, quod uideat unū & idē? nā in pecunia uř hoc speciale, quod æstimatio dicatur bonitas intrinseca, ar. ff. de fideiu. l. si ita fideiussorem accepero. nā & si diceret bonitas extrinseca, tñ correlatiuè se hēt. ¶ In cōtrariū determinat gl. ff. si cer. pe. l. cum quid. nā æstimatio facto hominis augetur & minuitur, salua rei substantia. ergo est accidens præter naturā. illa aūt est qualitas intrinseca, quæ prouenit facto naturæ. quapropter cōcludit, ꝙ æstimatio monetæ nō est moneta, sed interesse ad hoc tñ interesse, quia est bonū. & legitimū, hētur respectus, ut no. ff. de in li. iur. l. numus, præsertim qa est interesse publicū, & cōe .i. totius populi, ut hic. ¶ † Quæro, quid in annua obligatione? uerbi gr̄a, legauit testator mihi decē lib. Pisanorū quolibet anno pcipi: ꝓ primo anno pcipi in ueteribus Pisanis. post ea mutat moneta in nouis. Quærit quid iuris? So. dicendū est, quod q̄tū ad obligationē nascēdā ispicit pncipiū cuiuslibet anni, sed q̄tū ad obligationē īgne formandā inspicit primū principiū: qa una est obligatio ꝓ oī tpe, ut. ff. de uer. ob. l. Stichum. §. stipulatio, & semel cedit dies ꝓ oī tpe, & iō retrorsum se refert: fallit in usufructu annuo. nā nō cedit dies simul, sed in principio cuiuslibet anni: qa posset usufructuarius interim mori, nec transmitteret ad hæredē, ut. ff. qñ di. le. ce. l. i. in fi. idē in alimentis dico, & oī re nō trāsibili, & iō si annua q̄titas ꝓmittitur in dotē, idem est, quod in legato. uerūtñ semper solutio ad originem se refert: quia inde sumit uniformē & inuariabilē, & certam formā. hæc colligunt ex disputatione But. in qōne ueterum Pisanorum, & sunt subtilia, & bñ notanda.
11 ¶ † Vlt. no. quod moneta debet esse talis & tam iusta, ꝙ hēat expeditum cursum ubiq; locorū pp sui iustitiam & bonitatē, ut. ff. de eo, quod cer. lo. l. iō in arbitriū, ubi est tex. no. ¶ Adde, dicit Inno. ꝙ pp expensas fabrorum & characterē regis aliquātulū addi pōt ultra q̄ ualeat materia, et hoc rōne expeñ. & impressi characteris: qa publicæ auctoritatis interpositio pmisi aliquod meret, & titulus reg. sicut honoris est, ita sit & cōmodi. nā augetur utilitas pp dignitatē. ff. de cond. & demon. l. falsa. §. i. ff. de iud. l. si longius. §. fi. quod. aūt dicit de charactere intellige inter eos, q hñt sequi illū characterē: quia sunt subditi, uel sequuntur illū forum rōne contractus. Sed si ille character non obligat eos, non tenetur recipere illam monetam nisi sm̄ qualitatē materiæ: qa materia cōis est oibus: auctoritas aūt non est cōis nisi illis, q sub illo imperio sunt. unde si moneta Tartarica expenditur apud nos, considerabit sola æstimatio materiæ, quæ sicut materia cōis est, arg. ff. de accu. l. cos accusare. §. omnibus. & si sit moneta commixta ex argento & ære, utrūq; considerabitur de per se, ar. ff. de acqui. re. do. l. lacus, & stagnum. §. i. ff. de leg. iii. l. quæsitum. §. illud. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi deferre debent iudices etiam qui iurant intra certum terminum exequi sententias, in prin.*
Appellatio an & quando suspendat prumunitatum.
Statum suum qui non mutat appellat. one pendente, uel tempore appellandi non transacto, & nu. 2.
2 *Absentes per formam statutorum cōdemnātur ad mortem, tamen si nesciant se condemnatos, eorū testamenta ualent, & etiam habent hæredem ab intestato.*
Statuta & consuetudines } *qui iurauit obseruare ciuitatis, honesta, & rationabilia tenetur obseruare.*
Dilationi sex mensium, quæ dantur iudicatis à iure communi, derogari

derogari potest per statutum ciuitatis.

Executionem sententiæ possunt facere, iurisdictionem qui habent per statuta ciuitatis.

3 *Executionem reuocare debet ille, qui eam fecit indebitè, & non alius nisi de mandato superioris.*

Executio indebitè & præpostere facta debet reuocari.

4 *Ciuitas Tudertina quanquam de consuetudine eligat sibi cōsules & iudices, tamen est de temporali iurisdōne ecclesiæ, & nihil potest statuere in præiudicium Papæ.*

Confirmare contra se non intelligitur princeps generaliter cōfirmando.

5 *Appellaus ut non possit nisi intra eandem diem, si statutum dicat quomodo debeat intelligi.*

Ius cōe, quod ad supremam potestatem pertinet, semper uidetur exceptum.

6 *Pactum, ne appelletur, s. in causa ciuili, quare ualeat.*

7 *Quod statutum seruetur expresse & precise, cautela aliqua an possit adhiberi.*

Superior non dicitur aspernari: si partes inuicem componunt.

8 *Tudertini si faciant statutum, quod quicunque appellauerit ad aliam curiam, quam ad curiam Tudertinam, & succubuerit, soluat mille in commune Tudertino, an sit ualidum.*

Statutum non ualet, per quod quis timidior redditur ad appellandum.

9 *Papa si ex priuilegio concessit Tudertinis, quod apud eos sit prima appellatio, an poterunt eam tollere per statutum ipsorum.*

10 *Delegatus Papæ si confirmauit sententiam, an exequetur eā intra 28. dies secundum formam statuti, an intra quadrimestre tempus secundum formam iuris communis.*

Tempus solutionis est pars sententiæ.

VENIENTES. Iudices, qui iurant intra certum tps exequi sñias, hoc nō obstāte appellationibus ab eis interiectis deferre tenent. h. d. Et diuiditur in quatuor partes. In prima parte repræhensio consulū. in scda ibi, uerum, ipsorum executio. in tertia ibi, qa uerò, excusationis reprobatio, & gñale mandatum. in quarta ibi, cum ergo, mādatū spāle, & comminatio nō parentis. ¶ Casus. quidā ciuis Tudertin⁹ noie Simō fuit cōuētus ab aduersario suo corā ptāte & corā cōsulib⁹ ciuitatis Tuderti, q cōsules cōdēnauerunt dictū Simonē: iste Simō appellauit ad Papā. cōsules appellatione pēdēte fecerunt executionē sñiæ, & expoliarūt dictū appellātē possessione rei sñiatæ. de hoc exposita fuit quærimonia Papæ. Papa acriter redarguit eos, q nō detulerūt appellationi, imò innouauerūt, ipsi se excusāt p eo sup mutuis & plagiarijs iurāt obseruare consuetudine ciuitatis, & iudicata exeq intra 28. dies. uñ saluo iuro nō pñt appellationi deferre. Quid dicit, q ista non est bona executio, quia & iudex iurauit iudicare fm leges i. fm ius cōe, uel municipale. Et tñ tenet appellationi deferre. Item iurm non dicit, q non teneantur e contra appellationi deferre. Quid. n. si iudicarēt cōtra cōsuetudinē? in iuro semp intelligit excepto iussu supioris, & iō cōcludit, q innouata tollātur, & statim restituatur possessio appellanti p ipsos cōsules: alioqn compellentur ad illud. ¶ Ibi, Suspensas, no q appellatio suspēdit pnūtiatū; q est uerū quātū facit
1 ad executionē, ut ff. de admi. tu. l. chirographis. §. j. ff. de pac. l. tale pactum. §. qui prouocauit: sed quantū ad iuris executionem rescindit interim. uñ appellans nō est infamis interim. ff. de insa. l. furti. §. j. nec desinit esse ciuis Romanus, unde potest interim facere testm, ut ff. de iniu. te. l. si quis filio. §. hi autem oēs. Quam appellationem pñt damnati ad mortē interponere p pcuratorē, licet non prosit fm Ia. de Are. ibidē allegātē l. j. ff. an p aliū cā appellationis, & facit ff. de appe. l. non tm. Et si dicatur, qūo pōt testari, cum sit incertus de statu suo? rñ. imò sunt certi inspecto statu præsenti. uñ licet sint incerti de statu futuro, de hoc non curamus, ut d. §. hi aūt, uer. sunt. n. & hęc uera sunt, siue iudex, à quo, detulerit, appellationi, siue nō. nā ex quo lex desert, appellatio extinguit pronuntiatum; tex. est ibi singu. Verò si non est appellatū, sed sumus infra tps appellandi, non est adhuc pronuntiatione rescissum: tñ est in suspē so; & iō ualet eius testm, & bona transeunt ad hæredes
2 Gl. est unica in iur. ff. de accu. l. ex iudiciorū. † Et hoc est ualde no. nam p formā statutorū absentes cōdēnāt ad mortē: tñ si nesciāt se cōdēnatos, eorū testamēta ualēt; & ēt hñt hæredem ab intestato; qa ignorās semp ē infra tps appellandi, ut no. C. de ap. auť. hodie, & adhuc postq incœpit scire, hēt dies. x. ut l. j. §. biduū. ff. qñ appel. sit, & C. qūo & qñ iud. l. Labeo, & psumit ignorantia in absente, ut l. j. in f. ff. de decre. ab or. fa. & si fieret statutum, q tales abñtes non possent appellare ad superiorē, non ualeret istud statutum, qa supior pōt deferre appellationi, cum inferior noluit deferre; casus est singularis nostri capituli ibi, post sñiam. s. diffinitiuam, q ppr e dr sñia, ut no. in l. j. §. q in sñijs. ff. qñ ap. sit, ubi gl. sin. idē & añ sñiam. Vnde nō ualet statutū eorū, ne possit appellari ad aliū iudicē, q ad iudicē eorū municipalē ēt añ sñiam: quia eadem supioritas infringeretur; q est impossibile. Ibi, Sacro, no. q ciues iurant seruare statuta, & consuetudines ciuitatis: tñ istud iuim dēt semp itelligi. s. de honestis, iustis, rōnabilib⁹, & possibilib⁹, uel saltem de tolerabilib⁹, ut s. c. ueniēs, & nota. de regu. iur. l. non vř. §. qui iussu. ¶ Ibi Intra 28. dies, no. q p statutū ciuitatis pōt derogari dilatiōi quatuor mēsiū, q daē iudicatis à iure cōi. ¶ Ibi, Ius supioris, no. q in appellationib⁹ consistit ius supioritatis, & adde q no. s. qa nos. ¶ Ibi, Inducēs no. q q hñt iurisdi. p statuta ciuitatis, pñt facere executionē sñiæ, ut cōsules ciuitatum, uel cōsules mercatorum, sed incorporali, executio fit mixti imperij. qđ est ualde no. ¶ † Ibi, Restituatus, no. q ille dēt reuocare executionē, q eā fecit inde-
3 bite a & non alius, nisi de mādato supioris, facit. ff. si mulier uē. no. l. j. §. j. ibi dēt. n. prætor & c. ubi est tex. fin. & est bona gl. i l. minore, in prin. ff. de euict. ¶ Item not. hic expressum, q executio indebitè & præpostere facta p iudicē dēt reuocari, nō expectata diffinitiua sñia, ut in c. non solū, de app. li. 6.
4 ¶ † Vltimo no. quòd ciuitas Tudertina, quanquam de consuetudine eligat sibi consules, & iudices, tamen est de temporali iurisdictione ecclesiæ, & nihil potest statuere in præiudicium Papæ, & omnia eorum statuta, quæ uergunt in derogationem ecclesiæ, sunt cassa & irrita ipso iure, quicquid olim Tudertini dixerunt: omnia tñ uoce mutarunt, & cesserūt uictricibus armis, & potius fuerunt martyres, q cōfessores. ¶ Opp. q ciuitas Tudertina est ecclesiæ; ergo eorū nulla cōsuetudo ualet absque confirmatione Papæ. So. Papa noluit hanc rationem prætendere, sed mitius agere cum Tudertinis, & transitoriè procedere in his, quæ non lædebant iurisdi. ecclesiæ. ¶ Cæterum de

a ¶ *Vide omninò, quæ ad propositum scribit d. Ia. in l. si pacto quo pœnam, in v. no. C. de pact. & ultra tū adde omnino scripta plenius per d. Fe. s. c. qualiter, & quādo, de accusa.*

de rigore iuris nil possunt statuere, nisi Papa cófirmet, uel magistratus ecclesiæ, in auť. de defe.ciui.§.interim, & l.oés populi.ff.de iust.& iu.per Ry.& Cy. Sed qd si princeps confirmauit gñaliter omnia statuta Tudertinorum, an vř confirmasse hæc statuta? rñdeť, non, quia non intelligit princeps confirmare cõtra se.ff.de re iu.
5 l.j.ff.de pec.le.l.si pecuniæ.§.sicut.¶ †Sed quid, si statutum dicit, ꝙ non possit appellari, nisi infra eãdẽ diem. respondeo, istud statutum non intelligitur, nisi appelletur ad principem; quia ius cóe, ꝙ ad supremã ptãtẽ ptinet, semper vř exceptum, ut no.s.c.ad nostrã; & ideò poterit ad principem appellari intra dies.x.sed ad iudicem appellationis illius terræ non poterit appellari, nisi prout statutum dictat.de huiusmodi iudicibus appel
6 lationum alicuius terræ no.Accur. ¶ † Sed quare ualet pactum, ne appelletur.s.in cã ciuili? Nam in cã capitali non ualet statutum.ff.de app.l.non tñ? rñ quia de pacto cognoscit iudex, ad quem, unde sua iurisdõ non tã
7 gitur ẽm Inn.¶ †Sed nunquid pót adhiberi aliqua cautela, quod istud statutum seruetur expresè & præcisè? & vř ꝙ sic, uidelicet quia omnes ciues promittant, & iurent statuta seruare, prout iacent, & renuntiẽt appellationibus interpositis & interponendis in quacunque alia forma præterquam in forma statuti, ut C. de temp.app.l.fi. Nam per pactum potest renũtiari appellationi & causæ, & sopito principali de necessitate sopitur instantia appellationis, ar.ff.de suspe.tu.l.post finitum; & sic ꝑ statutum uallatum pacto põt fieri plus, q̃ per statutum simpliciter. & si dicitur istud pactũ sit in fraudem superioris, respondetur, superior non dicitur aspernari, si partes inuicem cõponunt, ut ff.de no.ope.nun l.j.§.& post operis.nam possunt compromittere in arbitrum, & per hoc remouent appellationem ut ff.de ar.l.diem.§.stari, nec propterea dicitur derogari superiori: ergo à simili ita dicendum est in proposito, ad hoc.C.de pac.l.postquam liti.C. de fide instru.l.
8 iij.ff.de pac.l.tale pactum.§.qui prouocauit.¶ †Sed pone, quòd Tudertini faciunt statutum, ꝙ qcũque appellauerit ad aliam curiam, q̃ ad curiam Tudertinam, & succubuerit, soluat mille in commune Tudertino. Respondeo, istud statutum non ualet, quin ad Papam possit appellari impunè, nam quia appellantes efficiuntur timidiores metu pœnæ uidetur factum in derogatione ecclesiasticæ libertatis.ff.ad l.Fal.l. Seius & Augerius. ff.quarum re.act.non datur.l.j.§.onerandæ, & ꝙ ibi ꝑ
9 Bar.¶ † Sed pone, ꝙ Papa ex priuilegio cõcessit Tudertinis, ꝙ apud eos sit prima appellatio, utrum eã poterunt tollere per statutum ipsorum? rñdetur ꝙ sic, ut ff. de app.re.l.fi.& tunc prima appellatio occultatur, & si ad Papam appellatur, erit tanquam appellatio secũda, quam si Papa committat, non poterit tertiò appellari
10 a sententia iudicis delegati.¶ †Sed ecce, quòd delegatus Papæ confirmauit sententiam, nunquid exequitur eam infra 28.dies secundum formam statuti, an intra quadrimestre tempus secũdum formam iuris communis? qõ stat in hoc, ex qua snia oritur actio in factũ: uel dic quòd intra tempus statuti; quia tempus solutionis est pars sententiæ, ut ff.de eden.l.j.§.editiones; sed si sententia fuit in omnibus confirmata, ergo & in parte. ff.de le.ij.l.talis scriptura. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Repetere qui non potest propter iuramentum, ei subuenitur per officium iudicis, in prin.*
Processus sine libello, & sine lit.cont an ualeat.
2 *Vsuræ possunt repeti coram iudice ecclesiastico, & et seculari, cum constat, quòd contractus sit usurarius.*
3 *Vsuræ non possunt repeti etiam per iuramentum.*
4 *Testamentum usurarij super restitutione usurarum est ualidum.*
Testium citationis generalis, casus.
Probare, uerbum intelligitur plenè, & nu.5.
Quæstionem mouere, quid significet.
5 *Procedi ad compellendum an debeat super generali inquisitione.*
Inquisitio fit ad commodum publicum, nisi in quibusdam casibus, & quibus.
6 *Repetendi usuras an uideatur data licentia per testamentum.*
Absolui quis potest à uinculo iuramenti in ultima uoluntate.
7 *Legatum factum creditori sub conditione, si probauit, an sit ualidum.*
Ordo iudiciarius non est necessarius in cã restitutionis usurarum, & ubicunque quid relinquitur pro anima.
De usurarij testamento de restitutione usurarũ, & eius hæresis compulsione & negligentia.
In summarijs causis compulsio ad quid dandum, uel faciendũ habetur pro condemnatione.
Iuramentum potest in ultima uoluntate a patre filijs remitti.
8 *Testator si mandauit restitui usuras omnibus probantibus se soluisse, utrum possit agi actione ex testamento.*
In perplexis non sequimur regulas iuris.
Legatarius non transmittit ad hæredes deficiente conditione personali, ut si probabit, secus in impersonali.
Verba personalia aptant personale ius, impersonalia reale.
Iuramentum a parte sponte remissum liberat iurantem.
9 *Iurans non denuntiare & denuntiat, & est periurus an ex officio iudicis fiat ei restitutio usurarum.*
Periurus non amittit officium suum.
10 *Procedi potest in omnibus iuribus fiscalibus per meram inquisitionem.*
Transitoria sunt omnia in a'ium, nisi rõ impediat.
11 *Constitutio episcopi disponens, quòd nullus usurarius audeat recipere iuramenta, an teneat.*
Per constitutionem fieri potest, quod per iurisdictionem.
Sententia hominis licet debeat ante liquidari, secus non in sententia legis.
12 *Pupillus, qui iurauit cum authoritate tutoris soluere usuras an indigeat relaxatione huiusmodi iuramenti.*
13 *Statutum ciuitatis an possit dicta iuramenta præstita usurarijs ipso iure annihilare.*
Prohibere, uel } *quid possumus uel persona uel res de medio*
Vetare } *subtrahendo.*
14 *Socij duo si erant, & unus exercebat fœnus & communicabat alteri, postea fecit cautionem, an ille alter teneatur cõferre in restitutione usurarum.*

D nřam, el.ij. Per officiũ iudicis subuenit illi, q ꝑp iurm repetere non pòt usuras.h.d. Scđa ibi, mandamus. Casus. Quidã ciues Pisani.I.& G.cuidam usurario nomine.P.multas persoluerunt usuras iuramento interposito, quod nec per se, nec ꝑ alium ꝑdictas usuras repeterent, nec sup his corã iudice ecclesiastico, uel seculari vllam mouerent quæstionem demum decessit iste usurarius condito testõ, ĩ quo mãdauit usuras restitui omnibus, qui probarent se eas soluisse: modo isti I.& G.non audent repetere usuras ꝑpter iuramentum, quod præstiterunt. Quærit, qualiter

ter sit procedendum? Papa mandat sub pœna excõicationis publice in ecclesia ꝓponi, ut qui sup his nouerunt ueritaté, ueniant ad testimoniũ ꝓferen. & si ꝑ dicta testium, uel alio modo de solutione usurarũ constiterit, hæredes usurarij cogantur ad restitutioné ipsarum.
1 ¶ † No. processum sine libello, & sine li.cõ. ualere. & est ratio, quia ꝓceditur ꝑ inquisitionem, uel denuntiationé, in quo ꝓcessu nõ est necesse libellum offerri, uel lit.conte.tex.est hic no.cũ glo.sua. Item fauore aiæ. Item odio usurarũ, Ber.ff.de annu.le.l.j.ff.de pet.hær. l.hæreditas.
2 ¶ † No. secundò, ꝙ usuræ possunt repeti coram iudice ecclesiastico, & ét seculari, cũ constat, ꝙ contractus sit usurarius, ᵃ facit quod no. Inno. intra depo.c. grauis, & Bar.so.ma.d.l.Titia. sed si cõtractus negaretur usurarius, iste articulus est ecclesiasticus, non secularis, ut not.xi.q i. in summa, & in c. dispendiosam, de iudi. in cle.

a ¶ *Vide omninò Panor. in c. cum sit generale, de fo. compet. & uide Pau. de Cast. consi. cccxxxiij. inci. missa petitione prædia. Cal. cons. xij. posit sub ti. d fo cõpe.*

3 ¶ † No. ꝙ usuræ nõ possunt remitti, ét per iurm, quia ꝓsumitur, ꝙ sint remissæ in fraudem canonũ, ut hic, si sunt remissæ in eodé contractu, ar.C.ad Vel.l. si mulier. sed si constaret, ꝙ debitor donare uoluit creditori bona gratia, & hoc liquidò ꝓbetur, bñ ualet donatio ex interuallo facta, ut no.ff.si cer.pe.l.rogasti.§.si tibi. illa glo. non stat in hoc, qa captiosam liberalitatem interpretatio prudentum fregit.ff.de transf.cum Aquiliana; quod dic, ut in c. peccatũ, de re.iu.li.vi.
4 ¶ † No. quòd ualet testm usurarij super restõne usurarum: sed dicet aliquis, iste est usurarius manifestus. rñ. nõ est uerum, qa iste nihil confitetur, nisi quatenus ꝓbetur; unde iõ nõ est manifestus, quia sub iudice lis est. No. testes citari gñaliter sine specificatione ꝑsonarũ. Item not. quòd in ista citatione testiũ non est necesse, ꝙ citentur hæredes usurarii, quia incertis personis nihil obiicere possent.¶ Itẽ no. ꝙ uerbũ, si ꝓbabitur, intelligitur plenè, ut hic in uerbo, constiterit.¶ Quæro, qd est dictum, nõ mouere q̃stionem? rñ. ut no.ff.ad Tre.l. Lucius.§.tres hæredes.
5 ¶ † No. ex rece. super generali inquisitione ꝓcedi ad cõpellendũ no. hic fieri ciuilem inquisitioné ꝑp salutem animæ, & odio usurarũ, & est speciale, nam ad priuatũ cõmodũ regulariter ꝑ inquisitioné non est ꝓcedendũ ẽm Inno. quod est no. quia inqsitio est publicæ solicitudinis cura non seruata instantia. C. de custo. reo.l.i. fallit, si priuatũ cõmodum uenit incidenter, unde fur mittitur ex inquisitione ad furcam, & cogitur ad rest. furti, ut.ff.de furtis.l.interdũ.§.qui furem, licét gl. C. qñ ciuilis act. in rubrica, dicat, ꝙ ibi fuit processum de facto, non de iu.¶ Item no. ꝙ illa conditio si ꝓbabiẽ, uerificabitur, si hoc cõstet ꝑ inquisitioné.
6 ¶ † Item not. ꝙ per istud testamentum nõ uideẽ data lnia repetendi usuras: aliás nõ esset in inquisitione, sed in ordinario. i. in actione ex testaméto. Dic. ꝙ si usuræ repetanẽ actione ex testamento, nõ officit iuramentũ: secus, si condictione ex canone: sed Ber. dicit, ꝙ agitur ex noua causa superueniente, ꝑ quã iusiuran. tacitè est remissum. Et sic no. ꝙ in ultima uoluntate põt quis absolui à uinculo iuramenti.
7 ¶ † Item no. ualere legatũ factũ creditori sub conditione, si ꝓbauit. non ob.ff.de regu.iur.l. si creditori: quia ibi debitũ erat liquidum, hic nõ, & hæc est no. limitatio illius.l. sed Inno. dicit, ꝙ præceptum factũ hæredi de restituendis usuris nõ est legatum, & hoc potest persuaderi tribus rationibus. prima, quia nõ affert lucrũ.ff.man.si hẽditatem. secunda, qa non est liberalitas, nec donatio, sed necessitas, ar.ff.de hære.inst.l.si seruo fideicõmissario.§.i. tertia, quia q legat creditũ creditori, similis est illi, qui legat legatario rem legatarii: qa creditum creditoris est ꝓpriũ: non erit ergo legatũ, sed quoddã mandatum hæredi post morté collatum, ut.ff. man.si uerò nõ remunerandi.§.fi. ex quo cõpetit offm iudicis, ut.ff.de an.leg.l. Quintus.§.i.¶ Ego cum Ber. teneo, quia expedit legatario hẽre plura remedia, & hoc fauore aiæ. & si deficeret actio ẽm Inno. non deficit inquisitio; & qñ relinquiẽ ꝓ restitutione usurarum, non est necessarius libellus, nec ordo iudiciarius, ét si nemo adiit hæreditaté; tñ hoc legatũ debetur à die mortis; & idem, ubicunq; relinquiẽ pro aĩa, ut in auf. de ecclesiasticis titulis.§.si quis, in uerbo, à die mortis, ubi est casus sin.¶ Item non tenet testm usurarii ut testm, tenet tñ ut mandatũ de restituendis usuris factum inter uiuos futuro hæredi: quod tñ posset faciens reuocare expressè.ff.de lega.ii.cum pater.§.Mæuio. No. ꝙ licet hæres sit negligens in restõne usurarũ; tñ non pdit hæreditatem, imò adhuc cõdẽnatur tanq̃ hæres.ff.de leg.i.l. seruus plurium.§.si quis ante. Itẽ no. ex cã usurarum defuncti hæredẽ teneri.¶ Itẽ no. inquiri contra hæredem. Itẽ no. si filius, ergo hæres naturali ꝑsumptione. dic, ut dixi.ff.sol.mat.si cũ doté.§.transgrediamur, in c. i. an agnatus uel filius. Itẽ ꝙ quis sine cõdemnatione cõpellitur, ubi ꝑ inquisitioné ꝓceditur, & iõ lr̃a dicit, cogas: non dicit, cõdẽnes: tñ sub uerbo, cogas, cõtinetur, & mandes. & est rõ, quia hic ꝓceditur sine libello, ut in auf. de man. prin.§. coges. & sic fertur snia non solũ ꝑ condẽnationẽ, sed & ꝑ cõpulsionẽ, si cogitur transiens ꝑ locum, ubi soluitur uectigal, qa deprehenditur in facto, ar.ff.de adul. capite qnto.ff.lo.l.pe.§.nauem.¶ No. quod hæc decre. cõtenta est finibus restõnis, nec eget, quod ꝑstetur aliud interesse ꝑp moram, sicut nec è cõtra ꝑstatur, & quod quisq, iuris &c. præsertim in iure conuertibili, & correlatiuo, & hinc inde habente paré æquitatem: & hoc de interesse lucri; sed dãna bñ ueniunt.ff.de in.li.iu.numus. Pone, filia renuntiauit cum iuramento hẽditati patris uiuentis in manibus fratrũ, & patris: tandẽ pater in suo testõ fecit sibi legata quædã, uel uult, quod nõ obstante iurõ succedat cũ fratribus æquis portionibus, nunqd poterit petere hæreditaté, non obstante iurõ? & vr̃ quod non: qa iuramẽtum fuit prestitũ fratribus, & ex eo est ipsis ius quęsitũ, unde pater iuri filiorum renuntiare nõ põt.¶ In cõtrarium facit, qa Ber. dicit hic, quod iurm põt relaxari ex testõ; & hæc est ueritas: quia agit ex noua cã de qua prius non fuit cogitatum.¶ Itẽ quia inuito patre, de cuius hæreditate agitur, nõ tenet dictũ pactũ, & requiritur perseuerantia patris usq; ad mortem, casus est unicus in iure. C. de pact.l.fi. licet illa.l. sit oĩbus no. tñ per neminẽ ad hoc spãliter allegata.¶ Quæro, testõr, mandauit restitui usuras oĩbus ꝓbantibus se soluisse, utrũ possit agi actione ex testõ? & vr̃ quod non, quia hæc dispõ cõditionalis.ff.si ꝓbabitur; ergo ante non est nata actio; ergo non põt fieri probatio. nã non posse agere, & posse ꝓbari implicat contradictionẽ. So. quædã perplexitas est hic, & à prin. agitur de facto: sed facta ꝓbatione fingiẽ actum de iure. Nam ꝑplexitates ꝑ iudicia dissoluunẽ, ut.ff.de uer.obli.l.si Titius, & Seius. in ꝑplexis. n. nõ sequimur regulas iuris, ut no.ff.de uerb.ob.l. ita stipulatus, la grande, in glo. quæ incipit, apparet ex prædictis. Illud & notabis, quod si legatarius decederet ante quã probaret, non transmitteret legatum ad hæredé, imò nec stipulationẽ de restituendis usuris sub ea cõditione

ne

ne concepta, si ꝓbabitur: quia impletio istius côditionis non transmittitur ad hæredem; tex. est multum sing. ff. de uerbo. obli. qui Romæ. §. Augerius. Sed si uerba fuissent impsonalia. i. si ꝓbabitur, bene trāsiret ad hæredē hmôi côditio; quia uerba impsonalia sapiunt realitatem, ut. ff. de pac. l. q in futurū. §. i. Quid si quis iurauit usuras nō recipere? rñ. pôt recipere à sponte soluente, & p istum actū soluitur iurm, quasi gratuitò remittitur, ar. ff. de re iu. l. cuius per errorē; uel dic, quod eps coget eū ad recipiendum ad hoc, ut usurarius exeat de peccato; & tunc iussus iudicis excusabit a periurio: qa auctoritas superioris semp vr excepta, ut not. s̃ c. ꝓximo, & c. ad nostrā.

9 ¶ † Quæro, quid si quis iurauit non denuntiare, & denuntiat, & est periurus, utrū ex officio iudicis fiat ei restō usurarū? rñ. sic, quia ista est potius inquisitio, q̃ denuntiatio; nec iō qs perdit ius suū,

10 quod sit periurus, ut no. ff. de iureiu. l. alias. ¶ † Vltimò no. quoddam dictū Inno. quod est hic, ꝙ in oībus iuribus fiscalibus pôt ꝓcedi p meram inquisitionē. Adde, ꝙ si ꝓceditur ad indemnitatē fisci, non est necesse, qd̃ præcedat infamia, ut C. de bo. ua. l. filio, lib. x. hoc priuilegium fisci puto transire ad cessionariū eius, nō. n. est rō, quare non transeat: & regula est, quod oïa sunt trāsitoria, nisi rō impediat. ff. de in inte. rest. l. non solum, nimirum, qa cessionarius est imago cedentis, ut. C. de proc. l. qui stipendia, & in c. i. de iure pat. li. vi. & tamē quædam sunt, quæ nō transeunt. Nā ius non soluendi pedagium nō transit ad mercatorē, qui cū fisco negotiatur, ut dicit illa. l. no. ff. de pub. l. licitatio. §. mercatores.

11 ¶ † Extra quæro, nunquid teneat côstitutio epi disponentis, quod nullus usurarius audeat recipere iuramēta ab aliquo, & si receperit, non ualeat ipso iure? & vr̃ quod sic: qa pôt relaxare iurm, ergo & statuere. ¶ In côtrariū dr̃. quod non pôt relaxare nisi adhibito quodam ordine. s. quod moneat usurariū. quod relaxet. Itē quia ista relaxatio nō pôt fieri sine cāæ cognitiōe. puto istud statutum ualere, si hēat bonā formam. uerbi grā, qa dicit, monemus oēs usurarios, quod intra mensem relaxent oīa iura: alioquin ex tunc dictū iuramentū intelligitur esse relaxatum auctoritate pñtis statuti. Nā quod pôt fieri per iurisdictionē, pôt fieri p constōnē, ut no. in l. i. §. i. ff. quod quisq; iu. oportebit tñ, quod hoc postea liqdetur, si opponat exceptio piurij. nec est hoc p̄ posterū: quia sumunt ab opponente originē. Itē quod licèt sñia hoīs debeat liqdari ante: tñ sñia legis pôt liq

12 dari postea; ut in c. ꝓ humani, de hom. in c. c. ¶ † Quæro, nunquid pupillus, q iurauit cū auctoritate tutoris soluere usuras, indigeat relaxatione hmôi iuramēti? & uī quòd sic: quia doli capax deierare pôt uerbi gratia, si ferret falsum testimoniū. non ob. ff. de iureiur. l. q iurasse: quia ibi lōqtur fm iurisdictionē, quā canonis lator non considerat, ut infrà de deli. pu. c. i. ergo re uera est periurus, nisi iuramentū sibi relaxetur: & tñ in contractibus ex isto iuramento nō orietur obligatio, qa in eis ponderamus efficaciā, ut dixi. s̃. de ꝓba. in pñtia: sed q̃tū ad cōmissionē delicti pupillus bene est delinquens, qa maleficia non sunt a iure reprobata; & ideò

13 punibilia &c. ¶ Quæro, nunquid statutū ciuitatis possit dicta iuramenta pstita usurarijs ipso iure annihilare? Bar. dicit ꝙ sic, si statutū prohibeat psonas côtrahere, & iurare. uerbi gratia, nullus côtrahat mutuum cū usurario: uel nullus usurarius recipiat instrm, uel chartam mutui. nā ubi psona subtrahit̃ de medio, ibi iurm non hēt fundamentū. ff. de stip. ser. l. usufruc. in Bar. q ita tenet, aliàs not. ff de fideiuss. l. si quis ꝓ eo, in princ. uer. iii. idem dixi, si res subtraheret̃ à cōmercio, ut. l. i. C. non licere habita me. li. xi. secus, si cā subtrahatur de medio. Nā iurm ēt sine cā obligat, ut hic, & s̃. c. debitores. tñ qñ cā hēt in se peccatum, debet relaxari p iudicem animarū, ut s̃. c. i. & ista sunt bñ notanda & quotidiana, quæ examinaui. C. de legi. l. non dubiū, ubi ui-

14 deas in lec. mea, & in repetitione nostra. ¶ † Extra quæritur, duo erant socij, & unus exercebat fœnus, & côicabat alteri, postea fecit cautionē, utrum ille alter teneatur côferre in restitu. usurarū? & uidetur quod nō: quia. l. requirit, ꝙ primò sit côdemnatus, ut. ff. ꝓ so. l. quod oīum. Mar. Sylli. dicit, ꝙ fuit iudicatum conferri debere non ui societatis, quæ non tenet in delictis, sed ui æquitatis. nam pro côdemnato hētur, ex quo obligauit se epo, uel suo uicario tanq̃ confessus in iudicio saltem animæ fm Mar. Sylli. facit quod no. Cy. C. fami. her. certū, & in l. unica. de côfes. & Bar. in l. cū unus. ff. de bo. au. to. iud. pos. & in l. à diuo Pio. s̃. de re iudi. per Bar. & fiet executio tanquam in bonis debitoris, cum etiam ipsum nomen sit obligatum pro restitutione usurarum. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Ordinem iudiciarium qui iurauit in omni causa obseruare, non seruabit in notorijs ut prin.*

Legi, libellorum. ff. d. accusationibus. non est locus in notorijs, ibidem.

Ordo iuris in notorijs, & summarijs non exigitur, ibid.

Iuramentum indiffinitum distinguitur per ius commune.

Generalia uerba interpretantur per modum regulæ, & tanquam regulæ patiuntur exceptiones legitimari, & nu. 6.

2 *Iuramentum, quod sine interitu salutis æternæ potest seruari, an sit seruandum.*

Ordo iudicij duplex, & quis seruandus & nu. 3. & 5. & 6.

3 *Libellus an sit offerendus in notorio contractu, si reus comparet, & petit sibi libellum offerri.*

4 *Pars an sit citanda in notorijs & sententia ferenda:*

5 *Iudex, quid iuris si uelit esse notorium.*

6 *Iudex multo actore an possit seruare præcisum ordinem iudiciorum.*

AD nostram. el. iij. iurauit in oī cā ordinem iudiciarium obseruare, in notorijs subtilitatem ordinis iudiciarij non seruabit. h. d. secunda ibi, uerū. ¶ Casus. Archieps Neapolitanus quasi per extorsionem pstitit iurm, quod in oī cā seruaret ordinem iudiciarium; dubitabat Archieps, utrū in notorijs teneretur obseruare eundē: Papa dicit, ꝙ ex vi iuris côis non tenetur obseruare iudiciariā indaginem & ordinē, quia quæ manifesta sunt, accusatione nō indigent. Itē nec ex mente iurantis: quia non intēdebat ptextu huius iuramenti uenire contra canonicas sanctiones: quia ista intentio tenderet ad illicitū iuramentum, quod hic uocat periurium. ¶ Itē nec ex interpretatione iur. quia rō nō patitur. ¶ Itē quia subtiliter intuenti de ordine iudiciorū vr̃ procedere, ꝙ in talibus non seruetur ordo. ¶ Item quia iuramentū debet intelligi de cāis, in qbus ordo est seruandus: & iō Papa concludit, ꝙ Archieps satisfaciat iuri scripto; & per hoc seruabit ipsum ius côe, & iuramenti tenorē, unūquodq; in suo casu. ¶ No. ꝙ dixi in summario. Secundò no. ꝙ manifesta. i. notoria accusatione non indigent. Ex hoc collige, ꝙ solennitas. l. libellorū. ff. de accus. non est necessaria in notorijs. ¶ Ibi, In mente, no. ꝙ uerba restringuntur

stringuntur ad cogitatum.ff.de te.tu.si quis ita.Ibi, Benignius interpretari, no.quod iuraméntum est benignè interpretandum.¶Ibi, Consonet, no. quod promptum est iuramentum legibus concordare.¶Ibi, Non seruari not.quod non prohibet seruari, ut no.Inno.s. de iudi. nouit: sed intendit dicere, quod non est necesse ibi, per omnia id est per libelli oblationem, & litis conte. citatio tamen est necessaria, si est absens. ¶Ibi, Procedere, no. ualdè no.ꝙ in notorijs & summarijs* ordo est ordinem non seruare. ¶† Ibi, Valet, no.iuramentũ indefinitum distinguitur per ius commune: idem puto in statutis municipalibus, ut.C. de noxa.l.si serui uestri, & est multum no.gl.C.de iure delibe.l.fi.§.in computatione.Ité no.ꝙ satis est, ꝙ uerba generalia interpretentur per modum regulæ, & tanquam regulæ patiantur exceptiones legitimas, ut.C.de adul.ita pudor, & l.j.§.j.ff.quod ui aut clam.nam sermo generalis ciuiliter debet intelligi, ut ff.de serui.l.si cui.

a ¶ *Vide Andr. Sic.in 2 consi.36.ij.uol.*

1 (margin at "uare. ¶† Ibi, Valet")

2 Ibi, Seruabis scilicet ubi debes, & in qb' debes ¶† Op. istud iuramentũ potest seruari sine interitu salutis ęternæ, ergo seruandum.Sol. quando iustitia alterius ostenditur, non potest eo inuito seruari absque detrimento salutis æternæ, & ideò non seruandum.quæ regula est bene notabilis.non dico, quia propterea processus esset nullus, imò ualet licèt sit supra formam mandati; & ita intelligitur dictum Inn.¶Et not. ꝙ duplex est ordo iudicij scilicet regularis, & irregularis . primus seruat

3 regulariter etiã in casibus exceptis, ut hic cũ si.¶† Quæro super uerbo, accusatione, qd in notorio contractus, utrum sit, libellus offerendus, si reus comparet, & petit sibi libellum offerri? dicit Inno. ꝙ non propriè reperitur in contractibus notorium infrà de cohabi. cle. & muli.c. fi. ¶Sed contra hoc uidetur text. suprà de test. cog.super eo.so.Inn.dicit uerum, quia non possunt omnes circunstantiæ contractus esse notoriæ: quia potest esse, quod cótractus fuit celebratus dolo, uel metu, uel simulatè, & ratione circunstantiarum, quæ sunt dubię, debet seruari ordo iudiciorum, si reus comparet, & petat offerri libellum, ut.C.de edic.di.Adria.tol.l.fi. Sed ĩ

4 delictis oés circunstantiæ possunt esse notoriæ.¶† Quęro, utrum in notorijs sit pars citanda, & sententia ferenda? dic quòd sic infrà de appel.c. cum sit Romana. Et ex hoc sequitur, ꝙ reqritur qualis qualis causæ cognitio ita, quod ex actis appareat, quòd iudici sit notorium: quia sententia nó debet ferri de facto.C. de accu.

5 ea quidem.¶† Quęro, quid si iudex nescit esse notoriũ? respondet gl. quòd potest procedere ordinariè : sed si uult procedere extraordinariè, primò inquirat, an crimen sit notorium, & super eo interloquatur, & lata interlocutoria, & declarato, quòd sit notorium, poterit postea procedere ordine iudiciario non seruato, de off. dele.c.statuimus.¶ Quæro, quid si est notorium in una prouincia, sed non in alia? respond.quia quærimus de ordine iudicij, seruatur notorium, uel non, non noto-

6 rium, prout est in loco iudicij secundum Ber.¶† Quæro, nunquid inuito actore possit iudex seruare pcisum ordinem iudiciorum? respondet Ber. quòd non : quia multum læderet ius actoris, Ber.ar.ff.de mino.l.minor. 25.annis, cui fideicom.Et per hoc patet, quòd si instrumentum ex forma statuti debet executioni mandari, iudex nó potest imponere grauiorem ordinem, quàm statutum dictat; quod tene menti pro instrumentis guarentigiæ in Tuscia . ¶ Vltimò not. de generalitate uerborum restringendis; & de hoc not. in ca. ij. infrà de coniugio leprosorum. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Consilium alterius non est necessarium in re euidenti.*
2 *Soluere Seio an possim, quod debeo Titio.*
Receptor falsus an committat furtum.
4 *Solus uni soli an possit, si aliquid pluribus debetur.*
5 *Domini si sint plures, an sufficiat iurare fidelitatem uni pro omnibus.*
6 *Fur, qui partitur furtum cũ alio, an magis delinquat, quàm ille, qui non partitur.*

EA TE. Qui iurat, cui non debuit, ei, cui debuit, iurare compellitur . Et tria facit. primò exorditur, secundò narrat, tertiò concludit. secunda ibi, sanè. tertia ibi, cum igitur.¶Casus. Dominus Papa mandauit Episcopo Calaritano , quatenus iuramentum fidelitatis exigeret, & reciperet à iudice Calaritano nomine Romanæ ecclesię pro ipso iudicaturo : quia eius inuestitura pertinet ad summum pontificem , sicut tota Sardinia , & uulgò uocatur iudex Alboreę.iste iudex excusabat se, quia dicebat, ꝙ illud pręstiterat Archiepiscopo Pisano , saluo ecclesię Romanę honore : Papa scribit dicto iudici , ꝙ istud iuramentum, quod est pręstandum Papę, nó potest pręstari alteri sine mandato Papę: quia auget, non minuitur debitum.i.culpa debitoris, quando quod debetur uni, soluitur alteri.Et si diceret iudex, ꝙ istud iuramentũ esset contrariũ primo iuramento, respódetur ꝙ primũ tanquàm illicitũ non est seruandum , si uerò non est contrarium, sed compatibile, puta pro diuersis feudis, tunc primũ iuramentum non obficit, quin secũ

1 dum debeat sine difficultate pręstari.¶ † Ibi, Per te ipsum, no.ꝙ in re euidenti non est necessariũ consiliũ alterius, & sic ar. ꝙ causa certa & indubitata non debet

b committi consilio sapientis.ᵇIbi, Remittitur.ff.de sol.qui hominẽ.b §.si nullo. ff. de fur. si quis uxori. §.apud Labeonem.ff.de cód. ind. l.si pœnę causa.§.j.¶Ibi, Sed augetur, quia grauius est malum soluere, quàm nó soluere, ut plenè no. in l.unica. C. de sen. quę pro eo. ff.de ac.emp.l.Iulianus, in princip.¶Ibi, Saluo Apostolicę sedis honore, ista protestatio nihil operatur, quia si non tenet principale, nec accessorium. ¶Ibi, Tenearis, quia tota Sardinia est de pleno dominio ecclesię: unde plebs Sardinię est fidelis ecclesię.Ibi, Illicitum, reliquum est licitum, & è contra. quia in contrariis regulę dantur per opposito . Ibi, Ex debito , not. quòd fidelitas debetur pro inuestitura feudi.¶ † Quęro , utrum

b ¶ *Vide Barb cõsi.51. inci.scripsi sapiẽtissimè.in 31. col. j. uol. Fels. c. ex parte , de re.cr.& do. Alex.con si.63 pe.co.ij.li.*

2 id, quod debeo Titio possim soluere Seio? respon.non. fallit , si Seius sit debitor Titij ex ea causa , ex qua ego sum debitor, ut.ff.de pi.act. l. solutum. §. unde si domum. ff. de except. do. l. si opera. ff. de nego. gest. si

3 liber. ¶ † Quęro , nunquid falsus receptor committat furtum ? respon. sic , nisi se obligauerit per pactum ad illud exequendum , uel nisi sit secura ratihabitio, uel nisi sit translatum dominium : quod tamen in dubio non pręsumitur, sed magis traditum tãquàm nuntio . hęc probantur. ff. de furt. l. si uendidero. §. si Titius. ff. de don. l. hoc iure. §. si quis dederit.ff.

rit.ff.de cond.ob causam, si procuratori falso, & l.pen.
4 ¶† Quæro, quid si aliquid debetur pluribus, utrum uni
soli possit solui? respon. aut debetur species indiuidua,
ut Stichus; & potest solui præoccupanti, ut.ff.de so.l.si
stipulatus.§.si lancem: aut debetur quantitas: & tunc re
fert, aut sunt rei credendi insolidum; & idem, siue unus
habeat regressum contra alium, ut.C.de duo.re.l. fi. si-
ue non, ut quia debitum est gratuitum, ut dicit.l.illa sin
gularis.ff.ad.l.Fal.l. in lege Falcidia hoc obseruandum.
aut non sunt rei credendi insolidũ; & tunc pars unius
solui alteri non potest, nisi forte sint socij, quia inuicẽ
5 institores uidentur.ff.de pa.l.si unus, in prin.¶† Sed po
ne, plures sunt domini, nunquid sufficiat iurare fideli
tatem uni pro omnibus? respon. aut sunt domini ex di
uersis feudis; & non sufficit; casus est hic: aut ex eodem
feudo, si feudum sit indiuiduum, ut feudum iurisdictio
nis, potest uni pro omnibus: quia nisi in solidum præ-
stari non potest. sed si diuiduum, nõ potest præstari uni
pro altero, nisi ille ratificet, ar.ad hanc dist.ff. de ne. ge.
6 l. qui aliena.§.fi.& hic.¶† Quærit, gl. an fur, q partitur
furtum cum alio, magis delinquat, q ille, qui non parti
tur? dicit gl. ꝙ sic: quia facit plures peccare. Itẽ quia ge-
minum furtũ committitur, primò faciendo, postea par
tiendo, quod no. contra sociales improbarum societa-
tum, qui inuicem diuidunt spolia, quia maiores fures
sunt, quàm fures simplices.

SVMMARIVM.

1 *Compromitti potest in mulierem tanquàm in arbitratricẽ.*
2 *Pater metu pœnæ non debet inuitari ad exhæredandum filium.*
3 *Compromissum potest fieri etiam sine promissione.*
4 *Reductio in eo, quod confirmat, meretur executionem.*
5 *Actio an oriatur ex pacto nudo transactionis.*
6 *Compromissum si fuerit factum super quibusdam accidentibus post contractum nominatum ex interuallo, oritur actio & non exceptio.*
7 *Ordo aliquis iudiciarius an sit seruandus coram arbitratoribus, & nu.9.*
8 *Arbitramentum an possit fieri parte absente non citata.*
9 *Arbitrator quando examinat testes, non est necessaria citatio testium.*
10 *Arbitrari intra quantum tempus debeat.*
11 *Contractus an sit nullus. si emi, rem pro c. soluendis intra terminum declarandum, aliásq; ad quod declarandum compromittitur, & moritur declarator ante quàm declaret.*
12 *Tempus solutionis an sit de substantia totius.*
13 *Arbitrator an possit declarando apponere diem incertam, puta, cum Papa uenerit Perusium.*
14 *Pactum, quòd recedatur à persona non arbitrante, an sit ualidum.*
15 *Pœna compromissi an committatur, ubi receditur à persona non arbitrante, & uenitur contra tuis arbitramentum.*
16 *Arbiter, & arbitrator an & qualiter differunt, & nume. 6. & 21.*
17 *Laudum arbitratoris dicitur reduci ad arbitrium boni uiri, etiam si in totum cassaretur, & quando reduci possit, & nume. 19. & 20.21.28.*
18 *Renuntiari an possit reductioni ad arbitrium boni uiri.*
19 *Potestas si est data arbitro, & arbitratori, quid iuris, si arbiter fecit litem contestari coram se.*
20 *Arbiter, quid iuris, si processit ut arbitrator, & in sententiando dicit, pronuntio ut arbiter.*
21 *Dictum arbitratoris cum pœna, uel sine an omologetur taciturnitate decem dierum.*
22 *Quantitas modica quæ dicatur.*
23 *Compromissum si fit in arbitrum cum pœna stipulatione interueniente, utrum possit omologari expressè.*
Prouisio hominis quando faciat cessare prouisionem legis.
24 *Iniuriarum actio an per compromissum sit sublata.*
Iniuria non consistit in consensu, sed in contumelia.
25 *Arbiter tertius assumptus ex post compromisso, an propter discordiam duorum sit arbiter.*
26 *Arbitro si sit data potestas prorogandi tempus compromissi quod, pone, fuit mensis, an poterit prorogare ad annum, uel longum tempus.*
27 *Compromisso finito an possit fieri prorogatio.*
Prorogatio quid.
28 *Arbiter postquàm pronuntiauit, non potest prorogare compromissum.*
Arbitratus est stricti iuris.
Dolus contractum stricti iuris non reddit nullum, sed annullandum.
Libellus in reductione arbitrij, & nu.17. & 29.
29 *Reductio ad arbitrium boni uiri quo iure petatur.*
30 *Receditur in ultimis uoluntatibus ab executore non exequente, & à commissario non declarante, & quare secus in contractibus.*
31 *Reductio, sicut quando petitur officio iudicis de iure communi, potest peti perpetuò, ita cum petitur reductio ad arbitrium boni uiri.*
32 *Exceptioni doli mali an possit renuntiari.*
Renuntiatio est quædam donatio.
33 *Laudum qui petit reduci, quid habet probare.*
Reductio ad arbitrium boni uiri habet uim appellationis à sententia definitiua.
34 *Arbitratoris bona fides non sufficit nisi in modicis.*
35 *Arbiter electus Papiæ, existens Mediolani an possit prorogare terminum compromissi cum Mediolani non possit ius dicere.*
36 *Arbiter an possit mandare, quod debitum præscriptum, uel naturale soluatur.*
Arbitrator qui malè iudicauerit, an liberabitur reductione deserta.
37 *Regulis iuris non subijcitur id, quod uoluntati committitur.*

QVINTAVALLIS. si is, cuius mandato sta re iuraui, mihi faciat contra. l. illud seruare nó teneor, hoc dicit secunda ibi, quocirca. ¶Casus. Filiæ Quintauallis, & uxor uenerunt ad uerba cum quibusdã alijs mulieribus, unde ortum est graue scandalum, & inimicitiæ; unde Quintauallis uolens dictas mulieres offensas placare, iurauit earum mandato parere. demum dictæ mulieres offensæ mandauerunt dicto Quintaualli sub debito iuramenti, quod si cótingat deinceps filios, uel filias, aut uxorem ipsius Quintauallis aliquod factũ, uel uerbũ contumeliosum dictis mulieribus offensis obijcere, idẽ Quintauallis hmói filios, & filias exhæredaret, & a se propriã uxorẽ repelleret: quærebatur, an tali mandato sit standũ? rñdet Papa, ꝙ dictũ iurãm fuit licitũ, sed mandatũ fuit illicitũ; & ideò mãdat dictis mulieribus offensis, ꝙ dictũ mandatũ reuocent: & si forsan reuocare nolunt, mandat Alatrino Episcopo, quod enuntiet Quintauallẽ ad huiusmodi mandati obseruantiã non teneri. Ibi, Pro offensa, no. ꝙ pater pt cópromittere ꝓ satisfaciendo offensæ cómissæ per filiũ, uel uxorẽ. ¶ Item no. offensam committi uerbo, uel facto. ff. de ma. te. l. centurio. ¶ Ibi, Quòd earum scilicet mulierum

1 iõ non tenetur uinculo iuramenti.† No. ꝙ illa uerba, ꝑ idem iurm, non repetunt iurm, quia non poterat ad futurum trahi, ut ff. de uer. ob. l. cum stipulamur, & l. sicut à colono. Et sicut ego non possum facere, ꝙ A. sit. B. ut no. inst. de uer. ob. in prin. ita non possum facere, ꝙ pręteritum sit præsens, uel e contra.¶ Opponet aliqs de. l. talis scriptura. ff. de leg. j. sed ibi uerbum, legam, expectabat confirmationem futuri tpis ex natura ultimę uoluntatis.¶ Et no. ꝙ istud. c. semper allegatur ad iura po

2 testatum, & aliorum officialiũ terrarum, ꝙ aut iurant seruare statuta ꝓterita; & non tenentur uinculo iuri ad obseruan. postea facta. aut iurant seruare facta & fienda; & tũc sic. aut iurant seruare statuta simpl'r; & tunc extẽdit ad futura, ꝙ non est in præiudiciũ ptãtis statutum, sed pro bono publico, ut in auẽ. iusiu. ꝙ pstatur ab his, in prin. & ar. l. fi. C. quæ res pig. ob. pñt. item quia hoc iuramentum est uniuersale, & ideo trahitur ad accrescentes species. ff de fun. inst. l. Lucius. Itẽ uerbo indeterminato omnia significãtur. ff. de ser. ur. præ. l. si seruus. sed ibi in accessorijs. Item C. de fur. l. non modus, per Cy. item nouum statutum fuit factum fauore reipublicæ, ergo latè interpretan. ff. de li. & posthu. l. placet. Et ideo litera hæc adiunxit uerbum, edita, & non dixit statuta simpliciter, unde non sine ministerio.¶ Item. ff. de re. dub. l. si cognatus: sed ibi nõ expressit nomina cognatorum. unde ipsi cognationi reliquit, quæ est integritas coniunctionis: qa sub una speciali qualitate omnes comprehenduntur, & quia una & eadem qualitas, & affectio est in subiectis personis uni nomini collectiuo, argumen. ff. de usu. l. rerum mixtura. & si tu dicis de futuris statutis non fuit cogitatum, respondeo debuit cogitari. Alij dicunt, quòd statuta, quæ habent certum tempus determinatum, sunt illa, q̃ sunt in uolumine statutorum; non ea, quæ ibi non sũt Item ne in potestate alterius sit augere obligationem alienam, argumen. C. locati. l. si cum Hermes. Item uerba non sunt ordinata ad significandum futura per se stantia. ff. de aur. & argen. le. l. si ita. Item quia dictio statuta, potest esse nomen & participium, quod idem tempus participat cum uerbo. ff. de noxa. l. in delictis. §. si extraneus. Item ad hæc regula communis. ff. de uerbo. obliga. l. quicquid. Et hoc uerum, nisi nouum statutum ueniat ad declarationem text. uel tacitè rationi antiqui statuti. Nam tunc unum & idem intelligitur esse nouum & uetus, ut in authen. de filijs ante dotalia instrumenta natis. §. fina. ubi de hoc. ideò postea facta non includuntur in tali iuramento; quia tempore iuramenti non erant in uolumine statutorũ actu, nec cogitatu. ff. de test. tu. l. si quis ita. ff. de transl. l. cum

2 Aquiliana.† Et ideo simpl'r iurm, sicut nõ cõtinet pacta reuocata, ita non continet futura nondum nata, nisi ueniant ad executionem præteritorum. C. de Lati. lib. tol. l. j. in prin. C. de remis. pig. l. soluta. C. de libe. le. l. Aurelius. §. testõ, nisi in aliqua parte iuri eẽt facta men-

¶ Vide plenè per legistas maximè per do. Pap. Cazialupum in l. omnes populi. ff. de iust. & iure, ubi multa allegat adhoc.

tio

tio de futuris. ff. de leg. j. l. qui filiabus, in prin. nec de fu
3 turis statutum debuit diuinare. ¶ † Deinde no. hic, ꝙ capitula ecclesiarum possunt facere statuta, & ꝙ ualet pactum de talibus statutis obseruandis, possunt ēt iuro firmari. Itē no. ꝙ † statuta pñt pacto statuentiū roborari.
4 Pone, mercator in introitu matriculæ iurauit artē fideliter exercere, ut ff. de edē. l. quædam. §. nūmularios, & postea ꝑductus in testem in quadam cā dicit, ꝑ iurm, ꝙ feci ante, dicam ueritatem, an uideatur deponere iuratus? & videtur ꝙ sic, quasi in gñe fiet relatio, ac si diceret, ꝑ simile iurm uerū dicā. in contrariū vr̄ casus hic ar. ff. de hære. insti. Iulianus. nam relatio propriè fit ad speciem, non ad genus. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti sunt tres species, & quae.*

2 *Iuramentum necessarium non habet locum actore omnino non probante, sed eo semiplenè probante, cæteris paribus debet deferri reo, & quando alterutri, & quando neutri, & nu. 3. & 6. & 7.*

3 *Argumenta quae dicantur.*

4 *Actor, qui non uult iurare, nec referre, manifestè uidetur iniustè agere & quando.*

5 *Regula, quòd debeat iurare, uel referre, quomodo intelligitur.*

Error quæcunque reuocari non potest, & in quo casu.

6 *Ignorantia probabilis facit, quod quis non teneatur iuramētum iudiciale subire, uel referre.*

7 *Positioni respondere ubicunque quis non tenetur, ibi non tenetur subire iuramentum, nec referre.*

8 *Iurans ex delatione, uel relatione, s. legitima in causa obtinet si uerò non iurat ex iusta causa, ex hoc nec succumbit, nec obtinet.*

Iuramenti relatio quando habeat locum & quando recusatio sit legitima.

9 *Actionem non famosam qui proposuit, & uult emendare libellum. & proponere actionem famosam, non potest hoc facere.*

Probasse nihil quando quis dicatur. §. sequitur, & n. 10.

10 *Actor eoipso, quod non probauit, an dicatur in probatione defecisse, ut sic reus debeat diffinitiuè absolui, an dicatur de cā non liquere, ut sic absoluatur ab obseruatione iudicij, salua iteratione libelli, refectis sumptibus.*

11 *Terminus ad probandum, siue assignetur uni parti, siue utrique, habet operari in eo, cui operatur, necessitatē, in aduersario non probandi habilitatem.*

12 *Terminus si expressè non sit assignatus ad probandum, sed est assignatus iurisdictioni iudicis, an uideatur assignatus ēt ad probandum, adeo quod si actor in extremitate termini repertus est nihil produxisse, & probasse, reus sit absoluendus diffinitiuè.*

13 *Terminus si sit assignatus disceptationi iudicis delegati, uel arbitri, uel ipsi causæ de partium uoluntate, & actor nihil produxit per uiam probationis, reus debet absolui.*

14 *Iudex uel arbiter an ex sola authoritate statuti municipalis arctetur ad diffiniendum causam intra certum terminum.*

Instructa causa dicitur etiam per abnegationem.

15 *Terminum instantiæ, sed non meritis causæ si imposuit statutum, quid iuris.*

Silentij perpetui impositionis sententia habet uim definitiuæ.

16 *Defecisse in probatione, & non probasse differunt.*

Terminus arctatiuus de uoluntate partium ad litem decidendam habet uim peremptorij, sed non iudicis, & nu. 12.

Sententiam iudex ferre potest sub conditione, uer. iudici enim.

Dilatio quædam quæ non dicitur propriè dilatio, sed arctatio.

Dilationes breuiores debent esse, ubi breuis est meta iudicij, uer. ubi no.

Semiplena probatio nullo in textu reperitur. §. ibi præsumpt.

17 *Iuramentum in feudis interdum defertur domino, interdum uasallo.*

Dominia directa prius fuerunt, quam feudum.

18 *Præsumptionem sufficientem quæ faciant.*

19 *Indicium unum an faciat semiplenam probationem in causis ordinarijs.*

Semiplenam probationem quæ faciant in causis ordinarijs, & nu. 20. 21. 22. 23, 24.

20 *Scriptura priuata an faciat plenam probationem.*

21 *Codicibus mercatorum an standum sit.*

22 *Pagina literarum, quæ transmissa est absenti, an stetur.*

Scriptura, quam quis edit, stare tenetur.

23 *Literarum comparatio quam fidem faciat.*

Scripturæ priuatæ tria nomina, an ab inuicem differant.

24 *Actor si probet per duos testes, & reus per unum, an probatio rei debilitet probationem actoris.*

25 *Terminus si fuit status ad probandum per omne genus probationum, an post istum terminum poterit deferri sacramētum necessarium.*

26 *Actor cum haberet plures testes, si fuerit negligens, & non fecit examinari nisi unum testem, an deferetur ei iuramentum.*

27 *Actori, si est in culpa, an non debeat succurri.*

Iuramentum necessarium qualiter perdat uires suas, uersi. item qualiter, & est remedium extraordinarium. §. & quod sit.

Arbitria fundantur super æquitate, ad finem.

28 *Probatio omnis reponitur sub specie fidei, ita quod index est quoddam prædicamentum, quod prædicatur de probatione.*

Legalis disciplina traditur trifariam, uersi. & si canonista.

29 *Mercator parans se ad fugam an ad petitionem cuiuscunque asserentis sibi deberi poterit capi, donec sibi satisdederit.*

Suspectus de fuga quando quis habeatur, & capi possit, & quibus obseruatis.

Conscientia purgatur per iuramentum, & mala interficit: uer. Item non.

IVRAMENTVM. Septem sūma continet. nam primò dicit, ꝙ iurm. s. necessariū à iudice parti delatū. s. in defectū ꝓbationis, non pōt recusari. Scdò dicit, ꝙ hæc regula fallit, si recusetur ex iusta cā. Tertiò dicit, ꝙ iurm iudiciale, ꝙ in iudicio a parte parti defertur recusari potest licitè ipsum refereñ. alteri parti. Quartò dicit, quòd hoc fallit in eo, qui conuenitur in actione famosa: quia ipse non potest iusiu. referre. Quintò dicit quòd actore nihil probante, sed omninò in proba. deficiente, non dēt iuramentum necessariū deferri, sed reus debet absolui, ēt si reus nihil ꝓbauerit. Sextò dicit, ꝙ actore semiplenè ꝓbāte ꝑ inopiā ꝓbōnis defertur sacramentum reo ad ostendēdū suam innocentiam. Septimò & ultimò dicit, ꝙ hoc fallit, si defertur iuramentum necessariū reo, uidelicet qñ inspectis personis & circunstantijs iudex uidet. i. arbitraē iuramentum necessarium desereñ. actori. s. ad supplen.

plē.proba.h.d.secunda ibi, nisi iusta. tertia ibi, ipsius. quarta ibi, nec liceat. quinta ibi, sanè. sexta ibi, præsumptione, septima & ultima ibi, nisi iudex inspectis.h.d. breuiter.¶† Tres sunt spēs iurī.nam quoddā est necessa
1 riū, quod ex necessitate subiē, nisi ex iusta cā recusetur, quoddā iudiciale, quod referri pōt, & ipsi pstandi necessitas recusari. Fallit in actione famosa, tertium est uolū
2 tariū, de quo hic non loqtur.¶† Porrò iurm necessariū non habet locū, actore oīno nō pbante: sed eo semiplenè pbante cæteris paribus debet deferri reo, sed si psonarū qualitas & circūstantiæ semiplenè pbationi adminiculantur, defertur actori. uel dic. ꝙ aut est minus, q̃ semiplenè pbatū; & defertur reo: aut plusq̃ semiplenè & defertur actori: aut nec plus, nec minus, puta p unū bonum testē; & est in arbitrio iu. tñ ad hoc, ut deferaē actori reqruntur tria, quæ iudex habet cōsiderare. s. psonarum qualitas, litis q̃titas, & pbōnis qualitas. inspicitur. n. cuius psonæ, ut sit bonæ famæ, & sciat scm: q̃titas, ut non sit uerisimile p tanta quantitate actorē deierare. qualitas, ut non sit famosa, uel criminalis. item ut non sit cā, quæ non possit pbari nisi p unā speciem pbationis. i. per iurm in defectum probationis, ut eleganter no. ff. de test. l. iij. §. eiusdem, in glo sunt. n. uer. qnq;
3 tamen.¶† Et qm̄ in ista materia fit mentio de argumentis, qur dicanē argument', dic ut no. Inno. ?. de usu. cū in diœcesi. Sed qd si est dubium super intellectu legis, uel statuti? rñ. super hoc nō debet deferri iurm: qa non consistit in facto, ut no. ff. de aur. & argen. le. l. ornamentorū.¶ Adde tertiū casum, uidelicet ꝙ interdū nec actori, nec reo, si iudici vī, nemini deferē. Et tñ dico, ꝙ si iudex dicat sibi non uideri, cū debeat uideri, ꝙ à tali grauamine pōt appellari, sicut appellatur in oībus arbitrarijs, in quibus agitur de diffinitiuo piudicio. In tex. ibi, à te. s. iudice, publicatis, uel non publicatis attestationibus, quæ iudici semp sunt publicatæ, ut no. Inno. s. de testi. c. cū clamor.¶ In tex. ibi, Iusta de cā, no. iudicis imperiū iusta de cā mitigari.¶ In tex. ibi, quod in iudicio, quod iuramentū uocatur iudiciale, & tenet mediū inter necessariū & uoluntariū pp referendi potestatem.
4 ¶† Adde, dicit lex, manifestè. ff. eo. a quod actor, q non uult iurare, nec referre, manifestè uideē iniustè agere hoc uerum, qñ iudex approbat delationē iurī, & mandauit iurari: aliàs nō teneē ad pceptum aduersarij subire iuramētum, uel referre, ut. C. eo. l. gñaliter: qa nō debet esse in ptāte aduersarii mei, quid habeā secum facere, ut not. ff. de iu. om. iu. l. si idem cū eo. §. i. simile in c. ii. de confes. li. vi. Nam, ut qs habeatur p confesso, requiritur monitio iudicis.

a ¶ *Vide omninò ad istam materiam ultra scripta per legistas in d. l. manifestè, quæ latè & subtiliter scribit. d. Bart. Soc. in cōsi. clxxxiiij. incip. difficilis & dubius est articulus, per totum.*

5 ¶† Item regula, ꝙ debeat iurare, uel referre, intelligiē in eo, qui scit, uel scire pōt plenam ueritatem: secus in eo, q de facili non pōt scire, de quo purgabit se p proprium iuramentū dicens, ego nescio, ut. j. ti. i. c. pastoralis. & caueat, ne petat tēpus ad deliberandū: quia si acceptat terminū, cogitur pcisè rñdere, ut. ff. eo. l. iusiu. & ad pecunias, in princ. nec pōt reuocare responsum, ut eleganter no. j. de diuor. c. ex literis. Nā interdū error reuocari non pōt, ut. C. de li. cā. l. cum ptium. sed illud iō: quia reuocando allegat se per mendaciū impetrasse: & sic sua confessione eneruat rescriptum. unde si uult pcedere in cā, & rescriptum eneruare, est contrarius sibiipsi. quare de necessitate seqtur, ꝙ perdit commo
6 dum rescripti.¶† Ex his apparet, ꝙ probabilis ignorantia facit, ꝙ qs non tenetur iuramentū iudiciale subire, uel referre: sunt & aliæ plures cāæ, ex quibus ad neutrum tenetur, ut si iuramentū defertur non ritè; quod esse pōt ex defectu deferentis, ut. ff. eo. tutor. §. pdigus. Item ex psona eius, cui defertur. ff. de in lit. iur. l. uideamus. Item qa defertur non in loco cāū, nec in iudicio iudice sedēte p tribunali. nā debet in iudicio deferri, ut hic, & no. ff. eo. l. i. item non dicitur ritè deferri, si iudiciū non tenet. ff. eo. si patronus. item debet deferri formaliter: secus, si informiter & implicitè, ut eo. l. iusiuran. §. si de qualitate. Itē non tenetur suscipere, nec deferre, si lis est finita, ut ff. eo. l. qui iurasse. §. si pater, & l. eum qui. §. in popularibus, & no. in l. si à te in prin. ff.
7 de excep. rei iu.¶† Et no. ꝙ tria sunt. s. subire, recusare, & referre. Item no. hanc cōclusionem, ꝙ ubicunq; qs non tenetur rñdere positioni, ibi non tenetur subire iuramentum, nec referre. Verbi grā, si defertur iurm sup impertinentibus, uel sopitis, ut. ff. eo. si duo patroni. §. Iul. scribit, uersi. nec pati, ubi est text. aureus, quod iu-
8 dex ex officio non debet pati.¶† Deinde no. ultra expositionem glo. Irn. quæ scripta est C. eo. l. gñaliter, quod ille, qui iurat ex delatione, uel relatione. s. legitima in cā obtinet. Si uerò non iurat ex iusta cā, ex hoc nec succumbit, nec obtinet. Qui uerò recusat sine cā, aut actio est famosa; & succūbit in cā, ut. l. Marcellus, rerū amo. & hic: aut non est famosa, & tunc aut iurm est delatū; & sufficit referre; nec habet locū relatio relationis. Et si ille, cui refertur, non iurat, habeē p confesso, nisi ex iusta cā, ut quia nō liquet ueritas fm Lamb. de Salmis. & hæc uera sunt in actore, & reo.¶ Accedat ad pdicta, quod dicit. l. conscientiā, non ignorantiā uolumus obligari. C. de decu. l. gñaliter, lib. x. ff. de decre. ab or. fa. l. ti. ff. de inter. ac. l. de ætate. §. qui iusto. Et no. ꝙ materia relationis iurī non hēt locum in iurō necessario, nec in simplici uoluntario, ut patet ex dictione aduersatiua,
9 quāuis, hic posita.¶† In text. ibi Actione famosa. Not. aliud speciale in actione famosa, ꝙ qui pposuit actionem nō famosam, & uult emendare libellum, & pponere actionē famosam, nō pōt hoc facere: quia nīl agit, nisi ut officiat, ut sin. no. C. si cer. pe. l. certi condictio, in prin. Si ē contrà uult transire de actione famosa ad nō famosam, & sic emendare libellum, uel suspendere, puto ꝙ possit ēt li. conte. quia nīl agit, nisi ut proficiat, ar. ff. de aqua plu. ar. l. ii. §. item uariis. ff. de so. l. cū Stichus.¶ Sequitur uer. sanè, ibi, actor in pbatione defecerit. i. nihil probauerit, uel ppriè, nihil, ut quia minus, q̃ semiplenè, puta p unum testē non bonū, nec honestum, ut. ff. de eden. l. si quis ex argentariis. §. i. in uer. humilis & deploratus, uel aliàs suspectus, bona grā, puta nimia amicitia, uel parentela, uel mala gratia, puta odio, uel maleuolentia fm oēs doct. antiquissimos, & eorum sequaces: quia modicum fermenti totā massam corrum-
10 pit.¶† Modo quæritur, utrū eo ipso, ꝙ actor non pbauit dicatur in probatione defecisse, ut sic reus debeat diffinitiuè absolui? an. dicatur de cā non liquere, ut sic absoluatur ab obseruatione iudicii, salua iteratione libelli, refectis sumptibus? So. aut actori est pclusa uia pbationis uel per testium publicationē, qui dixerunt se nihil scire, uel quædā impertinentia scire, uel p lapsum termini dati ad pbandum, & tunc dicitur actorem in pbatione defecisse, ut no. Di. in. c. indultum, de re. iur. lib. vi. & sic debet absolui reus diffinitiuè, ut. C. de edē. l. qui accusare, & hic. Aut actori non est pclusa uia ad probandū, licèt tempus instantiæ labatur, & tunc, quia

in

in sequenti libello potest probare, nō dicitur liquere de causa, ut possit diffinitiuè absolui, ut.C.de iud.l.properandum.§.& si quidē reus, & no.de testi.l.iij.§.eiusdem, in glo.sunt.n.& hoc tenet Ray.in l.in bonæ fidei.C.eo.ti. ¶ Non ob.quod no.ff.de arbi.l.si de meis.§.fi.unde glo. dicit, quod si actor nō probauit, liquidū est iudici, quod debeat pronuntiare. Ratio, quia sibi non liquet, pronuntiat pro reo: quia illa glo.supponit testes esse receptos in cā, ut statim sequitur in eadē gl.sed ubi nil est omnino discussum, nil pōt diffiniri, ut no Inno.in c.solet, de sentē.excō.in vj. Nā impossibile est omissis medijs cāæ perueniri ad extremum, & ad diffinitiuam sniam, ut.C.de senten.& interlo.om.iud.l.prolatā. ¶ Et hoc uerū, nisi terminus ad probandū sit assignatus à iure: quia tunc elapso termino ille cui incumbit onus probandi, dicitur omninò
11 in probatione defecisse, ut in c.pia, de excep.li.vi. ¶ † Et no.quod terminus ad probādū, siue assignetur uni parti, siue utriq;, habet operari in eo, cui operatur, necessitatem, in aduersario nō probandi habilitatem, ut.C.de tem.in inte.resti.l.petendæ, & no.Inno.j. de ap. super
12 eo.el.ii. ¶ † Sed pone, quod non est assignatus terminus expressè ad probandum, sed est assignatus iurisdictioni iudicis, nunquid uidetur assignatus et ad probandū, adeò quod si actor in extremitate termini repertus est nihil produxisse, uel probasse, sit reus absoluendus diffinitiuè? sed distingue sm Inn.aut est terminus assignatus de uoluntate utriusq; partis; & hēt uim peremptorii, & sic debet cā diffiniri.aut de uolūtate unius partis, uel neutrius; & tunc nō habet uim peremptorii.unde actor nō dicit defecisse, sed tacuisse.idē no.Bar.in d.l. si de meis.
13 §.fi.& ff.de cōsti.pe.l.sed & alia. ¶ † Ex hoc infert Bar. duas cōclusiones.una conclusio, quod si statutus est terminus disceptationi iudicis delegati, uel arbitri, uel ipsi cāæ de partium uoluntate, & actor nihil produxit per uiā probationis, quod reus debet absolui: quia liquet eū absoluendum & hoc fortius dicemus in arbitratore: quia arbitrator etiā sine citatione poterit hoc casu arbitrari. nam in arbitratore non requiritur citatio propter arbitramentum, sed propter disceptationem cāæ, & in causa cōclusum est. nō idem dicemus in iudice: quia pars debet citari ad sniam. Et iō differentia est: quia terminus ad probandū, ex quo incæpit currere, currit sine cāæ cognitione: sed ad sniam est necessaria cāæ cognitio. ergo citatio, ut, supra de offi.dele.c.consuluit.& hæc uera, qn meta est
14 præfixa de partium uoluntate. ¶ † Sed nunquid, si ex sola auctoritate statuti municipalis iudex, uel arbiter arctatur ad diffiniendū cām intra certum terminum? rñ. idem. Nam iudex debet facere, quod statutum iubet; & iō habet uim peremptorii.idem, si princeps iubet cam instructam sibi remitti.nam intelligitur instructa per abnegationem, & quia præclusa est uia probationi, quę debuit fieri coram remittente, ut.l.fi.ff.qn app.sit.C.de
15 rela.l.i.C.de dila.l.cū à nobis. ¶ † Sed quid si statutū imponit terminū instātię, sed non meritis cāæ? rñ.tunc nō habet uim peremptorii, & iō non debet dicere iudex, absoluo diffinitiuè, quia actor in probando deficit. sed debet dicere, absoluo in perpetuū, uel impono perpetuum silentium: quia ista snia habet uim diffinitiuæ, ut dicit
16 illa.l.fi.ff.de accu.l.cum Titia. ¶ † Ex his cōcludit, quod aliud est non probasse, aliud in probatione defecisse. Itē concludit, quod terminus arctatiuus de uoluntate partium insertus ad litem decidendā uim habet termini perēptorii cōcludentis partibus.iudici.n. non concludit, si non uult ancipitē sniam proferre, cū possit eam ferre sub cōditione futuræ probationis, ut no. C. de sen. & inter.om.iu.l.cum iudex.quæ conditio retrotrahit, ut no.infrà de ap.præterea.& iō iuris fictione non est ordo peruersus: quia necessitas facit probabile id quod aliàs non esset probabile, ut.ff.de manu.te.l.qui nō potuerunt, &.ff.de iniusto te.l.si quis filio, circa mediū. Sed mirum est, si ultima dies intelligitur esse terminus siue dilatio.ergo interim pendet dilatio. ergo non pōt assignari alia dilatio, quod est falsum.sed rñdeo, quò non est propriè dilatio, sed arctatio: quia non datur aio differendi; & iō intra eā bñ possunt aliæ dilationes assignari.C.de iudi.properandū, in prin. & licèt aliæ dilationes sint assignatæ expressè: tñ nihilominus in fine tpis surgit tacita dilatio ad probandū, imò ad probatū habēdum, & facit de offi.dele.c.de causis, ubi not.quod ubi est breuis meta iudicii, ibi breuiores debent esse dilationes, non tñ ita arctæ, quod sint penè impossibiles, ut no.Inno.in.d.c.super eo, & no.ff.ex quib.cau.ma.l.sed & si per prætorem.§.quoties. ¶ In tex.ibi, Obtinere.s.diffinitiuè. ¶ Ibi; præsumptione, pondera literā. Litera.n. non dicit, semiplena probatione: quia in nullo text.reperitur semiplena, sicut non reperitur, semiplena usucapio, uel semiplenum testm̄, nec aliquid aliud indiuisibile, ut.C.de test.l.si unus.hanc aūt præsumptionē facit unus bonus testis, si cā non est famosa, nec grauis, in
17 specta qualitate personarū sm Accur.& Ber. † Sanè in feudis dicimus, quod interdum defertur iurm dño, interdum uasallo, & ualet pro quo præponderant adminicula rōne possessionis pacificę. nam si dñs negat uasallo, & uasallus probat de pacifica possessione plusquā anni, defertur iurm uasallo: sed si uasallus hoc non probat, præsumitur pro dño, ut in auē.de consue.recti feu. § sacramentū.nā directa dñia prius fuerunt, q̄ feuda.ergo possessio domini præsumit antiquior, ut.s. de proba. l.cet cām.nulla.n.res præsumitur serua, ut no.ff.de no.
18 ope.nun.l.si prius. ¶ Modò quæro, quæ sunt ista, quę faciant sufficientem præsumptionē? ubi considera idū est, quod motus iudicis qnq; est sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum, quia nihil nouit; & tunc iudex nō pōt moueri ad aliquid credeñ.uel discredendum, interloquendum, uel decidendū: quia oē quod mouetur, ab alio mouetur, & à nihilo nihil mouetur. Interdū mens iudicis cæpit informari per solam audiētiā partiū absque examine probato; & idem, quia iudex non debet esse credulus. Interdum processum est ad aliquas probationes, & hoc dupliciter, aut in præparatoriis iudiciorū, aut in decisoriis.si quidem loquitur in præparatoriis iudiciorū, semiplena probatio, puta mandati, requirit cautionem rati, ut.C.de procu.l.i.ubi per Iac. de Bu. si autem reuocatio mandati probetur semiplenè, consulendus est dñs.C.ubi de cri.agi.oportet, auē.qua in prouincia.si aūt sumus in decisoriis, aut in summariis modici præiudicii, & statur præsumptioni, ut.ff.ad.l.Aquil.l.in.l.Aquil.§.si delatū.ff.de Car.edi.l.iii.§.cāæ.ff.ad exhi.l. thesaurus.si aūt sunt magni præiudicii, idem, quod in causis ordinariis: quia ubi est par præiudiciū, ibi pari-
19 ter est agēdum. ¶ † Quæro igitur, quæ faciant semiplenam probationem in causis ordinariis? nunquid unum indicium? & uidetur quod non: quia indiciū minus est, q̄ semiplena probatio, ut singu.no.C.de proba.l.cū probatio.sed illud debet intelligi sm qualitatem indicii.s. de præsum.c.afferte. Tu dic, quod illud est uerum in indicio leui.secus, si sit unum bonū & magnum indicium probatum per duos testes, ar.C.fa.her.l.fi.ut confessio facta inter absentes in actu fauorabili, ut in c.ulti.infrà de suc.ab inte. Et coniecturæ solēnes, ut.ff.de te.l.ob carmen.

men.§.fi.uel fama apud multos pitos ex cōiecturis cō probata, nō dito ꝑ se solā, ut s. de tes.cog.c.super his.

20 † Quid de priuata[a]. scriptura? re spō.si constat, ꝑ quē ē scripta, & ad fidem illius cōsueuit recurri, nō tñ tanq̄ ad publicā ꝑsonā, sed tāq̄ nūmulariū, uł argentariū, fm cōsuetudinē quorūdā locorū, facit plenā ꝓbationem: sed de iure cōi facit semiplenā, ut ff. de edē. l.quædam.§.nūmularios, dumtñ cōmodū nō ꝑtineat ad scribentem, uel eius hr̄dem, ut C.de conue.fis.debito.l.inter chartulas, li.x.quia scriptura nō facit fidē ab origine, fides eius reconciliari non pōt, ut ibi elegāter no. Vel aliquātulū plenius distingue fm Iac.de Bel. & Ray.aut scriptura priuata ē confessata? & facit plenā fidem, ut i l.Publia.§.fi.aut negata, & tūc aut hēt subscriptionem partium, & testium: & facit plenā fidē, ut C.q po.in pig.ha.l.scripturas.aut habet tm̄ alterū prædictorum: & tunc aut probatur per testes, & ꝑ cōparationē literarum; & tunc facit plenam fidem: aut ꝑ alterū, & tunc semiplenam, ut C.de fi.inst.auē.& si cōtractus, & in auē.eo.§.si quis uult igitur.uersi.si testes, & cōparatio contradicūt, est in arbitrio iudicis credere, cui uult ar.in auē.e.§.si uero tales.aut nō est aliquo mō probata; & non facit aliquam probationē, sed qualēqualē ꝑsumptionē, q̄ nō faceret deferre iurm necessariū, ꝙ defertur ad suppleñ.probatio.ubi ergo cessat ꝓbatio, cessat illius sacri delatio, Ray.

a ¶ Vide Are.consi. 64.a inci.diligenter & ma turè Ale.consi.80.nu. 4.& aliquid per Felin.in c..cum olim, ad fi.& se.de re iudi.

21 † Quid de codicibus mercatorum? dic ut no.Bar.ff.de do.l.nuda.nā inter oēs priuatas scripturas codex rōnum obtinet principatū: qa fiunt ad perpetuam memoriam ꝑ uiros notabiles & discretos, & quia ex dictis codicibus surgunt multæ comparationes, & ex multis concurrentibus orit̄ quasi publica fides. Item consuetudo approbat.

22 † Quid de pagina literarum transmissa absenti? dic ꝙ aut trāsmittit̄ in uim ꝓbōnis; & statur ei, si ille, qui recipit, consensit; ꝙ est ex eoipso, ꝙ acceptauit literas, ut ff.de po.l.pubi.§. fi.& ad Maced.l.si filius.aut in uim dispōnis, & tūc aut dispositio pendet ex consensu utriusque partis; & statur scripturæ, ut ff.de pigno.l.cum tabernam. §. idem quæsijt. aut ex consensu scribentis tantum ; & tunc non creditur uerbis enuntiatiuis, ut ff. de libe. lega. l. Aurelius.§.fi.nisi agatur de probatione solius actus.ff. de neg.ge.l.Nesennius.nec facio uim, utrum lr̄a transmissa sit ꝑpria manu, uł alterius: qa ille, qui transmittit scripturā, edit eam, & scripturæ, quam qs edit, stare tenetur, ut C.de fi.inst auē.ad hæc.

23 † Dubitatur de comparatione literarū, quā fidem faciat, gl.dicit ꝙ semiplenam; ꝙ uerum est in priuatis scripturis : sed in publicis dic, ut C.de fi.inst.l.comparationes.Bar.facit differētiā inter nomina priuatarum scripturarum, q̄ sunt tria s.literatoria directa absenti: apodissa data parti, & codex rōnum, sed ego de ista differētia non curo, nec curo, nec curat gl.Accu. & in istis omnibus multū ualet consuetudo, & iudicis arbitrium.

24 † Quæro, si actor ꝓbat per duos testes, & reus ꝑ unū, utrū ꝓbatiō rei debilitet probationem actoris? respondeo non, si sint cōtradictoria ab origine, sicut uerum & falsum.sed si ex post facto, ut pactum de non petendo, sunt opi.doc.ut C. e. l.in bonæfidei.Ego indistinctè teneo ualidiorem probationem uincere, & minus ualidam nihil operari ēt in elidendo.dic ut ibi plenè dixi.uel dic, cū q̄rit, utrum unus testis faciat semiplenā ꝓbōnem, ꝙ aut testis ē aliquał̄ suspectus, & nō facit semiplenā ꝓbōnē, sed quādam probationem, ut nota.ff.de proba.l. etiam matris: aut est omni exceptione maior; & tunc aut duo testes facerent plenam; tunc unus facit semiplenam per locum à proportione numeri secundum Odof. aut non facerent plenam; & tunc unus non facit semiplenam, ut C.de testa.l.si unus.& est ratio, quia actus est nullus ꝑꝑ defectū solēnitatis, q̄ ē indiuidua.† Sed qd si fuit statutus termin⁹ ad ꝓbādū ꝑ oē gen⁹ ꝓbationū, nunqd post istū terminū poterit deferri sacrm necessariū? rñ. nō, qa gen⁹ ꝓbationis est iurare. Et iō exclusus à ꝓbatione est exclusus à iuro, ut C.de non nu.pe.l.in cōtractib⁹.§.illo tñ.uñ pōt deferri ad purgationē. Cas⁹ ē hic ualde no.

26 ¶ Sed pone † cum hēret actor pr̄es testes, fuit negligens, & non fecit examinari nisi unū testē, an deferetur ei iurm? dicit Bar.ꝙ non.Ray.contra. pro Bar. facit.ff.de ar.l.de rebus, & ff.de eden.l.argētarius.§.cū autem.

27 † Item actor est in culpa, ergo non dēt sibi succurri ꝙ est notabile. Hucusque dictum est, quē effectū hēat iurm necessariū, & cuius authoritate deferat, & cui, & in qbus causis, & qn̄ ꝑꝑ inopiā ꝓbationum, uel ad infringendam semiplenam ꝓbōnē, uł ad coadiuuādā, q̄ oīa sumpserūt originē ex l.admonēdi.ff.e.ti. & l.i bonæ fidei.C.e.ti.& dictas ll.repetij i lecturis meis quālibet de per se.Item qualiter iuramētum necessarium perdat uires suas.nam aut est oīno res integra, qa delatum est nudum iuramentum, & nōdū ē iuratū, sed parato ad iurandum obijciūtur superueniētes ꝓbōnes; & tūc nō debet iurari, & si iuretur, non ualet, aut res ē integra fm qd, sed nō simplr̄, ut qa ē iuratū, sed nō ꝓnūtiatū, & tūc ꝑ interlocutoriā iudicis dēt reuocari ꝑꝑ superuenientes probationes. Aut res nullo mō est integra: quia fuit lata sn̄ia diffinitiua fm iuramentū; & tūc aut contra minorem, fiscum, uel ecclesiam, & idem, ut C.de sen.aduer.fis.latis, lib.x ¶ Et fortè idem, si contra absentes cā reipub. Aut contra alios non priuilegiatos: & si quidē ē appłatū, tūc res adhuc dr̄ integra; & rescidit̄ sn̄ia remedio appellationis, ut not.ff. de appe. l.creditor.§.iussu. Aut nō ē appellatū, & tūc qa sn̄ia trāsiuit i rē iudicatā, nullū ē remediū, nisi ꝙ petat̄ i ite.re. ex cā gñali intra quadriēniū, ut no.ff.ad Tre.l.seruo inuito.§.cū ptor, & l.diuus, de re iudi.nisi istud iurm eēt delatū, aduersariò legitimè absēte: qa sn̄ia, q̄ fundaret̄ sup eo, fundaret̄ sup falsa suppletione facta cōtra abs̄tē; & iō eēt ipso iure nulla, & maximè, qa dicta suppletio ē remedium extraordinariū, ꝙ facili⁹ obrūpit. ¶ Et ꝙ sit remedium extraordinarium, apparet ex natura sui. Porrò arbitria fundātur sup æqtate, & ubi falsitas, ibi non potest esse æquitas. prædicta probantur.ff.de iu.l.si prætor.§.Marcellus. Explicitus est articulus retractionis.

28 † Et no.ꝙ omnis probatio reponitur sub spē fidei, ita ꝙ iudex est quoddam prædicamētū, ꝙ p̄dicat de ꝓbōne, ut C.de edendo.l.ij.& ff.de testib.l. testiū, in prin.q̄ l.est tota aurea, nec posset de ea minui syllaba, & sir̄r l. ob carmen.§.testes, & l.in testibus.ff.eo.ti. Et si canonista uult se conformare legistis in forma lecturæ, capiat formam Ia.Bu.in l.bonæfidei.C.e.ti. in opponendo & in quærendo formam d.Cy.ibidē in lectione. & si uult speculari, uideat Bar.in l.admonendi, & me post eum. quæcunque tñ optima sunt in ista materia tā de gradibus fidei testium, quàm de effectib⁹ graduum, superi⁹ explicaui.

29 ¶ † Extra quæritur de mercatore, qui parat se ad fugam, utrum ad petitionem cuiuscunque asserentis sibi deberi poterit capi, donec sibi satisdederit? respondeo , aut post citationem de eo factam parat se ad fugam ; & est suspectus .& tunc aut detinetur,

tinetur, ut satisdet, ut in aut. de exhi. reis. §. si uero et q dã. aut nōdū erat citatus. & tūc aut erat suspicio publica, quia incœperat publicè diffamari, & erat suspicio ĩ uulgo; & idem, quia mala fama suspicionē inducit, ut l. non oĩs. §. à Barbaris. ff. de re mili. & hoc si non possi det immobilia, uel possidet pauca, ut l. sciēdū. ff. qui satis. co. dic q à suspicionib⁹ iudex dēt informare animi sui motum, & arbitrari sup istis, dūmō pcedat fides de debito, q̃ pōt ēt fieri sine libello: quia captura psonæ de præparatorijs litis. Nec puto, quòd hæc uia habeat locū in materia capituli, nouit s. de iud. ubi misericors Deus salutaria illis iudicia faciebat. nam ibi non pcedi tur principaliter & præcisè s̃m rigorē iudiciorum, sed eo mō, quo procedit medicus, qui extrahit cataractam de oculo infirmi, uelit, nolit, proinde deducens eum ad salutē uidendi, quæ est plurimū salutaris. Item non nego, quin in foro cōsciæ admittatur expurgatio per iuramentum. Nā mala conscia eēt uenenū, q nisi uomat interficit, & impossibile est, q cū sanitate mētis cē cordet: qa est contra naturam diuinæ & humanæ rōnis; & ideò dolus non præsumitur. tamen ad claritatem cōsciē tiæ detegendam, ut alij non dubitent, præstatur iuramē tum purgationis; ut C. de pœna iudi. qui malè iud. au then. nouo iure. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Exceptionem qui proponit, eam probare debet.*
Excipiens quodammodo petit, & quando.
2 *Exceptio quid.*
Exceptiones à quibus opponenda.

De exceptionibus. Rubri.

a *¶ Vide per do. Fel. hic 1 Et ultra alle. per ipsum uide omninò moder. Bononienses in l. a 4. in §. Cato. ff. de uer bo. obli.*

QVI † exceptionem proponit, pbare eā dēt. ff. de prob. l. in exceptionib⁹: qa q excipit quodammodo[a] petit ff. rem ra. ha. l. amplius, & hoc qñ exceptio supponit aliqđ ens ĩ rerum natura. Secus in mera negatiua: quia illa non est pprie, exceptio, ut C. de nō num. pe. l. j. porro † exceptio est petitionis, uel actionis exclusio, uel elisio, uel suspensio, uel repulsio, & his finibus contenta est, nec transit ad naturā reconuentionis, uel plus petitionis, & iō ubi reperiunt cōtraria iudicia, puta tutelæ, & nego. gest. non pōt ea seq excipiēdo: sed ut agat, ut l. iij. §. contrarium. ff. de contrario iud. tu. & ff. commo. l. in commodato. §. duobus, & adde q dicā infra e. c. j. ¶ Item scias, q exceptiones oēs exclusiuè non pñt opponi, nisi per eum, cui ex exclusione ius acquiritur. patet in exclusione uasalli, & emphyteutæ, quæ ad nutum domini fit, & non ad uoluntatem tertij, ut not. in l. ij. ff. si ager uec. uel emphy. petatur, & ibi glo. singu. Baldus.

SVMMARIVM

1 *Testis si de crimine cōtra eum excepto conuincitur, uel aliàs conuictus appareat, repellitur à testimonio, sed crimine non punitur, nisi in casu, in prin. & nu. 2.*
Crimen testis quando dicatur tangere negotium principale, in prin. post casum.
Crimen occultum & aliàs non discussum contra testem opponi potest.
Exceptio contra testem ante sententiam probari debet.
Sententia lata principaliter contra testem facit fidem ad eum repellendum.
Testis admittitur ad innocentiam suam expugnandam, quando contra eum quid obijcitur.
2 *Exceptio falsi si probatur contra testem & statur finibus solius exceptionis testis: non punitur pœna legis, sed incidenter, & extra ordinem.*
3 *Testis interrogatus si confitetur crimen suum, nō punitur tamen de illo crimine pœna ordinaria.*
Modus agendi, uel excipiendi semper inspici debet.
Testi potest opponi crimen, etiam si de eo per sententiam non sit infamatus.
4 *Exceptio an opponatur contra testem etiam post sententiam.*
5 *Appellari an possit ab exceptione, quæ opponitur contra testem.*
Confessioni statur in criminibus absque alia probatione ad repellendum testes, & non ad puniendum.
6 *Innocentia an possit probari.*

DENIQVE. Si testis de crīe contra eū excepto cōuincitur, uł aliàs conuictus appareat, repellit à testimonio, sed de crīe nō punitur, si non tāgit negotiū principale. Et sunt tria dicta. scđa ibi, q si tertia ibi, cæterū. ¶ Casus. Quæsitū fuit a Papa, utrū cõtra testes possint opponi cria, de quib⁹ nōdū fuerūt accusati, nec conuicti, uel confessi? rñdetur, q sic: tñ opponens dēt probare ante, q̃ snia proferatur, scđo quæritur, quid si fuerunt accusati, uel conuicti, uel cōfessi? rñdeo, non creditur eis. tertiò quæritur, nunqđ exceptione criminum probata testes debeant puniri pœna ordinaria illius criminis? respondetur, quòd nō: qa non præcessit in eis accusandis iudiciarius ordo, psertim si crimen probatum contra testē nō cōtingit cām, de qua agit h. a. v. g si testis est imputatus de adulterio, & contra testes probatur homicidium, ista sūt separata; quia nihil habent commune. C. de accu. l. si qs homicidij. ¶ Exēplū aūt, qñ tāgit crimē, est si contra testē probat, q est socius criminis, ut C. de h. cā. l. si filiū, & uide, q ibi no. fallit in crimine adulterij, & ideo hic nō, ut ff. de adul. l. ij. §. si publico. † No. contra testem posse op- 1 poni crimen occultum, & aliàs non discussum. No. secundò, q exceptio cōtra testem dēt pbari ante sniam. Et tertiò no. q snia lata principaliter cōtra testē facit fidē incidēter ad eū repellendum à testimonio. ¶ Not. p qñ cōtra testē obijcit crimen, testis admittit ad sua innocētiā expurgañ. † Item no. q si cōtra testē pbatur 2 exceptio falsi, & statur in finib⁹ soli⁹ exceptionis, testis non punitur pœna legis, sed incidenter. & ex ordinē. dicit gl. no. in l. nullum. C. de test. q̃ loqt, qñ testis cōuicit de falso psumptiuè: qa uariat, uel uacillat. nā cū ipso teste examinat crimē ei⁹: sed si extrinsec⁹, & non cū ipso teste, ēt pœna extraordinaria non immineret ei, qa ista emergens examinatur cum litigatore, nō cū teste, ut eleganter dicit Inn. s. de test. c. cum clamor, & no. in d. § si publico, & ff. de infa. Lucius, & supra de ordi. cogn. c. cum dilect. §. quemadmodum. ¶ † In text. Ibi, Siue con- 3 fessi, not. quod si testis interrogatus confitet crimē suū tamen de illo crimine nō punitur pœna ordinaria: qa non agebatur ad hoc. dicit gl. decreti, quòd semper modus agendi, uel excipiendi dēt inspici. 2. q. 6. hoc qppe, & est gl. sing. ¶ Opp. quòd contra testē nō possit excipi de crimine, nisi sit infamatus per sententiam, quia solus

lus reatus non infamat, ut. ff. de infa. l. j. & ff. de pę. l. qđ ad statum. & si non infamat, ergo non inhabilitat. so. dicit glo. quod de iure ciuili procedit opi. fallit in periurio, ita no. glo. in d. l. Lucius. Sed de iure canoni. inhabilitat. ¶ Tu dic, ꝙ de iure ciuili non eneruat, sed debilitat, ut no. ff. de sena. l. Cassi⁹: sed de iure canonico eneruat, nisi testis sit emendatus de crimine: quod tñ post condẽnationẽ non prodest: qa in infamiam ꝑseuerat, ut. l. non põt. ff. de fur. & quia reatus sñia notatus oẽm honorem excludit, ut C. ubi sena. uel clari. l. j. Opp. ꝙ minus tempus detur ad excipiendũ contra testes, q̃ tẽpus sñiæ, ut. s. de proba. c. licet cãm. so. à iure nõ datur
4 minus tẽpus, sed à iudice sic. ¶ † Opp. ꝙ exceptio possit opponi contra testẽ ẽt post sñiam, ut. C. de fal. l. quærela. sol. ibi lex loquitur de exceptione falsi. circa quam dic, ꝙ per remedium restõnis in inte. põt opponi post sententiã, quæ transiuit in rem iudi. sed ipso iure non. ff. de iud. l. diuus. ff. de excep. l. qui agnitis. sed si nõ transiuit in rem iud. quia est nulla, ipso iure, potest opponi: quia re uera sumus ante sñiam, ut. ff. de iud. l. si ptor. §. Marcellus, & ff. de fal. l. si quis obrepserit. semel tamẽ opposita & reiecta iterato non põt opponi, ut. ff. de fide inst. l. fi. in fi. nisi esset appellatũ à repulsione, uel à to
5 ta cã, ut. C. de ap. l. per hanc. ¶ † Opp. exceptio, quæ opponitur contra testem, est declinatoria. sed exceptio declinatoria non resurgit in iudicio appellationũ, ut. C. de procu. l. ita demũ. sol. dicit Ber. quod immò est perẽptoria indirectè: quia perimit ꝓbationem cãæ principalis; & iõ appellatur ab ea tanquã a sñia lata sup exceptione perẽptoria: quia perempta ꝑsona testis perimit eius dictum, Ber. Op. dicitur hic, ꝙ statur confessioni absque alia probatione contra. C. ad. l. Iul. maie. l. quis-
6 qs. sol. hic ad repellen. Ibi ad capitaliter puniẽ. ¶ † Op. ꝙ innocentia non possit probari: quia est mera negatiua, & iam sunt dicicta contraria testificata. so. cõcedo, ꝙ contra testificata non põt directò ꝓbari, sed contra confessionem sic ſm Ber. tu dic, ꝙ ipsi testes, qui probant suam innocentiã, sunt nouæ personæ: quia probationes non fuerunt factæ cõtra eos, sed contra litigatores. ¶ Opp. ista litera innuit, ꝙ testes sunt interrogandi de proprio crimine, quod est absurdum. so. immo non est absurdum, si iudici uidetur. de hoc dictum est supra de testa. c. cum causam. Reliqua satis intelliges per teipsum.

SVMMARIVM.

1 *Reo excipienti contra actorem de excommunicatione maiori non obstat exceptio participationis, ex qua excommunicatio minor irrogatur.*

Ignorans nullum incurrit periculum.

Ex conuersatione quis non obligatur pœna reatus.

Obijcere quando quis possit, quod ipse non seruet, & id quod approbauit, & nu. sequentibus.

Replicatio denegatur, cui denegatur impugnatio.

Defensio semper reseruatur.

2 *Reus si esset excommunicatus excommunicatione maiori, sicut accusator, an repellatur ab excipiendo.*

Excommunicatio actoris maior, quàm rei, & non compensatur cum excommunicatione.

3 *Bannitus an possit opponere contra accusatorem exceptionem maioris banni.*

Conditio melior excipientis quando sit, & quando agentis, & nume. 6.

Dolum cum dolo compensari, multipliciter probatur.

Vulnera cum uulneribus quando compensantur.

5 *Mulier, quæ nubit intra annum luctus non potest alteri similiter nubenti opponere de infamia, uel de inhabilitate succedendi.*

Omissionis est minor culpa, quàm commissionis.

6 *Quod bannitus non audiatur agendo, nec excipiendo statuto si cauetur, modo bannitus agit contra bannitum: reus excipit de banno, an possit.*

Exceptio si tollatur à statuto, qua sublata intelligatur.

In statuto semper intelligitur illa clausula, saluo alio statuto compatibili.



1 A NOBIS. † Reo excipienti contra actorẽ de excõicatiõe maiori nõ obstat exceptio participationis, ex qua minor excõicatio irrogatur. h. d. secũ a ibi, nos igit. ¶ Casus. Aliqs est excõicatus maiori excõicatio e, q à cõuersante secũ in locutione, uel cõuictu recepi iniuriã: accusat eũ: excipit, qđ accusatus ẽ excõmunicatus. sed accusator replicat, ꝙ accusatus sitr est excõicatus: quia scienter participauit eidem; quæritur quid iuris? rñdetur excipi posse de maiori excõicatione ab eo, q est irretitus minori: quia maior excõicatio repellit à cõmunione fideliũ, minor à sola perceptione sacramentorũ. ¶ In tex. ibi, In locutione, ꝓ hoc probatur amicitia, ut sing. no. inst. de iureiu. §. fi. In tex. ibi, Scienter, ignorans. n. nullum incurrit periculum, ut no. in l. j. & l. ij. ff. de recepta. In text. ibi, Participatione, no. ex conuersatione quẽ nõ obligari pœna reatus, unde, si quis conuersatur cũ fure, uel homicida, dũtamen non participet in crimine, non est criminosus. ¶ Op. & uidetur, ꝙ participans non posset excipere de excõicatione: quia approbauit mores aduersarij, ut. ff. de adul. l. si uxor. C. de inoffi. testa. l. parentibus. Sol. ibi de moribus agitur, non propriẽ de crimine: quia illi mores nõ cadunt in ius accusandi: qñ alium non lædunt, ut no. in l. j. §. exigit, de secundis tab. Item opponitur, ꝙ non debet alij obijcere, quod ipse nolit seruare, de præben. c. cum illorũ, de leg. ij. l. pater. §. liberatus. so. prædicta argumentatio procedit, qñ sunt in pari cã: sed hic excõicatio non est par. Item fauorabilior est defensio, q̃ replicatio. Nã defensio semper reseruatur: sed replicatio non, quia replicatio est fomentũ impugnationis, & cui denegatur impugnatio, denegatur replicatio. cui aũt denegatur impugnatio, non ꝓpterea denegatur defensio, & per cõsequens nec duplicatio, ar. ff. de pę. l. quæ-
2 situm. §. fi. & C. de exce. licẽt cũ. l. seq. ¶ † Modò hic quęro, pone, ꝙ reus esset excõicatus excõicatione maiori, sicut accusator, nunquid repelletur ab excipiendo? & uidetur quod sic: qa replicatio exceptioni piudicat, ut C. de adul. l. qñ Alexandrũ. sed ibi erat exceptio nõ solum obstatiua, sed ẽt impugnatiua, ut exceptio lenocinij. Item in persona excipientis non erat permissum excipere: quia erat seruili macula impedita. Item, ut dixi, non erat mera defensio, sed implicita cum impugnatione, ut. ff. de ac. l. seruos. dicendũ est ergo, ꝙ excõicatio actoris semper censetur maior, quã excõicatio rei,
3 nec una excõicatio compensatur cũ altera. ¶ † Et est ar. quod compensetur bannũ cum banno, & sic bannitus possit opponere contra accusatorem exceptionẽ maioris banni. ar. contra, qa q nullus est, non põt opponere alteri de nullitate, ut infrà eo. c. ecclesiasticæ. dicas,
a quod si exceptio banni[a] reddit crimen non punibile perinde est ac si reus esset innocens. ff. ad. l. Iul. pec. l. lege. §. fi. & iõ melior est ſp conditio

a ¶ *Vide domi. Alexã. consi. lxv. circa fi. & fi. in iij. uolu.*

conditio excipiẽtis.fallit in illis delictis, quę mutua cõpensatione tolluntur.ff.solu.matri.l.cũ mulier.C.de hęre.qm̃.sed ibi rõne sectæ erat æqualitas, & in eodẽ errore per cõsensum utriusq; partis. Si aũt exceptio & replicatio non tangunt crimen, nec cãm principalẽ, potior est is, cui debetur reuerentia ab aduersario, ut.d.l. qm̃ Alexandrum.C.de adul.si aũt neuter alteri debet reuerentiam, deterior est cõditio agentis, ut hic, &.l.ij. ff.ne quis eum, q in ius uo.ui exi.fallit, ubi excipiens intelligitur exigere, puta castitatẽ, quã ipse nõ seruat, ut.ff.de adul.l si uxor.§.iudex: quia tunc melior est conditio agentis, q fundat se in fundamento naturali & honesto, puta ex contractu dotis.ff.sol. mat.l. atq; uxore. ¶ Dicit Ber.quod ille, qui ꝓsequit suam iniuriã, fauorabilior est reo opponenti exce.quæ iure publico competit, & non ꝓprio interesse.de hoc per Inno infrà de
4 adul.c.intelleximus.¶†Hęc regula, dolum cũ dolo cõpensari, ꝓbatur.ff.de cõpen. si ambo.ff de dã. inf.l. ex dãni.§.quoties.ff.sol.mat.l.uiro, de ino.te.l.in arena. C.de li.cã.l.si filium.ff.ne quid in lo.pub.l.ij.§.idẽ aiũt. ff.de dolo.l.si duo.ff.de contrahen. emp.l. si dñm. in fi. Adde, ꝙ quædam glo.uoluit dicere, ꝙ si duo se pariter uulnerant, neuter punitur.ff.si qua.pau.fe.dic.l.j.§. cũ. arietes.ff.ad.l.Aquil.quemadmodum.§.si nauis altera. Sed in hoc dicit, ꝙ aut impetu defensionis unus irruit in alterũ, aliàs non facturus; & tunc uterq; excusat ꝑ metum, ar.ff.quod ui aut clã.l.si alius.§. bellissimè: aut in pari odio; & neuter excusatur. E contra alia pars brocardi dicit, dolum cũ dolo non compensari, ar.ff.de dã. inf.l.qui bona.§.si quis: quia ubi dicitur, ꝙ non debet ab alio postulare, quod ipse illi nõ concessit.unde q nõ uult seruare statutum alteri, ipsum ꝑ se implorare nõ põt: sed ibi est ratio quia punit quis in eo, in quo deliquit.inde sumitur ar.quod ille, qui nõ soluit collectã, non potest alteri opponere excep.non solutæ collectę; & quod ille, qui uadit de nocte contra formam statuti, non põt accusare aliũ euntem de nocte, nec ẽt testificari contra eum.
5 ¶†Item est ar.quod illa, quæ nubit intra annum luctus, non possit alteri sibi nubenti opponere de infamia, uel de inhabilitate succedendi. ¶Item si duo pariter delinquunt non petendo tutorem Itẽ qđ si duo tenent appensum, non põt unus alterum accusare.nam illa regula, quod non possum ut ipse, possum ut quilibet de populo, nõ habet locum, ubi quis repellitur doli exce.ut.c.eo.c cũ ecclesiasticæ.Item quod dolus cũ dolo non cõpensetur, ꝓbatur.ff.de excep.doli l. apud Celsum.§.Marcellus.sed dic, quod ibi dolus fuit in exceptione quærenda, unde præualet iusta petitio, ut no ff.de pac.l.iuris gentium.§.si fraudẽ. Item nõ fit compensatio, ut.ff.so.ma.l.si mora.sed ibi ideò, qa maior est culpa cõmissionis, q̃ omissionis, ut.ff. de usuf.l.si cuius.§.de præteritis.prætereà ibi non loquitur in do-
6 lo. ¶†Et prædicta faciũt ad qõnem.statuto cauetur, qđ bannitus non audiatur agendo, nec excipiendo. modò bãnitus agit contra bãnitũ: reus excipit de bãno.Quæritur an possit? & uř ꝙ melior sit conditio rei.ff.de uer. ob.l.si seruus.§.si sequtur.ff.de ac.& obl.l. Arrianus.ff. de regu.iur.l.fauorabiliores.In cõtrariũ vř, quod causa intrinseca, ex qua actor se fundat, non est uulnerata in actore, sed extrinsecus uulneratur ꝑsona agentis & rei ꝑ bannũ, arg.ff.de mi.l.Papinianus exuli.ergo iustior est petitio actoris, q̃ defensio rei, ar.ff. depositi.l. bona fides.Item bannũ est notorium ꝑscripturas archiui.unde reus non excipiet, sed deteget inhabilitatem, uel officiũ iudicis misericorditer implorabit, ut.ff. de transac.l.ubi pactum, &.ff.de iureiu.l.prætor.§.prætererea, uer.nec patietur. So. si agens agit ad commodum fisci, melior est cõditio agentis, ar.in.l.j.C.de pręci.impe.offeren.sed si ad cõmodum ꝓprium, melior est cõditio rei; Bar.in l.cũ mulier.ff.sol.ma.dicit, ꝙ non ualet statutum remouens defensionem. sed male dicit in defensione ciuili. tu dic, ꝙ statutum, quod denegat exceptionem, debet intelligi, nisi sit talis exceptio, uel defensio, quæ ex eodẽ, uel alio statuto municipali sit permissa: quia semper in statutis intelligitur illa clausula, saluo alio statuto compatibili, ut no.Bar. in l.j.§.j.ff.qđ vi aut clam, & in c.dilecti.j̃.eod.

SVMMARIVM.

1 *Impedimento simili qui laborat, non potest illud alij opponere.*

Obijcere quando quis possit alij, quod ipse patitur, & nume. 2. & 7. ad fi.

2 *Reus excommunicatus an possit obijcere actori de excommunicatione.*

Conditio rei quando melior.

Nomine meo quod non possum obijcere, nec ecclesia, & quando, & nume. 6.

3 *Annullare non potest aliud illud, quod nullum est.*

Nullum quod est, habetur aliquando pro aliquo.

4 *Excipere nemo potest etiam de nullitate, nisi sua intersit.*

Motus proprius, & Scientia certa } *principis habent uim dispensationis, & non nisi per literas ipsius probantur, nisi in casu.*

5 *Beneficia plura quare quis non potest habere.*

6 *Nomine proprio qui non admittitur, an alieno nomine admittatur.*

7 *Recipi se quis petit inter antianos pro arte mercatorum, an possit opponere quilibet de illo consortio.*

De collegio siue consortio quilibet opponere potest, ne quis incongruus usurpet.



CVM ecclesiasticæ. Qui plura bñficia contra ius possidet, contra aliũ de pluralitate nõ excipit.h.d.¶Casus.Quidã Iacobus fuit inuesti us per C.Papam de quadã præbenda uacante in Nouariẽ. ecclesia, & de mandato ipsius in corporalẽ possessionẽ dictæ præbendæ inductus.canonici Nouarien.non permittebant possidere.unde Iac. prædictus in præsentia Papæ petit possessionem.Canonici ꝓposuerunt contra eum, ꝙ in alia ecclesia beneficiũ obtinebat.iste replicauit, ꝙ illi erant plurales; quæritur qd iur.Papa mandat epõ Laudensi, quatenus faciat dictum Iac.pacifica pos. dictæ præbendæ gaudere, de qua fuit per Celestinũ Papã hactenus inuestitus.Nec ob.exceptio prædicta, qui non pñt ei opponere, cum & ipsi uaria beneficia diuer
Impensis suis militare etiam spiritualiter nemo cogitur.
Temporalia pro spiritualibus exhibenda.
2 *Visitatio adminiculis indiget.*
Ab insolitis argumentum non ualet, ubi ius contra disponit.
Inseparabilia in productione, sunt & in corruptione.
Procuratio præscribi quo casu possit.§.in tex.ibi, & alius.
Ius sibi, dicere quis potest iudex in non requirentibus strepitū formalem, §.in tex.ibi.sententia.
3 *Procurationes officio uisitatoris debitæ an pacto remitti possint.*
4 *Archiepiscopus qua authoritate uisitabit ecclesias suffraganeorum.*
Valere si quid non potuit auctoritate, qua fuit usus, an ualeat altera auctoritate, qua præditus erat, & nu.3.
5 *Error in substantialibus uitiat.*
Sciri debet quod ex hominis facto procedit, & licet nesciatur accessorium, sufficit scientia principalis, n.rñ.5 præterea.

CVM ex officij. Procuratio, † q̄ debetur ordinario uisitanti, præscribi nō pōt, sicut nec uisitatio, q̄uis tertius possit præscribere utrumque & ubi restat de aliquibus cognoscendum, illud est ī sententia reseruañ.ut ff.de pac.do.l.Claudius.ff.qui po.in pig.ha.l.Claudius.h.d.Et prima pars narrat factū, & allegat rationem reorum.secunda ibi, nos igitur, allegationes reprobat, & processum contra eos seruari pcipit.tertia ibi, si quid, ubi reseruat eis aliàs allegationes, si quas habent legitimas.¶ Casus. Archieps̃ Senoneñ. dum uisitaret prouinciam suam, transitum fecit ꝑ diœcesim Parisieñ.& descendit ad ecclesias Abbatis Sancti Maglorij, & Prioris de Castris pertinentes ad suā uisitationem, à quibus petiit procurationem, sed ipsi eā sibi denegarūt, eo ꝙ nunq̄ eā p̄stiterūt. Archieps̃ eos excōicauit: Papa mādat Parisieñ epo, ꝙ sn̄iā p̄dictā seruari faciat: qa licèt possit alius uisitationē & ꝓcurationē p̄scribere: tñ ipse uisitādus nō pōt procurationē p̄scribere, reseruans ipsis ecclesijs, si quas alias defensiones se hr̃e probarent. An protestatio iudicis aliquid operetur, uide no.per Cy.in l.terminato.C.de fru. & lit.expen.No.ꝙ archieps̃ pōt uisitare ecclesias suffraganeorum: ꝙ intellige de consuetudine, uel negligētia, Ber. ¶ No.ꝙ uisitatio, & correctio, & procuratio non pñt præscribi accessoriè, per quod principale redderet inutile ¶ No.ꝙ nemo cogitur suis impensis militare etiam sp̄ūaliter.¶ No.tp̄alia pro sp̄ūalibus exhibenda.& ē ar. ꝙ uasalli dñr ire ad exercitū sumptib⁹ dñi. No. ꝙ idem
2 iur.est in accessorio, ꝙ in principali.† No.ꝙ uisitatio adminiculis indiget.i.uictu, & ꝓcuratione, uñ uisitatores dati à regibus ad aliquā ciuitatē reformandā, dñt hoc facere expen.ciuitatis. Idem, si aliqui mittantur ad capiē.bannitos alicuius terræ, ut ff.de ca.l.mulier ī op⁹. In tex.ibi, Allegātes, ar.ab isolitis nō ualet, ubi i⁹ contra disponit.unde non ualet allegatio nunq̄ fuit factū, cum fiendum non tollitur cursu temporis.¶ In tex.ibi, Nequiuerit, no, quod quæ inseparabilia sunt in productione, sunt inseparabilia in corruptione. ff. de serui. rusti.præd.l.tria prædia.ff.de libe.& posthu. l. si ita. ¶ In tex.ibi, & alius, & contra illum alium posset p̄scribi ēt sola procuratio, quæ præscriptio tollit cōtrariam præscriptionem, uel quia reducit ad naturalem statum ff.de pa.l.si unus.§.pactus, in fi.¶ In tex.ibi, Sn̄ia.s.excōmunicationis, quam tulerat archieps̃ cōtra eos, & sic ex̃ ordinē sibi uisitatorius dicit excōicā.nō ꝓcurantes eū; & talis sn̄ia dēt seruari, ꝙ est notabile.& sic in his, q̄ nō reqrunt formalē strepitum, pōt qs sibi & suis ius
3 dicere.† Quæro, utrū ex pacto pñt remitti istæ procurationes? & dic ꝙ nō ꝓ tp̄e futuro: qa sūt publici iuris & debētur poti⁹ officio uisitatoris, q̄ ꝑsonæ ipsi⁹, ar.in
4 l.annua.§.j.ff.de annu.le.† Quærit hic Inn.quā authoritate archieps̃ uisitabit ecclesias suffraganeorū? Et qdē triplex pōt eē cā.s.cōsuetudo, negligētia, & mādatū, siue delegatio Papæ. uñ quæritur, si archieps̃ excōicauit ex capite, ex quo nō potuit, puta authoritate iuris cōis credēs suffraganeū fuisse in mora, uel auctoritate consuetudinis, q̄ putabat uigere, & nō uigebat, uel authoritate rescripti, ꝙ nullum erat ipso iure, utrum ualeat ex eo capite, ex quo ualeret, si illud caput scienter eēt electū? dic ꝙ qdā cōpetunt ignorantibus & inuitis; & illa ualent, non obstante ignorantia: quia pl⁹ est in ueritate, q̄ in opinione, ar.ff.de iur.& fac.ign.l.ij.§.ignorauit.¶ Item intentio iudicis erat procedere, & poterat procedere, licèt non ex eo capite, & sufficit posse f̄m
5 Inn.† In contrarium vr̃, qa iste errat in eo, qđ est fundamen-

mentum iurisdictionis; & error in substantialibus uitiat, ut ff. de condi. & demon. l. multū interest, & l. quæ ro. ff. de eo, qui pro tuto. & ff. indi. sol. l. iij. Et hoc est, quod dr̄ quædā à sciente facta ualent, quæ ab ignorante non ualent, ut no. C. de iur. & fac. igno. cū qs. Sol. si habet duas auctoritates ordinarias, & elegerit incōpetentem, ualent ex cōpetenti, quæ habent iurisdictionē annexam habitu. Et sic nō errat in eo, quod est fundamentum iurisdictionis, & quod eā defert, quia ille, qui uult speciē, uult ēt genus, quod representat quālibet eius spēm. Si aūt procedit tanquā ex delegato, & non est delegatus, processus est nullus, nec aliquid patrocinatur iurisdictio ordinaria, quæ intentata non est: delegata aūt non est in rerum natura, & est defectus fundamenti. Præterea delegata iurisdictio cōsistit in facto hominis, non in dispōne legis, & id quod ꝓcedit ex facto hoīs, debet sciri; sed legis statutum non debet sciri, tex. est ualde no. in d. l. multum interest, ubi omninò * uide Bart. & facit quod no. Inno. in eo, q̄ furti. ordi. susce. ca. innotuit. In iudice. n. requiritur actus, & uolūtas. ff. de arbi. l. qualem, in prin. Et sufficit, quod sciat principale, licèt nesciat accessorium. ff. de iudi. l. ij. §. j. & hoc facit ad multa.

a *Et uide do. Frā. de Aret. consi. lxviij Et nunū uerbū per Fran. Curt. consi. xxxvj. in fine, & uide Barba. in consi. lxiiij. primo lib.*

SVMMARIVM.

1 *Præscribit nunquā, qui possidet alieno nomine, in prin.*
In præscriptione rerum ecclesiasticarū requisita & nu. 3
Sardinia tota est de immediata temporali iurisdictione ecclesiæ Romanæ, & totus ducatus.
Caput unius est, & membra sunt eiusdem.
Immiscere se rei alienæ culpa est.
2 *Confessio Archiepiscopi probat contra ecclesiam suam.*
Successores non excusat malè factum à prædecessoribus.
Iura & honorem ecclesiæ Romanæ qui seruare non dicantur.
Possidere quis dicatur. §. no. quòd is.
Calaritanus index est uasallus ligius ecclesiæ Roma. ibid.
3 *Bona fides, & iustus titulus requiritur in præscriptione rerum ecclesiasticarum.*
Possessio centum annorum non uidetur probari posse.
4 *Præscribere an possit ille, qui credit rem ad alium pertinere.*
5 *Bona fides an præsumatur.*
Præscriptio consistit in lucro captando cum alterius iniuria.
6 *Bona fides an requiratur in tradente.*
Auctoris dolus quando successori noceat.
7 *Conscientiam dubiam habens, an dicatur habere malam fidem, uel bonam dubitate pendente.*
8 *Malam fidem quæ sunt illa, quæ faciunt præsumi.*
9 *Bona fides sine titulo an sufficiat in præscriptione longissimi temporis.*
10 *Titulus an requiratur in præscriptione iurium incorporalium.*
11 *Præscriptio, & priuilegium quare dicuntur contraria.*
Præscribi quæ non possunt.
12 *Missus si fui in possessionem ex primo decreto & ex secundo rei alienæ, quam tu debitor meus possidebas, & ego sciebam, quod res non erat tua, sed illius, an præscribam longo tempore.*
Dominium rei quem potest facere statutum legis, & quo modo, uer. solutio.
13 *Permutatio cum requirat dominium ex natura sui ex proprio significatu uerborum, non autem uenditio, quomodo per mutatio dicatur iustus titulus ad præscribendum.*
14 *Titulus an conferatur per clausulam non obstantium.*
15 *Titulus an detur per uerba enuntiatiua.*
Enuntiatiua uerba quando disponunt.
16 *Possessio an præsumatur, si de principio constat.*
17 *Præscribi an quis possit in monachum, uel conuersum.*
18 *Possessio an probata sit, si dicit, quod uidit possidere in capite agri, alius in pede.*
Totum possidere uidetur, qui partem possidet ratione incertitudinis.
19 *Præscribi an possit ius aliquod ex uiolenta possessione.*
Possessionem probet ne quis per receptionem canonis.
20 *Titulus uel præscribendi conductio an ita acquiratur, sicut acquiritur possessio.*
21 *Potior uter erit, si bona fide & insolidum duo probant de possessione.*
22 *Permuto nudam possessionem meam cum nuda possessione tua, quis contractus sit iste.*
23 *Iustus titulus quo ad præscribendum præstatur, etiam ab eo possessore, qui non habet dominium.*
Titulum allegari in quibus non sit necessarium.
Seruitutem possidere in alieno fundo, non est contra ius.

SI DILIGENTI. Qui alieno nomine possidet, nunq̄ præscribit. It. m. in præscriptione rerū ecclesiasticarū bona fides, & iustus titulus requiritur, & primò inducit rōnem unā contra Archi. secundò reprobationē excusationis ipsius per locū à diuisione. ¶ Casus. Archieps Pisanus fecit sibi noīe ecclesiæ Romanæ, nec non Pisanæ, seu suæ præstari iurm̄ fidelitatis à iudice Calaritano Marchione Massæ ꝓ illo ducatu, cū tn̄ tota Sardinia, & ille ducatus ꝑtineat ad Romanam ecclesiā nullo mediante: hoc peruenit ad notitiā Papæ. Papa redarguit ipsum, quia dictū iurm̄ exigere non potuit. ipse excusabat se dicens, q̄ ita fecerant antecessores sui ꝑ longissima tēpora, ita, q̄ ecclesia Pisana erat in quasi possessione huius fidelitatis. Papa primo destruit possessionem, quia ecclesia Pisana non noīe suo, sed noīe Papæ usa est hac quasi possessione, & is possidet, cuius noīe possidetur. secundò destruit ꝑscriptionem ex alio capite: quia cū quilibet Archieps iuret de cōseruā. iure, & honore sedis aplicæ, apparet ꝑ hoc, quod fuit in mala fide, cū aūt in ꝑscriptionibus rerum ecclesiasticarū requiratur bona fides, & iustus titulus, igitur præscriptio non ꝓcessit. ꝓtereà & si istæ rōnes cessarent, est tertia rō: quia contra ecclesiā Romanā non currit præscriptio nisi centū annorū. quā præscriptionem Papa credit non posse ꝓbari per Pisanā ecclesiā, seu ꝑ Archi-
1 episcopum memoratū. h. d. ¶ † No. quod tota Sardinia est de immediata tpali iurisdictionæ ecclesiæ Romanæ & totus ducatus. ita ēt quælibet eius castra, & uillæ: qa cuius est caput, sunt, & mēbra, ut no. in auf. q. mo. na. ef. sui. §. si quis igitur ex qualibet, & ff. ad muni. l. si alij, & ī. eodem. c. cū nō liceat. No. secundò, quod culpa est se immiscere rei ad se nō ꝑtinenti; & iō ille Archieps
2 redarguitur. ¶ † No. quod cōfessio Archiepi probat contra ecclesia suā. facit quod no. ī. de capellis mona. c. diligens, uer. præterea. No. quòd malefactum à prædecessoribus non excusat successores. ¶ No. quod oēs Archiepi semper iurant in sua consecratione conseruare iura, & honorem Romanę ecclesiæ, ille, qui ea nitit usurpare, & sibi appropriare, uel applicare. ¶ No. q̄d is possidet, & quasi possidet, cuius noīe possidet l. quod meo. ff. de acqui. pos. No. quod iudex Claritanus est uasallus ligius

ipsius ecclesiæ Romanæ, & non pôt inferiori iurare fidelitatem, nec Papa habet ratum, quod illegitimè factū
3 est. ¶ † No. quod in præscriptione rerū ecclesiarū requiritur bona fides, & iustus titulus. adde & tertiū. s. quod possederit suo nomine, non alieno, ut superius dixi. ¶ No. quod Papa non credit possessionem cētum annorum posse probari. concor. auť. hæc cōstitutio inno. cōsti. post principiū: quia nec documenti integritas, nec actus fides, nec ętas ualet testibus suffragari, de hoc no.
4 s̄. c. cum à nobis. ¶ † Quæro, an ille, q̄ credit rem ad aliū ptinere, possit p̄scribere? rñ. non, nisi ab eo habeat titu-
5 lum, uel consensum. ff. de euic. l. quidam. ¶ † Quæro, nūquid bona fides p̄sumatur? rñ. aut bona fides causatur p facti errorem; & p̄sumitur, ut. l. fi. ff. p suo, &. ff. de usu. l. Celsus. aut p iuris errorē; & nō præsumitur. nā licet aliqñ iuris error excuset, ut. ff. de pet. hær. l. sed si lege. §. scire; tñ nunq̄ inducit præscriptionem, quæ consistit in lucro captando, cum alterius iniuria. facit quod no. ff. de usu. l. si fur. §. j. adde quod dixi. s̄. eo. uigilanti, & in
6 ru. ¶ † Quæro, bona fides requirit̄ in p̄scriben. sed nunquid requiritur in tradente? rñ. dolus auctoris non nocet successori singulari inchoanti p̄scriptionē: secus, si utatur adminiculo auctoris sui, ut. ff. de acqui pos. l. Pōponius. §. cū quis. quod hodie dic in p̄scriptione longi tpis, ut in auť. malæ fidei. sed in præscriptione longissimi tpis hodie dicidē, qđ olim: sed in usucapione trien
7 nij dic, ut no. in l. itē. ff. de usu. ¶ † Quæro, nunquid ille, qui hēt conscientiā dubiam, dicatur habere malā fidē, uel bonam dubietate pendente? rñ. dicitur hēre bonā, si habet titulū, uel captauit titulū à possidente, ut. C. de fur. l. cum quærebatur. ff. de pe. hæ. l. illud. ff. de reg. iu. l. nemo prædo. C. de fur. l. fi. §. quod aūt nescius, & quod ibi per Cy. in cōtrarium facit eo. tit. l. apud antiquos. ubi dr̄, q̄ ille est bonæ fidei possessor, qui cogitat se dominū. Sed dubitans non cogitat se dñm, ergo non est bonæ fidei possessor. Et hoc tenet Hostien. ¶ Sed ego dico, quod si iustè dubitet, saltem censet bonæ fidei rōne iusti erroris, ut. d. l. Celsus. ergo secus, si dubitat supine, & sic intelligitur dictū Host. & hoc uerū, qñ dubitat à principio p̄scriptionis. sed si à principio fuit bonæ fidei, sequens dubitatio præscriptioni non officit, ut no. Bar. ff. de usu. l. naturaliter. & è contra, si à principio fuit malæ fidei, sequens dubitatio ei non patrocinatur, ut. ff. de acquir. possess. l. clam possidere, in prin.
8 a ¶ † Quæro, a quæ sunt illa, quæ faciunt præsumi malam fidē? rñ. legis p̄hibitio, qñ lex disponit super certo, ut. l. quēadmodum. C. de agri. & cen. li. xj. Itē interdictum testatori., ut. ff. de usu. p emp. l. ij. puta testator uetuit alienare p̄diū, ut in familia remaneret: secus, si ita dixit, si hæres alienauerit, lego: quia primò p̄ficitur alienatio, q̄ legatum. Itē istud legatū est confectū super re aliena. sed cū legatum præcedit alienationē est confectū sup re p̄pria, ut subtiliter no. Ia. de Are. in l. si ita. ff. de ma.

a ¶ *Vide Barba. consil. xl. & consil. l. uolu. j. & uide Abba. cōsi. xxij. consi. xviij. uolu. ij. & consi. liiij. ad fi. eodem volum. Bar. consil xviij. uolu. ij.*

9 te. ¶ † Quæro, an in præscriptione longissimi tpis sufficiat bona fides sine titulo? rñ. sic de iure ciuili. Et hæc quæstio p̄supponit, q̄ bona fides esse possit, & ēt præsumatur sine titulo, quod uerum est in longissimo tpe,
10 ut. C. de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. ¶ † Quæro, an in præscriptione iurium incorporalium requiratur titulus? respon. probata fide, quæ p̄batur ex patientia domini non errantis, præsumit titulus. i. cōcessio, si allegetur, & sufficit, si non allegetur, ut. ff. si ser. uin. l. si quis diuturno. Et hoc uerum in seruitutibus fauore p̄diorum, qbus seruiunt. nam p̄inde uberior fructus percipitur, quod est publicæ utilitatis. unde seruitus prædiorum sunt fauorabiles, & ēt qa tractatur de modico p̄iudicio. Sed in iur. incorporalibus iurisdictionum, quæ sunt magni præiudicij, p̄scribenti requiritur titulus, excepta præscriptione centū annorū, ut hic innuit, uel tēpus, cuius memoria in contrarium non existit. ¶ † Quæro, quare præscriptio, & priuilegium dicuntur contraria? respon. qa abnegatiue se habent s̄m Ber. dixi. s̄. eo. auditis. Itē no. qđ q̄dā sunt quæ de iure cōi nō possunt possideri, & illa non possunt præscribi. ¶ Fallit si talis est titulus, ex quo surgat habilitas possidendi, & bona fides, ut in c. j. de præscri lib. vj. Et oē, quod non pôt possideri nisi a certa qualitate p̄sonarum, puta decimæ in parochia aliena, non cadit sub illa regula. Itē ea, quæ non sunt in commercio nostro, p̄scribi no: possunt, ut res sacra, & liber homo. ff. de uer. sign. l. alienatiōis uerbo. Ea uerò, quæ possunt à quolibet possideri cū suis modis & tpibus, & de his non loquitur dictum c. primum. j̄. eo lib. vj. ¶ † Quæro, missus sui in possessiō tē ex primo decreto & ex secundo rei alienæ, quā tu debitor meus possidebas; & ego sciebam, q̄ res non erat tua, sed illius, nunquid præscribo longo tpe? uī quod non, quia sum in mala fide. In contrariū uidetur, qui possideo publica auctoritate, & cū decreto, ut. ff. de noxal. l. & generaliter. nā iudex est minister legis: sed lex pôt transferre dominiū, & quasi dominiū cum conditione usucapien. Sol. bene concedo, q̄ statutū legis pôt facere quē dñm, puta si statutum diceret, cuilibet, qui possederit spacio. x. annorū, damus, adiudicamus, & cōcedimus rem possessam pleno iure. non. n. hæc est praescriptio: quia in ultimo momento lex statuit, & super directo dominio disponit, nec requirit̄ bona fides. Itē statutum est pactum ciuiū, & quasi ex pacto transit dominium, & tempus nō est cā immediata; sed legis potestas, & uoluntas, quæ pôt eradicare dominium uni, & donare alteri ēt in momento tpis. Item pôt statui, q̄ oīa statuta habeāt uim cōtractus cōtradictorij. l. si sine. §. Lucius. ff. de admi. tu. & tunc non nocet scientia rei alienæ: quia p̄scriptio est cū cōsensu domini: sed in decreto iudicis idem est dicendū de iure ciuili, quādo cā, ex qua interponitur s̄m decretum, afficiebat rē ipsam, ut ex cā noxali, & dāni infecti, quo casu ēt idem puto de iure canonico, ar. ff. pro so. l. cū duobus. §. idē respōdit. sed si non afficiebant ipsam rē, aut uetus dominus gesta taciturnitate firmauit, & idē ut. l. fi. C. de his, qui à nō domino. aut ignorauit; & tūc de iure canonico pu
13 to nō esse præscriptū, ut infra eo. c. fi. ¶ † Quæro, pmutatio requirit dominiū ex natura sui, & ex p̄prio significatu uerborū, quia est cōtractus, do ut des, ut. l. fi. ff. de cond. ob cām, sed uenditio nō reqrit dominium: quia pôt uendi nuda possessio. ff. de usur. l. si stipulatus. qūo igitur dr̄ pmutatio iustus titulus ad p̄scriben. respōdeo considerato genere tituli. Itē dr̄ iustus. i. idoneus. Item
14 bona fides iustificat. ff. de Pub. l. quæcunq;. ¶ † Quæro, an per clausulā nō obstantiū conferatur titulus? respō. hæc clausula non disponit dispositionē, sed dispositū custodit, & confirmat, ut. c. j. de præbend. in clementi.
15 ¶ † Quæro, an p uerba enuntiatiua detur titulus? rñd. sic, si sunt prolata principaliter p se, quod est, quando non terminatur, nec ordinatur ad aliud ultra, uel extra se, ut. ff de dona. l. ex hac scriptura; & sic est in pote-
16 state proferentis dare titulum: aliàs secus. ¶ † Quæro, an

an possessio p̄sumat, si de principio constat? respõdeo
17 sic, ut no. Archi. 7. q. 1. pontifices. ¶ † Quæro, an aliquis possit præscribi in monachũ, uel conuersum? rñdeo, non: quia nec possideri in c. seruorũ, de ser. non or. per
18 Inn. de acqui. pos. l. cũ hæredes, per Accu. ¶ † Quæro, unus testis dicit, q̃d uidit possideri in capite agri, alius in pede, utrũ sit probata possessio? & vr̃ quod sic. l. iij. §. jsd. de acqui. pos. Item rõne incertitudinis qui possidet partem, vr̃ possidere totum. ff. de le. iij. l. uxori suæ, ubi
19 gl. sing. ¶ † Quæro, an ex uiolenta possessione possit aliquod ius præscribi? dicit Inn. ꝙ non, de of. Archi. dilecto. Sed vr̃, quod possit præscribi ius libertatis p̄diorũ, ut. ff. de usu. l. sequitur. §. si uiã. sed illud, q̃d ibi dr̃, non tenet de iure cano. ¶ Quæro, eccl̃ia recipit canonẽ singulis annis, utrũ per hoc ꝓbet possessionẽ? Dicit Inn. ꝙ speciale ẽ in ecclesia, q̃d si recipit aliquid noĩe pẽsionis, statim acquirit possessionẽ, ut ipse no. de rest. spo. c. cũ uenissent. Ego dico idẽ in aliis personis, q̃n possessor soluit alteri, quẽ recognoscit in dñm: secus, si non possidet, vñ oportet eius possessionẽ probari, ut. ff. qui.
20 mo. usufr. amitt. l. Pomponius. ¶ † Sed nunquid, sicut acquirit̃ possessio, ita acquirit̃ titulus, uel p̃scribendi cõditio saltẽ ex titulo pro suo? Et certẽ non acquirit̃ usucondictio, quia est fictus titulus, & ficta traditio, ut sub
21 tiliter no. Bar. ff. de acqui. pos. l. si rẽ aliquã. ¶ † Quæro, duo probant de possessione bona fide, & in solidũ quis erit potior? rñdeo, ille cui ius commune fauet: quia cũ eo est iur. adminiculum, ut no. Inn. s̃. eo c. auditis. Sed si ambo sunt pares, qui prior est in possessione, reportat palmam uictoriæ. quia sua possessio impedit, ne sequẽs
22 possideat, ut no. iij. q. j. in summa, & patet. s̃. de proba. c. licet causam. ¶ † Quæro, quis contractus sit iste, ꝑmuto nudã possessionem meam cũ nuda possessione tua? rñdeo, contractus innominatus, s. facio ut facias, ex quo non acquirit̃ usucapiendi conditio: quia non ordinatur ad ius, sed ad merũ tactũ. ff. quod met. cau. l. si mulier, in
23 prin. ff. uti pos. l. si duo, in fi. ¶ † Conclusiones Innoc. ꝙ iustus titulus quo ad p̄scriben. præstat̃ ẽt ab eo. s. possessore, qui non hẽt dñium: quod circa incorporalia, quæ habent naturalẽ cãm. i. continuam, uel quasi, nõ est necesse ad fundan. præscriptionẽ allegare titulũ, Inn. Q̃d possidere seruitutẽ in fundo alieno non est contra ius cõitõnis, sed contra ius eius, contra quẽ præscribit. Q̃d ubi est p̄scriptio contra possessorẽ, dẽt allegare titulũ. Quod si usus hẽt intermissionẽ, requirit̃ allegatio tituli, qui probabit̃ ex longa patientia. Quod si est præsumptio contra exigentẽ, ꝙ exegerit per metũ, sicut faciunt plati aliq̃n, uel quod sit p̄titum ex cã curialitatis, uel hospitalitatis, cessat p̄sumptio legis, cũ de in rẽ uerso, de usuris, Inn. aliqui dñt, ꝙ agens ex p̄scriptione dẽt probare titulũ: secus in excipiente, quia possessor non tenetur dicere titulum, ut. l. cogi. Alij dicunt, ꝙ ibi loquitur, in negante, non in excipiente, Inn. Quod in p̄scriptione rerum corporalium dẽt titulus allegari, & à quo sit habitus, puta a Titio, & de qua re, nec sufficit dicere, habeo titulum, nisi probet, à quo habeat. Quod in præscriptione temporis, cuius cõtraria memoria nõ existit, semper præsumitur titulus, & bona fides. Idem, si non allegetur: quia tanto tempore possessum præsumitur ab autoribus suis iuste possessum, Inn.

SVMMARIVM.

1 *Ep̄alia iura põt Abbas in capellis præscribere.* } *in prin. &*
Præscriptio obtinet, in quibus tantum probatur } *nu. 4.*
Adiacentia loco præsumuntur esse de iurisdictione illius ciuitatis, cuius territorio magis adiacent.
Priuilegia posteriora non eneruant arbitrium præcedens, de quo mentio non fuit facta.
Ratio in sententia debet inseri, quando pro parte est condemnatoria.
2 *Arbitrium præscribitur.*
Iurisdictio bassa facilius præscribitur, quàm imperium merum.
Plebs si præscribitur, non amplectitur capellas.
Præscriptio est facti, & stricti iuris.
3 *Arbitrium, quod non mutatur, stare non prohibetur.*
Compromitti potest de iure communi, priuilegio, & consuetudine ac præscriptione, & qualiter hoc intelligatur.
Præscriptio oritur ab arbitrorum sententia.
4 *Priuilegium non sufficit pro titulo, quando ei derogatum est.*
Ecclesiam liberam si quis contendit esse, quæ forma sententiæ.
5 *Instrumentorum de nouo repertorum prætextu, non retractatur sententia arbitrorum electorum sine pœna, sicut nec sententia iudicis.*
Obedire ut ne teneatur, dum est subditus, præscribere, nequit.



CVM OLIM. Abbas in capellis potest p̄scribere iura episcopalia, & obtinebit tm̃ in his in quibus probabitur præscriptio. In prima ponit facti & ꝓcessus narrõ. In scd̃a ibi, quia Papæ. ¶ Casus. Ep̃s Lucanus litigabat cũ Abbate, & monachis sancti Saluatoris sup plebe & adiacẽtib⁹ capellis, dicens ad se iure ordinario spectare, & etiã ex quodam arbitrio super hoc lato. Abbas aũt dicebat, ꝙ plebs & capellæ, q̃ erant subiectæ suo monasterio, erant exemptæ ab ep̃o, & ad hoc proban. inducit priuilegiũ Gregorij, q̃d prædictum arbitrium præcessit, & quædam alia priuilegia post secuta, ac etiam legitimam præscriptionem: Papa uirtute præscriptionis pronuntiauit pro Abbate in capellis, in quibus præscriptio erat probata, quæ specificat: sed in aliis non probatis tulit sñiam pro diœcesano
1 uigore iuris communis. ¶ † In tex. ibi, Adiacentibus, ar. quòd loca adiacentia præsumantur esse de iurisdictione illius ciuitatis, cuius territorio magis adiacent, ar. in sti. de re. diui. §. insulæ. ¶ In text. ibi, Ad fundandam intentionem, not. quod ius commune inducebatur ad eã coadiuuandam, nec sunt ista contraria, cum se inuicem foueant. ¶ In text. ibi, Arbitrium, no. quòd per istud arbitrium recessum erat à priori secundum Ber. in suffragio. posteriora autem priuilegia non eneruarunt arbitrium: quia non faciebant de eo mentionem, sed dederunt causam præscribendi libertatem. Et ideò Papa non fundat se in priuilegiis, sed in præscriptione. ¶ In tex. ibi, Quia prædictus, not. quòd quando sententia est pro parte condemnatoria, debet in ea inseri ratio, quare aliud pronunctietur in uno capitulo, aliud in alio. ¶ In text. ibi, Legitima præscriptione, no. quòd
2 † contra arbitrium præscribitur. Ibi, Super aliis, not. quòd iura episcopalia multa sunt. ¶ Item not. quòd per partem retinetur totum. ¶ In text. ibi, In leuioribus culpis not. quòd bassa iurisdictio facilius præscribitur, quam merum imperium. de hoc. ff. de iu. om. iu. l. more maiorum, & C. de diuer. of. l. uiros, lib. 12. ¶ In tex. ibi, tam in plebe, quàm in capellis, no. ar. ꝙ præscribens in plebe non præscribit in capellis, quia præscriptio est facti, & stricti iuris. ff. de iti. actuque pri. l.
3 j. §. Viuianus. ¶ † In text. ibi, Iuxta tenorem arbi-

trij, no.ꝙ arbitrium,qđ non mutaŧ stare non prohibeŧ.
Item not.ꝙ de iure cōi, & de priui. pót compromitti,
quoties unus allegat ius cōe,alius allegat priuilegia,cō
suetudiné,uel præscriptionem. Non eñ aliàs fit sic cō
promissum,quid dictet ius commune,nec an Papa pos
sit. sed an patrocinetur. s.de iusti.c.cū uenissent. ¶ Vlti-
mò no.ꝙ est recurreñ.ad probationem dicit Inno.cum
ago cum eo , qui contendit sibi plebem esse subiectam.
s.c.auditis.¶ Idem ait,ꝙ à snia arbitrorum oriŧ præscri
4 ptio.¶ Idem ait,quod† priuilegium nō sufficit pro titu-
lo, qñ ei derogatum est.Idem ait, quod qñ in compro-
promisso est apposita pęna ꝑ arbitrū,nō fit nouatio pri
uilegij.Idem ait no. Abbatem præscribere iura episco-
palia.¶ Idem ait no.formam sniæ,quæ fertur,qñ agitur
contra eum,qui possidet ecclesiam,quam contendit es
5 se liberam. † Idem ait,ꝙ prætextu instrumentorum de
nouo repertorum non retractatur sententia arbitrorū
electorum sine pœna,sicut nec sententia iudicis. Idem
ait,ꝙ quis non potest præscribere in se, quod non obe
diat,dū est subditus sed bene potest præscribere, quod
non sit subditus eius,sed Papæ præscriben.libertatem.
Inno. Bald.

S V M M A R I V M.

1 *Præscriptioni renunciare quis dicitur, si ea completa priuile gium contrarium impetret , & quid ea non completa , in prin & nu.12.13.*

Impediatur ne quis ab his,quos quis potest prohibere, quando teneatur.in prin.post casum.

Priuilegium in spiritualibus reges possunt concedere,si temporalia creauerunt,ibid.

Reconuentio procedit in spiritualibus,ibid.

Episcopus,si est carceratus per Papam,interim non potest exercere pontificalia.

Episcopo suo reiecto potest adire superiorem in suscipiendis ordinibus , si suus episcopus noluit nisi per simoniam ordinare .

Successor obseruare priuilegia prædecessorum tenetur.

Priuilegium secundum quando non ualeat, & num.2.3.& 9.10.12.13.

2 *Priuilegia impetrans duo quorum primum continet minus, & secundum plus, si tamen se habeant contrariè, tunc ualet primum , & non secundum,uel saltem primum interpretatur secundum, & nu.3.*

3 *Forma certa si impetratur,quæ tangat ius alterius, non potest ab ea recedere per nouum priuilegium à se ipso impetratum,nisi in secundo priuilegio faciat de hoc mentionem, & nu.9.10.*

Secundum scriptura ualet,quæ plenior est,quàm prima , uer. aliàs ergo.

Contraria non possunt allegari sub conditione.§. in textu. & nu.16.

4 *Præscriptioni consummatæ potest quis renuntiare.*

Præscriptionis beneficium quando quis amittat , ad priuilegium confugiendo.

Prælati factum nocet ecclesiæ.

5 *Libellus Abbatis, qui se referebat ad priuilegium regis , an debeat recipi.*

Libelis causam unam sufficit concludere.

Possessor uiolentus an possit interdictum,uti possidetis,intentare contra spoliatum,uer.& nota & nu.6.& 7.

6 *Prætoris tuitio non debet esse causa continuationis delicti.*

Contra conscientiam agens repelli debet.

7 *Spoliatus si conueniatur interdicto,uti possidetis , & excipit de spoliatione , & probat , per hoc non fit sibi restitutio possess.*

8 *Silentium si sit impositum turbatori,an posset ille ,cui impositum est , si fuisset expulsus , agere interdicto recuperandæ.*

9 *Abbas sine mandato an possit agere de iure clericorum.*

10 *Vbicunque iurisdictio uel quid aliud ex priuilegio alicui conceditur in uno casu,& in alio reseruatur ius commune,non ualet priuilegium posterius contra ius commune , nisi fiat mentio de primo priuilegio,& nu. 11.*

Priuilegium moderatum est potentius , quàm immoderatum, & quid si sint sub eadem data?

11 *Papa si concesserit alicui partem decimarum ex priuilegio, & partem reliquit iuri communi , tandem iste impetrauit alteram partem,quia dixit se habere unam partem, sed nō dixit ex priuilegio,uel qualiter, & residuum impetrauit, an impetratio sit ualida.*

12 *Priuilegium contrarium impetrando an renuntiem iuri mihi quæsito per primum priuilegium.*

Iurisdictio est dominium.

Priuilegium facilius tollitur, quàm ius commune , & habet uim sententiæ.

13 *Priuilegium secundum si esset ad corroborationem primi,an tolleretur primum.*

14 *Præscriptione pendente si dubitans de sua iustitia impetrauit ad cautelam,non est interrupta præscriptio.*

Dubitans de iure suo cum quid impetrat ad corroborationem, non amittit ius pristinum,& nu.13.

15 *Impetratio Abbatis an dicatur nocere libertati ecclesiæ.*

Capitulum non præsumitur Abbati consentire tacitè , si iustā habet causam contradicendi.§ ergo hanc.

Ecclesiæ præiudicare potest in iurisdictione prælatus cum capitulo,licèt restitutionem petere possit,ibid.

16 *Allegare contrarium an quis possit.*

Præscribitur in feudis cum mala fide spatio.xxx.ann. & ratio.

ENI NS. Qui præscriptione completa priuilegiū contrariū impetrat, & utiŧ illo, præscriptioni renuntiat,& si ꝑscriptio non erat cōpleta,nullam fidem hēt,& ideò non præscribit.h.d.Et primò poniŧ Abbatis conuentio. In scđa epi reconuentio.In tertia Papæ diffinitio , secūda ibi,ꝑfatus.tertia ibi,Chrisma uerò.¶ Casus. Abbas sancti Martini petebat,ne diœcesanus impediret eum sup quibusdam decimis,nec faceret impediri.Petebat siquidem decimas iuxta priuilegiū Paschalis & beati Stephani regis. Itē dicebat Abbas se hr̄e quædam priuilegia dictantia,ꝙ chrisma,oleū &c.clerici ecclesiarū,uel capellarum ipsius monasterij,quod in diœcesi illius Vesprimen.epi est,postularent ab ipso,si esset catholicus, & in gratia Papæ, & sine prauitate aliqua esset paratus exhibere. Alioquin haberent facultatē suscipiendi ea à quolibet epo catholico.Sed idem inducebat alia priuilegia posteriora dictantia , ꝙ à quocunque epo eis placeret non faciendo mentionē aliter,ꝙ deberet postulare primo a proprio epo . Eps ex aduerso reconueniebat dictum Abbatē,dicens decimas, & iura prædicta ad se spectare,nisi aliquo iure spāli dictus Abbas probaret contrariū.Ecce ꝙ de ꝑdictis priuilegiis constabat, & de cōtinuata pos.xl.annorum.quærebaŧ quid iur.Papa considerans,ꝙ priuilegiū posterius non tollit primum, de quo non faciat mentionē, & maximè cum clausula reseruatoria.Item considerans,ꝙ præscriptio non patro
cinatur

cinatur Abbati, qui priuilegium incompassibile impetratũ allegat. Nã aut fuit impetratũ post præscriptionẽ, & est præscriptioni renuntiatum. aut dũ pscriptio erat in fieri; & est inducta mala fides; & si pscriptio non pcedit, fert sniam p epo cõtra Abbatem tanq fundatum in iure cõi. Nec ob. priuilegiũ posterius, quia de priori non faciebat mentionem, qđ quidem priuilegium dabat certã formam, & in scđo priuilegio nõ reperit illa forma. Item non ob. pscriptio qa aut tacita renuntiatione est absorpta, aut mala fide est impedita, ne producatur in esse. h.d. ¶ In tex. ibi, Vel faciet impediri, non petit hic factum alienum tertiæ personæ. Item sub his uerbis continetur, ut curaret ne impediatur ab his quos põt phibere. ff. q sine ma. ad lib. pue. l. impa. ff. de pa. l. non impossibile. ff. de uer. ob. l. si ita qs. §. ea lege, in gl. singulari ibi posita. Ibi, Regis, no. q reges psit cõcedere priuilegium in spũalib. qñ ipsi creauerunt tpalia. ¶ Ibi; Postulauit, no. reconuentionem procedere in spiritualibus. Ibi, Nisi aliquo, no. libellum cum exce-

1 ptione. Ibi, Epo postulabunt, no. ordinẽ & formã. ¶ | In tex. ibi, & gratia, no. ar. q si eps est carceratus p Papã, interim non potest exercere pontificalia, arg. ff. de manu. test. l. testamento centurio. ¶ In tex. ibi prauitate. ergo si proprius eps non uult ordinare nisi p simoniã põt ordinandus adire alium præsulem, quem uult. dicas, q debet recurri ad superiorem, ut in aut. de qõ. §. super hoc. ¶ Non ob. ista litera: quia hic erat propter formam priuilegij. Ibi, Sicut in priuilegijs, not. q successor dẽt obseruare priuilegium pdecessorum suorũ. ¶ In tex. Ibi, Non obstante priuilegio. s. in quo non repetebatur illa forma solemnis; ideo ẽm priuilegiũ non ualebat, uel erat moderandum ẽm formam primi, qđ à tacito sensu erat contrarium secundo, ar. ff. de manu.

2 test. l. si quis locuples. ¶ † In tex. ibi; Derogatum, ergo contrarium nota, si quis impetrat duo priuilegia, quorum primum continet minus, & secundum plus. si tñ hñt se contrarie tunc ualet primum, & non ẽm, uel saltem primum interpretatur ẽm. ff. de legi. l. non est nouum. Sed si non est contrarietas, sed unum est gñale, alterũ speciale, si quidem est concessum personę eidem, utrunq; ualet. Si aũt est concessum unum uni parti, alterum alteri, priori priuilegio, est standum, ut. C. de silen. l. 3. li. 12. & q no. in l. si qua loca. C. de fundi. & salti. rei do. li. 11. ¶ † Et si impetratur certa forma, q tangit

3 ius alterius, non põt ab ea recedere per nouum priuilegiũ & a seipso impetratum. nisi in secundo priuilegio faciat de hoc mentionem; q est no dignissimum: quia se astringit, uel priuilegium moderatum non tollitur p immoderatum ẽm Inn. Item concessum in casibus, uidetur in alijs denegatum. C. de procur. l. maritus: uel Papa non concessisset, cum primum priu legium sit rationale, ẽm sit abusiuum: uel quia ẽm. est subrept tium non autem ex natura priuilegij priuilegiatus repellitur: quia priuilegium nemini debet nocere, ut no. Bar. ff. de contratab. l. non tantum. §. si emancipatus. aliás ergo ualet secunda scriptura, quæ plenior est, q pr ma ff. de hæ. inst. l. si qs ita, & ibi no. ¶ In tex. ibi, saluis. ff. fa. her. item Labeo. §. i. in glo. Subsidium, no. q contraria non possunt allegari sub conditione, idest unum in subsidium alterius.

2 ¶ *Adde eundem Bal. consilio 293. tertio libro.*

4 ¶ † Ibi, Renuntiasse, no q quis pt renuntiare præscriptioni consummatæ. ff. de fideiuss. l. si quis postquam, §. consummandæ. ff. de ædi. edi. l. q si nolit. §. si quis ita. Item qui confugit ad priuilegium, pdit præscriptionis bñficiũ qa obuiabat iuri cõi. Itẽ factum prælati nocet ecclesiæ. Adde. ff. de leg. j. nemo potest, per Bar. & loquitur in facto non solum negligentiæ, sed etiam impetrationis: quia ecclesia facto prælati utebatur, & utendo ratificabat. l. iij. §. fi. ff. rem ra. ha. immo maxime sibi præiudicat, ut dicit litera, in pscribendo, ergo in iam consummata non obstat scientia. ¶ Ibi, Non habuit, nota. præ umi impetrantem scire. ¶ † Op. q libellus abbatis non debuit recipi, quia referebat se ad priuilegium regis, & ex priuilegio fundabat se: sed rex non põt concedere priuilegium in spũalibus ergo nec in decimis. ergo libellus ineptus, ut l. j. C. ne quis uela regia. Solu. iste rex est sanctus, & fungebatur officio legationis Papæ ẽm Inn. uel hic allegabatur ẽt priuilegium Paschalis Papæ, & sufficit unam causam libelli concludere, ut. ff. de ap. Scio. Et no. q no. Inno. digreditur hic a materia capituli. tractat ẽm, utrum si Abbas erat in possessione uiolenta contra epm, posset efficaciter intentare interdictum, uti poss. contra eum. Et uidetur, quòd non: quia ui possidet ab aduersar. o

b suo. [b] dicit Innoc. quod si de ista uiolentia non excipitur ante lite conte. per modum declinandi libellum agentis, non potest post lite conte. in uim peremptorię excipi; & ita dicit debere glossari. l. j. in fi. ff. uti possi. ubi dicit possessionem uiolẽtam nõ debere pficere agenti; uti possidetis, interdicto. aliàs sequeretur q expulsus ex interuallo sua auctoritate posset sibi ius dicere, & molestare possessorem, & ea rõne qua posset turbare, & spoliare spoliatorem suum, q est falsum, ut C. ad legem Iu. de ui. l. si quis a se fundum. ¶ Alij dicũt, q expulsori, qui turbatur, competit officium iudicis, & actio iniuriarum. Sed ipse dicit, quod opinio istorũ est somniare, quia actio iniuriarum competit ad uindictam, non ad possessionem tuendam. & ideò stat in sua opi. dicens, q si quis diceret contrarium, de necessitate sequeretur, q in interdicto, uti poss. hoc casu non posset ferri sententia. & subdit, quod licet sua opinio sit noua, tamen a nullo negatur esse uera; & ideò secure potest teneri. Tu dic, q opi. Innocen. est ualde erronea. nam interdictum, uti poss. est tuendæ possessionis, sed possessio uiolẽta non est per prætorem tuenda, ne quis ex dolo suo consequatur actionem, ut. ff. de fur. l. itaque fullo. Item tex. dicit, quod hæc possessio non debet proficere actori. unde non est parata ad agendum, & edictum prætoris non excludit solum modum agendi, sed etiam ipsam actionem, quæ non nascitur. unde & si nullo modo excipiatur, constito de uiolentia, reus debet absolui, de fil. psby. c. constitutus; & sic fertur sententia absolutoria ab interdicto. ff. de iniur. l. prætor. §. præterea. C. de his, qui ad eccle. confug. l. si seruus. Item in eo. q de actione iniuriarum, non dicit uerum, quia non solum competit ad uindictam, sed ad compescẽn. iniuriam, ut. ff. de iniur. l. iniuriarum. §. fina. de officio autem iudicis certum est, quòd interpretari potest, ne quis in possessione turbetur. ff. de officio procu. Cę. l. fina. & ff. de uar. & extra. cog. l. usu aquæ. unde non teneo dictum Innoc. nec Barto. supra quia est contra uerba interdicti. C. uti possi. l. 1. & institu. de interd. §. retinendæ, in uerbo, uincebat, qđ est uerbum diffinientis, non interloquentis. hoc etiam sic demonstratur per rationem, quam Inno. non considerauit, si uiolentus uinceret in interdicto, lucra-

b ¶ *Vide do. Feli. in c. quæ in ecclesiarũ, de const. aliquid per las. May. l. j. §. iuris nostri. ff. de oper. non. nuncia.*

retur, quia onus probandi de proprietate transferret in aduersarium, inst. de inter. §. commodum: sed uiolentus nunquam consequitur hoc commodum. C. de proba. l. de possessione, & l. ius eius. Non ob. si dicatur, ergo sua auctoritate poterit expulsus turbare, & eijcere aduersarium. Nam non sequitur, quod propterea teneat interdicto. Nam confiteor non licere cum dico interdictum non esse proditum, sed competere actionem in factum, uel iudicis officium. Et mirum est, quomodo Inn. cum tanta affectione locutus est in hoc passu. Item agenti interdicto retinendæ, in quo uenit interesse, obstat exceptio, dolo facis, quod petis id, quod restituturus es, præsertim cum exceptio possit probari de facili, ut not. ff. de iudi. l. si de ui. Item interesse non potest prætendi ex
6 turpi ca., ut no. C. de fur. l. manifestissimi, in prin. ¶† Item tuitio prætoris non debet esse cā continuationis delicti, & contra conscientiam agens debet repelli, ut infra e. c. fi. de dolo tamen commisso aduersus tertium non possit excipi, quia nó posset allegare quis iniuriam tertij, quæ ad eum non pti
7 net, ut no. ff. de reg. iu. l. culpa est. † Subdit Inn. quod si spoliatus conuenit interdicto uti pos. & excipit de spoliatione, & probat, quod propter hoc non fit sibi restó pos. & loquitur, quando est platum in uim declinatoriæ. Idem tamen si in uim peremptoriæ: quia non uenit in condemnationem, quod petitum non est, ut. s. de or. cog. c. cum dilectus, & no. 3. q. 6. hoc quippe, nisi dicas, quod hæc restó fiat ex mero officio iudicis, ut l. illicitas, in prin. ff. de off. præsi. Nam qui excipit, querelam proponit, quæ sibi sufficit hoc casu, ut no. 1. q. 3. quia pṡulatus, est ar. ff. de fur. l. interdum. §. qui furé. & in aut. ut iud. sine quoquo suf. §. oportet. n. in uerbo reddant furta, & in aut. ut li. ma. & au. §. illud ualet, circa fi. in uerbo, furta. ¶ Dicas ergo, quod aut cótra interdictum retinen. obijcitur interdictum recuperandæ. i. actio & exceptio nata ex illo interdicto circa eandem rem; & obstat exceptio tanquam peremptoria. aut opponitur extra naturam interdicti recuperandæ exceptio ex can. reintegranda, de alia re spoliata; & est exceptio declinatoria. aut opponitur exceptio dñij opponentis; & hoc non procedit de iure. C. de rei uin. l. ordinarij, nisi esset casus, in quo esset licita turbatio. C. quod cum eo. l. si
8 seruus. C. de seruis fu. l. cum serui quispiam. † Sed pone, est impositum silétium turbatori, qualiter hoc debeat intelligi? rñ. de turbatione facti, non de turbatione iuris. unde iste, cui est impositum silentium si fuisset expulsus, bene posset agere interdicto recuperandæ secundum Inn. & in hoc optimè loquitur: quia super actione non proposita non potuit silentium imponi. C. de pœ. hæ. l. hæ
9 reditas materteræ. ¶† Prosequor Inn. & uidetur quod Abbas nó potuit agere de iure clericorum, quia sine mandato ius habétis non pót alius experiri. ff. de iniur. l. sed si unus. §. procuratorem. ubi dicitur, quod ille, qui constituit procuratoré suo nomine hét actionem, & non alius. ff. de neg. ge. l. si pupilli, circa fi. ubi dicitur, quod sine actione nemo experitur. So. iste Abbas habebat mandatum à clericis secundum Innoc. Tu dic, quod sufficit habere eorum consensum sine mandato, ut. ff. de proc. l. filius. §. sed & filia, ubi tex. sing. deinde ponit Inn. quod mirum est, quod hic dicitur, quod si suum priuilegium, in quo plus conceditur, non facit mentionem alterius sui priuilegij, in quo minus conceditur, nó ualet priuilegium plus continens, quamuis ualeret, si illud prius impetrasset. nam ex hoc sequitur, quod fauor scripturæ uertitur in odium, & damnum contra l. comparationes, in fi. C. de fi. inst. rñ. quod hoc non contingit ex natura priuilegii, sed rõne mendacij. Item róne contrarietatis. pluralitas enim sola non officit impetranti, sed nocet contrarius esse sibi ipsi cum sit contrarietas in tenore priuilegii, ut. ff. de reg. iu. l. ubi repugnantia. C. de
10 fi. inst. l. scripturæ. Nam unum contrariorum est eligendum, ut. C. de fur. l. j. ¶† Tandem dicit Inn. quod sibi plus placet. quòd ubicunque aliqua iurisdictio usus, uel libertas, uel quid aliud simile ex priuilegio alicui conceditur in uno casu, & in alio reseruatur ius commune, quòd non ualet priuilegium posterius contra ius commune, nisi fiat mentio de priuilegio primo secundum Innocen. Et est ratio, quia ius commune redactum in forma tenoris priuilegij per Papam plus operatur quam ius commune simpliciter: sic & testamentum confirmatum à principe plus ualet, quam testamentum simpliciter, ut. C. de test. l. omnium. Et tandem concludit Inn. quod moderatum priuilegium potentius est, quàm immoderatum. Sed quid si ista duo priuilegia appareant sub eadé data? uidetur, quod alterum eligi debeat. ff. de cond. & dem. l.
11 nam ad ea. ¶† Sed propone, ecce Papa concessit alicui partem decimarum ex priuilegio, & partem reliquit iuri cõi tandem iste impetrauit alteram partem. Dixit nanque se hére unam partem, sed non dixit ex priuilegio, uel qualiter, & residuum impetrauit, nunquid ualet impetratio? Et dicit Inn. quòd non, ne per secundum priuilegium fiat duplex derogatio. s. iuris communis, & tenoris primi rescripti: quia duplex derogatio reprobatur. arg. de do. promiss. l. j. idem dicit Inn. si ista alia pars concedatur in priuilegium cuidam tertio, quod non ualet concessio nisi de prima fiat mentio. ego non credo, quod debeat fieri mentio de eo, quod est à iure communi statutum. ff. de excu. tu. l. idem Vlpianus: quia ius commune est in pectore
12 principis. ¶† Procedo ulterius, secundum Inn. dicitur hic, quod dictum contrarium priuilegium impetrando renuntio iuri mihi quæsito per primum priuilegium Inno. caue tibi, hic dicitur totum contrarium, quia ultimum, quod non ualet, non derogat ualido,
a [a] ut. ff. de leg. iij. l. si iure. Sed opponitur, dicitur, hic, quod priuilegium derogat præscriptioni consummatæ. nam præscriptio causat dñium, sed dño non potest renuntiari, ut. ff. de acqui. poss. l. si quis pi. §. differentia. Item iurisdictio est dñium. ff. de stat. ho. l. qui furem, ubi est tex. no. ¶ So. ideò ualet renuntiatio quia facilius tollitur priuilegium, quam ius commune, ut. ff. de test. mil. l. eius militis. §. militia, & quia priuilegium habet uim sententiæ, per quam perdit dominium, ut. ff. de stat. libe.

[a] ¶ Vide Barba. consil. 25. 13. lib.

13 l. statuliber à cæteris. §. fi. † Sed pone, quod secundum priuilegium esset ad corroborationem primi, nunquid tolleretur primum? dicit Innocentius quòd non, argum. de legatis 1. l. legata inutiliter, & ff. de testamento milita. l. tribunus. §. fin. ff. ad Trebel. l. si quis priore. ff. de secund. tabu. l. si quis ex liberis. §. testamento. ¶ Ego dico, quòd idem priuilegium fuit concessum dubitationis causa tollendæ, cum fortè ille, qui re uera præscripserat, de hoc dubitaret, & ideò ad omne dubium tollendum impetrauit priuilegium: quia nec impetrantis, nec concedentis fuit intentio derogare, &
14 de iuri quæsito. ¶† Idem puto, quòd si præscriptione pendente dubitans de sua iustitia impetrauit ad cautelam, quòd non est interrupta præscriptio; quia non superuenit mala fides, & abundans cautela non nocet.
15 ¶† Vlterius prosequor Innocent. dicit hic, quòd impetratio abbatis dicitur nocere libertati ecclesiæ. ¶ Sed contra, quia prælatus libertati ecclesiæ renuntiare non pót. nam istud esset species dilapidationis, ut C. de transa. præses. ff. de nouatio. l. filius. ubi dicitur, quod concessa libe-

libera administratione non intelligitur concessa potestas donandi, uel dilapidandi, uel pacti gratuitum faciẽdi. Adde, uel quasi gratuitum, puta transigendi pro minimo dato. Item lex dicit, ꝙ præses prouinciæ non pt donare iura præsidatus. ff. qđ ui aut clam. l. prohibere. §. plenè. So. dicit Inn. ꝙ hic Abbas fecit de uoluntate cõuentus, & subdit, ꝙ ista uoluntas præsumiť, ꝙ conuentus totus nemine discrepante cõsenserit. hoc enim de necessitate inferť ad dictũ Inn. quia ẽt uno solo discrepante non posset renuntiari iuri ecclesię. ¶ Ego hanc ꝓsumptionem falsam puto: quia qñ capľm hẽt iustã causam contradicendi, nunꝗ vr prælato suo tacitè consentire, ar. ff. so. ma. l. ij. §. uoluntate. & Inn. transit ad aliam so. dicens, ꝙ prælatus hẽt latiorem ptãtem, ꝗ tutor. ista so. nihil ualet. quia non sequiť, ergo non põt donare, uel dilapidare. nam qui hoc facit, non gerit negotia fideliter, ut. ff. man. l. creditor. §. Lucius, ibi dũ dicit, plenè quidẽ, sed ex fide, tex. est aureus. dicas ergo, qđ per uiã impetrationis, qua ecclesia utiť, ecclesiæ præiudicatur. in iurisdictione prælatus cum caplo potest ecclesiæ præiudicare, ut. C. de his qui ut ind. l. Polla. tñ ecclesia læsa in priuilegiis põt petere restõnem in iure ſm Inn.
16 ꝙ est no. dignum. ¶ † Deinde opponitur, ꝙ possit quis allegare contrarium, de inoff. testa. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. sed ibi allegatio oriebať ex natura contractus: quia pupillaris substitutio est testm̃ patris, & filij. Itẽ ibi respectu diuersarum personarum, & diuersarum hæreditatum: aliàs secus, ut. ff. de condi. & demõ. l. mulieri & Titio, & l. Titia si nõ nupserit. mirabile est, quod feudum cum mala fide præscribitur spatio. xxx. an. ita demum, si exhibeant seruitia, & non aliter, ut in c. si per. xxx. si de feu. fue. contro. ibi no. sol. illud est propter seruitia. nam ob hanc causam sunt permissæ usuræ, sed quare est necessarium tantum tempus, ex quo dominus consensit? respon. est consensus non in figura obligationis, nec aliquam obligationem informans. ff. de usu. l. cum de in rem uerso.

SVMMARIVM.

1 *Possessor malæ fidei nunquàm præscribit, in prin.*
Mortaliter peccat, quicunque conscientiam remordentem habet si conscientiam non deponit.
Papa potest cassare leges imperatorum, regum, & populorum ratione peccati.
Pœnam minuere, uel tollere possint ne laicorum principum statuta.
2 *Papa an possit se intromittere de rebus laicorum.*
Statuendi potestas esse non potest absque iurisdictione.
An decretalis hæc habeat locum in omni præscriptione, uer. ad uerse, & §. ego. puto.
Ius ciuile potest actiones tollere, quas inuenit. §. item ius, & §. ego puto.
Præscriptiones omnes ut sint licitæ, an possit regula tradi. §. ego puto.
3 *Malam conscientiam si quis cœpit habere ultima die præscriptionis, & non ante, an per hoc momentum impediatur præscriptio.*
Vltima uitiosa nocent, & quid contra an bona purgent uitium nu. 4.
4 *Præscriptio an compleatur, si in principio fuit bona fides, in medio mala, in fine bona.*
Contrariorum duorum simul, subiectum non est capax.
5 *Conscius præsumitur semper, qui semel est conscius.*
6 *Decretalis, quoniam omne. an seruatur in foro seculari.*
Iustitia diuina necessaria est, & à ciuili iure distingui non potest.
Naturalis ratio quando mutari nequeat.
7 *Decretalis, quoniam omne, an respiciat præterita.*
Statuta quæ respiciant futura.
Conscientia non damnat, quæ ratio siue naturalis, siue positiua iustificat.
8 *Prælatus si habeat malam fidem, an ecclesia possit præscribere, si fortè capitulum habeat bonam fidem.*
9 *Prælatus an teneatur restituere propter malam conscientiam.*

QVONIAM OMNE. Possessor malæfidei nullo tempore præscribit, siue sit malæ fidei à principio, siue in medio, siue in fine temporis præscribendi. In tex. Absque id est sine, & sic ponitur negatiuè. ¶ Ibi, consuetudini, ex hoc no. ꝙ non ualent statuta terrarum tacitè, uel expresè diffinientia, ꝙ malæ fidei possessor præscribat. In tex. ibi, Nulla tem-
14 conditionis. l. pecuniam. ff. si cer. peta. ¶ † Quæro, statuta Tusciæ dicunt, q̃ instrumentum, de quo sit præceptum de soluen. ad certum terminum, post terminum mandetur executioni: modo notarius mandauit solui, sed non apposuit diem, utrum debet exequi post. x. dies, qui de consuetudine solent apponi? Et uidetur q̃ sic; ut. ff. de iud. l. si debitori, & arg. in l. permissor. ff. de constitu. pecu. Item quia instrumentum est purum fauore creditoris; ergo non debet torqueri in eius odiū, ut. C. de fi. instrum. l. comparationes. dic quod illud præceptum, ubi apponitur dies, q̃ sunt duo præcepta. l. de soluendo, & ad diem. ff. de arbi. l. Celsus, & consistunt penes diuersas rōnes. Nam pceptū de soluendo cōcernit iustitiā. sed dies cōcernit miserationē. ff. de cōpē. l. si cū mulier. §. cū intra. & iō fiet executio, interpellationis modico tpe expectato; & no. ff. de mi. l. Aemilius. Porrò isti tabelliones hñt iurisdōnē hāc cōsuetudine, q̃ patet p locū ab affectu ſm Bar. ergo nō appello istā iurisdōnē, ppriē, sed quādā ptātē, ar. C. de ar. l. cū antea. §. j. & ibi patet, q̃ ptās, siue iurisdō parit actionē in factū, & iudicis offīn, qa lex hāc ptātē tribuit. ab illo pcepto guarē. nō pt appellari: qa emanauit de cōsensu ptiū nec tñ trāsit ī rē iu. cū possit cōtract⁹ ī dubiū reuocari, & rescidi. & cōtractu destructo ruit pceptū q̃ ex uirib. cōtract⁹ nitit accessoriū ipsius, & p se nō stat: sed sic inhæret

15 cōtractui cū sua cā, suisq; uitijs. † Sed pone, notari⁹ p obliuionē nō fecit pceptū guarē. vñ, q̃ omisit, ut postea supplere uult, & pceptū facere, nūqd pt? rñ. non: quia funct⁹ est offō suo. sed licèt posset errorē suū corrigere in erratis: tñ nō pt supplere ī omissis, ut. C. de test. l. ambiguitatē, & ibi p Cy. nā in cōtractu, cū conclusum sit inter ptes, non pt notarius aliqd addere, uel detrahere, ut. C. de fi. instr. l. contractus: qa notarius nil potest scribere nisi [rogatus ab utraq; parte]: sed de hoc non fuit rogatus, q̃ patet, quia non scripsit, neq; dixit.

[a] *¶ Adde tamē quod licet regulariter dicamus quod ab executione nō appellatur, ubi tamē in executiōe petita, fuerunt oppositæ exceptiones litimæ, et quæ de iure opponi poter. it ad impediendā executionē. si iudex illis spretis procedat ad executionē dicitur excedere modū in exequendo, & a tali executione appellari potest, doctrina est Bar to. in l. ab executore, in 1. op. ff. de appe. & transit ibi uterq; Angel. & alij. Bald. & alij post glo. in l. ab executore. C. quo. ap. non reci.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia sine expressione causæ lata, ualet, in prin.*

Libellus in quo petitur aliquid singulis annis, & ratione præsentis anni potest agi pro futuris.

Sententialiter aduerbium quid concludat, uer. ibi, sent entialiter.

Sententia per testes probari potest. uer. ibi absoluit.

2 *Causam in sententia non consueuerunt exprimere prudentes, & quare, & ad hoc uide limitationes, & nume. 4. & 5.*

3 *Solemniter acta propter auctoritatem iudiciariam, præsumuntur omnia etiam si iudex esset ribaldus.*

4 *Scientia non solum a teste inquirenda est, sed etiam modus sciendi, & nu. 5.*

Examinatio testis qualiter fieri debeat.

5 *Testis, qui dixit, scio, quod Titius non fuit percussus à Seio, nec fuit interrogatus de causa scientiæ, probat negatiuam*

Sciendi genera multa sunt, uer. ait Bar.

Causa

Causa efficax in teste præsumitur semper & quando, ibid. cũ seq. §. secus in instrumentis contractuum, ibid.
Taxatiua dictio, tantum, in teste non excludit causam scientiæ.
Solennitas in instrumentis præsumitur. & in quibus, & an cõtra eam probatio contraria admittatur. §. demum.
6 *Factum cum decreto iudicis an præsumatur utiliter factum.*
7 *Probatio in contrarium an admittatur contra præsumptionem.*
Maleficium præsumitur iniustè factum, nisi contra probetur.

ICVT NOBIS. Sn̄ia fine expressione cãæ lata ualet. sed a pars ibi, cum autẽ. ¶ Casus. inter. H. subdiaconũ, & L. pbr̄m super quinque modiis frumenti q̃one uertente quos singulis annis dictus. H. subdiaconus dicebat sibi deberi per dictũ pbr̄m, dictus psbyter obiecit exceptionem rei iud. Opponebat, ꝙ dicta absolutoria non ualebat: quia in ea non erat expressa cã absolutionis, nec ẽt testes producti ad probandũ absolutoriam aliquid deponebant de cã, quæ iudicem mouisset, sed erat eorum depositio nuda: q̃rebatur, quid iuris? Papa dicit, ꝙ non semper in sn̄ia exprimitur cã, nec est de more iudicũ peritorum cam exprimere. unde cum constat de sn̄ia lata à iudice suo, præsumi debet pp authoritatem iudiciariam omnia legitimè processisse, & sic standũ est sn̄iæ.
1 ¶ † In tex. ibi, Per singulos annos, no. libellũ, in quo petitur aliquid singulis annis, & ratione pn̄tis anni potest agi pro futuris. C. de fideicom. l. j. Ibi, Non tenere, No. ex sn̄ia absolutoria oriri hanc formam experiendi, uide licèt non teneor: quia absolutus per sn̄iam, Ibi, Cũ conuentus, ab eodem & ex eadẽ causa. s̄. de exce. c. pen. Ibi, Sententialiter, hoc aduerbium concludit, ꝙ sn̄ia fuit lata de scripti recitatione. unde si tabellio dicit, talis fuit sn̄ialiter absolutus, significat, ꝙ sententia fuit lata & lecta & diffinitiuè promulgata; quod est no. dignũ. ¶ Ibi, Absoluit in scriptis, sed quia fortè perdita erãt acta, uolebat probare sententiam per testes, quod potest. s̄. de testi. c. Albericus. Ibi, Nudè quo ad sententiam, quę nõ continebat causam; tamen testes bene reddebant cãm scientiæ: quia interfuerunt sententiæ latæ sine causa; & non fuerunt interrogati de causa scientiæ, satis est, quia dixerint sic esse iudicatum: quia sententia de necessitate includit ueritatem secundum Ber. quod est not. di-
2 gnum. ¶ † In tex. ibi, Moris, not. ꝙ prudentes non consueuerunt exprimere causam in sententia, ne forte error causæ haberet uitiare. fallit in causa appellationis, qñ cã infirmat. Itẽ fallit, qñ sententia fertur ab instãtia iudicij pp cursum triennij, ut. C. de iud. l. pperandũ. §. illo: qa dẽt exprimere, per quã ptẽ stetit. Itẽ fallit, quãdo absoluit propter ineptam petitionem, ut. s̄. de iudi. examinata. Item quando iudex recedit à iure communi. ff. de appel. reci. l. sciendum. Item quando iudex absoluit uictum ab expensis, in aut. de iudi. §. oportet. Itẽ quandò iudex absoluit reum eò, quod non possidet, ne postea actori agẽti de noua possessione obstet exceptio rei iudi. s̄. de excep. c. penul. Item fallit in sententia excommunicationis in rã de sen. excom. c. cum medicinalis, in vj. & c. sacro, in antiquis. ¶ Item in causa criminali. ff. de pœnis. l. præses. Item ubicunque sine expressione causæ sententia est incerta. ff. de infa. l. ij. §. ignominiæ. de hoc not. in Spe. de sententia. §. qualiter autem, prope finem. In tex. ibi, A iudice suo. Item in sententia ex qua oriri debet regressus euictionis, debet exprimi causa concludens in illo regressu: quia non omnis causa parit regressum, ut. ff. de euic. l. Lucius. Item quia dẽt constare, quòd emptor succubuit pp malam causam, non propter culpam; ut quia non comparuit. Et si omisit comparitionem in prima sẽtẽtia, appellet, & in secunda non sit piger; & sic exceptio secunda habebit regressum euic. quem non habet ex prima propter fictã contumaciam, quæ sine culpa non est. uide per Ba. t. ff. de fideius l. exceptionem. Sed glossa ordinaria dicit, ꝙ si causa erat omninò peritura, sic ẽt cõparuisset, regressum euicti habet, ista est gloss. sing. & unica in iure. C. de contrario iu. tute. l. fina. ¶ No. proban. de iudicis cõpetentia. & ratio est, quia non erat ordinarius. In text.
3 Ibi, Propter authoritatem, † No. propter authoritatem iudiciariam præsumuntur oĩa so-
2 lenniter acta, etiam si iudex[a] esset a unus ribaldus; tene mẽti. ¶ In gl. uidetur, oppo. quod debeat assiguari causa testimonij, ut. C. de testi. l. solam. sol. hic non loquit̃ de causa scientiæ, sed de causa sentẽ-
4 tiæ. ¶ † No. ꝙ à teste est inquirenda non solum sciẽtia, sed modus sciendi. uerbi, gratia quomodo & qualiter scis? & ideò, si commissum est alicui, ꝙ examinet diligẽter, & de his non interrogat, non ualet examinatio, & per consequens nec dictum: quia licèt hoc non incumbat testi non interrogato, tamen incumbit examinatori; & quia non seruat formam mandati, non tenet examinatio. No. ꝙ licet iudex constituat negatiuam in sua sententia absolutoria, non est necesse, ꝙ iudex adiiciat causam suæ scientiæ, quia aliud est sententiare, aliud te-
6 stificari. ¶ † Quęro, quid in teste, qui dicit, scio, ꝙ Titius non fuit percussus a Seio, nec fuit interrogatus de causa scientiæ? rñ. idem est, ac si dixisset, uerum est, ꝙ non fuit percussus; sic probat negatiuam secundum Ber. qđ est no. dignum. Ait Ber. ꝙ multa sunt genera sciendi, & ideò debet exprimi modus sciendi. tamen si non interrogatur, præsumitur scire per uisum; & ideo probat, quia in nudo testimonio semper præsumitur ratio uisus, si testis non est interrogatus de causis scientiæ: qa semper subintelligitur tacite efficax causa sciẽtiæ, ut testimonium ualeat, & non pereat; quod est no. dignissimum. ¶ Idem, si testis dixit se tantum scire. Nam dictio taxatiua, tantum, non excludit causam scientiæ, sed extensionem: iudex tamen discretus debet interrogare de causa, ut no. in l. j. ff. de itin. actuque priua. In gl. sed nunquid, oppponitur, ꝙ in sententia debet exprimi causa, soluit, demum concludit, ꝙ regulariter ualet sententia sine causa propter authoritatem iudiciariam. ¶ Demũ quærit, quid in aliis instrumentis? & dicit causam non præsumi, sed solennitatem præsumi. dic ut. ff. de uerb. ob. l. sciendum; quod uerum est quo ad personas cõtrahentium, non contra alias personas, ut not. de eo, qui fur. or. sue. c. innotuit. Item quæro, utrum contra solennitatem expressam in instrumento admittatur probatio per testes? respond. sic nisi in casibus, in quibus ius statuit contra, ut. C. de ar. tu. l. fin. Item quæro, nunquid in contractibus fiscalibus præsumatur solennitas? respond. sic per uerba enunciatiua notarij. Ista est glo. unica. in l. j. C. de fid. instru. & iur. ha-
6 stæ fis. lib. 12. ¶ † Item quæro, utrum præsumatur utiliter factum, quod est factum cum decreto iudicis? respond. quòd sic, text. est not. in l. j. C. de præ-
7 di. curi. li. x. ¶ † Demum quærit, utrum contra præsum-

¶ *De isto dicto Bald. hic uide omninò scripta per do. Ias. May. in c. j. §. j. qui feud. dare pos. in usi. feu.*

Bal. super secundo decret. Ggg 3 ptionem

ptionẽ admittaт probatio in cõtrariũ? & dicit qđ sic, ut in §. qđ ferè. Item dicit, quod in maleficiis semper p̄sumitur aliquid factum iniustè, nisi probetur contrariũ, Ber. quod dic ut plenè no. C. de confes. l. j.

SVMMARIVM.

1 *Sententia confirmatur contra appellantem, si nihil doceat cõtra ipsam, in prin. & nu. 1 ad fin.*

In libertate quo ad unum, & in seruitute quo ad alium potest quis esse.

Sententia tres suspenduntur propter nouum appellatorem. §. in tex. ibi, diuersa.

2 *Appellatione pendente differtur executio etiam circa nudam possessionem.*

§. si super. l. à diuo Pio. ff. de re iud. intell.

3 *Executio nuda possessionis non impeditur, quando tertius contradicit ratione proprietatis.*

Sententia lata contra subditum meum mihi non praeiudicat, ner. ibi, non noceat.

4 *Ignorasse p. asumitur, qui non fuit citatus.*

Appelians quid debeat probare. §. in tex. ibi, praiudicio, & nu. 4. 5.

5 *Appellatio à quali quali praiudicio quid operatur.*

Executio operatur illud praeiudicium, quod sententia.

6 *Possessio an interrumpatur pro executione.*

7 *Sententia si est executa pro episcopo agente, an agens praestabit cautionem defensionis.*

Officium mercenarium iudicis, terminato primo negocio, non durat.

8 *Appellare an possit tertius à sententia lata contra aliquem.*

9 *Appellationem resumere, si appellationi renuntiet ille, qui appellauit, an tertius pro suo interesse poterit.*

Appellare potest etiam qui consecutiue laeditur à sententia etiã post duas appellationes principalis personae, uer. sed nunquid. & quando.

Vincit quis per aliũ quandoque, in quo ipse succubuerat, ibi l.

10 *Testes an admittantur super retrò testificatis in appellatione tertij emergentis.*

11 *Appellatio tertij an dicatur à grauamine, uel à diffinitiua.*

12 *Proprietarius an possit impedire executionem sentẽtia lata contra usufructuarium, uel e contra.*

Executio habet partes, & quas, uer. ubi declarat.

Contradictor tertius quando sit admittendus. §. item considera, & nu. 14.

13 *Executionem quae habeant impedire tertio contradicente.*

Colonus, uel Inquilinus } *tertij an possit executionem impedire.*

Exequi sententiam alterius iudex quando possit, uer. item iudex.

14 *Libellus an requiratur in executione.*

15 *Executor quis habeat cognoscere exceptiones, & an à statuto deputatus.*

16 *Praeceptum guarentigiae quis iudex exequatur.*

17 *Statuta laicorum an habeant executionem paratam.*

18 *Sententia n latam si constet, sed postea in archiuo publico appareat cancellata, an mereatur executionem.*

19 *Iudex si dixit, condemnamus Titium in amputatione pedis, & plus, uel minus uel aliter secundum formam statuti, qualiter fiet executio istius sententiae.*

20 *Compulsio si est petita in libello, & iudex condemnauit, an ista sententia mereatur executionem.*

Ordo uerborum reducitur ad ordinem intellectus rationis.

21 *Verba sententiae sane intelligenda sunt.*

Terminare iudex in sententia potest appendices consecutiua sententiae, non partem principalis negocij.

22 *Possessor conuentus hypothecaria an teneatur restituere rem cum fructibus.*

23 *Fructus si sint consumpti bona fide, an ueniãt in hypotheca.*

24 *Fructus pignoris an extenuent sortem, nisi sint consumpti, uel dilapidati.*

25 *Hypothecas duas habens an teneatur cumulare.*

Legis, non est nouum, de act. emp. ff. intell.

26 *Fiscus si est principalis debitor, an debeat excuti ante quàm ueniatur ad pignorum possessores.*

Excuti si quis facilliter non potest, perinde est, ac si soluendo non esset.

VM SVPER. Confirmaт s̃nia cõtra appellantẽ, si nihil doceat contra ipsam: differẽ tñ eius executio contra tertiũ, si de suo doceat interesse. Diuidit in tres partes. in prima facti, & processus narratio, & partium app̄lo. in secunda s̃niae confirmatio quo ad reũ non appeliantẽ, uel non docentẽ aliquid contra s̃niam. in tertia mandat per appellationem executionẽ suspẽdi, & sine ẽt appellatione ius tertij reseruari. sc̃da ibi, cũ ex parte. Tertia ibi, Mandamus. ¶ Casus. Sup statu monasterij Cellae nouae erat cõtrouersia inter ep̄m Auriensem, & ipsum monasteriũ, & latae fuerunt diuersae s̃niae. superuenit ep̄s Ouetensis, q dicebat monasteriũ ad se ptinere, & se grauatũ per s̃nias latas contra statũ monasterij, & q̃a diuersae s̃niae erant latae pro & contra, utraq; pars appellauit: sed monasterium suã app̄lonẽ non iustificauit. dicit Papa, q̧ quo ad monasteriũ s̃nia ultima confirmat: sed quo ad ep̄m Oueten. si pendet app̄lo, differẽ executio quo ad possessionẽ, si uerò non pendet app̄lo, sed simplex querela, executio non differẽ, sed s̃nia mandaт executioni, saluo iure Oueten. ecclesiae, cui res inter alios acta non p̄iudicat. h. d.

1 ¶ † In tex. ibi, Sup statũ erat eñ monasteriũ in possessione libertatis quo ad ep̄m Aurien. licèt esset in possessione seruitutis quo ad ep̄m Oueten. nec ista sunt cõtraria, qđ q̄s sit in libertate quo ad unum, & in seruitute quo ad aliũ iuxta illud, quantum ad te pertinet, liberas aedes habeo. ff. si ser. uin. l. loci corpus. §. cõpetit. Et iste Oueten. p̄tendebat totale interesse. i. plenã subiectionẽ. Sed ex particulari interesse non differẽ executio in capitulis non contradictis. ff. si cer. pe. l. quidã aestimauerũt. ¶ In tex. ibi, Diuersae, p̄ & contra: sed ultima erat pro ep̄o Aurien. uel dic, q̧ oẽs s̃niae erant latae contra monasteriũ, sed ab ultima Oueten. appellauit. & iste est casus notabilis, qđ tres s̃niç suspẽdunẽ

2 quo ad executionẽ p̄p nouũ[a] apellatorẽ. & sic non ob. c. ut calumniis, de re iudi. in cle. ita sentit In no. In tex. ibi, Nihil rõnabiliter, no. q̧ qñ contra s̃niam nihil rõnabiliter op. p̄sumiẽ p̄ s̃nia licet, sit appellatũ.

a ¶ Vide omninò do. Alex. in cõsi. 82. q. uol.

2 ¶ † In tex. ibi, Differaт, no. q̧ ap. pendente differẽ executio ẽt circa nudã possessionẽ, & uide qđ no. in c. non solũ, de ap. li. 6. in nouel. ¶ In tex. ibi, Praeiudicio, no. reseruationem, q̃ fit proprietatis respectu, nõ respectu possessionis; & sic patet intellectus. l. à diuo Pio. §. si super reb⁹. ff. de re iudi. qđ qñ tertius† contradixit rõne pro-

3 prietatis, non impediẽ executio nudae possessionis, qđ est no. dignũ. Ibi, Non noceat, no. s̃niam latã contra subditum meum mihi non praeiudicare. ¶ Not. secundum Ber. quod sententia ualet quo ad unam personam, & non ualet quo ad alteram, scilicet non excedendo modum. ¶ In text. ibi, Praeiudicio, quo ad proprietatem. Ibi, Regulariter, hoc dicit, quia haec regula fallit in multis.

in multis casib⁹, ꝙ dic ut dicam infra eo. in causis. Op. ꝙ eps Oueté. non debeat probare se iustè appellasse. Nam non magis grauaretur in onere probandi si directè esset lata contra eum. sufficit igitur, si probat sua interesse; ꝙ probat eo ipso, ꝙ est in possessione, & non fuit citatus. C. si per uim, uel alio modo. l. fi. C. unde ui. l. meminerint, & no. in l. si quis in tantam. C. si propter pub. pensi. l. si deserta, & no. in l. si miles. §. j. ff. ex qui. cauf. ma. & hic per Inno. & infra de pigno. c. ex literis. C. ne uxor pro marito. l. ob maritorum. C. de priuil. fisca. l. j. ff. de bo. dam. l. quinque legibus. C. de iure fis. l. facultas lib. x. Nam

4 † ignorasse præsumitur, qui non fuit citatus, ut. ff. de accusa. l. si cui. §. ijsdem. ¶ Sol. dicit gl. quod nó oportet, ꝙ plenè pbet de iustitia, licèt appellet: sed sufficit probare semiplenè. Tu dic, quod aut petit sententiam rescindi; & debet probare plenè. aut petit sententiam sibi non præiudicare, & etiam quoad qualequale præiudicium; & tunc sufficit probare summarie, aut semiplenè; & tunc iudex appel. pnuntiabit sñiam non facere præiudicium, non tñ rescindet eam fm Innoc.

5 ¶ † Quid ergo operatur ista appellatio qualiquali præiudicio? rñ. aut appellans non possidet; & tunc fm Inno. operatur, ut interim differatur executio sententiæ. non enim uirtute huius summariæ probationis cassat sententia, nisi plenè probetur de iniustitia fm Bernar. Et no. ꝙ ubi sñia facit qualequale præiudicium, ibi idé

6 operatur executio eius. † Sed nunquid pro executione interrumpitur possessio? dic ut. ff. de re iu. l. a diuo Pio §. sic eueniet. Et dic, ꝙ sic, si est discussum in cótradictorio iudicio: alias solo uerbo iudicis non interrumpitur possessio, nec etiam p introductionem executoris, ut

7 no. Inn. s. ut li. non conte. c. qm̃ frequenter. ¶ † Quæro ulterius, ecce ꝙ sñia est executa pro epo agente, nunquid præstabit agens cautionem defensionis? Et vr̃ ꝙ sic. ff. de rei uin. l. is à quo. contrarium dicit glo. ꝙ ibi erant duo competitores, hic autem unus iam uicerat, & alter postea ueniebat posito primo iud c o iam in suo effectu, & ideo uictor non grauatur in onere cautionis, cum libere cãm peregerit. & uictoriam reportauerit fm Io. ꝑterea ista cautio interponitur officio iudicis mercenario; sed offm̃ mercenarium nó durat pri

8 mo negotio terminato, ut plenè no. C. de iud. l. j. ¶ † In no. tractat materiam, utrum à sñia lata contra aliquem possit tertius appellare, de qua materia hr̃. ff. de app. ab executore. §. alio condemnato, & l. à sñia, in pr n. & §. si hæres. l. & si separatim. §. sed cum aduersus. Et habetur. ꝙ semper possit appellare, quia qui appellat, approbat, ut reprobet, ut l. 3. §. fi. ff. rem ra. hã. unde hoc ipso sua interest. sed contrarium est uerum, nisi re ipsa generetur præiudicium p sñiam, saltem tale quale, uel nisi unus litigator sumat originem, uel effectum ab altero, ut. ff. de pig. l. si superatus, uel nisi in casibus specialibus, ut in cã status. ff. de sta. ho. l. ingenuum: uel cũ pronuntiatur aliquem esse, uel non esse filium legitimum. ff. de lib. agno. l. j. in fi. uel nisi sint consortes eiusdẽ litis, ut. ff. de ap. l. si quis separatim. C. de cósor. eius. lit. l. 1. C. si unus ex pluri. el. j. ¶ † Sed pone, ꝙ ille, ꝗ ap-

9 pellauit, renunciet appellationi, nunquid tertius pro suo interesse poterit ap. resumere? & dicẽdũ est ꝙ sic, si renuntiauit colluden. uel transigen. tex. est no. in d. l. a sñia. §. si hæres, & ff. de inoffi. test. l. si suspecta, & C. de liti. auth. & si heres. sed nunquid ille, qui læditur cósecutiuè, potest post duas appe. factas ab eo, ad quem pertinet prima defensio, & reiectas appellare? rñd. aut sciuit à prin. & non potest appellare, aut nesciuit, uel ultima In̄a sibi tñ innotuit; & tunc potest appellare fm In. & si uincit sñiæ retractabuntur, & consequenter uictus p alium, ꝙ p se nó pôt cóseq, ar. l. Claudius. ff. q po. in pig. ha. ff. de inoffi. test. l. posthumus. §. si qe

10 ex his, & l. pater filium. ¶ † Quæro, an in ista appellatione emergenti admittantur testes sup retro testificatis? Et dico, ꝙ non, si sciuit appellator de ꝓcessu: aliàs sic fm

11 Inn. ¶ † Sed nunquid ista appellatio tertij dr̃ à grauamine, uel à diffinitiua? rñ. si per eam est ꝓnuntiatum sup grauamine tollendo, dr̃ à grauamine: si autem sup toto rescindendo uĩ appellare à diffinitiua Ité intelligas Inno. & Bar. in d. §. uno, & in l. à sñia. §. si hæres, & ibi per

12 Bar. † Quæro, an ꝓprietarius possit impedire executionem sñiæ latæ cótra usufructuarium, uel econtra? rñ. non, ut. ff. de usufruc. l. cuiusque. §. si fundus: quia separatæ possessiones sunt: quia oĩ iuri infra dñiũ correspondet sola possessio naturalis, & non ciuilis, ut nó ta. in l. 2. C. ubi in rem act. sed si proprietarius esset in plena possessione ciuili & naturali; posset bene impedire: qa iustè possidet, & naturalr cótra oés ꝑter q̃ cótra usufructuariũ; ut no. ff. de rei uin. l. fructus. ff. de cód. inde. l. indebiti. §. sed si nũmi. & adde ꝙ no. s. de teſti. c. ueniẽs, & p Bar. ff. de re iu. l. à diuo Pio. §. si sup, ubi declarat dictũ In. in c. ueniens, de testi. ꝙ executio hêt ptes: una q iuris est: quia ius transfertur uel usucapiendi ius, ꝙ uocatur usucapien. conditio, & istã impedit, tertius ex ꝓprietate ueniés. alia quę facti est. i. nudę possessionis; & istã nó ipedit, nisi cótradictorius possessor; & ita dét intelligi. gl. q est in §. si sup reb⁹. ¶ Ité cósidera, an isti cótradictori fuit gñatũ piudiciũ ex ꝓcessu; & nó admittet ad cótradicẽ. C. ut in pos. leg. l. certa forma: aut nó est gñatũ piudiciũ; & tunc admittit, si ꝓbet interesse: alr̃ non. Item admittitur qs ad cótradicendũ, èt si ipse iure sit tutus: quia expedit sibi, ꝙ de

13 iure suo constet in iudicio. ¶ † Vlterius in nr̃o. c. tãgit, q habeant executioné impedire tertio contradicente. sed nunquid colonus uel inquilinus tertij possit impedire? rñ. sic, si dñs suus non fuit citatus, ut l. j C. si per uim, uel alio mõ. Ité si unus iudex uult ex officio suo exeq sñiam alterius, hoc non pôt in cã ciuili: sed in criminali pôt illo absente, ut no. Bar. in l. à diuo Pio, de re iu. in fi. prin. & si una ciuitas confœderata inuocat aliã ad execu. pôt fieri executio: aliàs non; ita intelligitur. l. non dubito. ff. de cap. & postli. re. Si alicui non possidẽti est adiudicata iurisdictio non dato executore admitten. ipan in possessionem territorij, an poterit ea per se uti cótra subditos? dicit Bar. ꝙ sic. ff. de re iu. l. miles. §.

14 q iudicati. ¶ † An in executione reqratur libellus? dicit Bar. ꝙ non, èt si ꝓponatur actio tacitè. ff. de re iud. l. intra dies. Nam sibi, qui protulit sñiam. est notorium iuris & facti, ubi non requirit libellus. ¶ Sed ecce tertius obiector est excommunicatus? rñ. admittit ad contradicẽdũ, si possidet: quia possessio facit eum reum. ut inst.

15 de interdict. §. commodum. ¶ † Sed pone, statutum est Perusij, ꝙ sñiæ oim iudicum exequant p capitaneũ, an iste sit nudus executor? rñ. non, quia hêt gñalem auctoritatem: non tñ cognoscet, qd debuit ꝓnũtiari, sed qd sit ꝓnuntiatum, ar. ff. de iureiu. l. nó erit. §. dato. de hoc per Bar. in l. à diuo Pio, in prin. & ibi plene tractat, an executor auctoritate. l. deputatus possit cognoscere de excep. & dic, aut sunt tales excep. quæ possunt uentilari in executione; & potest de his cognoscere: alias quare esset sibi data à l. iurisdictio? porrò esset iurisdictio nugatoria. sed apparitor de nulla exceptione cognosc. t: qa nullam hêt iurisdõnem, & officiũ suũ est utilissimum,

simum, & nõ dignũ elegantia iurisd.ff.de iud.l.fi. ¶Sed
an delegatus ad exequẽ. pót in integrũ restituere ? dic
16 ꝙ non. ff.de consel.l.cum fideic. ¶ † Quæro, q̃s iudex
exequatur p̃ceptum guarentigiæ? rñ. si est appositus lo
cus soluẽdi, iudex illius loci exeq̃t.ff.de sol.l. q̃ro : al's
exequet̃ iudex loci, ubi ẽ factũ p̃ceptũ, ꝙ executionem
17 merez, ut no.C.de bo.q̃ lib.l.fi.§.necessitatẽ. † Quero,
an statuta laicorũ habeãt executionẽ paratã? rñd. sic, si
uerba statuti dirigant̃ iudici ut.C.de edi.di.Adr.tol.l.fi.
18 † Quero, qd si cõstat sniam latã, sed postea in archiuo
publico appeat cãcellata an mereat̃ executionẽ, dicit
Bar. ꝙ sic, nisi appat de cã cãcellationis. Idem ait, ꝙ et
si appet de cã cãcellatiõis, remanet infamis.ff.de re iu.l.
19 l.acta, p Bar. ¶ † Quero, iudex dixit, cõdẽnamus Titiũ i
amputatione pedis, & plus, uel min⁹, uł al'r s̃m formã
statuti, qual'r fiet executio istius sniẽ? rñ. ꝙ fiet in eo, ꝙ
est certũ. Nã capitulũ alternatiuũ non ualet, licet Bart.
20 al'r dicat in l.iudex.ff.de re iu. ¶ † Quero, in libello peti
ta est cõpulsio, & iudex cõdẽnauit, an ista snia mereat̃
executionẽ ? rñ. nõ, si ẽ petita copulsio sola: q̃a libellus
ẽ ineptus: secus, si sit cõpulsio petita & cõdẽnatio, licet
p̃posterẽ. Nã ordo uerborũ reducit̃ ad ordinẽ intelle-
ctus rõnis, ut no.Bar.ff.de re iu.l.si cũ nulla. Quædam
alia, q̃ dicũt doc. iuris ciuilis util'r; dicã in cap'lis sequen
tib. hæc.n. q̃ extra ordinẽ intersero pono ad utilitatẽ ca
21 nonistarũ, ne qd eis desit, quãtũ in me ẽ. ¶ † Illud no. ꝙ
uerba sniæ debẽt intelligi sanẽ ita, ꝙ snia adaptet̃ nego
tio, & negociũ sniẽ, ut snia ualeat, & nõ peat, & sit iusta
& nõ iniusta, ut singul'r no. in l.& puto.§.j.ff.fa.her. Itẽ
no. ꝙ iudex p̃t reseruare suæ dispositioni & declaratio
ni ea, q̃ sunt appẽdices cõsecutiuę sniæ, ut.ff.fa.herc.l.
itẽ Labeo.§.j.& ibi bona gl. q̃ quotidie allegat̃: non tã
p̃t diuidere sniam; ut sup principalib⁹ p pte pnunciet,
p pte reseruet; & dic ut plenẽ dixi. C.de fruc. & litis ex
22 pẽ.l.terminato. ¶ † Quero, utrũ possessor cõuictus hy-
pothecaria teneat̃ restituere rẽ cũ fructib⁹? rñ. sic. Nam
i hypothecaria ueniũt fructus tanq̃ accessoriẽ obligati.
ff.de pig.l.si fundus.§.p̃terea. & hoc uerũ, si ad hypothe
cãtẽ ptinebãt fructus: al's secus. non.n. potuit plus obli
gare, q̃ ad se ptineret.ff.de pig.l.si is q.§.ꝙ dr̃. unde, si
dñs fundi hypothecauit nudã pprietatẽ sui, nõ ueniẽt
fructus: q̃a ad eũ non ptinẽt, nisi pprietas nuda, q̃ effe-
23 cta esset plena, ut.ff.de iur.dotiũ l.si pprietati. ¶ † Scdo
q̃ro, nunqd isti fructus ueniunt i hypotheca, si sint con
sumpti bonę fide? rñ. non: quia nec possidentur, nec do
lo desierunt possideri; & si uenirent extenuarent; et si
sors eẽt debita ex cã dotis, ut dicit illa lex no.ff.de so. l.
24 Titia. ¶ † Et unũ scias, ꝙ fructus pignoris extenuãt sor-
tẽ, nisi sint cõsumpti, uel dilapidati. C.de pig.ac.l. 2. ff.
so.ma.l.diuortio.§.ob donationis. v.g. si creditor dẽt re
cipere mille ex mutuo, & fructus ei restituti ascẽdunt
ad ualorẽ quingentorũ, sufficit possessori residuũ offer-
re, & se liberare: imò plus, q̃a tenet̃ primus creditor po
steriori habẽti cãm à debitore iura sua cedere.ff. q po-
25 tio. in pig. habeã. l.mulier. ¶ † Sed ecce q̃s hẽt duas hy-
pothecas, utrũ teneat cumulare? rñ. non : q̃a pôt hodie
itentare una i cras aliã: sed si simul cumulauit nõ pót à
cumulatione desistere, & diuidere pcessum: q̃a cumu-
latio futura uolũtatis est, sed p̃terita necessitatis; & nũc
intelligis l.non est nouum.ff.de ac.emp. quã añ nõ in
26 telligebas. ¶ † Extra q̃ritur, si fiscus est principalis debi
tor, utrum debeat excuti ante, q̃ ueniatur ad pignorum
possessores? rñd. sic, si habiliter & faciliter pót excuti :
alias non est necessaria excussio, quia ei, qui soluendo
non est, par est, ut l.ij.ff. qui satis.cog.

SVMMARIVM.

1 *Curia est uniuersitas prædiorum cum dignitate iurisdictione uel honorantia, quæ omnia potest dominus curiæ uendere, permutare, & pignorare.*
Patronatus ius quid.
2 *Patronatum qui intentauit, dicitur intentare uniuersalem actionem seu officium iudicis uniuersale.*
Patronatus quando transit cum uniuersitate, & nu. 10.
Inuestituram corporalem Archidiaconus alij committere potest §. ibi, dominus.
Præsentatus legitime potest alium iniustè præsentatum petere remoueri licèt non sit corporaliter inuestitus. §. in tex. ibi, quæstio, & nu. 5.
Absentiæ causa debet esse iusta. §. ibi iusta.
3 *Sententia contra absentem impeditum, licèt citatum, ipso iure nulla est.*
Adiudicatione sumitur aliquando pro confirmatione, uer. ibi, adiud.
Commissarius potest & quid subcommittere. §. in tex. ibi.
Iudex motus ex falsa causa probatur ex actis, uer. not. quòd iudi.
Sententia lata ex falso motu iudicis ualet, nisi appelletur ibi. & nu. 4.
4 *Sententia lata contra absentem, qui comparere non potuit, inualida est.*
Absens qui fuit potest iuuari duabus uijs contra sententiam sibi contrariam, uer. sed absens.
Electa una uia, non tollitur altera in rescindenda sententia. ibid.
Cognitio reiterari debet per iudicem in prima circumuentum §. no. tertio.
Instructa causa sufficienter non dicitur nisi remittantur allegationes utriusque partis. §. no. 4.
5 *Archidiaconus an possit instituere.*
6 *Citatus si comparere nequeat, an reuocetur sententia.*
7 *Legatus Papæ an possit retractare sententiam suam.*
8 *Subdelegatus Papæ an possit subdelegare post li. conte. & nu. 15.*
Legis, & quia. ff. de iurisd. om. iu. intell.
9 *Ecclesia an probetur esse patronalis per hoc, quod præstiterit annuam pensionem.*
Per particularia quando probetur uniuersitas. §. sed contra.
10 *Creditor an habeat ius præsentandi.*
Patronatus duplex, & qui. uer. & est duplex.
11 *Ecclesiæ an possit imponi census postquam ipsa est fundata, & constructa.*
12 *Creditor habens omnia bona sua obligata, non potest præsentare, & quare.*
Præsentare qui non possint, & nu. 13.
Vsura sortem quid consequi, est quasi usura quædam, uersic. nam quadam.
13 *Proprietatem si unus habeat, alter fundum, quis præsentabit.*
14 *Præsentans sine licentia superioris non potest uariare.*
Postulatus implorare officium iudicis non potest antequam habeat assensum eius, à quo pendet postulatio, sed supplicare.
15 *Episcopus si alium instituit quasi legitimè præsentatum, peccat, & tenetur.*
16 *Diffinitiua potest corrigi constito de errore per acta licet non appelletur.*
17 *Electio non confirmata aliter confirmatur si adiudicatur.*
18 *Electio minus canonica unius non est necesse quod prius pronuncietur nulla quàm ad aliam electionem procedatur.*

19 *Electionem aduersarij mei si peto cassari. & electionem meã confirmari, licèt probem de non iure aduersarij, nisi probẽ de iure meo, succumbo, nec cassabitur electio.*

Libellus, Positiones, Probationes, & Sententia. } *quæ mihi non prosu nt, & obstant aduersario non recipiuntur.*

20 *Libellus iste, peto a te. x. ex causa mutui non obstante pacto de non petendo, uel non obstante sententia nulliter contra me lata, an procedat.*

Agere quis & replicare simul potest.

Nullitatis causam semper quis debet exprimere.

CVM Bertoldus. Probata cã iusta absentiæ reuocatur snia contra absenté lata, maximè ubi apparet iudicem circumuentum. h.d. Et sunt duæ partes. in prima processus narratio: in scda ibi, licet autem, partis restitutio, auditoris datio, ipsius relatio; & Papæ diffinitio suum motiuum continens. ¶ Casus. Bertoldus miles curiam suã pignori obligauit Petro militi pro certa quantitate pecuniæ; Petro mortuo successit ei nepos: uacauit quædam ecclesia patronalis ambitu dictæ curiæ circũplexa, ad quam dictus nepos præsentauit Dionysium clericum, asserens, ꝙ ius patronatus cum uniuersitate habebat, & possidebat tãquam hæres dicti creditoris, qui Dionysius clericus fuit inuestitus per Archidiaconum de consensu diœcesani. Bertoldus hoc sentiens tãquam dñs curiæ & uerus patronus Titium Sacerdotem præsentauit eidem diœcesano qui ad petitionem dicti dionysii contradictoris fuit repulsus. unde dictus Titius conquestus est de dicto Dionysio coram legato Aplicæ sedis, q cãm delegauit, & iudices delegati receperũt attestationes; & dicto Titio non comparẽte fuit dictus Dionysius sniaľr absolut⁹. qui Titius intra breue tps comparuit corã dicto delegato allegans iustam causam absentiæ: qui legatus iterato commisit hunc articulum tribus iudicibus, qui subdelegauerunt uices suas, qui uicæ commissarij dictum Titium repulerunt, unde appellauit ad Papam. Et plura præsupponuntur in facto. primo Titius causam absentiæ non plenè probauit. secundo ꝙ Archieps putauit, dictum Dionysium plenè probasse de iure præsentan. & eius quasi possessione. tertiò, ꝙ idé Archieps putauit dictum Titium pro se nihil probasse. quartò ꝙ dictus Archieps putabat cãm sibi remissam sufficiẽter instructam. Papa cõsiderans, ꝙ ueritas perire nõ debet per motiuum, uel opi. iudicis, nõ ob. ꝙ causa absentiæ esset minus sufficienter probata, cõcessit auditorem, q dicta motiua retulit Papæ, quibus examinatis comperit ꝑ Dionysium non fuisse sufficienter probatũ de iure, uel de possessione præsentandi, licet eét probatum, quod ex quadam consuetudine fuit dicto nepoti pstitum quid annuum, quod consueuit præstari patronis. unde dictus Archieps fuit circumuentus. ité considerauit, quòd erat probatum plenè de intentione Titij. Ité ꝙ nõ erat cã sufficienter instructa, qa nõ plenè, nec ét semiplenè, qa pro una parte tm̃, & qa parũ faciebant ad cãm illius attestationes. Qm̃ igitur fundamẽtum iuris, & possessionis patronatus eét apud Bertoldũ, adiudicauit dicto Titio ab eo præsentato ecclesiam antedictam.

1 † In tex. ibi, Curiam, no. ꝙ curia est uniuersitas ꝑdiorum cum dignitate, iurisdõne, uel honorantia, quæ oĩa põt dñs curiæ uendere, ꝑmutare, & pignorare, cũ possit quis eé dñs iurisdõnis absque feudo, ut s̃. de rescri. significauit, & no. Bar. ff. de re iu. l. qdã consulebãt, & trãsit habeãt curiã in feudo, dic ut in c. j. de ca. qui curi. uen. & scias, ꝙ ius patronatus non est dignitas: quia si patronatus haberet iurisdõnem posset restituere; ꝙ falsum est: sed est quædam honorantia, & protectio, & interdum uitæ subsidium.

2 ¶ † In tex. ibi, Nepos rectus, uel transuersalis, non est uis. Ibi, Cum uniuersitate, ar. ꝙ qui intentauit patronatum, dicatur intentare uniuersalem actionem, seu officium iudicis vľe; & ista propositio, Iuspatronatus trãsit cum uniuersitate, uera est in alienatione. ff. de contrah. emp. l. in modicis: sed nõ est uera in pignoribus, ut no. j̃. gl. ꝑ hoc patet, & ibi dicã. ¶ In tex. ibi, Voluntate, no. ꝙ id, ꝙ fit per uoluntatem diœcesani, vr̃ per ipsum propriè fieri. Ibi, dñs fundi, hunc fundum supra appellauit curiam, uel dic, ꝙ erat pars curiæ, ut in c. 1. qui mo. feu. ami. Ibi, Corporalem, no. ꝙ Arch. inuestituram corporalem, quæ ad se pertinet, alij põt committere faciẽ. ¶ In tex. ibi, Qõnẽ, no. ꝙ legitimè præsentatus ẽt anteq̃ sit inuestitus, uel corporaliter inuestitus, põt petere iniustè præsentatum, uel inuestitũ ꝑperam remoueri; ꝙ est no. dignũ. ¶ Ibi, Inspectis nec. n. põt inspicere attest. Titij, cum eas non produxerit, licet essent eis plenè & legitimè factæ. Ibi, Infra breue tempus, hoc id dicit, quia in purganda suspicione moræ debet esse quis diligens. ¶ Ibi, Iusta absentiæ causam, No. ꝙ cã absentiæ dẽt eẽ iusta, nõ friuola, licèt Acc. dicat, ꝙ cã friuola excusat a dolo, ut not in l. j. §. fi. ff. si quis ius di. non ob. licet doc. non approbent illam gl.

3 ¶ † In tex. ibi, Nullius ualoris, no. ꝙ snia contra absentem impeditum, licet citatum, est nulla ipso iure. sed hoc ideo est, quia cã non erat remissa sufficiẽter instructa, & quia iudex fuit circumuentus non per falsas ꝑbões, sed quia errauit in iure, cum putaret ꝑ acta eẽ ꝑbatũ, ꝙ ꝑ acta nõ erat ꝑbatũ. tu dic, ꝙ iste Archieps sõmniabat in Parnaso: quia ista snia nõ est ipso iure nulla, ut j̃. e. c. fi. sed irritanda s̃m Ber. facit. C. de rest. mi. l. ignominiã. In tex. ibi, A uerò patrono, uerus patronus erat Bertoldus. Ibi, Adiudicantes, no. ꝑ adiudicationem præsentatos confirmari. dicit lex, ꝙ nõ est uis in apicibus uerborũ, sed in effectu. C. de test. l. qm̃ indignum. C. de li. præte. l. iij. iste tamen text. est ualde sing. ¶ In tex. ibi, Committentibus, no. ꝙ commissarius potest subcommittere alteri. s. unũ articulũ, q magis cõsistat in facto, q̃ iurisdõne. Ibi, Minus solẽniter, aľs sufficienter. No. ꝙ aliud est probare minus sufficienter, aliud nullitatem. ¶ Ibi, Pro quodam iure, not. ꝙ probabatio sumpta ex aliquo non concludit in alio, quod nõ est probatum. Ibi, cum per attestationes, No. ꝙ iudicẽ eẽ motum ex falsa cã ꝑbať per acta. Ibi, Vnius tm̃ partis, no. ꝙ qui non uidet totum processum, nihil uidet. Ibi, irritandum, non dicit ipso iure irritũ: qa, ut dixi, nulla probatio fuit falsa, sed minus sufficiens. uñ licet iudex habeat falsum motiuum etiam contra absentem, tamen snia ualet, nisi retractetur. Ber. in suffragio.

4 ¶ † No. ꝙ non ualet snia lata cõtra absenté, q comparere non potuit, ꝙ dic ut ff. de re iu. l. quæsitum. dicas igitur no. ꝙ aut snia fert cõtra absenté ex min⁹ sufficiẽti ꝑbõne; & ualet. & oportet appellare. aut ex falsa opiniõe iudicis: q à testificatiõe; & nõ ualet ipso iure: aut ex falsa testificabat esse probatũ, qđ nõ erat, uel è contra; & tunc ualet, sed absens potest iuuari per appel. uel in inte. re. q̃ duæ uiæ habent se ut excedentia & excessa. nam appellatio suspendit pronuntiatũ ipso iure. & hẽt sua intrinseca diuersa. & electa una uia non tollitur altera, ut no. C. si adue. rem iu. l. fi. ubi est gl. ualde no. & singularis, & incipit. l. in rem pupilli. ¶ Secundò

dỏ no.ꝙ minus sufficiens probatio mouet summũ pō tificé, ne ueritas pereat.¶No.tertiò, ꝙ ubi iudex est cir cumuctus, debet iterum cognosci.¶No. quartò, ꝙ cā non dr̄ sufficienter instructa, nisi allegationes utriusq; partis remittantur, sic.C.de app.l.ex iudicibus.¶Not. quintò ex præsentatione patroni acquiritur ius præsentato, si patronus in præsentatione persistat, Bern.
5 ¶ † Modò uenio ad apparatum, & quæro, utrũ Archi. possit instituere? & dic quòd non, prout in instr̃o ponitur pro collatione tituli, nisi hoc obtineat de consuetudine, uel consensu epi, Ber.¶Op.ꝙ ex sola pr̃sentatione non possit præsentatus agere, nisi ut sua præsentatio confirmetur: quia nō habet ius in re, sed ad ré. solutio. cócedo tñ, ꝙ sicut pt̃ agere, ut sua pñtatio cófirmetur, ita ut aduersarij infirmetur.¶Opp.ꝙ s̃nia fuit ipso iure nulla contra Titium non citatum.so.imò fuit citatus ad s̃niam audiédã, q̃ citatio debet eẽ l̃tia: al̃s eẽt ipso iure nulla, ut C.de accu.l.si accusatorib⁹, ubi glo.no.
6 ¶†Quæro, si citatus cóparere neq̃t, utrũ reuocet̃ s̃nia? dicit Ber.ꝙ sic; & iò non est festinandũ ad s̃niam, ut s̃.
7 de offi.dele.consuluit.¶†Quæro, nũquid legatus Papæ possit retractare s̃niam suam? dicit Ber.ꝙ non, nisi per in integrum rest.ita, quòd in hoc non plus potest legatus Papæ, q̃ alius pedaneus index, ut l.quod iussit.ff.de
8 re iud.¶†Quæro, utrũ subdelegatus Papæ possit subdelegare post lit.cont.q̃dam aiunt ꝙ sic quasi dñs litis.tu dic, ꝙ non efficitur dñs: q̃a iã efficeretur ordinari⁹, sed incipit hr̃e plenum officium post lit. conte. q̃ haberet ante, ut ff.de procu.l.si reus paratus, & quia delegatus semper remanet delegatus; ideò usq; ad s̃niam potest eius mãdatum reuocari, & iudicium soluitur .i. reuocatur, a mãdato soluitur, ut ff.iu.sol.l.iudicium soluitur. & ita dẽt intelligi, quod no.ff.de iu.om.iu.l.& quia, & in Spe.de iud.dele.§.nam nunc, uer.sed nunq̃ dele.& dico, ꝙ ẽt de uolũtate partium subdelegatus nō subdelegat.C.de iud.l.à iudice.No.ꝙ Papa curialiter loquit̃, dum dicit, ꝙ delegatus fuit circumuentus, cũ re uera
9 fuerit parum intelligens.¶†Vlterius opponitur, dr̃ hic ꝙ ista ecclesia non erat probata esse patronalis per hoc ꝙ præstiterit annuam pensionem: quia per hoc nō probatur dominium, quod est no.dignum.¶Sed cótra, q̃a per actus particulares probatur uniuersitas iurisdictionis, ut no.ff.de testi.l.ob carmen.§.fi.& per parté probatur totum, ut no.ff.de le.3.l.uxori suæ.sol.hic particularis cum uniuersitate non erat eiusdem rõnis, & códitionis: quia non erat de natura iuris patronatus, sed ex quadam incidentia præter naturam s̃m Barto. ꝙ est
10 no.dignum.¶† Modò quæro, an creditor habeat ius p̃sentandi? & dico, ꝙ nec ius possessioné habet, nec cósistit in iure sp̃uali. unde si creditor expelleretur de ecclesia, non posset intentare hypothecariã, quæ nudã pos. aduocat.Ber.hic uariat.sed uera op.est ꝙ ius patronat⁹ non transit cum uniuersitate pignoris, sed bene transit cũ uniuersitate utilis dominij, & directi s̃m Inn. & Hostien.sicut quæcũque alia seruitus. & est ratio, quia creditor nullum debet habere commodum: nisi tale, quod possit computare in sortem: sed præsentatio nó potest in sortem computari, quia non recipit recompensationem. ff. de præscrip.uerbis. naturalis.§.fi.C. de op. liber.l.Titius.ff.de le.1.l.plane, el.ij.§.fi. & est duplex ius patronatus, ut dixi.s.sacrum, & prosanum, quòd i multis consistit, ut plené no.ff.de condi.inde.l.si nō sorté.
11 §.libertus.¶†Quæro, utrum postquã ecclesia est fundata, & constructa, possit ei imponi census? respon. nō sed in fundatione eius sic, cum authoritate episcopi, &
12 non aliter, Ber.¶†Venio ad conclusiones: Inno.prima est, quòd creditor habens omnia bona sua obligata, nō pōt præsentare: quia soluto debito remoueretur præsentatus, quod est ualde absurdum: sed emptor, & feudatarius possunt præsentare, Inn.sed certè in feudatario est eadem ratio: quia finito feudo remouetur p̃sentatus, ut ff.de pig.l.uectigali; quod falsum est: quia non remoueretur. & ideò melior est alia rõ.s.quia creditor non debet consequi aliquod commodum lucratiuum. nam quædam quasi usura est cósequi aliquid ultra sortem, quod non extenuaret sorté.ff.si cer. pe.l.rogasti.
13 §.si tibi.¶†Quæro, si unus habet proprietatem, alter feudum quis præsentabit? rñ. feudatarius: quia ad eum
14 pertinet utilitas fructuum.¶†Sc̃da conclusio est, quòd præsentans, sine licentia superioris non potest uariare; & ideò præsentatus implorat officium iudicis, ut ecclesia uacans sibi conferatur: secus in postulato ante, q̃ habeat assensum eius, a quo dependet postulatio, quia qui non habet officium iudicis, supplicare debet Inn.
15 ¶†Idem ait, ꝙ eps peccat, & tenetur, si alium instituit quasi legitime præsentatum, & ꝙ talis p̃perã institutus debet remoueri, Inn. Alia conclusio est, ꝙ subdelegatus Papæ nó pót aliũ subdelegare, ut det ei aliquã iurisdõnem, sed nudum ministerium, puta scribendi dicta testium, bene potest sibi committere, & per aliũ expedire: secus in eo, qui esset subdelegatus ad testes recipiendos: quia in hoc consistit iurisdictio. nam potest numerum testium refrenare, testem uacillantem capere, articulos, & interrogatoria examinare, & facere, q̃
16 subdelegatus subdelegare potest secundum Inn.† Alia conclusio, quòd diffinitiua potest corrigi, cóstito de errore per acta, licèt non appelletur. imputet enim sibi ille, qui admisit hunc ad probañ. hæc conclusio est falsa,
17 ut ff.de ar.l.qui arbiter.¶† Alia conclusio est, quod electio non confirmata aliter confirmatur, si adiudicatur,
18 cum raro alibi reperitur.¶† Alia conclusio quòd nō est necesse, quod electio minus canonica.i.nulla, prius p̃nuntietur nulla, quam ad nullam electionem procedatur. Adde quod no.Bar.ff.de re iu.l. conquerebatur.
19 ¶ † Alia conclusio, quòd si peto electionem aduersarij mei cassari, & electionem meam confirmari, licet probem de non iure aduersarii, nisi probem de iure meo succumbo, nec cassabitur electio. & in fi. dat pro regula, quòd nunquam recipitur libellus cum adiec. quæ aduersario obest, & sibi non prodest. Et hoc idem dicitur de positionibus, & probat secundum Innocen. & per consequens de sententia ferenda, quod est not. dignum, & est casus. ff. de rei uin.l. si non spe
20 ciali.¶†Idem ait, quod procedit libellus iste, peto a te.x.ex cã mutui, non obstante pacto de non peteñ. uel non obstante s̃nia contra me nulliter lata: quia q̃s possit simul agere, & replicare. Ista igitur clausula non obstante, obtinet uim replicationis, quanquam uideatur de subtilitate iuris, ꝙ non possit prius replicari, q̃ re⁹ excipiat. Idem ait, quod qui intentat nullitatem aliquã semper debeat causam exprimere.

SVMMARIVM.

1 *Contra ordinem iudiciorum, non alius Papa solus dispensat.*
Dispensationis factum non est ad similia pertrahendum, unde dispensationes sunt stricti iuris.
2 *Interlocutoria Papa an faciat ius generale.*
In diffinitiua an sit idem.

Scriptura

Scriptura an sit de legis obseruantia.
3 Situatio in uolumine statutorum an sit de esse statuti.
Reformationes quæ dicantur, earumq; uis.
Consilia duo sunt Perusii, & eorum potestas quæ.

IN CAVSIS. Ordo iudiciorum seruandus est, nisi Papa dispenset ex cā.h.d. ¶ No. ꝙ interlocutoria Papæ seruanda est ꝑ alios inferiores tanquam quædā forma sub regula iuxta illud, A boue maiori discat arare minor.
1 †¶ No. secundò, quod solus Papa dispensat contra ordinem iudiciorum, non alius et legatus de latere. ff. de offi. procon. l. nec quicq̄. §. fin. & not. in c. sæpe, de uer. sig. in clemen. No. quod dispensatiue factum non est ad similia pertrahendū: quia est contra ius cōe; & ex hoc seqtur, ꝙ oēs dispensationes sunt stricti iuris. ff. de cō
2 sti. prin. l. j. ¶ † Quæro, utrum interlocutoria Papæ faciat ius gñale? rñdeo sic, si est redacta in codicibus sacrorum canonū, aliàs constitutionum: alias non ſm Ber. & Inno. ¶ Quid in diffinitiua? respondeo, si non apparet scriptura, nō hēt uim legis: quia de obseruantia legis est scriptura. Alij dicūt, quod scriptura est de ipsa substantiali forma legis; quia aliàs paucis innotesceret, ar. C. qūo & qñ iu. aui. qui semel. uide quod no. in ꝓemio cle. C. de legi. l. humanum ff. de legi. l. de quibus. §. fin.
3 Bald. ¶ † Quæro, utrū situatio in uolumine statutorū sit de esse statuti? & uī quod sic: aliàs. n. nō esset statutum, sed quædam reformatio extrauagans, ad cuius obseruantiā nō tenetur rector ciuitatis, q iurauit seruare statuta. ff. de re iudi. l. cum prolatis. facit C. ne fi. pro patre, auf. habita, in fi. uel dic, ꝙ statuta dicuntur ea, quæ fiunt cā ꝑpetuæ iurisdictionis. Reformationes uerò dicunt fieri, prout res incidit. in ciuitate Perusii sunt duo consilia, unum maius, aliud minus. in maiori fiunt statuta, quæ debent redigi in uolumine statutorum, sicut est ecclesiarum artificū cui præstat auctoritatem magistratus in concilio congregan. Aliud est consilium decurionū, cui non interuenit magistratus, sed soli decuriones; & illud, quod statuitur per eos, uocatur reformatio, quæ non pōt derogare plebiscito. unde dicunt doc. quòd reformationes non derogant statutis, nisi decuriones habeant arbitrium à populo. ff. de decre. ab or. fa. l. ambitiosa.

SVMMARIVM.

Litis ingressus quis dicatur, in prin. post casum, uer. ibi. Ante.
Consentit in iudicem quis per quem actum. ibidem paulo post.
Excipere qui omittit, uel ꝑ. stquàm excepit, facit actum contrarium, renuntiare uidetur.
Rescriptum ualet etiam non mentione facta de processibus.
2 Sententia secunda contra primam est ipso iure nulla, & quando non & nu. 4.
Sententia nulla an ualere possit de consensu partium, uer. dicit Accur.
3 Abbas nō ꝑ quis uocandus ante benedictionem, sed electus.
4 Sententia contra sententiam quare est nulla.
5 Exceptiones ante lit. contesta. quo ordine debent opponi, & numo. 6.
6 Exceptio suspicionis semper debet esse prima in ordine.
Exceptiones simul propositæ nunquam intelliguntur præposteræ.
8 Ordo necessarius magis inspicitur, quàm ordo uerborum.
Nullitas uenit incidenter, si quis dicat, dico sententiam nullā, & si qua est, appello.
9 Sententia quæ dicantur contrariæ.
Subiectum idem quod intelligatur.

INTER monasterium. Tenet secundā sentētia diffinitiua lata contra primam, si de prima non fuit exceptum, nec appellatū à secunda. h.d. Et diuiditur in quatuor partes. primò ponit themā decisum. secundò eam diffinitionis, & cās eæ. tertiò soluit quoddā obstaculum. quartò diffinit. secunda ibi, cum constit. tert. ibi, non obstante. quarta ibi, factum priorū. ¶ Casus. Vacante monasterio sancti Leodii monachi elegerunt unum ex his monachis in Abbatem, & dum peterent confirmationē, monachi sancti Autonii se opposuerunt, dicentes illam electionē infirmandam, eo quod debuit fieri de monasterio sancti Antonii, quare diœcesanus neutrum uolebat confirmare: Papa cōmisit ad impetrationem monachorū sancti Leodii causam quibusda iudicibus, coram qbus lite contesta. & testi. recep. monachi sancti Antonii ad alios iudices impetrarunt literas, in qbus suspicionē priorū iudicum allegabant. unde cora primis iudicibus ꝓponebant reuocationē primi rescripti, suspicionem iudicū, & quasdam alias exceptiones friuolas, quas primi iudices admittere noluerunt, & ꝓnuntiauerūt ꝓ dicto electo. unde fuit appellatū ad Papā. coram Papa ꝓponebatur, ꝙ dicta snīa fuit lata contra alia diffinitiuam snīam alio tpe latam: Papa cōsiderans, quod primū rescriptū non fuit reuocatum ꝑ ſm, quod non faciebat mentionem de ꝓcessibus, nec de priuilegiis. Item ꝙ exceptio suspicionis non fuerat opposita ante litis ingressum, nec aliæ declinatoriæ; unde uidebatur eis tacite renunciatum. Itē ꝙ non apparebat de snīa prima, quæ nō fuerat ostensa. Item si fuisset ostensa, non patrocinabatur: tanq̄ nulla. Itē quod sub prætextu nouorū instrumentorum nō debet snīa retractari, confirmauit snīam primorū iudicū, electo munus benedictionis impendens, saluo iure diœcesani. ¶ In textu ibi, Cōmissione impetrata, per illos, qui elegerunt. ¶ Ibi, Suspicionis. Nota, ꝙ literæ impetratæ ad iudices suspectos sunt aliquæ: ergo processus iudicis suspecti est aliquis. ¶ Ibi, Nouorum, rō est, quia esset præposterum finito negotio audire ꝓbationes partis. ¶ Ibi, Per ultimā, impetratam ꝑ illos, qui se opposuerunt. Ibi, Ante li. ingressum. i. ante aliquē actum, per quē iurisdictio cōprobetur. ff. de iudi. l. sed si susceperit. ¶ In tex. ibi, Subeundo, s. litem contestando, non. n. per quēlibet actum quis consentit in iudicem, ut no. ff. de iudi. l. non uidet in iudicem. C. de spon. l. fina. per Cyn. ubi dicit Cyn. qui fundat ꝑsonam sui ꝓcuratoris per satisdationē, non iō fundat iurisdi-
1 ctionem. ¶ † In tex. ibi, Renuntiasse, no. quod q omittit excipere, uel postq̄ excepit facit actum contrariū, renuntiare uī. ¶ In tex. ibi, & processus, no. nō ualere rescriptum, si non fit mentio de ꝓcessibus. Ibi, dicebat, mō coram Papa. Ibi, Posthabita: quia non tenebat. Ibi,
2 Alioquin. i. & si tenuisset. ¶ † In tex. ibi, imputetur, not. ꝙ in hoc uerbo stat uirtus huius.
1 c. qa malitiosè & dolose fuit exceptū de prima snīa, uel ꝑ dolum. uel malitiam non fuit ꝑducta coram ipsis iudicibus; & hoc est ualde notandū: qa snīa secunda contra primā est ipso iure a nulla, ut. C. qñ ꝓuo. nō est necesse. l. j. & tū ꝑp dolum. i. malitiā reddit aliqua ſm Host. Dicit Accur. ꝙ diffinitiua

a ¶ Vide q̄d uult Bar. in l. cum procurator. §. 1. ff. de oper. no. nunt. dum allegat. d. l. j. hic allega. & uide Pa. de Cast. cōs. xvij. & uide Alexan. in l. si diuersa. ꝑ. st gl. magnā ibi i fi. C. de trās.

tiua lata contra diffinitiuā, à qua prima snia non est appellatum, non ualet ēt de consensu partium, ut no. C. de transac. l. si diuersa: quia uigor iudiciarius nō potest ꝑ pactum rescindi, quæ glo non est alibi. & ꝙ illa glos. sit uera, probatur pluribus rōnibus. ¶ Prima rō est, quia snia est facti. nā oē, quod tollit aliqd ope exceptionis & nō ipso iure, est facti. sed si ipso iure, iuris esse dicitur, ut. l. si unus. §. pactus. ff. de pact. sed factæ cāc ꝓ infectis haberi nō possunt: quia, ut ait, Aristoteles, hoc solo priuatur Deus ingenita facere, quæ utiq; facta sunt. Idem ait noster iuri sconsultus in l in bello. §. factæ. ff. de cap. & postli. re. ¶ Secunda rō est, qa cā est sopita, uidelicet consumpta ꝑ absolutoriā, uel consummata ꝑ condēnatoriam, & habito ultimo fine nihil restat explican. qui finis dr̄ qd ultimum, quid optimū ſm Philosophū; & iō consumptū resuscitari nō pōt. ff. de sol. l qui res. §. aream. ¶ Tertia rō est, qa non pōt consensus partiū tollere ius publicū. nā sniæ ꝓlatio, & eius uigor & uirtus iuris publici est, & ex iurisdictione dependet, quæ non pōt dari, uel auferri pactis priuatorū. ¶ Quarta rō est, quia contrariū imperiū iudicis cōsistit in officio mercenario, quod non durat extincto principali, quia non stat per se, ut. l. terminato. ¶ Quinta rō est, quia non ualet cōpromissum post rē iudicatā, nec transactionem, & tñ ibi interuenit cōsensus. ff. de cond. inde. l. eleganter. § si post. ¶ Sexta rō, quia posterior snia est lata sine libello, & sine ordine iudiciorum, qui nō pōt in tanto, uel in toto omitti, ēt de consensu partiū, ut not. s. de offi. deleg. de causis. Nec obst. ꝙ quidā dicunt, ꝙ libellus pōt omitti: qa libellus non est de ordine necessario; sed petitio bene est de ordine iudiciario, ut. l. ut fundus. ff. cōi diui. ¶ In contrariū vr̄, ꝙ illa glo. sit falsa. Nā dato, ꝙ secunda snia esset nulla, tñ consensus facit eam aliquā, ut no. in l. ij. C. cōia utriusq. iud. Præterea ꝑ sniam fit nouatio, ut. C. de usu. rei iu. l. fi. Item cōstat, ꝙ snia pōt nouari. ff. de regu. iur. l. iiij. §. si ex cōuentione. ff. de minor. l. minor. xxv. an. cui fideicō. Item accepto ferri. ff. de dona. l. in stipulatū Item pōt abradi & cassari de partium uoluntate. ff. de re iudi. l. acta. Itē per pactū retro similē pōt ab ea recedi. i. per nouū libellum, & nouas ꝓbationes, tex. est in. l. duobus. ff. de excep. rei iudi. Item uidet casus in nostro. c. nā qui nō excipit de re iud. consentire uidetur, & in isto consensu cōsistit uigor potioris sniæ, tex. est hic ualde no. solu. ut a contrario imperio iudicetur, nō ualet cōsensus. si interuenit iudicium retrō simile & solēne, tunc subdistingue, aut ꝑ primā sententiā non pōt reduci in priorē statum, ut in causis criminalibus, & ubi irrogatur infamia; & tunc statur primæ sniæ: aut ꝑ primā pōt reduci in pristinū statum; & tunc statur sniæ posteriori, præsertim ubi interuenit culpa actoris: quia denuò egit, & in secūda succubuit, cum uicisset in prima; & iste est casus no. in l. duobus.
3 ¶ † In tex. ibi, instrorum, no. quod snia dicit instrm. Ibi, Munus benedictionis, no. hic Hostien. ꝙ ante benedi-
4 ctionē non est qs uocandus Abbas, sed electus. ¶ † Quęro ad euidentiam, quare snia contra sniam est nulla? rñdeo, quia nō durat instantia ſm Bar. uel ut finis litibus imponatur. ff. de iud. l. prætor, in princi. & hæc exceptio nullitatis pōt opponi qñcunq; ; fallit ꝑ dolum & malitiam opponētis, simile. ff. de arb. l. de rebus, in fi. & est alia rō, quia nō pōt reddi rō, quare secunda snia tollat primā, & non prima secundā. porrò prima iā fecit, quod ꝑ aliam fieri nō pōt, sicut dicimus in acceptilationibus cōtrarijs, ut no. ff. de pact. l. si unus. §. pactus.
5 ¶ † Quæro, quo ordine debeant opponi exceptio. ante lit. contest. hoc dico, quia post litis contesta. nullus est ordo opponendarū. rñdeo, uidetur ꝙ primò debet opponi exceptio contra rescriptum. secundo exceptio suspicionis. tertiò exceptiones ꝓcuratoriæ, uel similes. quartò aliæ declinatorie fori, ut ex ista litera colligi uidetur. nā si qs ꝓponeret exceptionem declinatoriæ ꝑposterè, uidetur præponendo posteriores antè præponendis præiudicare prioribus propter consensum tacitum. nam qui opponit, uult pronuntiari super obiectis, & consentiendo in processibus consentit etiā in
6 iudicem. ¶ † Sed Innocen. dicit, quod exceptio suspicionis semper debet esse prima in ordinem, non exceptio contra rescriptū, ēt si sit exceptio falsi: quia exceptio suspiciōis nō desiderat sniam iudicis suspecti: aliæ uerò interlocutoriā desiderant, ut. C. de iud. l. apertissimi; & præmissa hac exceptione suspicionis non est postea uis, quo ordine ꝓponat aliàs, cum & simul possit proponere oēs alias. ¶ Nā qui excipit, non dr̄ eligere, sed cumulare potius, arg. insti. de excu. tut. l. si plures. tu dic, ꝙ si rescriptū est funditus falsum, ista debet esse prima in ordine: quia q opponit hāc exceptionem, negat funditus iurisdictionem. sed ille, qui dicit iudicem suspectum, non negat funditus iurisdictionem. porrò si iudex est fund tus falsus, nec cognoscere, nec pronūtiare pōt. dico ēt, quod si ꝓponūtur tales exceptiones cū protestatione, quod opponens non intendit in iudicem consentire, nisi quatenus iuris ordo postulat, & requirit, ꝙ non obstet harum exceptionū præposteratio: quia nō intelligitur cōsentire tacite: quia cōtrariū protestatur expresse, ut. l. quia iena. §. Celsus. ff. de ac-
7 qui. her. ¶ † Dicit Bar. ꝙ exceptiones simul ꝓpositæ nūquam intelliguntur ꝑpposteræ: quia semꝑ intelligitur, ꝙ ordo iuris seruet. Et hoc est notabile, ut ipse no. ff. de re iud. l. quidā cōsulebat. & saluando ipsum dic, ꝙ debet intelligi, qñ ꝓponitur cū ꝓtestatione: aliàs diceret falsum, & contra glo. Ber. & Inn. Sed si seorsum opponuntur, puta una hodie, alia cras, tunc Bar. cōfitetur dictum Inno. esse uerum, quod ego dixi de simul pro-
8 positis. ¶ † Considera, quia magis inspicimus ordinem necessarium, quam ordinem uerborum, sicut glo. dicit, quando appellans utitur uerbis his. dico sniam nullā, & si qua est, appello. nam licet uerbū, appello, postponatur: tamen suspendit pronuntiatum tanquam uerbū principale. nullitas autem uenit incidenter, & fatalia appel. sunt fatalia nullitatis nō ex natura nullitatis, sed ex natura incidentiæ, ut dicit glo. in l. j. C. quando prouo. non est necesse, in glo. sic et, uer. maxime. quæ glos. non est alibi. Item quod non semper attenditur ordo uerborum, probatur in l. talem. ff. de hæred. insti. Item no. ꝙ qui eligit unum ex incōpossibilibus, ad aliud redire non pōt, ut C. de condi. l. fi. & si succubuit in proposito, non tamen redit ad oppositum, cum tacite renuntiauit. dicit lex, uia, quā quis eligit, hæc sibi pateat.
9 ff. quod me. cau. l. si mulier, in princ. ¶ † Quæro, quę sententiæ dicantur contrarię? respon. illæ quæ supponunt contradictoria in eodem subiecto. sed quando circa diuersa facta, uel tempora, uel diuersas res, ibi non est contradictio, ut plene dixi in l. j. C. quando prouo. non est necesse. Et hic per Ioan. Andr. Et adde, quod idem subiectum intelligitur, quod habet necessariam continuationem in esse suo, uel habet continuationem naturalem, ut no. ff. de iureiuran. l. qui iurasse. §. fi. pater, & l. eum qui. §. in popularibus, & ff. de excep. rei iudi. l. si à te, in princi.

SVMMARIVM

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra priuilegium quando teneat, in prin.*
Spoliatus debet ante omnia restitui, etiam in cā liberali, ibid. post casum, uer. nota, quod.
Iudicatur pro illo, cuius iura sunt potiora, si pars utraque fundant intentionem sic.
2 *Probatio an praeualeat per adiectionem famae, qua pars altera caret.*
Fama quae ponatur inter genera probationum, uer. quod uerum.
Priuilegio quis renuntiare non potest in praeiudicium Papae. §. item no. eoque sententia non retractatur.
Probare, & Reprobare. quid quis intelligatur. §. in tex. ibi, probasse, cum sequen.
3 *Papa pronuntiat in causa sua, non tanquam sua, sed tāquam partium.*
Per priuilegium exemptionis Papa sibi quaerit. §. item no.
Ecclesiae omnes immediatè sunt Papae subiectae, ibid.
Iudicia quaedam saepius moueri non possunt, & quae, eo. §. uer. & adde.
Sententia lata in parte haereditatis facit ius in alia parte inter easdem, secus in aliis sententiis, ibid.
Sententia, appellatione deserta, confirmata, uel infirmata an ualeat, ibid. uer. & hic dicit.

SVBORTA. Tenet sn̄ia lata cōtra priuilegium ostensum, uel non ostensum, si ab ea non fuerit appellatum, uel supplicatum. Et tria facit, primò ꝓmittit processū, & sn̄iam sup possessorio ibi, uerum. secundo committit ipsius excusationē, & cām sup petitorio. tertiò ibi, iudicibus, petitoriū diffinit, diffinitiuum moderaẗ, & quoddam soluit obstaculū. ¶ Casus. Inter epm̄ Melden. & monasterium Attrebatense erat qō, quia eps̄ dicebat dictum monasterium sibi subiectum: monasterium dicebat se exemptum ꝑ priuilegium Inn. Papae scđi. pars epī dicebat epm̄ spoliatū, & qa hoc constabat ꝑ confessionem, Papa mandat, ꝙ eps̄ restituatur in quasi possessione; & restitutus fuit, & sic sopita fuit cā possessorij iudicij. uerumtn̄ monasteriū ostendit priuilegium exemptionis. Papa commisit cām quam iudices remiserunt instructā ad Papā, & qa constitit Papae, quod rōnes epī erant potiores, adiudicauit ei subiectionem praefatam, saluo iure Romanae eccl̄ię. Sed de hoc monasterium conquerebatur, cum ostenderet priuilegium libertatis. Papa respondet, quod cōtra illud priuilegium fuit per Alexan. iudicatum, & aut illud priuilegium fuit ostensum Alexandro; & vr̄ ipsum reprobasse iudicando contra priuilegium: aut nō fuit ostensum, & sic non fuit iudicatum cōtra priuilegium, sed contra priuilegiatum: tn̄ sn̄ia ualuit, & praetextu instri de nouo producti non debet retractari. hoc dicit. ¶ No. ꝙ confessio procuratoris nocet dn̄o. ¶ In tex. ibi Partis. i. procuratoris monasterij. Ibi, Restitutionem, not. quod spoliatus ante omnia debet restitui, & tamē non propterea monasterium debet à sua libertate destitui, & sic delictum conuentus non nocet ecclesiae, ꝙ est nota. ¶ Item nota possessorium recuperandae ꝓferri cāę liberali, licet cā status sit praeiudicialis. C. de adu. l. qm̄ Alexandrum. ¶ Item no. ꝙ possessoriū probatum statim est executioni mandandum. ¶ Item no. ꝙ petitorium praeualet, in fi. sed possessorium praeualet in ordine.

1 ¶ Item tex. ibi, efficaciores, no. ꝙ † ubi utraque pars fundat intentionem suam, iudicatur pro illo, cuius iura sunt potiora * sic. ē. de postul. prael. c. bonae, el. ij. & ibi de hoc. ¶ Item no. ꝙ aliquid additum tali, facit illud magis tale. & est arg. quod † si utraque pars probat ꝑ duos testes de ueritate, tamē una pars hēt pro se famam, alia nō, ꝙ adiectio famae faciat probationē praeualere; ꝙ uerum puto, si fama sit uestita rōnibus; secus, si sit nuda fama, ar. ē. e. ti. c. sicut nobis. §. uerum: quia nuda fama non ponitur inter genera probandi, ut no. Bar. ff. de quaesti. l. de minore. §. tormenta. ¶ In tex. ibi, Ita tn̄, no. ꝙ Papa ꝓtestatur de iure suo. itē ꝓtestatio dēt praemitti. ¶ Item no. ꝙ priuilegio libertatis nullus pōt renuntiare in praeiudicium Papae. ¶ In tex. ibi, reprobasse no. quoties unum contrariorum approbatur, reliquū reprobatur. ¶ Ibi, Retractari, no. ꝙ sn̄ia retractat priuilegium, non ē contra. ¶ No. ꝙ nemo intelligitur approbare, ꝙ ignorat, nec ēt reprobare. In tex. ibi, In iudicio praesentatum, no. quòd perfunctoriè fit extra iudicium nō considerari, ꝙ no. ¶ In tex. ibi, Si uoluerit, no. quòd iustitia non redditur nisi petenti.

2 ¶ Adde uidēdum no. per Ale. consi. 108. in 4. uo. & aliquid in simili per Fel. in procę. decre. in primo et Capo. consi. 19. & cons. 62. Barb. consi. 14. in fi. uol. ij.

3 ¶ † No. in isto c. quòd Papa pronuntiat in cā sua non tanquam sua, sed tanꝙ partium; quod est bene notandum. ¶ Item no. ꝙ ꝑ priuilegium exemptionis Papa acquirit ius. i. exercitium immediatae subiectionis, licet de plenitudine potestatis omnes ecclesiae sint ibi immediatè subiectae, ut no. in c. bonae. ē. de postu. praela. per Innocen. & adde, qđ quaedam iudicia non possunt saepius moueri, ut iudicium fami. herc. & in istis sententia in parte haereditatis lata, facit ius in alia parte inter easdem personas. ff. de exce. rei iu. l. si inter me & te quaedam possunt interim moueri, & sententia non facit ius in alia specie, ar. C. de iud. l. licet, nec alij personae praeiudicat. ff. de rei uin. l. inter officium, & hic dicit Inn. quòd sentētia cōfirmans, uel infirmans primam sententiam latam ꝑ iudicem appellationis est aliqua, licet appellatio cursu tēporis sit deserta. Host. contra, quia lapsus temporis ratificat sententiam, de hoc no. in c. si appellationem. ij. e. in cle. dic quòd opi. Inno. est uera, si dubium sit, an sit deserta. ff. de condi. inde. eleganter. §. si post: sed si ē certum, quòd est deserta, non ualet sententia maximè infirmatoria. ff. de excu. tu. l. scire oportet. §. consequens similis quaestio formatur per Dyn. institu. de actio. §. rursus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia retractatur ex dictis conspiratorum lata, in prin.*
Iurare cogitur ille, contra quem fit inquisitio.
Sententia, quando tangit plures, circa unum potest pronuntiari, & circa caeteros differri.
Procurator in causa inquisitionis interuenire potest. §. ibi, Proc.
Litis contestatio in generali inquisitione non fit sed in spāli, & quando & quomodo, ibi. uer. ibi, lit.
Sententia ualet etiam attestationibus non publicatis. §. ibi, Minime.
2 *Processus nomine, continetur processus, & sententia.*
Testimonium utile per inutile non uitiatur. §. in tex. ibi.
3 *Monachi, & canonici regulares admittuntur ad denuntiandum pro statu monasterij, & possunt etiam procuratorem constituere.*

Procurato-

Procuratorem potest constituere, qui suo nomine habet actionem, uer. nam is.
Testes eligendi, in quibus uis consistat probationis, uer. nota. quod.
4 *Conspiratores non sunt idonei testes.*
Religiosus & suo & alieno nomine potest interesse quandoq; iudicio, uer. no. casum.
Corrigere, & Statuere } important etiam amotionem, & quando.
5 *Conspirator tanquam criminosus repellitur ab omni testimonio.*
Monachus etiam potest esse laici procurator ad defensionem.

CVM I. & A. Retractatur snia, à qua nō fuit appellatū, si constat testes, ad quorū dicta tm̄ lata fuit, fuisse conspiratores. h. d. In prima facti narratio, & processus. In secunda diffinitionis cōmissio. scd'a ibi, quia uero. ¶ Casus. Canonici S. Dionysij nomine suo, & canonicorū denūtiauerūt eorū Abbatem dño Papæ sup dilapidatione, periurio, symonia, & quibusdam alij criminibus, de quibus Abbas erat diffamatus. Papa delegauit cām, & mandauit, ꝙ iudices delegati accederēt ad monasterium psonalr, & tam in capite q̄ in membris corrigerent corrigenda, & statuerent, q̄ uiderint statuenda. Qui iudices receperunt iura Abbatis, & canonicorum tādem Abbatē ab administratione snialr remouerunt, correctione membrorum dilata, à qua snia procurator Abbatis appellauit ad Papā, & in cā appellationis allegabat nullitatem eo, qa nō eēt lis contestata, & iniquitatem, eò qđ eēt depositus per testimonium conspiratorum, & anteq̄ testes eēnt publicati: Papa mandat processum irritari, si soli conspiratores deposuerunt cōtra Abbatem: si uerò ipsi, & alij, q alij probauerunt, processus cōfirmatur. quo aūt ad als. i. quo ad membra, contra q̄ isti non erant cōspiratores dicit Papa, ꝙ isti testes recipi potuerunt. ¶ In text. Ibi. Quorundam, & ēt sua fm Host. Ibi, In capite. i. Abbatem. Ibi, In membris. i. monachos, siue canonicos regulares ipsius monasterij, Ibi, Abbatis, & canonicorū.
1 ¶ † No. ꝙ ille, contra quē fit inqsitio, iurare cogitur, de quo. ī. de acc. c. qualiter & qñ, el. ij. ¶ Ibi, Dilata, not. ꝙ qñ snia tangit plures, circa unum pōt pronūtiari, & circa alium uel alios differri. ff. de iud. l. non idcirco. ¶ In tex. Ibi, Sententia, ergo non à grauamine, qđ est contra no. in pen. §. Ibi, Procurator, Abbatis, & sic no. ꝙ in cā inquisitionis pōt cōstitui ꝓcurator. Ibi, Lit. nō conte. hoc non nocet, ut s. ut li. non cont. qm̄ dicit Pe. & idē Abb. ꝙ in gñali inquisitione non fit litis cōtestatio, in spāli uerò uocatur is, contra quē inqritur: q si negat, hr̄ pro contestatione, ut hic. Si uerò est cōtumax, ꝓcedi pōt cōtra ipsum, ut d. c. qm̄. §. sunt & alij, Io. An. Ibi, Conspiratorum, hęc est ualida exceptio. tūc ideo distinguet sup ea. ¶ Ibi, Minime publicatis, not. ꝙ ualet snia lata fm attestationes non publicatas, & hoc rarò alibi reperies; & glo. Accu. dicit contrarium. C. de sen. & in-
2 terlo. l. prolatam. ¶ † In tex. ibi, Secuti. i. se fundentes super dictis earum. Ibi, Irritantes processum, nomine ꝓcessus continetur processus, & sententia: quia sententia est de processu, & irritato processu irritatur snia, & sufficit, ꝙ iudex appellationis dicat irritamus processum, licet non dicat irritam' sniam, qa p cōsequēs uenit snia, Io. An. quod est no. dignum. Ibi, p aliorū dicta, no. ꝙ utile testimonium per inutile non uitiatur. ¶ In tex. ibi, Sufficienter, ergo si unus testis esset cōspirator alter non, snia, rescinderet: qa utile p inutile nō uitiat. ¶ Ibi, Contingebat, no. ꝙ non nocet uitiū testiū, ꝙ non tangit opponentem. ¶ Ibi, Cōspiratores, uide ꝙ not. de uer. sig. cōstōnem, li. 6. per Arch. de offi. ord. quia pleri-
3 que, p Arch. ¶ † No. monachos, & canonicos regulares admitti ad denuntiandum p statu monasterij, & etiam psit procuratorē constituere; qa in cā propria. nā is, q suo noie hēt actionē, pōt cōstituere ꝓcuratorē. ff. de in iu. l. sed si unus. §. procuratorē. quæ regula alibi ita clarè nō reperitur. No. ꝙ nō sufficit eligere aliquos testes
4 nisi eligant hi, in qbus uis ꝓbationis consistit. ¶ † Noc. conspiratores non esse idoneos testes. ¶ Not. ꝓcessum diuidi. no. casum, in quo religiosus pōt suo noie, & alieno iudicio; & tñ lex dicit, ꝙ in actione populari, qui nō potest proprio noie agere, non pōt cōstitui procurator, ut ff. de proc. l. licet in popularibus: sed nos non sumus hic in actione populari. ¶ Opp. ꝙ isti iudices nō potuerūt deponere Abbatem, ut in c. in singulis, de sta. mo. So. hic non erant simplices uisitatores, sed iudices delegati, qui habent ptātem amouendi. Nā, corrigere, hoc importat. hoc idem importat uerbum, statuerent. ¶ Et no. ꝙ Ber. intelligit, ꝙ in c. nostro. fuit appellatum ab interlocutoria, quod supponitur ex eo, ꝙ lis nō fuit contestata. tu dic, quòd fuit appellatū a diffinitiua sen-
5 tentia amotionis. ¶ † Opp. quod conspirator tanq̄ criminosus repellatur ab omni testimonio. Bern. dicit, ꝙ non repellitur in totum; quia facit præsumptionem, non plenam fidem. tu dic, ꝙ hoc crimen nō tangebat statum ecclesiæ, sed solum statum prælati, nec est conspirator criminosus simplr, sed suspectus, quod est bene no. Dicit Inn. ꝙ isti conspiratores testes non repelluntur contra alios, quia alij non exceperunt de conspiratione, uel est spāle in cā inquisitionis super statu ecclesiæ, & contra diffamatum secundum Inn. No. hic Inn. quòd etiam ad defensionem laici monachus potest esse procurator, nec potest aduersarius obijcere, quòd nō uertatur utilitas ecclesiæ, quia huius litigatoris nō interest quærere utilitatem ecclesiæ. No. ꝙ monachi possunt constituere procuratorem unum ex seipsis.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus de leui furto an sit infamis.*
2 *Episcopus an possit dispensare super furto.*
Ad famam iuris restituit solus princeps. & cætus cardinaliū: facti uero boni mores. & nu. 6.
3 *Famæ restituere an Episcopus uidens se errasse, si uult possit.*
Notarius recuperare famam suam, si damnatus esset, quomodo possit, uer. & sic.
4 *Papa an possit laicum in integrum restituere.*
5 *Populus an possit restituere famā.*
Famæ restituere qui possint, & nu. 3. & 4.
Reges omnes sunt in terra sua imperatores, si non cognoscunt superiorem, & famæ possunt & quos restituere, uer. nam hoc.
6 *Transgredienti parum de facili ignoscitur.*
Fama accipitur duobus modis, & an tolli, & quomodo possit mala fama, uer. & dicas.

CVM TE. In isto c. erat iniuria uili pensionis, non afflictionis. iniuria uerba is potest esse ita grauis, quòd meretur pœnam corporalem, institu. de iniu. §. pœna. ¶ Condemnatus actione iniuriarum est infamis: sed si iniu-

si iniuria est leuis, Papa de facili restituet eum famæ.ar.quia de minimis non est curandũ.ff. de condi. & demõ.l.quãuis.ff.de ædil.ædi.l.euidens. Et iõ rector ciuitatis non est de minimis syndicandus, & est ar.ꝙ de minoribus non est fienda scrupulosa inquisitio pp liberum arbitriũ uoluntatis, quod natura hoĩbus tribuit .ff.de leg.j.si seruus uetitus.unde leuissimæ culpæ sunt peccata uenialia non mortalia, ut hic.adde secus, si est grauis; quia princeps rarò cõsueuit restituere ad famã damnatũ de crimine enormi.ff. de postu.l.j.§. de qua,
1 ubi ẽt no.multũ singulr.¶†Quæro, utrum dãnatus de leui furto, sit infamis? rñ.sic ẽt de furto unius anseris, & hoc qa uerisimile est, ꝙ maiora furaretur, si posset, & quia est in dolo, & ubi dolus, ibi facinus.ff. de act. &
2 obli.l.seruus in omnibus.ff.de reg.iu.l.ad ea ¶†Sed an epus possit dispensare? Rñ. sic ante sñiam, non post.ff. de fur.l.non põt, in uerbo, damnatũ.non dicit damnandum.ff.de insa.l.quid ergo.§.pœna grauior. nam solus princeps restituit ad famam iuris, & cętus Cardinaliũ, Inno.ad famam autẽ facti restituunt boni mores, a.C.
3 fam.herc.l.in ipsius.¶†Sed qd si eps uidens se errasse; uult restituere famæ? rñ.non põt, nisi faciat coram se iure ordinario peti restitutionẽ in integrum; & istud erit bonũ remedium, ut d.§ de qua, coniuncta gl. quæ est.ff.ad Treb.l.seruo inuito.§.cũ prætor.& sic poterit notarius iniuste cõdẽnatus recuperare famam, & officium tabellionatus, & cæteras dignitates; quod est no. dignum & facit.ff.de peti.l.diui fratres.s.de iudi.c. at si clerici.uel dic, ꝙ si necessitas ecclesiæ exigit, eps poterit restituere famæ fauore ecclesiæ.di.l. dño sancto, &
4 arg.ff.de decur.l.generaliter.§.spurios.¶† Quero unà cum Ber.& Inno.utrum Papa possit laicũ in integrum restituere? & dic ꝙ non, nisi sit de tpali iurisdictione
5 ecclesiæ.j.de appel.c.si duobus.¶†Quero, an populus possit restituere famæ? respon.nõ, nec aliquis inferior à principe, sicut non põt legitimare spurios, nisi iste esset necessarius in clericatu ẽm Inno. q subdit & malè, quod reges non possunt restituere famæ.Nam hoc non est bene dictum: quia in terra sua reges sunt oẽs Imperatores, præserum si non cognoscunt superiorẽ in aliquo actu suæ iurisdictionis administrandæ.ff. de capti.l.hostes.hoc intellige in cõdẽnatis auctoritate regia, non in his, q sunt condẽnati auctoritate Papæ, uel Imperatoris.ff. de mino.l.minor autem magistratus.
6 ¶†No.in hoc.c.ꝙ qui parum transgreditur, non multum uituperatur, uel saltem de facili ei ignoscitur.ff. de offi.præsi.l.illicitas.§.fi.& dicas, ꝙ fama accipit duobus modis.uno mõ pro uoce populi, & testimonio testium; & talis mala fama purgata nõ obest, ut no. arch. 2.q.4. Nicena.ista põt in totum aboleri, nec est opus principe.Alio modo dr fama.i.infamia cõtracta ex reatu præsumpto.& põt de iure & de facto tolli p principem.exẽpium habes.ff.de infa.l.qm.Aut ex reatu notorio, tunc aut loquimur de infamia iuris, tunc ipso iure põt tolli per principẽ: aut de infamia facti; & tunc eius effectus potest tolli p principem, sed ipsa nõ eradicari nisi à solo Deo, ut no.arch. 2.q.5.oĩbus.¶ Ego [a] dico, ꝙ si nihil uisibile remanet ex ea, põt tolli per recõpensationem bonorũ operũ.alioquin Dauid & Magdalena semp remansissent infames; quod nõ est dicendũ iuxta illud: Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata. Ecce Petrus Apostolus, qui denegando Christũ deierauit, pœnitendo meliorem famam recuperauit. Hæc sunt utilia ad statutum, quod dictat, quòd nullus infamis potest esse de consilio credentiæ. Porrò si accipiatur fama pro quadam diffamatione uulgi, tunc certum est, quòd bona fama extinguit malam, uel è contra secundum qualitatem & motiuum meliorum, & plurium testium, ut aliàs secus. eleganter not. Archi.in d.c. in omnibus.2.q.v.

a *¶ Vide Barba. cõsi.xi. 2 uolu.uide Ange.consi. xix.uide Barb. consi. iij. & seq.uolu.iij.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia reuocata ex aliqua causa, denuò quæretur de principali, in prin.& post casum, uer.not.quòd.*

Inhabilis si est unus, cæteri de legati habiles non possunt exercere iurisdictionem, ibidem.

Sententia iudicis publicè excommunicati ipso iure nõ tenet.

Publicè & non publicè excommunicati quare fiat distinctio, uer.ista autem.

2 *Excommunicatus an possit esse arbiter, uel arbitrator, & an executor testamentarius.*

D probandum. Reuocata sñia pp defectũ iurisdictionis, ut puta qa unus ex iudicibus publice excõicatus erat, uel pp ordinem iuris non seruatum, de nouo de principali quæretur.h.d. ¶Casus. Vacante monasterio quædã moniales elegerunt custodem ipsius, quędã elegerunt quandã monialem in abbatissam. cã fuit cõmissa quibusdã iudicibus, qui examinatis electionibus prædictis confirmauerũt electionem custodis. ¶Opponitur, quod confirmatio erat nulla: quia unus de iudicibus delegatis erat publicè excõicatus, quando tulit sñiam, sicut apparet p literas metropolitani. Papa dicit, ꝙ si electio ex hac causa erat nulla, uel ex alia, quod sñia cassaretur, & de electione custodis iterum cognoscatur. ¶In tex.ibi, Vnus ex delegatis simpliciter, & sic no. ꝙ pp unum inhabilẽ alij habiles nõ possunt iurisdictionẽ exercere. Ibi, Cassatam, quatenus de facto processit. unde glos.exponit, cassata.i.cassa & irrita nuntiata. ¶No.ꝙ ubi sñia est nulla rõne iudicis; uel processus, omnia à capite iterari
1 oportet.¶†No.ꝙ sñia iudicis publicè excõicati ipso iure non tenet, ergo à contrario sensu, secus, si excõicatio esset clandestina, uel occulta, de hoc.C. de iuris & fac.igno.l.j.ff.de testa.l.cũ lege.C.de testa.l.j.C. de offi. præto.l.Barbarius.C.de sen.& interlo.l. si arbiter. ista aũt distinctio publicè & non publicè, fit in iudice, & tabellione pp auctoritatem publici officij, & similiter in teste ob publicam utilitatem, & habet locũ quo ad ignorantes.nam in sciente non est uis, utrum publicè, uel non publicè, ut.c.j.de rescrip.lib.vi. & C. si seruus, uel liber.ad decuri.aspi.l.ij li.x. nam licèt occultus excõicatus non sit excõicatus quo ad alios, est tamen excõmunicatus quo ad seipsum.i.ad dãnum suũ, non alterius. nam sicut uulnus dr, quod uidetur. ulcus dicit, quod intus latet, ita iste ulceratus est, licèt alius, quã
2 ipse, non uideat maculam.¶†Vtrum excõicatus possit esse arbiter, uel arbitrator, cum ista sint publica officia, ut no.ff.de arbi.l. Pedius, & in Spe. de arbi.§. differt, dic ẽm Iaco.de Are.ꝙ si uterq; scit, non ualet. si neuter, ualet si alter, non ualet quo ad sciẽtem, sed quo ad ignorantem ualet, & sic claudicat pp uitium personæ. ff.de contrahen.emp.l.si in emptione.§. item. uel dic, ꝙ tenet compromissum, ut absolutus ab excõicatione possit procedere, sed non tenet iudicium interim factum.executor tamen ultimæ uoluntatis esse potest ad instar

instar deportati.ff.ad Trebel.l.ex facto,ēt pro aīa.Item si est præteritus,potest rumpere testamentum,hæreditate n adire,& agnoscere contra tabulas, sicut potest contrahere,& testari.

SVMMARIVM.

1 *Res inter alios acta non praiudicat alijs,nisi in casibus & quibus in prin.& nu.1.& 2.3.4.5.& 6.*

Debitor,qui pignori agrum suum dedit, si patitur creditorem experiri de proprietate,praiudicat creditori.

2 *Scientia quare non praiudicat in cohæredibus,sed in auctore,& successore praiudicat.*

3 *Patientia praiudicat ei,qui potuit prohibere.*

Legis,sed si.§.si rem detraxeris.ff.de petitione hare.intel.

4 *Creditor si egit hypothecaria,& quia non potuit probare de dominio,succubuit debitor:item si agit res uindi.cōtra possessorem,possessor opponit exceptionem rei uindicationis debitore sciente,& patiente quid.*

5 *Feudatarius,quid iuris,si patiatur dominum suum experiri,uel è contra.*

6 *Res inter alios acta,quandoq; praiudicat propter auctoritatem iudicij,& alijs quibusdam modis.*

7 *De matrimonio si Berta litigat cum Ioanne, an praiudicetur Titio,si scit causam agi, & etiam eam suam uxorem esse pratendit.*

Rei uendicatio uariatur per nomina,qua designant qualitatem actionis,& quotuplex sit, & eius libelli qui procedant,uer.& quia.

Per directò,& utiliter — aduerbia designatur qualitas rei cōuenti, non actoris,uer.per qua.

A duerbiorum, & conniunctionum — ponitur aliquando unum pro alio, uer. nam in ad.

Ius canonicum non curat apices uerborum, uer. & maximè.

8 *Dominium qui simpliciter intentauit,an possit prosequi directum,& utile.*

Rem suam propriam nemo habet in feudum,uel emphyteusim, uel conductam.

9 *Dominium si quis nec utile,nec directum habeat,sed lit.penden.acquisiuit,quid iuris.*

Superuenientia iuris lite pendente quando prosit in eodem iudicio.

Vniversale iudicium quando est unum & idem, omnia includit.secus non.uer.nam etiam si.

VANVIS. Ponit regulam, & duas exceptiones.secunda ibi,ea tamen regula est, quod res inter alios acta nō p̄iudicat alijs. fallit,si alicui primò cōpetat actio, uel defensio de re aliqua,& sustinuit sequentem agere, uel defendere, puta quia passus est eū experiri, à quo hēt cām.Istud.c.sumptum est ex.l.sæpe.ff. de re iu. Modo quæro exempla regulæ.rñdeo,clara sunt.nā si ex duobus hr̄dibus creditoris alter est cōdēnatus, non p̄iudicat alteri.Itē si ex duobus hr̄dibus creditoris alter succumbat,nō p̄iudicat cohr̄di ēt scienti.& est rō,quia in
1 ter eos nulla est cōio iudicij. ¶ † Quæro exempla exceptionū.ecce debitor,qui pignori agrū suū dedit, patiē creditorem experiri de ꝓprietate. nam p̄iudicat debitori.hoc aūt experiri pōt esse dupl'r, uel quia creditor intentat hypothecariā ante tertiū possessorem, in qua oportet eum ꝓbare de dñio.ff.debitoris.ff.de ꝓba.l.ante oīa, & sic creditor experitur actiuè.secundo modo pōt exponi passiuè,quia creditor conuenitur à tertio rei uin.tanquā possessor,& ipse ad defensionē dicit, ꝙ debitor suus est dñs.¶ Aliud exemplū est,maritus recipit in dotem fundū à socero suo,uel uxore: desijt possidere:mulier,uel socer agunt de facto rei uin. contra possessorem.Istud iudiciū p̄iudicat marito scienti.Istud exemplū non est bene tutū,qa ad uxorē,uel ad socerū non ptinet agere,& iō cū eis iudiciū est malè fundatum,cū non debeat p̄iudicare marito.Et ideò pone exēplum passiuè,ꝙ maritus,uel uxor possidebant,& conueniuntur rei uin.à tertio.nā marito scienti præiudicat iudiciū:qa patitur alium experiri de iure dominii, quod princip'r ptinet ad ipsum uirū,ut,C.de rei uin.l. doce ancillam.sed & præcedens exemplū posset saluari,si pp inopiā uiri dos esset in cā restitutionis. Aliud exemplū est,quando possessor rei uenditæ patitur uenditorem experiri de ꝓprietate rei uenditæ,ut ecce emptor possidebat,uenditor cōueniebatur rei uind. tanq̄ dolo,uel culpa desiisset possidere:nā si agens declarat̄ dñs,præiudicat emptori,qui sciuit, & cām suā negle-
2 xit.¶ † Sed quæro,quæ est rō,ꝙ in cohr̄dibus non p̄iudicat scientia,sed in auctore,& successore præiudicat? rñ.cohæres est sciens,sed ꝓhibere non ualens.Itē nec uentilatur ius cohr̄dis:secus in aliis exēplis,ubi uentilatur ius patientis,quod erat sibi princip'r radicatum; & iō patientia hētur ꝓ consensu pp scientiā, & ꝓhibendi facultatē.Aliud exēplū in liberto meo, qui litigans de statu suo nesciente, est alteri adiudicatus.nam talis snīa transfert ius meū in actorem.& unū scias, ꝙ si unus non p̄tendit cām ab altero, non nocet scīa: qa non potuit alteri interdicere,cū unus utatur iure suo. hæc oīa habentur in d.l.sæpe. Possunt poni plura alia exempla.Ecce mulier,quæ hēbat plenā ꝓprietatē, dedit in dotem usumfructum,uel emphyteusim, uel feudum.nam si maritus patitur eā de plena ꝓprietate agere,uel defendere, scīa cum patientia ei præiudicat.& dico,quòd pōt mulier agere de pleno dñio causali,licèt formale dñium sit penes feudatariū, uel emphyteutā, ꝙ tertia persona quæ nihil iuris hēt,nō pōt excipere de iure tertii de hoc singulariter no.ff.de condi.inde.l. indebiti.§.sed si nūmi.Item potes ponere exemplū in seruitutibus,pro qbus ēt possessor agit: quia non possunt plenè possideri,ut insti.de act.§.æquè. uerbi gratia,si uendidi tibi seruitutē in prædio meo,& tu pateris me experiri de ꝓprietate,quo casu licèt tu nō possis iudiciū impedire; potes tñ contradicendo notificare,ne tibi noceat.Item potes ponere exemplū de creditore, qui patitur debitorem de dñio rei obligatæ, & hoc pp auctoritatem iudicii:secus,si pateretur eū contrahere,ut.ff.de pig.l.si separatus.§.si,nisi dissimularetur
3 in fraudem,ut.C.ad Velleia.l.si serui.¶ † Ex his apparet,ꝙ patientia præiudicat ei,q potuit ꝓhibere. Rñdeo,q̄tū ad hoc,ne generetur sibi præiudiciū, non aūt ꝙ possit nouare iudiciū in præiudiciū tertii, nisi dictaret hoc natura actionis propositæ,ut.ff.de pe.hæ.l. sed si.§. si rem distraxeris.¶ Et nunc intelligis illū text.quē ante nō intelligebas.¶ Ibi.n.iō uenditor opponit exceptionem ex sua persona ꝓ naturā petitionis hæreditatis,quæ est,ut bonę fidei possessor non dānificetur,sed
4 solū teneatur,quatenus est factus locupletior. ¶ † Quæro,ecce creditor egit hypothecaria, & quia nō potuit probare de dominio debitoris,succubuit debitor.Item agit rei uindi.contra possessorem: opponit exceptionē rei uin.debitore sciente & patiente, quæritur quid iuris?Bart.dicit posse:qa ad alium finem nunc agitur de dñio,quā in priore iudicio.Et ad.l.sæpe,rñdet diuinando.tu non recedas a textu. & dicas, ꝙ debitor debuit assistere

assistere creditori in probatione dominij: aliàs sibi imputet. Nec ob. ratio Bar. de diuersitate effectus: quia uerum est, ꝙ causæ sunt diuersæ: sed unum tamen est dominium, licèt ex eo concludatur diuersis modis. unde
5 dominium est plenè deductum in iudicium. ¶ † Quæro, quid si feudatarius patiatur dominum suum experiri, uel è contra. Sol. casum habes in titulo de cōtrouer. inuestituræ. ¶ Quæro, quid in emphyteuta, & domino? respondeo idem, quod in uiro, & uxore, arg. C. de iure
6 do. l. in rebus, in ratione sui. Deinde † scias, ꝙ res inter alios acta quandoque præiudicat propter authoritatē iudicij, ut in peti. hær. ut. ff. de statu. lib. l. statu liberi à cæteris. §. Quintus. quandoque propter rescissionem finitam, ut in querela inofficiosi testamenti iure ueteri. ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. fi. quādoque propter naturam rei, ut in causa status: quia status non pōt diuidi, ut. ff. de statu ho. l. ingenuum. Item si pronuntiet aliquem esse bannitum: quia pronuntiatur de statu secundum Mar. Silli. idem, si pronuntiatur filium esse legitimum, uel spurium: quia pronuntiatur super statu, qui procedit in filio legitimo a patria potestate, ut. l. j. in fi. ff. de libe. agno. Item si pronuntiatur aliquem esse tutorem, monachum, uel prælatum, uel his similia, hoc intellige, quando pronūtiatio facta est cum eo, cuius magis interest, & inter præsentes, & absque collusione: aliàs non præiudicat aliis. ¶ Quartus casus, ubi præiudicat aliis, propter iuris dependentiam, & iuris scientiam, ut hic: alioquin iudicia suos tenent authores, & aliis non prosunt, neque nocent, ut. ff. de iureiuran. l. sed si possessori. §. fi. & l. ij. §. fi. cum fi. & uide, quod ibi
7 no. ¶ † Quæro, si Berta litigat de matrimonio cum Ioāne, utrum præiudicetur Titio, si sciat causam agi, & ēt eam suam uxorem esse prætendit? respon. nō: quia ius suum nec habet causam, nec originem à litigante, nec è contra, tex. est in d. l. sæpe. §. fi. hæc uera sunt in causa principali, sed in causa appel. dic, ut. ff. de appel. l. si quis separatim. §. quod est rescriptum. Et quia suprà tetigi de rei uin. scias, ꝙ rei uindicatio uariatur per nomina, quæ designant qualitatem actionis: quia rei uindicatio alia est directa, alia utilis. Item utilis alia contraria directæ, ut ex præscriptione. alia, quæ subijcitur directę, ut ex feudo, uel emphyteusi: aliquando uariatur, ut directò, & utiliter. per quæ aduerbia designatur qualitas rei conuenti, & nō qualitas actoris. Nam si reus possidet, tenetur directò: sed si non possidet, uel dolo desiit possidere, uel hēt in promptu facultatem rei restituendæ, tenetur utiliter de mera æquitate, sicut dicimus, quod rei uindicatio habet duo principia scilicet causale, qđ consistit in qualitate dominij; & formale, quod est ex parte rei, ut no. ff. de rei uin. in rub. C. de alie. iudi. l. j. p Cy. Ego tamen puto, ꝙ si habens directum dominium diceret, propono utilem rei uin. ꝙ procederet libellus: quia intelligitur utilem id est efficacem. & similiter si contra possessorem dicerē in libello, propono rei uin. utiliter, quod procederet libellus: quia intelligitur id est efficaciter. nam in aduerbiis & coniunctionib' quādoque expedit unum poni pro altero, ut singulariter no. ff. de condi. & demon. l. has causas. idem puto, si ista uerba sunt prolata in sententia, ar. ff. fami. her. l. & puto. §. fi. & maximè de iure canonico, quod nō curat apices uerborum, sed rei effectum; ad hoc facit ille tex. no. ff. de iureiuran. l. sed & si possessori. §. sed si rerum.
8 ¶ † Quæro, an qui intentauit dominium simpliciter, possit prosequi directum, & utile? respond. non simul, sed debet eligere: quia aut sunt contraria, ut rei præscriptione: aut incompatibilia, quia ubi est unum, non est alterum. Nam nemo rem suam propriam habet in feudum, uel in emphyteusim, sicut nec conducere potest quis rem propriam. ff. de acquirend. possess. l. si ali-
9 quam rem. ¶ † Quæro, quid si neutrum dominium habeat, sed acquisiuit lite pendente? respond. aut per causam de præterito uerificatur libellus; & uenit in iudicio: aut non uerificatur; & tunc secus. ista autem uerificatio attenditur tempore litis contestatæ. ff. de iudi. l. non potest uideri. ff. de pig. act. l. si rem. §. fin. Porrò si ius superuenit id est ex eiusdem iudicij natura superuenit in iudicio hoc dicit illa. l. singularis. ff. de rei uind. l. si post acceptum. ff. de insa. l. seruus. Et hæc uera, ubi est actum determinato modo: sed si in genere, ut quia dico me uindicare, quicquid est in tali territorio, id quod postea mihi accrescit quandocunque ante sententiam, uenit in iudicio: quia eadem est hic ratio, quæ assignatur in iudicio uniuersali, ut infrà. eod. c. Abbate sanè, libr. vj. & hoc statuit Inno. quartus fauore minuendarum litium. nam de stricto iure secus est. nam etiam si iudicium sit uniuersale, si quidem est unum & idem, omnia includuntur. si uerò duę sunt uniuersitates, secus: quia includitur una sub alia, ut. C. de peti. hære. l. hæreditas materteræ, quæ est. l. multum singularis subtiliter intellecta, quam nunc declaro.

SVMMARIVM.

1 *Iudices pares numero si ferunt contrarias sentētias super eodem libello, praualet absolutoria, nisi contraria sententia sit fauorabilior, quàm sententia absolutoria.*
Sententia discordantium duorum iudicum ualet in minori summa, & etiam absolutoria. §. in tex. ibi, diuersas.
Ordinarij aliquando sunt plures pro indiuiso, & exempla. §. in tex. ibi ordina.
Sententia pro reo non est interpretanda in casu discordiæ iudicum si esset euidens iniquitas. § in tex. ibi, pro.
Fauorabiles causæ quæ. §. in tex. ibi, & nu. 2. matrimo.
2 *Fauorabilis est omnis ultima uoluntas etiam ad non pias causas.*
Consilio utri standum duorum consultorum electorum diuersè consulentium, uer. & est arg.
Bartoli in l. inter pares ff. de re iud intell.
3 *Potestas & assessor eius, qui habent ordinariam iurisdictionem ex forma statuti, si ferant contrarias sententias, utra praualeat.*
4 *Iudices si sunt duo, unus ordinarius, alius delegatus per principem, ad quem recurrendum est.*
In iudicibus coniunctis semper considerari debet in sententiæ prolatione, ille qui potestate præcellit, uer. & semper.
5 *Iudices si habeant ordinariam & delegatam, quam praesumuntur elegisse.*
Testibus pari numero discordātibus, praualet pars benignior, & aequiparantur ordinariis iudicibus, uer. & not.
Iudicibus ordinarijs discordantibus ratio, cur ad superiorem non recurritur, nisi sit appellatum, uer. sed quæ excipitur tamen casus, nu. 8. uer. sane.
Iudices ordinarij non expectant superioris confirmationem, quia habent eam suo iure, uer. dicit Bart.
6 *Iudicibus debetur maior fauor, quàm arbitris.*
In compromissis non receditur à persona arbitrorum, & arbitratorum, simul electorum, uer. melior. nisi in casu.
Compromissum habetur pro petitione, uer. Porrò.

7 *Relatio si sit commissa duobus, qui sunt contrarij in r. ferendo, creditur digniori.*
Relator ex non fide, falsarius est.
8 *Iudices ordinarij si adinuicem sunt discordes in sententiando, quia testes sunt contrarij, cuius sententia præualet.*
Actor efficitur, cui iudex imponit onus probandi, uer. pone exemplum.
9 *Iurisdictionem insolidum an quilibet iudex ordinarius habeat.*
10 *Sententia concors, quam unus iudex fert seorsum ab alio, an sit ualida.*
Iurisdictionis commoda diuidua: secus iurisdictio.
11 *Diuisio eius non cadit in rerum natura, cuius diuisio non cadit in intellectu.*
12 *Iudices quando sunt duo, an unus possit citare sine alio.*
In arbitris idem.
13 *Decretalis ultima lib. vj. an debeat seruari in terris imperij.*
per Ius canonicum potest suppleri ius ciuile.
14 *Ordinarij omnes cum sunt collegæ, an debeant interesse.*
Arbitri non possunt delegare, uer delegatio.
Collegium qui facere nequeant, uer. unus, & nu.15. uer. ego dixi.
Collega quando debent adesse, cuncti, uer. Addæ.
15 *Consules mercatorum an faciant collegium.*
Collegium, & Vniuersitas } quid, uer. & dicitur.
Collega legem imponere non potest collegæ, sed uices delegare uer. illud est.
16 *Papa solus habet plenitudinem potestatis, & alia uide de eo.*
Sententia omnis fertur ad æternam rei memoriam, & est perpetuò duratura, & uide alia pertinentia ad sententiam, uer. secunda.
Feudatarius utile dominium non potest dissipare, neque deteriorare, & non potest priuari feudo non soluta per biennium pensione, uer. decima.
Ad bellum, siue guerram iniustam etiam amici uocati, possunt iuuare, ad finem, uer Adde.
17 *Iudicium quando pertinet ad plures, ita quòd ad unum sub altero, tamen simul agere possunt.*
Conclusiones Innocentij ex commentario ad c. Abbate sane, de re iudi. lib. 6.
Alternatiuus libellus procedit, non alternatiua sententia, uer. secunda.
Alternatiua, & Disiunctiua } differentia, uer. sexta.
Rex qua donare possit, uer. Octaua.

VOBVS. Istud.c.est notabile: Primò loquitur in ordinarijs. Secunda ibi, si uerò, ubi loquitur in delegatis. tertia ibi, quod si ex cõpromisso, ubi loquitur in arbitris compromissarijs. Dicit ergo, quod ubi iu-
1 dices† pares numero ferunt contrarias sententias super eodem libello, præualet absolutoria, nisi contraria sententia sit fauorabilior, quàm sententia absolutoria, de quo ponit quatuor exempla, scilicet in matrimonio, libertate, dote, & testamento. præualet enim sententia lata pro matrimonio, pro libertate, pro testamento. Secundò dicit, quod ubi sententia contraria fertur a delegatis pari numero, recurritur ad delegantem, qui potest cõfirmare, quam uult. Tertiò dicit, quod si plures sunt arbitri compromissarij pari numero discordantes, neutra sententia tenet, nõ habita distinctione fauoris, uel odij, nec potest superior alteram confirmare. h. d. ¶ In tex. ibi, Diuersas. i. incompatibiles: uel uerius. i. non concordes, ut si unus in quinq; condemnat, & in quinq; absoluit, alter in totũ condemnat, ualet sententia minoris summæ: uel si alius in totũ absoluit, præualet sententia eius. ¶ In tex. ibi, Ordinaria, ut duo Comites tenentes pro indiuiso eundem Comitatum, Io. An. uel pone exemplum in duobus consulibus, ut. l. j. ff. de offi. consul. uel pone exemplum Perusij in duobus auditoribus cãbij, uel in quatuor cõsulibus mercatorũ, ubi bini & bini sibi contradicerẽt: uel pone exẽplũ in potestate, & eius sibi associato. ¶ In tex. ibi, Pro reo, nisi euidens esset iniquitas. ff. de inoff. test. l. si plures. ¶ In tex. ibi, Matrimonio, no. quod matrimonium est res fauorabilis. Itẽ libertas, itẽ dos. Itẽ ultima uolũtas. ¶ Ibi, Dote, pro hoc potes tenere exemplũ in l. j. ff. so. ma. prout exponitur cã. i. instantia. est enim priuilegiata cã dotis: quia tenet incerta sententia, dummodò dos sit certa per instrumentum, uel testes, quasi tacitè facta relatione ad ipsam, ut. C. de sen. quæ sine cer. quan. l. pe. secundum Bar. ibi, Fauore ergo dotis fingitur relatio de incerto ad certum, &
2 sic ualet sententia, ar. ff. de re iudi. l. ait prætor. ij. §. fi. ¶ † In text. ibi, Testamento, not. quod omnis ultima uoluntas etiam ad non pias causas est fauorabilis. & est arg. quod si duo sunt consultores electi ad consulendũ de iure in passu dubio, & unus cõsuluit substitutionem directam, alter obliquam, quod standum est consilio consulentis directam
a esse: quia directa[a] substitutio est magis fauorabilis, quàm inflexa. ff. de mili. te. l. cohæredi. §. cum filię. C. de inof. te. l. ex tribus, dic uerius, quod idem est in consultore, quod in iudicibus delegatis, scilicet & iudex eligit opinionem, quæ sibi magis placet. ff. de re iu. l. duo iudices, per Bar. Et si iudex dixit, iudicamus secundum quod consultum est, aut prius declarat, cuius consilio sit standũ, ualet sententia: aut non; & tunc sententia non ualet propter perplexitatẽ uarietatis; ita debet intelligi, quod not. Bart. ff. de re iu. l. inter pa-
3 res. ¶ † Quid si potestas, & assessor eius, qui habent ordinariam iurisdictionem ex forma statuti ferunt contrarias sententias? respondeo præualet sententia potestatis: quia licet uterq; sit ordinarius, tamen nõ sunt pares, quia assessor est sub potestate, & potest ab eo remoueri, sicut ordinarius potest remouere uicarium suum. ff. de iud. l. iudicium soluitur. In hoc tamen prodest sententia assessoris: quia nõ facit litẽ suã,
4 ut. C. de ap. l. quoniam iudices, quæ est lex no. ad hoc. ¶ † Quid si sunt duo iudices, unus ordinarius, alius delegatus adiunctus per principem? respondeo recurritur ad superiorẽ, ac si essent duo delegati: quia delegatus utitur iurisdictione delegãtis, & maior est quolibet ordinario, ut. ff. de mi. l. minor autem magistratus, ut no Bart. in d. l. quoniam iudices. C. de ap. & sem-
b per[b] debet considerari, quando iudices sunt coniuncti, ille qui in potestate præcellit. hæc regula traditur. C. de appel. l. præcipimus in penul. respondeo ar. ff. quemad. ser. amit. l. si
5 cõem. ¶ † Quid, si iudices habeãt ordinariam, & delegatam? respondeo præsumuntur elegisse ordinariam, nisi contrarium appareat per acta. C. de præscrip. cum ex officij, & l. iij. ff. de mili. test. Et not. quòd in testibus discordantibus pari numero similiter præualet benignior pars tex. est no. ff. de manu. l. lege Iulia, & Papinia. quem tex. allegabat Cy. in l. j. C. de usuris. unde testes æquiparantur iudicibus ordinarijs, nõ iudicibus delegatis, quod est no. Porrò testes non possunt

a ¶ *Vide Bar. consi. 46. ij. lib. consi. 2. Ful. consi. 53. Are. consi. 155. Vbaldũ in rep. c. Raynald. de test. in l col. d. filij in repe. ca. si pater, & se. de testa.*

8 puella, & not ff. de leg. j. l. nemo potest. ¶ † Quaero, qd si pendente conditione iudex est mortuus, & sic iurisdictio sua extincta, uel an degradatus, postea extitit cōditio, an euanescat excommunicatio? quidam dicunt quòd sic, ut Archidia. ista est truffa: quia morte iudicis non expirat sententia, nec eius effectus, & per consequens nec priuatione ipsis, ut ff. de re iudic. l. mortuo, & arg ff. de mino. l. in integrum. Contra hoc facit. l. quoties, in fi. ff. de noua. ubi statu mutato cōditio existens nihil operatur. respondeo. quod ibi speciale fauo
9 re fisci: tamen ille casus non est alibi. ¶ † Quaero cum Innocen. iudex dixit, si Titium elegeris, sis excōmunicatus: eligit: obijcitur, quòd electio est facta ab excommunicato. respondeo, quòd conditio requirit esse perfectum. ergo punctualiter electio praecedit excommunicationem, & est consideratio puncti Innocen. dicit, quòd in ipso eligere contrahitur excommunicatio ex mente loquentis, & quia excommunicatio est istius naturae, quòd est pungibilior omni intellectuali gladio, ista sunt uerba. Nam damnatio in supplicium est aequè penetrabilis; & tamen dum sententia ultimi supplicij legitur, non est fernus poenae, sed postquam lecta est, ut ff. de poen. l. qui ultimo. sed pro Inn. facit. l. Arethusa. ff. de sta. ho. ubi conditio, si tres peperit, impletur incipiente ultimo partu. ¶ Aduerte subtiliter, ibi ratio est: quia incipiente ultimo partu conditio est necessariò extitura, ut ff. de uerbo. signifi. l. ter enixa. Et ideò habetur pro pura. ff. de noua. l. si pupillo. §. j. & sic intelligis dictam notabilem legem Arethusa. pro Innocen. magis facit, quia conditio intelligitur secundum suam conditionem conditionatam, Aut erat prohibere futuram electionem, à quo mādans noluit cessari. & ad actum non perueniri: simile dicimus, si testator prohibet alienari, & si alienatum fuit, legat familiae. nam intelligitur legatum praeambula hora alienatum, ut subtiliter no. Iaco. de Are. in l. si ita fue-
10 rit. ff. de ma. test. ¶ † Sed pone, dum iu lex excommunicat, quia incoeperat dicere, Nos talis &c. postquàm protulerat hoc uerbum, Titium, antequam proferret hoc uerbum, excommunico, fuit appellatum, an perfecta oratione excommunicatio transit in suum naturalem effectum? & uidetur quod sic propter sui uelocitatem. Nam quaedam sunt, quae propter sui uelocitatem praetendunt intellectum sensibilem. ff. de dona. inter uir. & uxor. l. iij. §. sciendum, & l. illud. ff. de acquiren. haere. Nam ratio facit prius aliquid imaginari, id est per prius, quam occurrat sensibus humanis. In contrarium uidetur, quia remedium praeuenit uulnus. unde causa non est uulnerata. nam quod factū est, pro in fecto non habetur ff. de testa. l. si is qui, & l. si ea scriptura. ff. de arbo. fur. caesa. l. caedere. §. j. quod uerum est, quia lupus exit siluam, non tamen exiuit, ut ff. de
11 usufru. l. arboribus. §. ij. ¶ † Quaero, nunquid sit differentia, utrum iudex dicat, si non satisfeceris infra xx. dies, ex nunc sis excommunicatus, an dicat, ex tunc? quidam dicunt quòd sic: quia, ex nunc, denotat mediatū momentum; sed, ex tunc, denotat ultimum momentum, argum. ff. si cert. peta. l. lecta. §. fi. Doc. dicunt contrarium: quia non potest esse excommunicatus antequam sit negligens. & ideò dictio, ex tunc, refertur ad actum uerbi prolati, non ad effectum, qui nunc nō po
12 test surgere, ut in c. 1. de conces. praeben. in cle. ¶ † Posset hic quaeri exemplum, nunquid in ultimis, uoluntatibus conditio fingatur retro? Dyn. dicit quòd sic, in c. 1. de regul. iur. lib. 6. Barto. contra per l. j. §. serui. ff. ad Sil. so. quo ad ueritatem terminorum non fingit retrò, sed quo ad ualiditatem actus fingit retro. ff. de manu. test. l. Neratius. C. de le. l. fi. §. si autem ob auaritię, & ibi plenè dixi in solenni lectura mea, ubi uideas. ¶ † Quae-
13 ro, an in legibus conditio trahatur retro? (dicit statutum, si quis furtum fecerit, suspendatur) respondeo, in legibus ista non est conditio, sed est quaedam doctrina, ut C. de leg. l. leges. & ideò nō inspicitur tempus statuti, sed tps delicti, ut l. j. ff. de pae. nisi eēt poena arbitraria, i qua inspicit tps snīae, ut l. pę. & l. fi. ff. si ex nox. ca. aga. quia poena arbitraria regulatur à iudicis motu, qui potest uariari usque ad sententiam, ut ff. de pae. l.
14 hodie. ¶ † Pone, dicit iudex, O Petre, nisi te purgaueris, te non absoluo. purgat se nunquid est absolutus? dic quòd non. ut l. Titia. §. fi. ff. de manu. test. qui tex. nō est alibi. haec. n. uerba non absoluunt, sed nō condemnant. ¶ Item dictio nisi, quae non disponit aliquam ordinationem praecedentem, sed ubi dispositum inuenit, illud habet limitare, ut ff. si quis cau. l. quaesitum. §. qui
15 iniuriarum. ¶ † Quaero, an hodie ualeat ista excõicatio, nisi satisfeceris, te excommunico? respondeo, sic, si certa dies est apposita: alias non: quia haberet nimus longum tractum usque ad ultimum uitae spiritum, ut not. ff. de fideius. l. fideiussor obligari. §. fi. & g. ibi not.
16 ¶ † Quaero, quid important ista uerba, nisi satisfeceris? respondeo, si in obligatione est dari, important dari: si fieri, fieri: si caueri, caueri. si autem non pcedit alia ordinatio partium, sufficit dari expromissorē idoneum, ut. legitur & no. in l. fi. §. fi. ff. si cert. pet. dicas, qđ siue sit appositū certum tēpus, siue nō, ista excōicatio est euidenter iniusta, & error expressus eam uitiat; & talis

talis sñia reprobatur expressè p dictum. §. caueant. & fortè pôt dici, q talis sñia sit inepta, arg. eius, quod no. Inno. s̃. de offi. Vica. c. j. uel dic q ualet, ut. ff. qñ ap. sit. l. j. §. biduum: qa est lata sub conditione intrinseca, ut. C. de sen. l. cũ iudex, & ar. ff. ad l. Aqui. l. in lege Aqui. si de letum: tñ iudex, qui facit contra canones, punitur, & excommunicatus absoluitur sine iuratoria cautione.

17 ¶ † Quid si iudex dixit, nisi feceris, quod Titius habeat &c. te excõico? nã in ultima uolũtate intelligitur, si nõ solueris: in contractu intelligitur, si nõ caueris. respõ. in sñia quasi contrahitur. & iõ sñia siue diffinitiua, siue interlocutoria magis accedit contractui, q̃ ultimæ uo-

18 luntati. ff. de pec. l. ij. §. idem scribit. ¶ † Quero, quoddã furtum fuit cõmissum de nocte, an eps possit excõicare oẽs scientes, nisi manifestauerint? glos. Accur dicit quod sic. C. de iur. l. ciuile est, & est speciale, ne ueritas

19 occultetur. ¶ † Conclusiones Inno. Pœnæ temporales recipiunt consummatũ esse: spirituales inchoatũ. Non pôt eps facere, quod sit licitũ participare cum excõicato. Si prorogatur terminus epi, ista prorogatio fit epalis: quia nec ab initio posset contra uoluntates partiũ excõicare, ét quia creditori, qui habuit fidẽ de solutione, interim uř cautũ, uel saltem est facta nouatio, arg. ff. loca. l. cũ in plures. §. lege dicta. Nã in corporalibus sp fit nouatio, ut subtiliter no. ff. de præt. stip. Valerianus, & qa prorogatio termini impedit moram. ff. de uerb. obliga. l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. Et qa partes in cõi cõcordia possunt recedere à dicto arbitri. sed tñ, si in termino prorogato nõ soluitur, debitor redditur excõicatus ipso facto: quia non ꝓdest dilatio ei, q in dilationem cõmisit, & qa uř facta cum suis qualitatibus, & pœnis [a] siue accessorijs sm Inn. ar. ff. de pac. do. l. inter. §. cum inter. ¶ Sed in cõtrariũ posset allegari, quod non incidat in excõicationem: qa recessum est à forma data p iudicem, & noua forma assumpta est p partes, arg. ff. de fide: ut. l. stipulatus est opus. ecce simile, si ad Pascha non solueris, res sit inempta: ꝓrogatur tẽpus ad mensem, & de mense non soluitur, an res fiet inempta? & uidetur quod non: quia pactũ istud debet apponi incontinenti, non ex interuallo, ut sit pactũ legis cõmissoriæ, ut no in l. j. ff. de dona. in magna glos. ¶ In cõtrariũ uř, quia dicta in prioribus uidentur repetita in posterioribus consecutiuis, & descendentibus, ut. ff. de pac. do. l. inter. §. cum inter. ff. sol. matr. l. pe. §. si inter. ff. de pac. do. l. item quia, infrà eo. c. secundò requiris. hoc uerum credo, quia nihil est innouatum nisi tempus. & sic esto cum Inno. licet hoc non sit omni nò expeditum: quia dilatio prætoria facta est conuentionalis, & sic non sunt eiusdem speciei, arg. ff. de minor. l. minor. xxv. annis cum fidei commiss.

a ¶ *Confirma, quia prorogatio termini intelligitur facta cum oĩbus qualitatibus suis secundum Bar. in l. j. §. & post operis, circa mediũ. ff. de oper. no. nun. & ibi uide iã te moderniores. multa allega ad propositũ huius. q. Bald. hic.*

S V M M A R I V M.

1 *Per rescriptum plures articuli committuntur, in prin.*
Appellatio in uno prohibita, in cæteris intelligitur esse prohibita.
Suspicionis causa coram iudice, qui recusatur, proponenda, & probanda coram arbitris, ibidem.
Intentio per interpretationem colligi potest. §. in tex. ibi, Inti.
2 *Iustitia debet repræsentari in quolibet capitulo pari modo.*
Particularis clausula quo casu æquipolleat indefinitæ, uer. unde
3 *Clausula, quæ sumitur ex aliquo, refertur ad uniuersum, salua tamen ratione recti sermonis, & generaliter ad quod referatur nu. 4 §. posset.*
4 *Parcendum est sumptibus, & expensis, & discriminibus uiarum.*
Remoti qui dicantur. § dicit lex.
Iudex recusatus debet cogere partes ad arbitros eligendos §. no. quòd.
Suspectus qui præsumatur, uer. ibi, inimici.
Repetitum postea quod primò sit dictum, uel contra à quo intelligatur. §. posset.
Interpretatio quando fiat ex uno ad aliud. ibid.
5 *Casus specialis non comprehenditur in generali.*
6 *Exemptio unius grauat alios, qui non sunt exempti, quando est onus uniuersale.*
Onus quisque suum portare debet, uer. quia.

SECVNDO requiris. Per rescriptum committuntur plures articuli. Appellatio † quæ in

1 uno ꝓhibetur, in alijs intelligitur esse ꝓhibita. secundò dř, q suspicionis causa est coram iudice qui recusatur, proponenda & ꝓbanda coram arbitris. h. d.

2 ¶ † Casus. quæsitum fuit à Papa. Pater sancte, uos inter easdem ꝑsonas plura capitula cõmitritis decidenda: tñ in uno. c. tñ reperitur clã, Appellat oñe remota an intelligatur eadẽ clã in cæteris capitulis repetita? Papa rñdet q sic, siue apponatur in prin. siue in medio, siue in fine: qa intentio eius est in quolibet capitulo, quòd iustitia suũ consequatur effectum, ut qñ mens excedit uerba, recurrimus ad intentionẽ. Secundò fuit quæsitũ. ecce iudex allegatur suspectus quid fiet? rñdet Papa, quod eligentur arbitri non ualde remoti, per quos statuetur terminus ad proban. cãm suspicionis, qua nõ probata intra terminũ cõpetentẽ, recusatus sua auctoritate poterit uti; & ideò ꝓbata, procedere non poterit: quia ratio dictat, q suspecti, & inimici non dñt iudicare. In tex. ibi, Positis pone exẽplum. s̃. de rescrip. c. cum dilecta. Itẽ pone exẽplũ in generalibus iudicijs, si forte erant duo capitula, unũ uini, aliud olei. item est exemplũ, si cõmittitur petitoriũ, & possessorium. ¶ In tex. ibi, Intentioni. s. quæ per interpretationem colligi pôt: aliàs secus, ut. ff. de usu fru. leg. l. si alii, ubi est tex. singu. & ff. de lib. & post. l. Gallus. §. quidã rectè, ibi dũ

2 dicit, ex uerbis colligi possit. ¶ In tex. ibi, Iustitia, hinc colligitur rõ, quia iustitia debet representari in quolibet capitulo, pari modo: quia unum rescriptũ nõ debet

b diuerso iure [b] censeri, sicut nec una substitutio. C. de impu. & aliis sub. l. quiuis. uñ particularis clausula æquipollet indefinitæ ꝑp idẽtitatẽ rõnis, & cõiunctionem orõnis. ff. de fun. instru. l. Seiæ. §. Caio.

3 ¶ † In tex. ibi, In prin. C. de insti. & substi. l. pe. ita, quòd non refert, in qua parte instrumẽti aliquid dicatur: quia totũ informatur. ff. de eden. l. si qs ex argentariis. §. si initiũ tabu. C. de lib. pre. uel exhere. l. i. & sic clã, quæ sumitur ex aliquo, refertur ad uniuersum, salua tamen ratione recti sermonis, ut. ff. de aur. & argen. lega. l. Plautius. ¶ † In tex. ibi, Non ualde

4 remotos: qa parcendum est sumptibus, & expensis, & discriminibus uiarum. C. de appel. l. cũ post sñiam discussoris, & C. de anno & tribu. l. mediterraneæ, & l. ꝑ locis. ¶ Dicit lex, quod nõ longè remoti dicuntur, q nõ distant ultra centũ millaria ꝑ terram, uel per mare. ff. de dam.

b ¶ *Adde etiã id. quod alibi habemus, quod una & eadem res nõ debet diuerso iure cẽseri. l. cum qui ædes. ff. de usu cap.*

de dam.infe.l.iij.§. sed tam uicinū. Decre. dicit, ꝙ per dietam, in c.statutum, de re'crip.lib.vi. ubi per eundē. ¶No.ꝙ iudex recusatus debet cogere partes ad arbitros eligendos.¶In text.ibi, Intra terminū, nō intra terminos. Ibi, Probata nō fuerit, supple, & sup hoc fuerit interlocutum. Ibi, Inimici, quilibet inimicus præsumit suspectus, dummō sit inimicitia grauis, & nō leuissima, qa leuissima non debet ad animū reuocari. ff. de arbi.l. ulti.¶Posset hic tractari materia de tacita repetitione, de qua dic, ut.ff.de leg.j.licet Imperator, & de leg.iij.l. in repetendis. Itē no.qđ una clausula interptatur aliā, & per aliam. Itē una lex interpretat aliam, & p aliā, ut dicit illa.l.no.ff.de cōiung. cū eman. libe.l. nihil gnalis clausula refertur ad oia.ff.de iur.& fac. igno.l. regulā. §.fi.ꝙ dic ut.ff.de hære.inst.l.fi.rōnalis clausula refert ad oia, quæ sunt eiusdem rōnis, ut hic. Specialis & discretiua clausula nō refertur ad oia.C.de ꝓcura.l.maritus.ff.de iud.l.cum ꝑtor.C.de pac. conuen. sup dote.l. fi.clausula refertur ad ea ad quæ 2 potest [a] referri nō ad alia.ff.de iurisd.om.iud.l.si idem cū eodem.§. fi.quod singulare est, singulariter ꝓfertur.ff.so.ma.l.si uerò.§.de uiro.quod plurale est, pluraliter ꝓfertur. ut.ff.ad Tre.l.Iulius Phæbus.per media declaratur extrema: p extrema declarant media: p unū extremum declaratur aliud extremū. No.ff.de reg.iur.l. semper in stipulationibus.ff.de uer.obli.l.triticū.Item per subiacentem materiā: quia materia debet esse capax impressionis, ut no. Ioā.Mona.in c.Romana, de app.li.vi.

a ¶*Vide Alexan.in cō si.clviij. incip. super hæsitatione, de qua quæritur.*

5 ¶†Casus specialis non cōprehēdit in generali.ff.de pe.l.sanctio legū.ff.de uerbo.obli.l.doli clausula.C. fa.her.l.quoties, nisi occurrant duo modi, & cāæ significan. ff.de an.leg.l.qui Marco.ff.de stip.seruo.l.iiii.C.de leg.
6 l.cū quæstio.p Cyn.¶†Exemptio unius grauat alios, q non sunt exempti, quādo est onus uniuersitatis: secus, si obligatio sit diuisa per capita.ff.de lega.i.l ab oibus: quia unusquisq; onus suum, non alterius portare debet.C.ut nullus ex Vicariis.l.i.li x.Et sic.nō exemptus succedit exempto, similis est parti grauatę, quæ accedit parti non grauatę.ff.ad.l.Fal.in singulis.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi suæ qui non defert, nec deferre tenetur aduersarius in prin.*
Contra factum suum ueniens dat aduersario suo occasionem contraueniendi.
2 *Adire iudicem an quis possit ante factum, & petere, ne in poss. turbetur, uel eiciatur, cum forte aduersarius congregauerit gentes ad expellendum.*
Appellationi & Iudicio } *uidetur quis renuntiasse, si ius dicat sibi.§. casus.*
3 *Incontinenti fieri quando quid dicatur.*
4 *Appellatio ante factum, ut cum appellatur extra iudicium a futuro grauamine, est species recusationis: sed appellatio post factum est contraria species.*
Copulata si sunt contraria, non possunt copulari ad unum communem terminum; sed accipitur copula pro disiunctiua, uer. & ideò.

N SIT. Qui non defert suæ appellationi, nec aduersarius tenetur ei deferre, & est casus notabilis. Ecce ego dicebam, ꝙ tu parabas te ad spoliandum me, & ideo appellaui, ne me spoliares, qui appellatione pendēte ueni ad fundum cum hoibus armatis, & proieci te de fundo; dr, quod meæ appellationi tu deferre non debes: quia ego nō detuli, sed innouaui in ipsa mea appellatione pendente.¶No. ꝙ appellans quiescere debet ab omni nouitate, dū eius
1 appellatio pendet.¶†No.qui uenit contra factū suum, dat aduersario suo occasionē cōtraueniendi. No.ꝙ nō
2 iuuatur edicto.q cōtenit edictū. ¶†An quis possit ante factū adire iudicem, & petere, ne in poss.turbetur, uel eiiciatur, cum fortè aduersarius cōgregauerit gētes ad expellēdū? dic ꝙ sic, primò ex generali ęqtate.ff.de usu fruct.l.æquissimum.secundò p legem expressam.ff. de offi.procu.Cæsar.l.fi.¶Casus, quem posui est in re fienda.uel pone in re facta.tu me spoliasti: egi contra te, & grauatus à iudice appellaui: deinde incontinenti, uel ex interuallo te deieci: dicitur hic, ꝙ uideor meæ appellationi renunciasse ius mihi dicendo appellatione pendente.¶No.ꝙ iudicio renuntiat, qui de facto ius si
3 bi dicit.¶†Quæro, qn̄ dicatur qđ fieri incontinenti? quidam dicunt, intra triduum glo.dicit hoc esse, arbitrio iudicis, arg.ff.de uer.obli.l.continuus.§. itē qui insulā. Expone hoc incontinenti.i.solicitè, & facit quod not. ff.de lega.i.l.si domus.§.confitetur.ff.uti possidet.l.is à
4 quo, cū si.¶†Appellatio ante factum, ut cū appellatur extra iudiciū a futuro grauamine, est species recusationis. sed appellatio post factū, ut in iudiciis, est cōtraria species.ff.de arbi.l.nō distinguemus.§. cū quidā. infrà eo.c.si appellationē, in cle.& hoc patet p.l. & si susceperit.ff.de iud.& iō non bn̄ ponitur copula, appellatione & recusatione remota: qa quoties copulata sunt contraria, non possunt copulari ad unum communem terminum, sed accipitur coniunctiua pro disiunctiua. C.de senten.& interlo. om. iudi.l. cum solutum.ff. de uerbo.obli.l.sæpe, cum si.

SVMMARIVM.

1 *Appellari non potest ab executore, nisi modum excedat, in prin. & nu.2.*
Sententiæ pronunciator, uel publicator non dicitur grauare, nec esse suspectus ibidem.
Executor merus quis dicatur.
2 *Suspectus dici non potest ille, qui nihil facit proprio motu, sed mandato principis.*
3 *Delegatus ad meram & formalem executionem faciendam, impossibile est, quòd grauet seruando simpliciter formam mandati, nec potest ꝓnūtiare exequēdū, uel nō exequendū.*
4 *Exequendum si ordinarius pronuntiat, an possit appellari.*

OVIT. Pronuntiator sn̄iæ non dr grauare: qa ipse non ꝓnuntiauit, nec intendit grauare, nec appellat ab executore, nisi modū excedat; quod colligi pōt ex forma mandati. nec dr suspectus: quia ipse nō iudicat, imò uox sua nō est sua, sed dn̄i sui.h.d.¶Casus. Papa tulit sn̄iam cōtra regem Franciæ, & mandauit legato, ꝙ eam publicaret. rex Francorū appellauit à legato. itē dixit eum suspectū. Papa dixit, ꝙ non appellatur ab eo, quia nudus minister est, cum nihil ꝓnuntiauit, nec publicauit. nec est suspectus: quia nō ꝓcedit motu ꝓprio, sed de iussu
1 Papæ.¶†No.ꝙ merus executor est, qui nihil pronunciat.no.quod qui uulnus discooperit, non uulnerat. sic iudex, qui aperit tabulas testamenti, nihil disponit, sed
2 quod dispositū est, prodit in lucem.¶†Idem in iudice,

qui publicat dicta testium. No.ꝙ nõ põt dici suspectus ille, qui nihil facit proprio motu, sed mandato principis; tex.ẽ iste no. & allegandus est ꝑ nũtio & ambasiatore, cui nihil ẽ imputandum, nisi excedat mandatum.
3 † No.ꝙ executori a delegat⁹ ad merã & formalẽ executionẽ faciẽdã, impossibile ẽ, ꝙ grauet seruãdo simpl'r formã mãdati, nec põt ꝓnũtiare exequẽdũ, uel nõ exequẽdũ. Si.n. posset unũ, posset & ei⁹ cõtrarium. ff. de re iu.l.nemo cõdẽnare: qa potẽtia est æqualitas cõtrariorum extremorum. ¶ † Sed pone, ordinarius pronuntiat
4 exequendum an potest appellari? Accur. dicit quod sic intellige, si habet cognoscere: aliàs non: quia non ex eodem fonte est cũ prima sententia: secus, si haberent se ut excedentia, & excessa: quia tunc posset appellari non à ueteri, nec simul à ueteri & nouo. l. si cum exceptione. §. hoc aũt. ff. quod me. in gl. sed a nouo tantum & seorsum sic: quia qui nouam rem facit, spicam non excutit, sed ultra procedit, & excedit. ff. man. l. diligenter.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio si recipiatur à iudice, uel à parte, terminus ad eam prosequendam constitutus obtinet uim peremptorij, in prin.*
Procuratoris malitia domino praeiudicat in his, quae sunt in causa, non in pœnis exterioribus.
Procurator non debet occultare mandatum, si tamen occultat, impedit processum, & potest ad edendum cogi, si id consitetur.
Interloqui potest iudex parte non citata super quaestione iuris ... uer. ibi, iuris.
3 *Quaestio si sit de articulo iuris, indiget interlocutoria, & potest appellari.*
Impetratio iudicis ab appellante statim facta, uel ab aduersario an ualeat. §. Ecce.
Quaestio facti dicitur, super qua debent recipi probationes. §. in tex. ibi, Facti.
4 *Appellationi licet non sit delatum, procedendum tamen est super ea.*
Appellatio quandoque suspendit, quandoque rescindit pronunciatum, & quod.
Contra peremptorium uerum, quicquid potest obijci, potest & contra fictum. § ibi, quicquid.
5 *Bannitus licet non audiatur de crimine ex forma statuti, auditur tamẽ bene de banno, si dicit bannum non ualere, quia non fuit contumax.*
6 *Faciendum quando aliquid est in iudicio certa & determinata die, non sufficit ante illam diem fieri.*
Terminus cum statuitur decimo aliquot ad probandũ, an possunt prima die producti testes, ac iurare aduersario non citato, uarie concluditur.
7 *Condemnari debet in expensis, qui malè impetrat.*
Constitutio noua dat formam futuris processibus, & non ueteribus.
8 *Expensae ueniunt in causa appellationi ratione retardati processus, item expensae particulares in quolibet capitulo, & totales in fine, & debent esse moderata.*
9 *Iudex appellationis contrario imperio potest reuocare condemnationem expensarum factam in prima causa.*
Condemnatio pro contumacia potest a iudice omissa fieri quandocunque usque ad sententiam definitiuam. §. idem dicit.
Ad iudicem appellationis transit etiam officium primi iudicis qui iudex appellationis etiam supplet de expensis primae causae, ibid.
Expensarum condemnatio est executio sententiae, & nequit appellari ab ea, ibid.
Nullitatis quaestio remanet etiam appellatione deserta, uel non interposita. §. idem ait.
10 *Super nullitatis libello officio iudicis nobili & non mercenario proceditur immo non habet tempus praefixum querela nullitatis.*
11 *Appellans, qui renuntiauit appellationi tacite deseren. uel expressè, habet saluum remedium iam sibi ortum contra iudicem, a quo, de imperitia.*
In appellationis causa contra reum contumacem qualiter procedatur.
12 *Expectationis gratiam in peremptorio iuris, non potest facere gratiam expectationis.*
13 *Iudici debet esse notum, quod appellans non est prosecutus in termino constituto, & ipse non comparuit in praesentia iudicis in ipso termino, aliàs non posset procedere contra absentem.*
14 *Excommunicatus, qui appellauit, an possit appellatione pendente eligere, uel eligi, & tãquam excommunicatus debeat uitari, & si deseruerit appellationem, an excommunicatio fingat retro.*
15 *Appellatio an sit deserta post lapsum termini ad appellationem prosequendam.*
Terminus legis assignatur ad prosequendum, & prosecutum habendum. uer. Solu hominis autem ad inchoandum, numero 6.
16 *Terminus hominis datur ad inchoandum prosecutionem.*

SAEPE. Si applo recipiatur à iudice, uel approbetur à parte, terminus ad eã prosequendã constitutus obtinet uim ꝑemptorij. quem terminum nulli parti licèt præuenire. In prima ponit cã constitutionis. in secunda cõstõ. secunda ibi, præsenti decreto. secunda pars subdiuiditur in sex dicta. ¶ Casus. Aliqui appellabãt ad sedem Apostolicam, q̃ ꝑ defectum appellantis, uel sui procuratoris procuratoriũ occultantis non poterat prosequi, quæ partibus præsentibus de facili posset expediri, præsertim ubi est qõ iuris, quæ non indiget probatione corã Papa. unde ad has inconuenientias tollendas statuit hæc decre. quod si iudex, uel appellatus detulit appellationi & ad eam prosequendam est terminus constitutus: talis termin⁹ habet uim peremptorij, quo termino elapso perinde procedatur contra absentem, ac si peremptoriè esset citatus. secundò dicit, quod si appellationi non fuit delatum, nihilominus appellatio teneat. tertiò dicit, ꝙ appellato non prosequente rata manet sñia. quartò dicit, quòd quicquid potest opponi contra peremptoriũ potest opponi contra dictum terminum, qui hꝫ pro ꝑemptorio. quintò dicit, quod istæ literæ interim impetratæ non ualent, nec terminus põt prçueniri, & de ista contumacia & per consequens de condemnatione expensarum. sexto & ultimo dicit, ꝙ hæc cõstitutio hẽt locum in processibus exercendis post istam constõnẽ, non in præteritis. ¶ In tex. ibi, Partis. s. appellatæ. Inno. alij dicunt, appellatæ, uel appellantis. Ibi, Responsalẽ. i. procuratorem. Ibi, Malitia. † No. ꝙ malitia ꝓcuratori
1 dño præiudicat. s. in his, q̃ sũt cãæ, nõ i pœnis exterioribus, ut dixi. s. ut li. non cõt. c. j. ff. si q̃s ius di. non ob. l. j. §. si ꝓcuratorẽ. C. de his, qui ut indig. l. Polla. C. unde ui. l. meminerint. dicit Inno. quòd ante ingressum causæ nocet dño, ut condemnetur dñs in expen. qa debuit talem procuratorem constituere, qui compareret in causa

causa.ff.de iniur.l.sed si unius.§.procurator. Sed post condemnatur ipse procurator.Innocen.ff.de leg.ij.l. si

3 solidum.§.etiam. ¶ † In text.ibi, Occultantis,no. ꝙ procurator non debet occultare mādatum; tñ si occultat impedit processum:quia oportet, ꝙ iudex sciat se procedere contra legitimam personam,ut elegāter no. ff.de procu.l.si procurator.Ibi, Occultantis,ergo si procurator confitetur se habere procuratorium,posset cogi ad producendum[a] quod est notandum,idem in literis de rato.ff. de procu.l.si procuratorem absētem.Ibi, Iuris quæstio, sup hoc potest interloqui parte non citata.ff.quod me.cau.l. metū. §. sed & licet.¶†In tex.Ibi, Iuris quæstio,no.quod etiam si sit qõ de articulo iuris, indiget interlocutoria,& potest appellari, item currunt fatalia;quod est notandum. ¶Ecce appellās ad Papam statim impetrat iudicem, an ualet impetratio?dic aut supplantauit aduersarium ignorantem;& tenetur ei in omnibus expensis, quas facit aduersarius eundo ad curiam, & redeundo,& non ualet rescriptū per dolum impetrantis. Si autem nō nimis accelerauit,ualet: quia non debet expectare finem anni ad impetrandum,ar.ff.ad Tertul.l.ij.§.si mater.Quid de appellato?dic ut in glo.¶In text.ibi, Facti quæstio.illa dicitur quæstio facti,super qua debēt recipi probationes,ut l.j.§.calumniatoribus.ff. ad Turpil. & super ea non potest interloqui,nisi partibus præsentibus uel citatis.¶In tex.ibi, Approbata.i.et delatum. Ibi, Peremptorium,& contumax habetur pro uero cōtumace;& non appellat,si tanquam contumax damnetur,ut no.in c.1.de do.& contu.in cle. ¶In text.ibi, ex tunc ergo non ante,etiam si certum sit uenire non posse.Ibi, Moueatur,circa interlocutorias, super quibus prouidet ista constitutio ius nouum statuendo : super diffinitiuis procedit iam statuta probando.¶†Ibi, Vigo-

4 rem,no.ꝙ licèt non sit delatum appellationi, tñ procedendum est super ea.ff.de ap.reci.l.sciēdum.Ibi,Suspēsa,no.ꝙ appellatio suspendit pronuntiatum,& in quibusdam interim rescindit,ut infamia, & in pœnis corporalibus,ut l.j.in fi.ff.ad Turp.& l.furti.§.j.ff. de fur. & ff.de pac.l.tale pactum.§.j.¶Ibi, Quicquid autem, no.quòd quicquid potest objici contra uerum peremptorium,potest objici contra fictum,siue contra cita-

5 tionem legis,uel statuti;quod tene mēti.¶†Ex hoc no. quòd licet bannitus non audiatur de crimine ex forma statuti;tamen bene auditur de banno, si dicit bannum

6 non ualere:qa non fuit contumax;tene menti.¶†Not. quòd quando aliquid est fiendum in iudicio certa & determinata die,non sufficit ante illam diem fieri,hoc no.in c.quamuis,de appel.in cle.quia dies certa nō potest præueniri. Sed quid si est data dilatio octo dierum ad probandum,& prima die producti sunt testes,& iurauerunt,non citato aduersario?dicit Barto.non ualere.ff.de uerbo.obli.l.in illa, & l.hoc iure,per Barto. & est ratio,quia cum dilatio sit communis, interim absens non est contumax.ideò practica est, quòd moneātur partes,ꝙ singulis diebus,& horis &c. ita practicatur Perusij.Sed ex glo.dicti c.quamuis,uidetur colligi contrarium:quia uidetur actum, ꝙ in qualibet parte

[a] ¶*Vide tamen Bart. in l.j.in fi.bene declarantem.C.de proc. & in l.licet.C.eo.ti. de procurat.Panor.in ca.1. extra de procur. Aduerte tamen ad unū, quia si notarius actorum habeat instrumenta mandati,sufficit de tali mandato fidem facere solo uerbo notarij actorum,cum dicat se de tali instrumento rogatum, ita Raphael Ful.in consi. 195.*

intra terminum possit expediri,quod fiendum est;nec requiritur alia monitio : quia uidetur fuisse de mente iudicis.¶Ibi in gl.No.quod in cursu & proinde uidetur.nam aduersarius debuit hoc scire,& sibi imputet, si diligens non fuit.¶Ibi, Non euadat.i.non excusetur propter rescriptum ante diem præfixum impetratum

7 ad alium iudicem.& sic no.quod †male impetrans non excusatur à contumacia;ergo tenetur ad expensas: qa supposita contumacia sequitur de iuris ordine pœna. ¶Ex hoc conclude male impetrantem in expensis cōdemnandum.tene menti.quia istud uitium multū frequentatur in curijs principum.¶Ibi, Obseruari,no. ꝙ noua constitutio dat formā futuris processibus,& non

8 ueteribus.¶†In tex.ibi, Expensarum,no.in cā appellationis uenire expeñ.ratione retardati processus,ut patet in uerbo,neglexerit.C.de fru.& lit. expeñ. l. ignorat.item expensæ particulares ueniunt super quolibet capitulo:sed expensæ totales in fine litis:quia finis in se omnia colligit,& concludit.ff.iud.sol.l.conquærebatur;& semel tantum sunt reficiendę,argumen.ff.de cōdi.fur.l.si seruus.c.bone.Item no.ꝙ expeñ. reficiendæ debent esse competentes,idest moderatæ, non profusæ & ambitiosæ;unde xenia non debēt refundi.nec cō-

9 uiuia.¶†Conclusiones Innocen. Iudex appellationis contrario imperio potest reuocare condemnationem expensarum factam in prima causa; quod est nota dignum. ¶Idem dicit, quod iudex, qui non condemnauit contumacem,tempore quo eum declarauit contumacem,potest usque ad diffinitiuam condemnare, supplere, & corrigere;quod est not. Item dicit, & bene, quod iudex appellationis supplet de expensis primæ causæ:quia non solum causa transit ad eum,sed etiam primi iudicis officium,ut no.in l.j.C.de fru.& litis expensis.item dicit,quòd condemnatio expensarum est executio sententiæ,& non potest appellari ab ea post. 10.dies à die præcedentis interlocutoriæ,unde descendit;quod est notabile.¶Idem ait,quòd licet appellatio sit deserta:tamen remanet quæstio nullitatis,sicut re-

10 manet,quando nullo modo est appellatum.¶† Et dic, quòd officio iudicis scilicet nobili & non mercenario proceditur super libello nullitatis.ff.de app.l.si expressim,Innocen.C.de accusa.l.absentem. ff. quæ sen. sine ap.rescin.l.j.per Accur. Et ego dico,quòd simplex q̃rela nullitatis nullum habet tempus præfixum à iure. ff.de re iu.l.si cum nulla,nisi sicut cæteræ lites.C.de iu-

11 di.l.properandum.¶†Item dicit,quòd appellans, qui renuntiauit appellationi tacitè deseren.uel expresse.tamen habet saluum remedium iam sibi ortum contra iudicem,à quo de imperitia.quod est not.dignum. dicit. Barto.quòd appellans fortius astringitur ad prosequendum appellationem,quàm appellatus.¶ Quæritur,qualiter procedatur contra reum absentem in cā appellationis,an iudex appellationis possit in possessionem mittere ex interlocutoria, sicut potest iudex primæ causæ? Et no.sentit quòd sic.Item si lis fuit contestata in prima causa,tunc ferri potest diffinitiua in causa appellationis,lite ulterius non contestata : aliàs

12 reus non posset condemnari diffinitiuè. ¶ † Dicit Vin.quòd in peremptorio iuris iudex non potest facere gratiam expectationis,quod est ualde notabile, ꝙ terminus formaliter præfixus à statuto ad cōparen. ne bannum non transeat in condemnatione,non possit ex mera gratia iudicis prorogari, sed propter impe-

13 dimentum sic. ¶ † Dicit Bernar.in gloss.ut si lis, in fin. quòd iudici debet esse notum, quòd appellans

non

non est prosecutus, in termino constituto, & ipse non cōparuit in pręsentia iudicis in ipso termino: aliàs non posset procedere cōtra absentem, Ber. ex hoc uerificatur, quod non ualet ꝓcessus contra absentem, nisi prius constet ei de citatione. ff. de cōdi. & demon. l. mul
14 tum, per Bar. qui optimè dicit. ¶† Quærit Ber. an excōicatus, qui appellauit, possit appellatione pendente eligere, uel eligi, & an tanquā excōicatus debeat uitari; & si deseruerit appellationē, utrum excōicatio fingat retrò? & uidetur, ꝙ retrò sit inhabilis, ut. l. furti. §. j. ff. de infa. & quod retrò fingatur excōicatio traxisse suū effectum, tenet hic Inno. cōtrarium uř. Nam si interim eligat, absurdum esset, quòd electio ueniret cassanda, & ꝙ eius tarditas noceret canonicè electo, arg. ff. de contra ta. l. si post mortem. §. fi. hic uidetur sic forte distinguēdum. aut appellatio ꝓuenit excōicationem; & tunc ualent ab eo gesta: quia est integer status. ff. de iniusto testa. l. si quis exhæredato filio. §. hi autē oēs. aut e cōtra excōicatio præuenit appellationē; & tunc quia traxit secum executionem, excōicatus est quo ad se, ut non possit eligi; & quo ad alium, ut nō possit eligere. Et est speciale excōicationis, suspensionis, & interdicti: quia appellatio nō rescindit ꝓnunciatum, & ut ita dixerim, non facit eum statu liberum. i. nō facit eū liberū med o tpe: sed in aliis sententiis, puta in sñia deportationis, secus est, quia rescinditur ꝑ appellationē. unde interim pōt uti officio suo, nec rescinditur factū, licèt postea non sit ꝓsecutus appellationem: qa factū ualet, & non habet in sui esse pendentiam de futuro: secus, si aliquid attentaret pendente tpe appellandi: quia sñia depositionis tanquā sñia capitalis statim trahit secū intellectualem executionē, ut. ff. de pœn. l. qui ultimo. Ista rō non placet mihi: quia ille depositus similis est ei, cui ad- ... pta sunt bona integro statu, ubi certe sñia nō trahit secum executionē. Et istud tēpus appellandi, siue appellationis interponendæ est priuilegiatum, sicut tēpus appellationis exercen. ut no. in l. j. ff. nil noua ap. pen. ff. de accu. l. e. iudicis rū. tacit. ff. de admi. tu. l. chirographis. §. j. ita, quod interim nulla fit executio nec [a] uerbalis, nec actualis. Ber. aūt hic sentit cum Inno. quod interim gesta reuocētur in irritum appellatione deserta. hæc qō ponitur. 8. q. 4. in summa. infra de sen. excō. c. licèt, lib. vi. tacit. ff. de mu. & hon. l. reus delatus, & . C. de procon. l. reum criminis. sed ibi tex. loquitur de nouo officio, hic de ueteri, & eius
15 exercitio. ¶† Opp. ꝙ post lapsum termini ad appellōnē ꝓsequēdā appellatio fit deserta. ergo iudex, ad quem, non debet ulterius procedere. C. de temp. ap. aut. ei qui. so. ibi terminus appositus est à lege, hic ab homine, & secundum hoc durius agitur cū lege, quàm cum homine in aut. de iudiciis. §. oportet contra. l. Celsus. ff. de arb. Sol. terminus legis assignatur ad prosequendum, & prosecutum habendum. i. toti
16 instantiæ. ¶† Sed terminus hominis datur ad prosequendum. i. inchoandum prosecutionem. Nam iudex, à quo, non potest præfigere terminum in causa appellationis ad litem finiendam. habemus simile. ff. de excu. tu. l. scire oportet. §. consequens. C. de temp. in integ. restitu. l. fi. ff. de dolo. l. arbitrio. §. pe. unde terminus hominis dicitur citatorius: terminus legis dicitur fatalis causæ.

a ¶ *Vide Panor. in c. cū uenisset, per illū tex. extra de eo, qui mit. in poss. causa rei ser. & pulchrè do. Iaso multa alle. ad propo. ī l. j. C. de b n. poss. secundum tab. utrum tamen quòd attentata pendente app. ab executione non possunt retractari, ita Ioan. An. in c. uenerabilibus, de sent. ex com. lib. vj.*

SVMMARIVM.

1 *Prosecutionem appellationis licèt appellantes non fecerint, nihilominus iudex de impedimento cognoscit, in prin.*
Ad electionem ne procedatur, uocibus scrutandorum prætermissis, ualet appellatio, post casum. §. no. primò.
Vocum translatio in quibus possit electionibus fieri, ibidē. §. item no. & apponi etiam potest certa forma, nu. 1.
Arbitrium si sit datum prioribus, & camerarijs, an camerarij possunt transferre eorum potestates in priores.
2 *Legatus Cardinalis procedit pendente appellatione interiecta ad Papam, non tanquam cognitor, sed tanquam informator.*
Appellatione etiam deserta cognoscitur de exceptionibus ex officio superioris in causa electionis. §. Quartò no. & nu. 3.
Pars maior praualet in electione, licet omnes uocandi sint, ibidem §. oppo. & nu. 3.
3 *Vocari debent in electionibus omnes, qui commodè possint uocari.*
Appellationi non nunciatur, licèt partes in aliquem ut bonum uirum consenserint. §. oppo quod. j.
4 *Procurator debet mitti ad appellationem prosequendam, non nuntius.*

ONSTITVTVS. Licèt appellātes in negotio electionis intra tps legitimū appellationem non fuerint ꝓsecuti; nihilominus iudex de impedimento electionis cognoscit. h. d. ¶ In prima ponitur facti narratio: in secunda ibi, intellecto, Papæ motiuum, & iudicū datio. ¶ Casus. Vacante decanatu Claramontensi, quidam ex canonicis transtulerunt potestatem eligendi decanū in epm, hoc acto quod eps nō ꝓcederet ad electionē sine aliis. Quidā autē noluerūt transferre, sed retinuerunt uoces apud se, undecim canonici appellauerunt, ne eligeretur in decanū aliquis ꝑter consensum oīum. s. requisitum, qa oēs sunt uocandi. Eps pfatus cum undecim canonicis contulit decanatum Archidi. Ecclesia ꝑ hoc erat in magno scandalo. unde Cardinalis Apīcæ sedis legatus transiens ꝑ partes illas, non tanq̄ cognitor, sed tanq̄ informator commisit duobus cām, ut informarent, & scriberent Papę; tandem partes fuerūt corā Papa cū informatione Cardinalis, qui scripsit Papæ sub qua forma fuit appellatum, & ꝙ appellantes intra annum appellationem nō fuerunt ꝓsecuti, nec inueniebant cām, ꝑꝑ quam esset bienniū indulgen. licèt miserint bis nuntium ad sedem Apīcā, cū non miserint ꝓcuratorē: appellantes dicebant, ꝙ electus renūtiauerat facto epi, & ꝙ eps ꝓcessit contra formam mandati, seu translationis pfatus. Papa mandat, ꝙ si hoc est uerū, electo ab epo, ut præfertur, silentiū imponatur: alioqn imponatur silentiū aduersariis. ¶ No. primo, ꝙ ualet appellatio, ne ꝓcedat ad electionē scrutandorū uocibus prætermissis. ¶ Itē not. de transla. uocum; ista translatio nō pōt hodie fieri in electionibus, in quibus est data forma ꝑ caplm, quia ꝑꝑ, nisi in casu: sed in aliis actibus bñ pōt fieri trāslatio uo
1 cum, ut hic; quod est no. dignū. ¶ † Pone, datū est arbitrium prioribus, & camerariis, nunquid camerarii possunt transferre eorū ptātes in priores? & uř hoc casu, ꝙ sic; quod tene menti. ad idē. ff. quod cuiusq; uniuer. l. itē eorū. §. si decuriones. ¶ Not. quod in translatione uocum pōt apponi certa forma, qua non seruata non tenet

tenet, quod agitur; & et istud notabiliter ponderandũ.
2 ¶Tertiò no. quod legatus Cardinalis procedit pendente ap. interiecta ad Papam nõ tanꝗ cognitor, sed tanꝗ informator. ¶Quartò no. ꝙ licet sit deserta app. tñ non proceditur ad confirmationem, si electio non tenet; & sic cognoscitur de exceptionibus peremptorijs appellatione deserta, non ui appellationis, sed officio superioris; & est speciale in causa electionis, & postulationis. ¶Oppo. quod appellatio fuerit nulla: quia non requiruntur omnes, sed sufficit maior pars. sol. omnes sunt uocandi; tñ illud praeualeret, quod fecit maior pars.
3 ¶†Oppo. corpus uniuersitatis est apud intrinsecos & pñtes; ergo non oportet uocari abñtes & extrinsecos. C. de decu. l. obseruare. solu. illud fallit in electionibus, in quibus oportet uocari oẽs, qui commodè possunt uocari, ut no. Archi. ij. q. vj. nominationes, ubi uideas. ¶Oppo. quod legatus non potuit se intromittere. Sol. uerum est, nisi de cõsensu partiũ, ut not. Gar. infrà de elec. in vi. c. cupientes, in prin & tñ per hoc non renunciatur appellationi, sicut nec ꝑ compromissum, ut in c. ꝗdiu, de appel. in cle. non. n. partes consentiunt in eum tanquam in iudicẽ cãe, sed ut in bonum uirum. ¶Op. ꝙ appellatione deserta nõ sit de illa cognoscendũ, sed exequendũ. Solu. uerum est ui appellationis: sed Papa
4 hic processit ex officio. ¶†No. quod ad appellationem prosequendam non debet mitti nuntius, sed procurator; de hoc infrà eo. c. saepe, in glo. istud not. ibi plene de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio frustratoria possessionem electi, & confirmati non impedit, in prin.*
Adiuratio, quae fit in electione, habet uim iuramenti.
Conscientia quid, uer. in tex. ibi. Iuxta.
Conscientia ubi est, ibi Deus, ibid. uersi. Item no.
2 *Conscientiae hominum cum sint diuersae etiam circa unum & idem, meliori & sauiori conscientiae statur.*
3 *Honestas facit aliquem idoneum, & debet confirmari.*
In appellationis causa potest quis exprimere aliam causam, quàm illam expressam in appellando, & id in causis electionum, uer. ibi. Aliam.
Ecclesia uidetur semper abesse in controuersia electorum, ibid. & ideò pro ea supplendum.
4 *Votum examinari non debet.*
Patet quod expressè, non est probare necesse, excipitur quidam casus, uer. dicit lex.
Examinatio non praetermittenda in quibus, per eam additur forma, uel auctoritas, uer. unde patet.
5 *Possessionis effectum debet quis habere post quam est confirmatus.*
Confirmato opponere quis excipiendo non potest: secus accusando, uel agendo, uer. tamẽ non, cum sequenti. & nu. 6. 9.
Confirmatio uim habet definitiuae, uer. nam cum.
6 *Exceptio contra electum potest opponi etiam post sententiã, uel saltem officio iudicis ecclesiae consuli. & nu. 10.*
7 *Appellatio si fiat ante confirmationem, an confirmatio sit inualida.*
Appellationi etiam à definitiua non deferendum causa temerariè expressa §. sed contra.
8 *Appellationem ab interlocutoria non posse iustificari, si cã non est expressa ab appellante, quomodo debet intelligi. §. Permittitur. l. ait praetor. ff. de mino. intell.*
9 *Appellatio à mera executione an liceat.*
10 *Exceptio an debeat admitti, & nu. 6.*
Exceptionis uirtus non est amouendi, uel rescindendi, uersi. quòd uirtus.
11 *Episcopus ante quàm habeat possessionem pacificam episcopatus, an teneatur petere confirmationem, uel ordines.*
Confirmatus tantum episcopus beneficia prima retinere potest, si non habuit possessionem episcopatus. §. item dicit.
12 *Scrutinium an possit fieri de duobus tantũ, ut eligatur unus ex illis, & alius extra illos non possit eligi.*
13 *Adiuratio, quae fit in electione, an sit licita.*
14 *Eligi ad praelaturam an possit ille, qui est nimis pauper, uel nullum habet amicum, per quem possit ecclesiã defendere.*
Mores boni meliores sunt armis, uel diuitijs. uer. nam boni.
Causam unam qui allegat duntaxat, uidetur tacitè confiteri se aliàs causas non habere, & quibus causa apprehentur. §. nota quod.
15 *Verba generalia & ambigua famam alterius non denigrant.*
16 *Executio non dicitur facta plena, nisi sit data pacifica possessio.*
Possessio pacifica quantolibet tempore fuerit, sufficit, uersi. sufficit.
17 *Crimen cum infamia an possit opponi electo.*
Executio non potest impediri per exceptionem habentem longum tractatum, uer. intellige.
Incontinenti, aduerbium quomodo sumatur, uer. istud aũt.

CONSTITVTIS. Appellatio frustratoria possessionem electi & confirmati non habet impedire. h. d. In prima ꝓcessus, & facti narratio, in secunda ibi, nos aũt, Papae diffinitio. ¶Casus. Vacante praepositura sancti Saluatoris fuerunt duo electi in discordia. s. cantor Metensis, & Cancellarius Meten. Cancellarius fuit electus à maiori & saniori parte capituli, & nihil ei obijciebatur, nisi impotentia. i. ꝙ non erat potens defendere possessiones praepositurae à suis aemulis. Eps confirmauit electionẽ Cancellarii tanquam factã à maiori & saniori parte capituli. & cũ uellet domum, & inuestiturã porrigere, ut est moris, decanus appellauit adiectã cã dictae impotentiae. insuꝑ dixit, ꝙ habebat aliã cãm, quã tunc ꝑ meliori tacebat, expsurus eam Papae, Papa spretis istis ambagibus decernit dictum Cancellariũ in possessionẽ dictae Praepositurae mittendũ, & inuestiendũ: qa cõfirmationis effectus ꝑ friuola appellatione impediri nõ debet. habita autẽ pacifica possessione, si uoluerint denuntiare, uel accusare dictũ Cancellariũ de aliquo, est in eorũ arbitrio.
1 ¶No. ꝙ adiuratio, quae fit in electione, hẽt uim iuri, ut no. Archi. per istud. c. 2. q. 4. si quis praesbyter. In text. ibi, Iuxta conscientiã. consciã est habitus ꝑfectionis in mente syncera. uel cõscientia est motus pungens existens in mente humana. Itẽ no. ꝙ ubi conscientia est, ibi Deus est, dicit Isa. ultimo. c. quòd uermis cõsciẽtiae non extinguet: qa cõscientia est passio mentis, seu cor
2 dis, quae semp est in actu. ¶†Et no. hic, quòd cõscientiae hominũ diuersae sunt, ẽt circa unum & idẽ: sed statur conscientiae meliori. ¶In tex. ibi, & subdiaconis qn que oibus conuocatis, & sic fuerunt. xi. ¶†Ibi, Hone-
3 state. No. quòd honestas facit aliquẽ idoneũ, & debet confirmari. Ibi, Aliã, no. quòd coram iudice appellationis põt quis exprimere aliã cãm, ꝗ illã, quã in appellãdo expressit; quod locũ habet in hmõi appellationibus electionũ, Ber. in suffragio: quia ẽt iudex supplet de facto. cũ n. ecclesia est in cõtrouersia electorũ semꝑ ecclesia vr̃ abesse. Etiõ ꝑ ea supplẽ. est. C. de ap. l. amplio-
4 rem. ¶†Ibi, Constaret, ar. uotum examinandũ non esse de;

de hoc.47.di.Petro.24.di.episcopus.dicit lex, quòd rei demonstratæ demonstrationem adiicere frustra est. ff. de do.præle.l.j.in fin.unde quod patet expressè, non est probare necesse, nisi examinatio esset de forma, ut in examinandis pro licentia doctoratus: quia quando per examinationem additur forma, uel authoritas, prę
5 termitti non potest, quia forma dat esse rei. ¶ † In text. ibi, Effectum, no. q postq̃ quis est confirmatus, debet habere possessionis effectum. uide quod no. Ioan. An. infrà de elec. c. auaritiæ, li.6. no. executionem non impediri, quia liquida est: tamen non tollitur ius accusandi, uel denuntiandi, & hoc postq̃ quis est confirmatus: sed si est confirmandus, obiectus terminum impedit, ut in aut. quomodo oportet episcopos. §. si quis autem talis. dic q aut quis est consecutus plenum ius per cõfirmationẽ; & non impeditur possessio per exceptionẽ. Nam cum confirmatio habeat uim diffinitiuæ, cum sit in figura iudicij, sequitur, quod exceptio peremptoria non potest postea opponi, ut. C. sen. rescind. non pos. l. peremptorias. ius autem agẽdi, uel accusandi, de quo non est quæsitum ante sententiam, bene potest opponi post sententiam, ut patet hic, & ff. de euic. l. uindicãtem. & sic excluditur quis ab excipiendo, & non excluditur ab agendo. sic. s. de iureiurã. c. debitores. simile in noui op. nun. quæ ante factum locum habet, sed post factum non. ff. de noui op. nun. l. j. Est enim quædam defensio à futuro grauamine: sed illato iam grauamine, quia est ædificatum, oportet transire de defensione ad impugnationem, & oportet agi interdicto, quod ui aut
6 clam, ut opus demoliatur, ut in l. j. ff. de remis. ¶ † Sed contra hoc opp. quia exceptio contra electum potest opponi etiam post sententiam, uel saltem officio iudicis ecclesiæ consuli, ar. s. de ele. c. cum dilecti, & c. cum nobis. nam plerunque iudicis officium supplet id, qđ mero iure exceptionis quis consequi non potest. ff. de peti. hæred. l. planè, & l. fin. secundum Ber. su. hic nihil erat supplendum: quia nihil omissum, cum electus esset idoneus, & omni exceptione maior: aliàs bene posset prosequi causam non expressam, & maxime protestatam secundum Ber. hoc uerum, si plene esset appellatum: secus, si à grauamine, articulo, uel executione.
7 ¶ † Opponitur hic ante confirmationem erat appellatum, ergo non tenuit confirmatio. so. imò episcopus statim confirmauit ante q̃ appellaretur, & cum postea uellet domum tradere, & inuestiturã porrigere, ut est moris, tunc fuit appellatum, ne domus traderetur, & inuestitura fieret, inserta causa minus iusta, & ideò nõ mendanda. ¶ Sed contra hoc, immediate opponitur, ista appellatio uidetur facta à diffinitiua; ergo potest iustificari causa non expressa, licet secus esset in interlocutoria, ut ff. de ap. l. scio, & in c. appellanti, de app. in cle. sol. hic appellatio fuit expressa temerariè, & ideo nec de iure, nec de facto erat ei deferendum; unde super ea non potest fundari prosecutio aliqua, arg. ff. de bo. aut. iu. pos. l. cum unus, & istud est bene notandum.
8 ¶ † Quod autem dixi, quod appellatio ab interlocutoria non potest iustificari, si causa non est expressa ab appellante, debet intelligi de causa facti. sed si causa consistit in iuris dispositione, ut quia minor defendit, uel agit sine curatore, & hic per inspectionem actorum, apparet quod non habet personam legitimam, tunc non oportet, quòd appellãs exprimat causam. sufficit enim dicere, domine iudex, uos faceretis mihi iniustitiam, & iniuriam, & ideò appello, ut. ff. de mino. l. at prętor. §. permittitur; & nunc intelligis illum. §. quia per iura
9 notissima non est correctus. ¶ † Opp. hic non fuit appellatum à confirmatione, sed à mera executione, id est ne traderetur possessio corporalis, & ne fieret inuestitura incorporea in dignitate. unde alia ratione uidetur, quod appellatio non tenuerit: quia à mera executione non appellatur; & si appellatur ab executione, non à sententia, appellatio non tenet, ut hic per Inno. So. dictum Inno. debet intelligi postquam transiuit in rem iudica. Sed dum sumus in potestate appellandi, ille, qui appellat ab executione, intelligitur appellare à sententia, & executione, ar. ff. de do. inter ui. & uxo. l. iij. §. sciendum. ff. de acquiren. hære. l. illud. Et hoc propter connexitatem actuum: quia qui intendit remouere effectum, intendit remouere causam, per quam peruenitur ad ipsum, ar. ff. de ser. ur. præd. l. seruitutes. §. domo. Nam si istæ regulæ traduntur ad remotionem effectuum, sequitur remotio effectus, & remoto fine principium remanet inane & uacuum. uel dic, quod appellatio ab executione tantum non ualet propter uitium formæ
10 appellatio. casus uidetur hic. ¶ † Op. quod exceptio debeat remitti. nam iure cauetur, quod per exceptionem oppositam post confirmationem impeditur consecratio. xxiij. dist. illud. infrà de accu. super his dicit Inno. q aut aliquid superest agendum, ut consecratio, uel ordinatio; & illud potest impediri, & impeditur per exceptionem. Aut non restat aliquid agendum, quod ius tribuat secundum simplicem possessionem facti; & tũc non potest excipi: quia nec intelligitur tunc agi, sed actum esse, quod uirtus exceptionis non potest rescindere, sed requiruntur remedia amotiua, sicut est accu-
11 satio, uel denuntiatio, secundum Inn. ¶ † Quærit Inn. utrum anteq̃ episcopus habeat pacificam possessionẽ episcopatus, teneatur petere confirmationem, uel ordines? & dicit q non, licet quidam alij dicant contrarium: quia non tenetur omittere spiritualia propter defectum temporalium. ¶ Item dicit Inn. q confirmatus tantum, si non habuit possessionem, prima benefi-
12 cia retinet; & hoc tenet præcisè. ¶ † Modò uenio ad q̃dam alia. & primò quæro, nunquid scrutinium possit fieri de duobus tantũ, ut eligatur unus ex illis, & alius extra illos non possit eligi? quidam dicunt q non per. c. quia propter, de elec. Nam ius eligendi non potest minui, ut. ff. qui & à qui. l. si c. ptio. So. dicit Inno. q per uiam scrutinij, & per uiam compromissi posset hoc fieri: quia in hoc consentiunt omnes de capitulo, & est
13 quædam forma similis formæ compromissi. ¶ † Secundò quæro an adiuratio, de qua hic loquitur, sit licita? respõdeo sic: & tñ si adiuratio faceret contra conscietĩa, ualeret electio maioris partis, ex quo est seruata forma iuris, unde Papa hic non facit mentionem conscietiæ:
14 quia sufficit, quod electus sit utilis ecclesiæ. ¶ † Tertiò quæro, nunquid ille, qui est nimis pauper, uel nullum hẽt amicum, per quẽ possit ecclesiam defendere, possit eligi ad prælaturam? rñdeo, si utilis est ecclesiæ in spũalibus, & per suam prudentiã põt ecclesiam competenter in tpalibus defendere, satis est, ut. ff. de confirmatiõne tu. l. utilitatẽ. Nã boni mores meliores sunt, q̃ arma, uel diuitiæ, ut. ff. de suspe. tu. l. suspectũ tutorem. prælatus enĩ similis est tutori, excepto qđ non dat fideiussorem de ratione administrationis reddenda. dicit Hosti. attenden. qualitatem beneficij, & situm. & si non posset defendere iura ecclesiæ de facto, debet puideri de alio magis idoneo: quia utilitas ecclesiæ præfertur moribus electi. ¶ Not. quod qui allegat unam causam duntaxat,

tionem de primis. & quia hæ exceptiones nō fuerunt admissæ, fuit appellatum: Papa mandat, quod etiam si una istarū exceptionū sit uera, ꝙ reuocetur in irritum quicquid factum est post appellationem. ¶ In text. ibi, Actorem. i. pcuratorem capituli Eboracen. quæ leges
1 actorem uocant. ¶ † No. ꝙ sigillum incongruum uitiat
2 scripturam. ¶ † Item no. ar. ꝙ si notarius facit signum non consuetum, non ualet suum instrm. C. de assess. l. fi. & insti. de publ. iud. §. item lex Cor. de fal. est sigillis ap
3 propriatis, & non sigillis simpliciter. ¶ † Et not. pro his, qui habent rochas in custodia. quia debent recipe re signa eis deputata; & si crederent literis generalib' dñi, non excusarentur, immo punirentur. ¶ † In text.
4 ibi, Conuentus. s. magister. Ibi, Vel aliquam earū, not. ex duab. exceptionib. uel rōnibus copulatiuè ppositis sufficere ad uictoriam, alteram esse ueram, cum qlibet p se sit sufficiens: als secus. ff. de re iu. l. diuus. ptere a ibi erat una exceptio tm̄ qualificata. & ideo iterum dēt p bari. s. exceptio, & eius qualitas; ꝙ dic, ut ibi per Bart. & dixi de probat. c. licet cām. ubicunq; qualitas est de forma substantiali excipiendi, ibi oportet qualitatem pbari. forma est ēt, si qs se astringit ad illam probandam, ar. ff. de pb. l. circa. ¶ † Quæro, utrum caplm pos-
5 sit sine auctoritate pprij iudicis facere syndicum, uel actorem? Ber. dicit ꝙ non ad instar minoris, q indiget curatore, & curator est decernēdus auctoritate iudicis. In contrarium vr̄, quia caplm pōt constituere unum pcuratorem, & in constitutione procuratoria non requiritur iudicis auctoritas: quia constituitur à dño, ut. ff. de pc. l. filius. §. milites. & leges, q̄ dicunt, ꝙ in constitutione actoris reqritur decretum iudicis, loquuntur qñ actor constituitur p decuriones, uel cōsiliarios rei publicæ, non qñ ipsimet dñi constituūt pcuratorē, ad hoc. s̄. de rescr. c. edoceri; & hoc qñ caplm hēt litigare cū alio, q̄ cum suo plato. dicit Ber. ꝙ cum auctoritate
6 iudicis dēt ei dari curator. ¶ † Quid ergo, si hēat litigare cū suo epo, qs dabit istū curatorem? dicunt doc. qđ non est necessariū aliud decretū. uñ si caplm alicuius eccliæ collegiatę habeat litigare cū suo pposito non indiget auctoritate epi; multominus, si hēat litigare cum suo epo. quia auctoritas nō est exquirenda ab aduersario, licet interdum sit agendum uenia petita, ut inst. de ac. §. pœnales, & ar. ff. ad Treb. l. imperator. ¶ Et not. ꝙ Ber. dicit hic, quod capitulum dicitur ecclesia; ergo læsum habet restitu. in integrum. adde quod not. v. q. iij. c. ultimo.

SVMMARIVM.

1 *Declarari rem in libello petitam, si non auditur quis, appellat licitè, in prin.*
Ab ineptitudine libelli potest appellari, ibid. §. & no.
Ecclesia si dicit fundum ad se reuersum propter canonem non solutum, debet declarari, quis fundus sit ille.
Declarare petita in libello est actoris, & hoc negante reo, ni si in casu, uer. interrogabitur.


SIGNIFICANTIBVS. Licitè appellat reus, petens declarari rem in libello petitam, si non auditur. ¶ No. qđ ab ineptitudine libelli potest appellari. ¶ No. ꝙ si ecclesia dicit fundum ad se reuersum pp canonem non solutum, dēt declarari quis fundus sit ille, ut. ff. de rei uindi. l. si in rē agat aliqs, & in l. idem Pompo. scribit frumentum. §. ul. ff. de censi. l. forma, & ibi no. interrogabitur ēt emphyteuta, an aliquis fundus sit emphyteuticus, & qs: qa, ut dicit tex. in feudis non est bonum, ut ueritas negetur Si āt dicit nihil esse liuellarium, se u feudale, actoris est declarare, nisi petitio sit uniuersalis, ut qum petit iurisdōnem, uel districtum: qa fines iurisdi. illius districtus sunt declarandi, in libello, de re sti. spo. c. cum ad sedem.

SVMMARIVM.

1 *Ad appellationis causam finiendam terminum iudex à quo statuere non potest, & quomodo, si statuatur, intelligitur, & §. modo,*
Prosequi appellationem quando quis dicatur, ibid. uersi. aut ergo.
Suspectus episcopus redditur propter suum commensalem. §. nota.
2 *Dilatio assignata ad plura, si non potest operari in omnibus, operetur, quantum potest operari.*

1 EX Insinuatione. Iudex, à † quo appellatū ē, nō pōt statuere terminū ad finiendam cām appellationis, qđ si fecerit, intelligitur statuisse terminū ad psēntandum. aut ergo terminus statuit ad applonem finiēdam, ut hic: aut ad appellationē psequendā, ut infra e. c. abbate, & tunc pse qui dr̄, licet non pducat ad effectū, si tñ semel tm̄ cōpareat, & ptestet, ꝙ p se non stat, & ponat aduersariū in contumacia. nā donec illa sit purgata p aduersariū, sp intelligitur psequi. ff. de usu. l. mora, p Bar. qđ est not. dignū. scđa ibi, qa uerò. ¶ Casus. Inter priorē. & monachos. S. Barbaræ ex una pte, & B. camerariū ex altera, erat qō sup quodā pdio corā iudice ordinario, cuius cōmensalis fuerat aduocatus camerarij i eadē cā. uñ ne pcederētur, fuit appellatū: iste iudex pfixit. terminum ad festū Purificationis, intra quem utraq; ps deberet esse reuersa ab applone. Papa dicit, ꝙ non potuit iudex à quo imponere legē supiori, & maximè Papæ, cū is, qui est in cōsistorio principis, &c. Itē qa iste camerarius nō expectato termino, nō ualet impetratio. Et mādauit Papa, ꝙ si est ita partib. cōuocatis &c. No. epm reddi suspectū pp suum commensalem. ¶ Modò qro, qs terminus erat iste, q fuit puentus? rñ. terminus ad festū Purificationis. sed cōtra hoc, qa assignatio termini hmōi non tenuit. rñ. uerum est, ꝙ non tenuit formaliter sm intentionem assignantis, tamen ex interpretatione istius capituli tenuit ad se præsentan. in termino coram Papa, uel alio iudice, ad quem; quod est no. dignum. Et hoc. n. sequitur, ꝙ si non ualet dilatio, ut ago
2 ualet ut ualere potest. † Et ꝙ dilatio assignata ad plura; si non potest operari in omnibus, operetur, quatenus potest operari; tene menti. Ibi, Patrocinari. ff. de pig. ac. l. si quasi.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio extraiudicialis ex uerisimilibus causis, ne molestetur in possessione sua, facto subsecuto, ualet, in princ. & nu. 2.*
Verbum, pertinere, est generale.
Lis suum exponere aduersario nemo tenetur, seu iudici, si natura causa desiderat, uer. quia nemo.
2 *Appellatio generalis admittitur extra iudicium.*
Abbas acquirit possessionem per monachos. §. in text. ibi, Mona.

Possessionem si habeo per alium, & ego ingredior possessionem dicitur unica possessio. § in tex. ibi, secundo.

3 *Appellationis geminatio non nocet.*

Patronus ecclesiæ uacantis habet ipsius ecclesiæ naturalem possessionem. § præterea.

Monachus non dicitur possidere, tamen contrahere, & quæ facere alia possit. § ibi eiecerunt, uer. & no. & nu. 4.

4 *Monachus non dicitur esse hæres, dicitur tamen adire hæreditatem.*

Monachi dicuntur expelli de possessione. § no.

5 *Custodia ecclesiarum uacantium non spectat ad laicum, sed ad patronum clericum.*

Pro tempore qui fuerunt, si dicas, eorum nomine oportet specificare. § in tex. ibi, pro tempore.

Possessionem ingredi quis auctoritate sua potest duobus casibus. & quibus § oppo.

6 *Possidens per alium intelligitur possidere.*

Intelligitur, uerbum quando ueritatem, & quando fictionem significat, uer. Dicas.

7 *Custodiæ causa in possessione existens non possidet.*

Possessorium simplex non est, dum quis petit induci in statum pristinum, & quando restitutio fiat sic agendo, uers. non autem.

8 *Restitui petenti in pristinum statum an sufficiat, si appellauerit contra spoliatorem.*

Attentata post appellationem extraiudicialem non reuocantur, & quando, uer. respondeo.

Verisimilis iuuat ut uerum, uer. & sic uerisimile.

Probabilis & Verisimilis } *causa quæ, uer. uocat erg.*

Spoliasse uidetur, qui non spolians, sed spoliatum detinet in spoliatione, & nu. 8. § opponitur.

c. cum ad sedem, de rest. spo. intellect.

Articulare debemus, quod nobis prodesse intendimus, uersicu. quod saltem.

BONAE MEMORIAE. Qui extra iudiciũ ex uerisimilib. causis appellat ad Papam ne i possessione sua molestetur, & postea spoliat, restituit in statum, in quo erat tpe, quo appellauit h.d. ¶ Et prima pars ponit allegationem appellantis: secũda ibi, Procurator, ubi ponit allegationem appellati. In tertia pronuntiatio, ibi, præmissis igitur. ¶ Casus. Quidam O. qui fuerat persona ecclesiæ de Fan. decessit: quo mortuo quidam Abbas possessionem dictæ ecclesiæ ad se asserens pertinere, ingressus est possessionem primò p monachos. Secundò p se pacifice. timẽs tamen, ne expelleretur de possessione appellauit generaliter hoc modo, ne aliquis super ipsa possessione eũ præsumeret molestare. tamen quidam laici per uim expulerunt dictum Abbatem, & monachos de dicta ecclesia: quæ tandem peruenit ad Archidiaconum quendam petebat abbas sibi ecclesiam restitui ea ratione, quia spoliatus, & quia post appellationem spoliatus. Archidiaconus dicebat custodiam illius ecclesiæ ad se pertinere de iure communi, & de usu, & consuetudine semper obseruatis. Item dicebat, quod dictus. O. erat censuarius dicti Archidiaconi pro dicta ecclesia, cum dicto Archidiacono nomine ipsius ecclesiæ præstaret unam procurationem annuam, & quinque solidos. Papa auditis hincinde, allegatis prædictos monachos, & Abbatem, qui ex probabilibus, & uerisimilibus appellarunt iussit restituendos in eum statum, & ad ecclesiam antedictam cum fructibus, salua quæstione proprietatis. ¶ † In tex. ibi, Asserit pertinere, uerbum, pertinere, generale est, & uerificatur, si pertinet ad eum iure patronatus, arg. illius no. l. talem. §. fin. ff. de hæred. institu. uel prædecessores eius simili iure usi sunt. ff. de usucap. l. Celsus, quorum quasi possessio cõtinuatiuè tempore uacationum descendit ad ipsum Abbatem, & monachos. ff. ex qui. cau. ma. l. cum similes. titulum tamen suæ possessionis non tenet dicere Abbas Archidiacono. c. j. de regula. lib. 6. ff. de rei uin. l. in speciali: quia nemo tenetur ius suum exponere aduersario seu iudici, si natura causæ hoc desiderat iuxta illam regulam agat quod causa desiderat. C. de post. l. quisquis. qui tex. deberet scribi literis aureis in omni materia iudiciorum. ¶ † In text. ibi, Ne quis nota. generalẽ appellationem extra iudicium admitti: quia per factum subsecutum deducitur ad speciem. ff. de condi. institu. uter ex fratribus, nec est necesse, quod expulsoribus intimetur. ¶ In text. ibi, & monachos nota. quòd Abbas acquirit possessionem per monachos, sicut dominus per seruum suum. ¶ In tex. ibi, secundò per ipsum, nota. possessionem per alium habeo, & nihilominus ingrediendo per meipsum possideo, & nobis possideo. dicas, quod tantùm una est uera possessio. ut l. 3. §. per seruum. ff. de acqui. posse. Ibi, Pluries. † Nota. hic expressum, quòd geminatio appellationis non nocet. Et de hoc no. infra eo. ti. c. dilectò: quia qui appellat, semper improbat factum iudicis, & semper perseuerat improbando, sicut ille, qui sæpe & sæpius petit Apostolos. ¶ Ibi, Super possessione. no. sup possessorio appellari. Inno. dicit, ꝙ istud non erat possessorium. Sed contra Inn. facit fructuum restitutio ad q̃ condemnatur Archidiaconus, ut. ff. de ui & ui ar. l. rectissimè. ¶ Præterea patronus ecclesiæ uacantis. s. clericus habet interim naturalem possessionem ipsius ecclesiæ, licet habeat eam custodiæ causa. ¶ Ibi, Eiecerunt, & ideò probatur sibi possessionem restitui cum fructibus. Ibi, Archidiaconi, ad quem deuenit dicta ecclesia postq Abbas fuit spoliatus per dictos monachos Et no. ꝙ monachus non dicitur possidere; tamen dicitur contrahere, puta emere, & uendere. ¶ † Item non dicitur hæres esse nullo momento; & tamen dicitur adire hæreditatem; ut. ff. de leg. j. l. cum filio. ista uerba glo. sunt ibi scripta. ff. de usuca. l. sequitur. §. seruus. vñ monachos, qui non possidet, non præscribit: sed monasterium præscribit, & eius conscientia attenditur. ¶ Not. quòd monachi dicuntur expelli de pos. C. si per uim, uel alio mõ. l. j. Ibi, Custodiæ, ecclesiarum uacantiũ custodia nõ † spectat ad laicũ, sed ad patronũ clericũ sic, ut no. hic p Inn. & Host. & per Arch. 74. dist. c. dictũ, & intra ut eccl. benefi. c. j. p Innoc. & de officio Archi. c. unico, per Host. ¶ In tex. ibi, pro tpe, no. ꝙ oportet specificari eorum nomina, q fuerunt pro tpe. ¶ Ibi, Hoc iure. s. custodiæ. Ibi, Semper id est tempore, cuius memoria non existit. ¶ Ibi, Annis singulis, per hoc nõ probatur possessio ecclesiæ, sed quasi possessio ipsius census. Ibi. Appellationis, sup hoc fundat se Papa, Ibi, Vtrilibet disiunctiua est, non copulatiua fm Hos. Ibi, Assignãdos, & sic portandos in horreũ expulsi expẽlis expulsoris. ¶ Opponitur, ꝙ iste Abbas non potuerit ingredi sua auctoritate. so. forte erat patronus, uel fiebat hoc ex consuetudine. ¶ Bern. colligit hic notabile, quòd qui per alium possidet, ipse intelligitur possidere. dicas, ꝙ hoc uerbum; intelligitur, sonat ueritatem in his quæ iuris sunt. sed in his, quæ sunt facti, refert, aut est tale quid, quod p alium plenè acqritur & idẽ, ut l. certæ. §. si procurator. ff. de pca. aut nõ plenè acqui-

requiritur; & tunc importat fictionem. ¶ Opponitur, q̃ iste Archidiaconus non debuit condemnari: q̃a de iure cõi est magis fundata intentio Archidiaconi, quã intẽtio Abbatis. Item quia ille qui est in possessio
7 ne, † cã custodiæ, non possidet, ut. ff. de acqui. pos. l. iij. §. genera. ff. uti pos. l. si duo. §. creditores. ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. cũ legati. & ideò si expellitur, non hēt interdictũ, unde ui, sed offm̃ iudicis. ff. de dona. l. Aquilius. ff. ne uis fi. ei. l. si qs missum, & no. in l. ideò. §. Nerati⁹. ff. de condi. fur. so. & hic officium iudicis intentatur, ut reuocentur attentata post appellationem. non autem est hic propositum interdictum, unde ui, secundum Inno. qui dicit, quòd dum quis petit induci in statum, in quo erat tempore appellationis, istud non est simplex possessorium, ut non inquiratur nisi de possessione facti: quia imò inquiritur de possessione iuris, & de proprietate. & cum liceat de proprietate, & de possessione quæri, præfertur probatio super proprietate. dicit Inn. quòd per hunc modum agendi, Peto me restitui in pristinum statum, aut de iure possessio pertinet ad conuentum; & non fit restitutio: aut est quidam tertius, ad quem nihil de iure pertinet; & tunc fit
8 restitutio. ¶ † Sed opponitur quod sufficit appellatum esse, nec est aliud inquirendum, nisi an sit innouatum? respondeo in appellatione extraiudiciali non reuocantur post agitata, nisi probetur ueritas causarum, ut in c. j. de his, quę fi. à ma. par. ca. & de ma. & obe. dilecti, de ele. cum inter canonicos. So. dicit Inno. aliquando quis appellat extra iudicium ex causa rationabili tantum; & tunc procedunt dicta capitula. aliquando ex causa probabili, & uerisimili ex iuris coniectura; & tũc satis est probare, quia causa allegata non potest esse uera, sed uerisimilis, sicut uerisimilis est, quòd si clericus habet custodiam ecclesiæ, quod sit patronus, & è contra; & sic uerisimile iuuat uerum, quod est no. dignum secundum Inn. ff. de in inte. resti. l. omnes. uocat ergo Inno. causam probabilem, quæ possit probari; & uerisimilem præsumptam à iure. ¶ Opponitur secundum Ber. appellatio fuit interposita contra spoliatorem. sed Archidiaconus non spoliauit, sed spoliatum inuenit? respondeo, non est uis, quia Archi. successit in uitiis,
8 ut supra de iudi. c. quia. V. ¶ † Not. quòd qui non spoliauit, sed spoliatum detinet in spoliatione, spoliasse uidetur. prætereà isti laici gesserunt negotium Archidiaconi contemplatione, & realiter ipso facto, & Archidiaconus habuit ratum ipso facto: quia peruenit ad eum possessio ipso facto, ar. ff. de ui & ui ar. l. j. §. deiecisse, & §. quoties. nec ob. supra. de restit. spo. c. cum ad sedem: quia ibi episcopus non habuit ratum, nec fuit usus adminiculo expulsoris, quod saltem erat articulan. per partem aduersam, & non fuit articulatum, ut ibi patet, uel ibi ideò, quia agens se astrinxerat ad directam & immediatam spoliationem probandam; & hæc est ipsa ueritas. Bald.

S V M M A R I V M.

1 *Voluntas datur intelligi facto.*
Facto plus est facere, quam uerbo dicere, uer. no. quòd plus.
2 *Arreptio itineris an habeatur pro appellatione, & in prin. & nu. 4.*
Appellatio duplex est, expressa, & tacita, & quæ sit utraque. e. §. solu.
In aduersarij potestate non debet esse quid habeam secum facere, ibid. uer. dicit lex.
3 *Subditus si litigat cum episcopo tanquàm cum aduersario, suspicans se grauari ab ipso, & de facto arripuit iter ad Archiepiscopum, an uideatur legitime appellare.*
Per querelam simplicem an inferior Principe adiri possit, uer. aduerte.
4 *Papam adiens pro appellatione, & alia causa, an habeatur pro appellante.*
Papa est pater patrum, & concurrit immediatè cum omni prælato etiam in eadem iurisdictione maiori, & potest adiri, non seruatis gradibus. § sed in hoc.
Imperator non appellatur nisi gradatim, & ratio. §. sed tamen.
5 *Iter arripuisse an dicatur subditus litigans cum episcopo existente Venetijs, & dum uadit ad Patriarcham ibidẽ commorantem, interim excommunicatur.*
6 *Pro appellante an habeatur is, quem episcopus carceret uolentem ire ad superiorem, nondum tamen euntem.*
7 *Archiepiscopus si mandat episcopo negligenti causam subditorum expedire, ut intra certum terminum expediat, non ualet hoc mandatum.*
8 *Querela simplex an suspendat iudicatum.*
9 *Superior an possit adiri per querelam restituti. in integrum petita contra sententiam inferioris iudicis.*

ILECTI. Si contra superiorem suum quis uadit ad Papam, habetur pro appellante, ita, quòd excommunicatio postea in eum lata non teneat ipso iure hoc dicit. Prima pas ponit querelam: secunda dat iudicem. secunda ibi, cum autem. ¶ Casus. Inter episcopum, & quosdam monachos eidem subiectos uertebatur quæstio super quadam capella: duo ex monachis accesserunt ad Papam pro ista causa. Archiepiscopus hoc sentiens, eos excommunicauit. Papa dicit, quod cum plus sit ad sedem Apostolicam facto appellare, quàm simplici uerbo, & ipsis ad Romanam ecclesiam ueniẽtibus intelligitur ad sedem Apostolicam prouocatum, denuntiari debet, dictos monachos excommunicationis uinculo non ligatos.

1 ¶ † No. q̃ facto dat̃ uoluntas^a intelligi. C. de insti. & substi. l. reprehendenda. ¶ Not. quod ubi facta loquuntur, nil opus est uerbis: quia quod apparet expressè, non est probare necesse: facta loquuntur. not. quòd plus est facto facere, quàm uerbo dicere. C. de testa. l. nostram. ff. de testa. milit. codicil. §. ueteranus. ubi per cancellationem testamenti tollitur testamentum, & non per simplicem pœnitentiam uerbalem. aliæ pulchræ concordantiæ sunt in gl. ¶ Opponitur, quod itineris arreptio non habeatur pro appellatione, primò per tex. c. debitus. infra eo. titu. secundò per rationem, quia duplex est tantum forma appellan. scilicet uiua uoce, quando in continenti & à diffinitiua, & in scriptis, quando ex interuallo, & ab interlocutoria. sed arreptio itineris non habet in se aliquam ex istis formis: quia non est in scriptis, nec per nuncupationem, ut ita dixerim; ergo non est appellatio. ¶ Sol. duplex est appellatio scilicet expressa uoce, uel scriptura; & ita loquitur tua oppositio. & tacita, siue interpretatiua ipso facto; & ita loquatur. c. nostrum. ¶ Et per hoc respondetur ad ratio-

a ¶ *Adde, quod fortiora sunt facta ad declarandum uoluntatẽ, quàm uerba, quæ sæpe proferuntur contra intẽtionem proferentis ut in c. dilecti, de app. & in 11. q. 3. secundũ Ab. Panor. in consi. 123. in c. illud. de iure quæ runt, utrũ ista remiss.*

næ. Sed ad tex. in contrarium respondetur, quod hoc est speciale, quando iter arripitur uersus sedem Apostolicam: quia esset absurdum, quod excommunicatio ualeret. nam per hoc nuntij excommunicati non possent comparere in auditorio Papæ: quia nō licet excommunicatis vrbem ingredi, & urbs est, ubicunque est auditorium Papæ. Porrò absurdum est, quod aliquis possit impedire, ne eatur ad Papam. uel dic, quod est speciale, quando causa est inter prælatum, & subditum. & est ratio, quia non debet esse in potestate prælati, ne subditus litiget cum eo, arg. ff. de arb. l. ne in potestate. dicit lex, quod non debet esse in potestate aduersarij, quid habeam secum facere, ut. ff. de iuris. om. iu. l.
3 si idem cum eodem. §. j. ¶† Quæro, subditus litigat cum episcopo tanquam cum aduersario: suspicans se grauari ab ipso, de facto, iter arripuit ad Archiepiscopum, utrum uideatur legitimè appellari? & videtur quod non: quia ista est quædam fictio, & de Papa lex loquitur, arg. ff. so. ma. l. si uerò §. de uiro. & hoc tenuit Ioan. tali ratione, quia ista dicitur simplex querela, per quam non potest iuris ordine permisso adiri, nisi solus Papa. sed ista ratio non est uera secundum Ber. nam etiam inferior potest adiri per simplicem querimoniam, Ber. aduerte, aut querela ponitur pro supplicatione; & tunc Principi, & non alius præfectis est supplicandum. C. de preci. impera. offer. aut. quæ supplicatio: aut ponitur pro alio recursu, uel remedio ordinato à iure, ut producendo sententiam nullam; tunc adiri potest. C. de accu. l. absentem. item ordinarius contra interlocutoriam delegati potest adiri contrario imperio implorato. ff. qui satisd. cog. l. arbitro, secundum unam lec. audiuistis opi. Io. & eius motiua. ¶ In contrarium videtur, quia licitum est arguere à simili etiam in officiis. ff. de offic. præsi. l. j. ff. de neg. ge. l. ex facto. ff. ad Tertul. l. ij. in fi. & hæc uera. primò quia hæc appellatio est extraiudicialis, cum prælatus in hac causa non sit iudex: quia propria. unde ista nō est appellatio, sed prouocatio, secundò quia eadem æquitas, tertiò quia qui iter arripuit, incæpisse videtur, ut. ff. de pollici. l. j. §. cæpisse. ff. de inoffi. testa. l. quemadmodum. ff. de condi. ob. causam. l. si pecuniam, ar. ff. de ap. l. præses,
4 & C. qui petant tu. l. cum à matribus. ¶† Sed quid si quis uadit ad Papam pro appellatione, & alia causa? respondeo principalius motiuum inspicitur; & si sunt æque principalia, non habetur pro appellante: quia non videtur causa appellationis abesse, qui aliàs erat facturus. ff. qui. ex cau. maio. l. non uerè. debet ergo constare, quod ibat tanquam prosecuturus tacitam appellationem; aliàs non iturus. Sanè dicta itineris arreptio debet fieri intra tempus appellandi, & cum protestatione, quod intendit recurrere ad sedem Apostolicam, uel ad alium iudicem. ¶ Sed in hoc est differentia: quia alius iudex debet esse immediatus, sed sedes Apostolica potest adiri, nō seruatis gradibus. & est ratio, quia Papa est pater patrum, & concurrit immediatè cum omni prælato etiam in eadem iurisdictione, etiam maiori & propria Papali per se stat, quæ non minuitur per concursum alterius iurisdictionis, arg. ff. de cond. & de mon. l. fal. §. j. & in c. j. de conces. præb. lib. 6. sicut mare non minuitur, nec augetur per concursum fluminum, unde Papa habet iurisdictionem non per uiam accumulationis, quia sic esset collega, uel haberet parem, nec per uiam gradualitatis, quia haberet priorem, præsidentem & potiorem se, sed per uiam: quia Papa est totum continens. i. omnia iuxta illud, omnia Cæsar erat. ¶ Sed tamen imperator magnificus & gloriosus sicut aquila distribuit prædam suam, nec curat in omnibus epulis opponere musum suum tanquam insatiabilis & famelicus secundum Io. Mo. sed secus sit in imperatore, ad quem non debet appellari nisi gradualiter, non quia imperator non possit procedere de plenitudine potestatis: sed quia nō uult propter commodum subditorum, ut in aut. de q. sto. §. super hoc.
5 † sed ecce episcopus, & Patriarcha sunt in Venetiis. subditus contendit cum episcopo, & dum uadit ad curiam Patriarchæ, excommunicatur; nunquid iste dicitur iter arripuisse? & videtur quod non: quia non exit ciuitatem, sicut non dicitur nauigare ille, qui non exiuit portum, arg. de ædil. edi. l. quid sit fugitiuus. In contrarium videtur, quia non est in potestate episcopi, ne eatur ad Archiepiscopum, ar. ff. de eo, per quem fac. erit. l. j.
6 ¶† Sed quid si episcopus carceret uolentem ire, nondum tamen euntem, nunquid habetur pro appellante? respondeo, *sic; quia vim patitur* in itinere inchoando, sicut si pateretur in prosequendo ar. ilius no. gl. quæ est in l. j. C. ubi de pos. agi oportet. & opt. me facit. ff. de condi. & demon. l. quibus die-
7 bus, in prin. ¶† Extra, quæro causa est inter duos subditos episcopi coram eo: episcopus est negligens: unde altera pars adit Archiepiscopum cōquerendo de ista tarditate. quapropter Archiepiscopus mandat episcopo, quod expediat causam intra certum tempus, nunquid hoc mandatum ualet? respondeo, non: quia Archiepiscopus non debet se intromittere de aliena iurisdictione per simplicem querelam. unde tex. dicit, quod adeundus est ille, qui potest omnem defectum supplere, ut est Princeps, ut in aut. de qu æsto. §. super hoc. C. de tempo. appel. l.
8 fi. §. illud. uide Archidiaco. j. q. j. de persona. ¶† Sed nunquid simplex querela suspendit iudicatum? respódeo,
9 non, ut dicta aut. quæ supplicatio. ¶† Sed utrum superior potest adiri per querelam resti. in integrum petita contra sententiam inferioris iudicis? respondeo, sic, si est lata per delegatum suum: secus, si per ordinarium. ff. de mino. l. præses: quia est de appenditiis primæ causæ, ut not. ff. de procurato. l. qui proprio. §. item quæritur, ubi gl. singularis.

SVMMARIVM.

Clausula, appellatione remota, an omnis appellatio prohibeatur in prin. & post casum, uer. respondeo, & nu. 8.
Expressio eius, quod tacitè inest, habet augere.
2 *Rescripti uerba debent aliquid operari.*
Contractus uerba debent aliquid operari, uer. item uerba.
Geminatio uerborum habet augere, uer. item geminatio.
3 *Exceptio non potest aliqua opponi, si sit omnis exceptio à statuto remota, nisi inueniatur expressè permissa, & nu. 4. 5. & 6.*
4 *Exceptiones à statuto permissa quæ sint.*
5 *Instrumentum si habet solennitatem instrumenti, sed non habet solennitatem contractus, an mereatur executionem ex forma statuti.*
6 *Exceptio solutionis, uel nouationis an poterit opponi.*
7 *Sententiarum executiones omnes si per collectorem Papa fieri mandauit de quibus sententijs intelligatur.*
Modus est } *potens ad obligandum. §. itē istud, uer.*
Conditio non est } *respondeo.*
8 *Clausula, Appellatione remota, si apponitur expressè in appellatione à diffinitiua, an possit appellari à sententia lata in rei uindi.*
Appellatio quæ iure canonico, & quæ ciuili permissa, quæ prohibita uideatur. §. quia illa, & §. considera.
9 *Sententia absolutoria an trahat secum executionem.*
10 *Sententia ultimi supplicij an trahat secum executionem.*
Executio duplex, & quæ per appellationem rescindatur, uer. nam duplex.
11 *Sententia excommunicationis quare non est reuocabilis per appell. & nu. 12. 13.*

Infamia

12 *Infamia propriè non est executio sententiae, & quare.*
Appellari posse tantum ab ea sententia, ex qua oritur, uel exceptio falsa est opinio glossae. §. tu aliter, & nu. 13.
13 *Appellari potest ab interlocutoria super legitimatione personarum, licèt non oriatur actio iudicati.*
Res iudicata quae dicatur. §. porrò.
14 *Excommunicatus an sit post probabilem appellationem ille, qui est excommunicatus.*
Excommunicationis sententia qualitercunque lata tenet, nisi in casu, & quo, uer. sententia.
15 *Excommunicatus admittitur ad actus legitimos, quando dubium est de nullitate sententiae.*
16 *Excommunicatus ob eandem causam iterum excommunicari non posset.*
17 *Excommunicatus appellatione pendente non potest aggrauari.*
18 *Excommunicato an iudex possit reseruare fructus.*
Excommunicatus praesumitur in culpa, uer. & no.
19 *Excommunicatus cui meritò fructus subtrahuntur per iudicem, an si iudex non subtraxit ei possit fructus percipere.*
20 *Excommunicato postea absoluto, an pendente appellatione fructus subtracti restituantur.*
Officium cui interdicitur, stipendium non debetur, uer. Alij dicunt.
Ecclesiae nomine possidere nihil potest, qui est extra eam. §. deinde.
21 *Excommunicatus per praelatum ecclesiae an possit acquirere & suis contractibus.*
22 *Excommunicatus in una ecclesia an sit excommunicatus in alia & ubicunque locorum.*
Suspensus ab officio ubicunque suspensus est, secus si beneficio tantum, uer. idem si.
Homo uno spiritu continetur.
Beneficia, & Praedia } realiter sunt diuisa.
23 *Depositus ab officio an debeat habere alimenta.*
24 *Suspenso an subtrahantur prouentus ecclesiastici.*
25 *Cum deposito agitur, quàm cum excommunicato.*
Excommunicatus semper est in mora, & rebellione, uer. si. & ideò.
Alimenta nulli deneganda, quamdiu uiuit. uer. item no.
26 *Fructus an debeant subtrahi excommunicato appel. pendente.*
27 *Appellationis quot sunt species.*
28 *Absoluere si uult iudex excommunicatũ, an is, qui fecit excommunicari, pendente appellatione, possit in contrarium appellare, uel quid si uelit mandare eum denuntiandum.*
29 *Suspensus ab officio dicitur à beneficio suspensus.*
Duo ubi propter unum, utrobique tantum unum.
30 *Restitutus ad officium an intelligatur etiam restitutus ad beneficium.*
Indulgentia est secundum quid / Restitutio est simpliciter } §. item quia.

PASTORALIS. Per clausulã, Applõne remota. oĩs appellatio prohibetur, q̃ à iure non est expresse ꝑmissa. h. d. primò. Scdò ibi, uerum dr̃ ꝙ si excõicatus appellat, nihilominus denuntiatur, & bñficiorum ꝓuentib. spoliaẽ. Casus. Papa mãdat alicui, ut ꝓcedat ĩ cã cũ applõne remota. Quaerebatur, utrum ꝑ istam clausulam intelligatur inhibita sola appellatio frustratoria? Papa considerans, ꝙ pp hoc non est necessaria clausula, dicit ꝙ per ista uerba est remota oĩs ꝓuocatio q̃ apposita ista clã à iure non est expresse concessa: tñ grauamen ꝑ supiorẽ poterit emendari. Scđa qõ talis est: Pone, aliquis est excõicatus, & post appellationem ante, q̃ esset denuntiatus excommunicatus, & anteq̃ subtraherent ei fructus bñficij sui appellat: quaeritur, utrum post appellationẽ possit denuntiari excõicatus, & ei fructus subtrahi? & uĩ ꝙ non: qa appellatione pendẽte nihil dẽt innouari: Papa determinat contrarium. & circa denuntiationem reddit duas rõnes. prima est, quia excommunicatio trahit secum totalẽ executionẽ. scđa est, qa ꝑ denũtiationẽ non innouaẽ aliqd, ꝙ sit iuris, cũ ꝑ denuntiationem amplius. i. iterũ, uel fortius nõ ligaẽ. sed quoad subtractionem fructuũ reddit unicã rõnem: qa ꝓuentus ecclesiastici meritò subtrahuntur excõicato: quia ecclesiae communio denegatur: sed in qua rõne fundatur haec distinctio. s. aut appellatio est specialr̃ ꝑmissa a iure, aut non reperitur spãliter ꝑmissa? rñ. clausula, Applõne remota est clausula gñalis. & iõ tollit gñalem regulam. sed cum sit gñalis, nõ potest tollere casus specificatos. ff. de remis. l. sanctio legum, ſm Ber. qui ita no. infra e. c. ut debitus. ista rõ non uĩ probabilis: qa spẽs, quae sumitur ex gñali regula, non est species, sed exemplum generis. & ideò ei contradictorio genere derogatur: quia fundatur in gñali ratione tñ. dic ut dicam in d. c. ut debitus. nec per istam clausulam potest ꝓhiberi appellatio naturalis, ut in c. pastoralis, de re iu. in clem.

1 ¶ † Not. primò, ꝙ clã dẽt aliquid operari. & sic not. quòd expressio a eius, qđ tacitè inest habet augere concor. l. 3. C. si pen. ap. mors in-
2 terue. ¶ † Item nota. quòd uerba rescripti debent aliqui. operari, ff. ad muni l. j. de le. j. l. si qñ. i. quatenus pñt operari sanè ĩtellecta, ut dicit illa. l. no. ff. de uul. & pu. l. ex facto, in prin. & C. de inof. test. l. si qñ, in prin. Item uerba contractus debent aliqd operari, ut. ff. de usu. l. si stipulatus. Item ut aliquid operetur qñque trahuntur ad improprium significatum. Casum habes singularem. ff. ad Tre. l. haeredibus. §. si. Item geminatio uerborum aliqñ hẽt auge-
3 re. ff. ad Tre. l. balista. ¶ † Et ꝑdicta faciunt ad quaestionem, si statutum dicit, ꝙ instra publica debent executioni mandari omni exceptione remota, ꝙ non possit aliqua exceptio opponi, nisi inueniatur a statuto quaero, quae sit a statuto permissa? rñd. omnes quae colliguntur à contrario sensu statuti. unde si statutum dicit, instrm̃. ergo secus, si non est instrumentum, ut quia falsum, uel simulatum, qñ per partes nihil est actum, ꝙ executionem mereatur, ut. ff. de uer. sig. l. Paulus. C. plus ualere, quod agitur l. emptione. Item dicit, publicum; ergo à cõtrario sensu secus, si non sit publicum, ut quia non est ibi signum tabel. ut. s. c. significauerunt. ¶ Item statutum utrumq; coniungit, dum dicit instrm̃ publicum. ergo secus, si non habet solemnitates instrumenti: quia non dicitur instrumentum illud, quod nõ instruit nos, ut. ff. de uer. sig. l. notionem. §. instrumen-
5 torum. ¶ † Sed quid si habet solemnitatem instri: quia habet diem consulem, & reliqua, sed non habet solẽnitatem contractus, ut quia contraxit pupillus sine auctoritate tutoris, uel quia instrumentum dicit, talis ꝓmisit nudo pacto, nunquid merebitur executionem ex forma statuti? rñ. nõ: qa hoc instrm̃ instruit ad opponẽdũ propositum, & quia continet uitium manifestum. unde tale instrumentum non est aptũ exequi, cum nõ ha-

a ¶ *Adde gl. in c. solicita, de ma. & ob. Bal. in rub. de contrah. em pti. in 11. q. Are. in l. huiusmodi. ff. de uer. obl.*

habeat esse ad petendũ, nec figurã esse, sed sit quoddã abusiuum, ut l. 2. in prin. ff. quemad. test. ape. ff. de fal. l.
6 si quis legatum. ¶ † Sed an poterit opponi exceptio solutionis, uel nouationis? rñ. sic si probetur per aliud instrm: quia instrorum incompatibilium uni per reliquũ derogatur; ut no. C. de non nume. pe. l. generalr. Idem operatur iuris p̃sumptio efficax. nam satis apparet per instrm, ꝙ patet per tex. legis, ut. ff. de le. 1. l. licet imperator. C. de peric. tu. l. si tutor. C. de apo. pu. l. quicũq; . li. x. p simplices autem testes non admitteretur probatio ꝯ dictam l. generaliter. puto ét, ꝙ p dicta uerba statuti intelligantur remotæ oẽs exceptiones, q̃ sunt de apicib. iuris, uidelicet de quib⁹ bona fide non cõgruit disputare. ff. man. l. fideiussor. §. quidam. & hoc intendit illa. l. uulgaris. C. de adul. ita pudor. Item intelligunt reiectæ oẽs exceptiones ineptæ adeò certè, ut nõ oporteat pronuntiari eas ineptas. ff. de flumi. l. 1. §. Labeo.
7 ¶ † Et no. ar. ad qõnem, Papa mandauit collectori, ꝙ faceret oẽs executiones sñiarum intra mensem: q̃ro, de quib⁹ sententiis intelligatur, rñ. de his, q̃ sunt aptæ ad exequen. sicut sñiæ condemnatoriæ, q̃ requirunt actũ s̃m facti executionem: secus in his, quæ nõ sunt aptæ ad exequen. quib' impressa est executio, ut in sentẽtiis censuræ. Itẽ istud mandatum Papæ dẽt intelligi in sententiis, q̃ transierunt in rem iudicatam, ut ff. de pig. l. fundus. §. si plures. sed pone, ꝙ aliquis fuit non condẽnatus, sed absolutus, & grauatus sub modo? rñ. modus potens est ad obligan. ut C. de senten. l. cum eorum: secus in conditione, q̃ non est obligare ualens, ut no. ff. de iureiu. l. si quis cum debitor. nam antequam conditio exitat, non est obligatio nata. Et postq̃ extitit, non nascitur actio ex ipsa existentia, licèt nascatur cũ ipsa ut subtilr no. C. de rerum pmu. l. ex placito. ff. de pac. l. si intra. hæc eadẽ locũ habent apud illustres iuristas, si fortè statutum dicat, ꝙ ptãs debeat facere executionem sñiarum sub certa pœna, ꝙ in omnib. esset intelligendũ, si petatur fieri. in criãlib⁹ uerò, quatenus inspiciunt rẽ publicã, iudex tenetur ex officio publico, nec est necesse, ꝙ aliquis petat executionem fieri. de of. p̃. fi. l. congruit. Bar. no. in l. j. ff. ꝙ ui aut clam.
8 ¶ † Nunc reuertamur ad propositam clam, Appellatione remota. & quæro de tali qõne, si ista clausula apponitur expresse in appellatione à diffinitiua, possit appellari à sñia lata in rei uin. & vr̃ ꝙ non: quia glo. no. dicit in l. qui restituere. ff. de rei uin. ꝙ à tali sententia non appelletur, non quia sit expressè permissum, sed quia non inuenitur prohibitum: sed in proposito inuenitur prohibitum p dictam clam, ergo non põt appellari. ¶ Quia illa gl. est q̃dã truffa: q̃a non est dubium, ꝙ à quolibet petitorio appellatur: q̃a l. non prohibet appellari nisi in possessor o. ut. C. si de mo. pos. fue. ap. l. 1. tamẽ illa glo. est in uno ualde no. s. ꝙ omnis appellatio est permissa, quæ non inuenitur à iure a prohibita. & hoc est uerum de iure canonico in diffinitiua, & interlocutoria: sed de iure ciuili debet in interlocutoria dari regula per contrarium. s. ꝙ oĩs appellatio est prohibita ab interlocutoria, nisi inueniatur expressè permissa, ut. ff. de ap. reci. l. ante sententiam. ff. qui satis. co. l. arbitro. ff. quando ap. sit. l. j. §. quod in sententiis. ff. de mino. l. intra utile tempus. ¶ Considera tria suat. s. principium iudicij ante lit. conte. & potest appellari, puta à sententia lata super petitorio, uel super iurisdictione, uel super satisdatione: quia non posset reparari per appellationem à diffinitiua. C. de procu. l. ita demum, ut dicta. l. arbitro. secundum tempus consistit in medio iudicij; & dicit glossa in l. 2. C. de episcop. audi. quod in medio non est locus remedio, quod est uerum, nisi uulneretur ipsa causa principalis, ut dicta l. intra utile: uel nisi. non posset reparari, ut tortura, ut C. de ap. l. si quis prouocatione. tertium tempus est in fine in diffinitiua. & regula est, ut. s̃. dixi, ꝙ appellari pt. ¶ Venio ad. §. uerum. & no. hic, ꝙ excõicatio trahit secum executionẽ; id iã excõicatus non releuat appellans.
9 ¶ † Sed contra istã rõnẽ opponitur de sñia absolutoria, q̃ trahit secũ executionẽ: q̃a non est opus alio facto hois cũ intus hẽt, ꝙ q̃rit ut. l. j. §. si debitori. ff. ut le. no. cauea. ergo nõ appellabitur; ꝙ falsum est. Quidam dicunt, ꝙ ista rõ nõ est sufficiens. uñ dicũt, ꝙ rõ est fauore censuræ, ptãs clauium, & utilitas obedientiæ. ¶ Ego dico, ꝙ non est uerũ, ꝙ sñia absolutoria trahat secũ executionem: q̃a executio absolutoriæ est exceptio rei iu. q̃ non oritur anteq̃ sñia trãseat in rẽ iudicatam.
10 ¶ † Item contra rõnem literæ opponitur, quod sñia ultimi supplicij trahat secum executionem: quia efficit dãnatus seruus pœnæ. ff. de pœ. l. qui ut ultimio. & tñ põt appellari ff. de acc. l. ex iudiciorum. C. de ap. l. aditos. immo iure publico cuilibet permittitur appellare. ff. de ap. l. non tñ. Accur. hoc concedit, ꝙ ista rõ non sit bona. C. si à non compe. iud. l. fi. sed malè intellexit rõnem literæ. nam duplex est executio. s. plena; & ista non rescinditur per ap. ut hic: & non plena, sed reuocabilis; & ista rescinditur per ap.
11 ¶ † Sed tu quæres, quare sñia excõicationis nõ est reuocabilis p ap. dicũt q̃dam, quia fertur ab eo, q non hẽt superiorem. Ista rõ est falsa, q̃ñ sñia est iniusta, de re iu. c. cũ æterni. in vj. Alij dicunt, ꝙ oĩs sñia, q̃ requirit actum s̃m, põt appellatione suspendi: secus, si nõ requirit actum s̃m. Sed ista est falsa: q̃a sñia declaratoria non requirit actũ s̃m; & tamẽ ab ea potest appellari, ut si reus declaratur non debere. dicit gl. ꝙ in executione nihil est, qđ in futuro pendeat. nam de præsenti est, uel non est, ar. ff. de euic. l. si ita q̃s. sed in aliis sententiis aliq̃d pendet de futuro, ut possit post condemnationem soluere. Ista non est bona rõ: q̃a infamia cõtracta ex sñia non pendet de futuro, sed statim est, & rescinditur p ap. ut. ff. de infa. l. furti. §. j. ¶ † Aduerte, infamia non est propriè executio sñiæ: q̃a in sñia non fit mentio de infamia: sed est quoddam accessorium, quod extinguitur extincto principali. ¶ Tu aliter considera. nam ab illa sententia demum appellatur, ex qua oritur actio iudicati, uel exceptio rei iudicatæ. Ista regula singulariter tradit̃ per glossatorem in l. 1. C. de arbi. sed per sententias censuræ non oritur exceptio rei iudicatæ, nec actio iudicati, ideò non appellatur. istud est falsum: quia licet non appelletur, ut suspendatur sententia, tamen appellabitur, ut causa deuoluatur ad superiorem.
13 ¶ † Item ex interlocutoria super legitimatione personarum non oritur actio iudicati; & tamen potest appellari. unde illa gloss. est falsa. Item ex sententia arbitri cũ pœna appellat̃ de iure canonico; & tñ non orit̃ actio, nec exceptio, ut. ff. de ar. l. 2. de iure ét ciuili posset appellari, si in compromisso est actum, ꝙ appellari possit, ut. C. de arb. l. ne in arbitris, & ff. de ap. l. ex consensu

ut declarat in termi nit Pa. de Ca. & de Ale. in l. 1. ff. si quis cautionibus.

a ¶ *Nota. quod regula appellationis admittenda est permissiua nisi reperiatur esse prohibita, de quo uide plenè dom. Phi. de Pern. i rub. de ap. & ibi et per Fe. & facit rõ, quia in dubio semper debet eligi illa opinio, per quã cõsulitur utriq; parti.*

consensu; & tñ,ut dixi,non oritur exceptio rei iudicatæ,nec actio in factũ,concludendo tene id, ꝙ dicit Io.An.in gl.hæc rõ uerisimilis vr̃.à s̃nia excõicationis non põt appellari,quin transeat in excõicationem,ni si appelletur anteq̃ transeat in rem iudi. sed nunquã transit.iõ semper põt appellari,non ut directè reuocetur,sed ut absoluatur,seruata forma ecclesiæ s̃m Arc. q̃ ita pono.2.q.6.biduum,& ibi omninò uide.¶ Porrò res iudicata dr̃,qñ est in suo esse ita confirmata,ꝙ nulla contraria uia retractari possit,ut no.Arch.2.q. 6.c. diffinitiua.adeò,ꝙ per compromissum retractari pos

14 sit, Arc.†Modo quærit gl.an ille, qui est excõicatus, post applõnẽ probabilẽ sit excõicatus?r̃ndeo , aut est dubiũ,an excõicatio teneat ipso iure; & tunc est expectanda s̃nia iudicis appellationis,aut est certũ, ꝙ ualet sententia,licèt iniusta,& tunc est excomunicatus. Sententia excommunicationis qualitercunque lata ante appellationem tenet,nisi contineat intolerabilem errorẽ

15 11.q.3.eps,per Arc.¶†Ex hoc infertur,ꝙ qñ est dubiũ de nullitate,interim admittitur ad actus legitimos.& si quidem pronuntietur excõicationẽ non tenuisse,confirmatur.Si aũt aliter pronuntietur,infirmatur,ar C.de

16 pe.hære.l.si putas,& ff.de excu.tu.l.diximus.¶†In tex. ubi non ligetur.ergo à contrario sensu non posset iterum ob eandem causam excommunicari:quia iter medias excõicationes appellatio interposita nõ dispendit primã excõicationẽ;qa nõ inuenit suspendendũ,si suspendit substantiam,qa eã p̃cedit,& sic suspendẽdum.

17 †Item est hic ar.à cõtrario sensu,ꝙ applõne pendẽte nõ põt excõicatus aggrauari.Non ob.ꝙ hic dr̃ de subtractione fructuum:quia istud non est aggrauare , sed originalis effectus excommunicationis est mera,execu

18 tio. ¶†Sed an iudex possit reseruare fructus excommunicati? & vr̃ ꝙ sic,sicut deportato,de quo habes gl. notabilem in l.si quis militi.§.j.ff.ex qui.cau.maio.In cõtrarium vr̃,quia qđ facti pertinet ad iudicem, nõ iuris dispositio,ut ff.ad Tur.l.j.§.calũniatoribus , nec debet esse iudex clementior lege,ut in auť.de iudicijs.§.oportet.so.si reditus ecclesiæ sunt tenues , & uix sufficiunt ad alimenta duorũ,s.sacerdotis,& clerici , possunt oẽs reseruari:quia ex quo excommunicatus uiuit, & titulus beneficij non est sibi ablatus;ergo uiuere uult. Itẽ licèt sit excommunicatus,deseruit in temporalibus,argumen.ff.commoda.l.in rebus.§.possunt,& ff.de ope. lib.l.suo nutu,nisi haberet de proprijs bonis,unde posset uiuere:quia tunc debet impendere officium suum gratis . & nota. quod excommunicatus præsumi-

19 tur in culpa.ff.loca.l.si merces.§ culpæ.¶†Quæro , an excommunicatus , cui meritò fructus subtrahuntur per iudicem,si iudex ei non subtraxit, possit fructus percipere? & uidetur quòd sic:quia sit excommunicatus,tamen est in possessione? Nam etiam deportatus possidet, donec fiscus auferat, & sibi acquirit fructus. lex est expressa.ff.delega. iij.l si deportati seruo . Præterea ista litera uult,quòd per iudicem ei fructus subtrahantur,hanc opi.tenet Ioan.qui dicit, quòd nisi in sententia exprimat, quòd fructus scilicet rerum temporalium ei non subtrahantur . Præterea , licet quis sit indignus,tamen facit fructus suos,donec hæreditas euincatur ab eo,ut C.de his, qui.ut indi.l.j.& ff.de pe. hæ.l.item ueniunt.§.pridie.Præter ea excõicat᷑ est capax rerum temporalium.& licet sit excommunicatus; tñ non uacant sua beneficia,nec possunt conferri tanq̃ uacantia,nisi prius auferatur ei p s̃niam; qđ ergo iuris est in titulo,idem in fructibus,ar.ff.d ;rei uin.l. ex diuerso.Sed ego dico,quòd cum sit indignus, licèt faciat fructus suos,tenetur eos restituere;casus est in d.l.j.C. de his quib.ut indig.& argum.ff.de excu.tu. l. Nesennius , & C.de sacro.san.eccle.l.qui sub prætextu, quæ

20 lex optimè facit.¶ † Modo procedo ulterius ad uer. & illi prouentus , & quæro,an pendente appellatione fructus subtracti restituantur excommunicato postea absoluto? quidam dicunt quòd sic : quia licèt medio tempore ecclesiæ communio denegetur; tamen nõ stetit p eum.unde non dẽt perdere stipendium , ut C. de legi.l.ab administratione. Alij dicunt contrarium: quia stipendium non debetur ei,cui interdicitur officium: quinimò nocet ei casus fortuitus,ut dicit lex no. C. de re mi.l.j.li.10.& quia cui subtrahitur antecedens,consequens denegatur, & quia gratiam perdit , qui efficit inimicus testatori,ut no.in l.in testo centurio.ff.de adimen.le. & l.3.in fi.gl.dicit,ꝙ iustè excõicato fruct᷒ nõ restituuntur:secus,si per iniuriam,& iniustè fuit excõmunicatus:quia per iniquam sententiam non dẽt res euinci.ff.de eui.l.si per imprudentiam.ff.de ac.& obl.l. seruus effectus, & hæc uera, ut no.l.di.c.cõtumaces,& 91.di.clericus,& in Spe.de fruc.& interesse.§.pe.in fi. & optimè facit.C.de hære. auť. idem de Nestorianis. nam excommunicatus medio tempore hr̃ pro mortuo ut in titulo,hic finitur lex.c.dño guerrã. & licèt sit resuscitatus à mortuis,non tamen recuperat emolumenta medij temporis.Deinde not.gl.quæ dicit,ꝙ q extra

21 ecclĩã est,nihil noĩe ecclesiæ põt possidere.¶† Quæro igitur , nunquid per platum excõicat᷒ ecclĩæ possit acquirere,& ex suis cõtractibus agere?r̃ñ.ꝙ sic: qa do

22 lus prælati non dẽt ecclesiæ nocere.¶†Quæro,utrum excõicatus in una ecclesia, sit excõicatus in alia & ubicunque lo-

a corum?r̃ñ.ª sic.idem,si est suspensus ab officio.uñ ei subtrahunť reditus ubicunque locorũ: secus,si è suspensus à bñficio tm̃,arg.ff.de postu.l.ex ea.ff.de iu.om.iu.l.extra territorium.¶ Et est rõ differentiæ : quia persona uno spiritu continetur:beneficia aũt realiter sunt distincta,ut ff. de usuca. l. eũ qui ædes,& l.rerum mixtura , & quia natura hominis non diuidit se,nec diuidi potest ; sed prædia sunt ipsa rerum natura diuisa .

a ¶ Adde , quòd excõmunicatus in uno loco , est excommunicatus per totũ mundum , gloss. in l. ex ea.ff.de postu.probatur in c.ad reprimendam,& ibi not.Panor.in ij.not. de offi. ordi. gloss. in cap. si quis presbyter . 7. quæstione.j. & uide etiam Panor. in capitu.ex parte, & ibi Modern. de testibus.

23 ¶ † Quæro,an depositus ab officio debeat habere alimenta?gl.tenet ꝙ sic.hoc uerum,si est depositus non ex cã famosa,sed propter infirmitatem , ar.in

24 c.1.an mutus,uel surdus,colla.x. ¶ †Deinde tolle remissiones,an suspenso subtrahantur prouentus ecclesiastici,uide quod no.Abb.j̃.de uita.& hone.cle. cap.à crapula . Gof.in summa infra de senten.excommu. §. sed quæritur de suspenso,& quod not. Archi.Io.Mo: & Ioan.And.infra de senten.& re iudic. c. cum æterni, lib.6.uide infra de cle.ex.mi.c.latores,& quod nota Ioann.And.in cle.cupientes,de pœ.in gloss.not.nouam, & in cap.si compromissarius , de elect. libr. 6.

25 ¶ † Deinde not.in fin.istius gloss. quod mitius agitur cum deposito,quàm cum excommunicato . & est ratio,quia excommunicatus potest se liberare parẽdo quod depositus facere non potest.& ideò excommunicatus semper est in mora,& rebellione cõtinua:sed depolit᷒ paret sententiæ,& ista depositio est q̃dam satisfactio

factio.ff.de iure patro. l. diuus Vespasianus.in fi.simile,quod no ꝭ.de ele.c.j.li.6.in gl.Item no.ꝙ nulli sunt deneganda alimenta,quamdiu uiuit in humanis.86.di. non satis,& c.pasce.ff.de ca.di.l.legatum.ff.de re iu.l.si
26 uictum.¶†Vltimò extra opponitur, ꝙ fructus non debeant subtrahi:quia pendente appellatione nil debet innouari.rñ.uerum est,ꝙ illa tm̃,quæ contingũt appellationem non sunt innouanda:sed effectus appellationis tendit ad hoc non innouando:aliàs secus,ut hic . & iò appellans interim,comedere, & uiuere debet:quia hoc non pót litis pẽdẽtiam impedire.ff.de inoffi.test.l.si in
27 stituta.§.de hoc,ubi de hoc.†Quærit Inno.quot sunt spẽs appellationis? & dicit ꝙ tres.s.frustratoria,quæ ꝓpriè non est appellatio, nisi in præiudiciũ appellantis, ut ff.de usu.l.tutor,in prin.& huic non est deferendũ. quædam à iure concessa; & huic semper est deferẽ.ni
24 *Tutor testamentarius. si remouetur facto iudicis, succedit datiuus: si facto legis, succedit legitimus, si facto naturæ, succedit sequens legitimus.*

25 *Mater, & quilibet tutor. si dicit, promitto pupillum defendere in persona, & rebus, & utilia facere, & inutilia prætermittere, saluo quod semper uti ualeam ueritate, an uerba ista sunt de substantia instrumenti tutelæ, & nume. 25. 26. & 28.*

Specialia uerba sunt clariora, & non requirunt expositionem, uer. quia uerba.

26 *Verba ista, utilia facere, & inutilia prætermittere, an significent confusè, debeatq; dici, omnia utilia facere, & omnia inutilia prætermittere, & nu. 28.*

Indefinita an æquipollent uniuersali. §. porrò, & num. 27. & 28. §. ista.

27 *Aduerbium, quando usq; quando dicimus, Quandocunque decesserit, distribuit pro omni tempore simplici.*

28 *Tutor eo ipso, quod est tutor, obligatus est sine aliqua promissione ad omnia utilia facienda.*

Mens non est alligata uerbo, & est supra omnem dialecticam artem, & quando. §. ista, uer. & acumina.

29 *Mater Berta si habuit tres maritos, & ex tertio suscepit filium, cuius tutelam petijt, an possit esse tutrix.*

Renunciari suo iuri quis nunquam præsumitur, & renunciatio specialis non requiritur, ubi pro eadem persona præcessit generalis, uer. pone ergo.

Tutricem testamentariam pater uidetur filio matrem relinquere, si relinquat eum in potestate matris, uer. ultimò.

X PARTE. M. Si is, q desijt esse tutor, nomine pupilli conuenitur inuitus poterit appellare. Et in prima parte appellantis quærelã. in secunda dat iudices, ibi, mandamus. ¶ Casus. Quædam mater conueniebatur nomine filiorũ, quorum fuerat tutrix, coràm iudicibus delegatis. ipsa dicebat se non teneri respõdere: quia desierat esse tutrix p transitum ad secunda uota. hoc non obstãte iudices cõpellebant eã; appellauit. Papa cõsiderans, quod appellatio est iniusta, mandat in irritũ reuocari, quicqd post appellationẽ fuit attentatũ, & q interuenientibus legitimis defensoribus pupilli, pcedatur p iudices in cã principali. h.d. ¶ † No. q mater potest esse
1 tutrix filij pupilli: sed an possit esse datiua, uĩ q non, cũ sit legitima, ergo non datiua: quia legitima anomala excludit datiuã simpliciter. Dic quod imò põt, si fortè detur in locũ tutoris testamẽtarij recusati. ff. de testa. tu. l. si quis sub conditione. alias tutor testamentarius nondum erat ætatis legitimæ. ff. de excusa. tut. l. non solum. §. si libertus. uel si pater instituto pupillo, & extraneo, q nondum hæreditatẽ adiuit, tutorem in testamento dedit. nam ad confirmationẽ tutelæ opus est Attiliano tutore, cuius auctoritate pupillus adeat hæreditatẽ, ut insti. de Attil. tuto. nam mater poterit dari tutrix Attiliana, cuius auctoritate pupillus adeat hæreditatem paternam, qua adita finitur sua tutela, Attiliana, & incipit tutela testamentaria. ¶ Et no. q iõ pono de cohærede extraneo: quia si pupillus solus esset hæres institutus, non haberet locũ tutor Attilianus: quia existentia sui hæredis confirmaret testm̃, ut insti. de hære. ab inte. §. sui. licèt glo. dicat, q sit necessarius tutor Attilianus, & ut omnis cesset dubitatio, q idẽ, qui est testamẽtarius, sit datus Attilianus: quia aut erit tutor p existentiã sui
2 hæredis: aut datiuus. ¶ † Sed immediatè opponitur, q mulier nõ possit esse tutrix, ẽt si maritus ei administrationem concessit, ut. ff. de neg. ge. l. q aliena. §. quamq̃, &. ff. de so. l. filiæ so. illud de iure ueteri: sed de mero iure codicis plura reqruntur ad hoc, ut possit esse tutrix ut. C. qñ mul. tut. offi. fun. po. l. ii. sed de iure nouissimo solum tria reqruntur, s. ut pupillus non habeat testamẽtariũ, & mater sit legitime ætatis; & facit duas renuntiationes uerbo tm̃: quia renuntiet secundis nuptiis, & beneficio Velleiani, ut in aut. hoc sacramentum. Secundò no. q mater transiens ad secunda uota, pdit tutelã ipso iure, nec distinguitur, utrũ esset testamentaria, uel anomala, ut hic, licet Io. dixerit testamentariã tutelam durare, ut C. ad Tert. l. oẽm. quæ opi. est falsa, nisi testator hoc mulieri concessisset expresse, q tutela soluta posset accedere ad secunda uota; tex. est no. in aut. de nup. §. disponat. † Sed an mater possit transire ad secun
3 da uota, uel ante petere alium tutorem dari, quia uelit transire ad secunda uota, rñdeo casus est, q sic, in aut. de nup. §. si aũt tutelam. Sufficit. n. q dicat se transiturã ad secunda uota, ut alius detur, ut singulariter no. insti. de cur. §. interdũ. ¶ † Sed nunquid petitus a matre, præ
4 ferẽ tutori legitimo, supposito q petitus sit idoneus? quidã dixerunt, quòd nõ. quia legitimus præfertur datiuo. Alij dicunt quòd sic: quia subrogatur loco matris, quæ excludit legitimum; hoc tenet Bar. nã mater ex necessitate officii sui, & ne perdat hæreditatem, si filius impubes moreretur, põt & debet hunc tutorem petere, & eum dari oportet. nec tex. dicti. §. si aũt tutelam, distinguit, utrum supersint legitimi, necne. ergo nec nos distinguemus s̃m Bar. Alij aũt qui tenent cõtrariũ, allegant pro se, quòd ius matris est speciale in matre, & auia; & iõ talem prærogatiuam nullus alius habet: qa psonale est priuilegiũ, ar. ff. de leg. ii. l. cũ patronus. non ob. §. si aũt tutelã: quia intelligitur, qñ non extabat tutor legitimus, qui habet excusare matrem nõ petentem tutorẽ, ut. ff. ad Tert. l. ii. §. si mr̃, & ibi no. ad cõtex. tñ ista quæstio tractatur in d. aut. matri, & auiæ, per Cy. & Iaco. Bu. & per Bart. in d. l. si qs sub conditione. ¶ Teneas, quòd petitus à matre anteferτur legitimis, si mater erat tutrix testamentaria: quia testator tacite exclusit eos, arg. C. de procu. l. maritus. Sed si non erat testamentaria, putarem legitimos anteferri, si essent idonei: qa mr̃, quæ obstabat legitimis, de medio est sublata; & sic legitimi nõ habent obicem, sed si legitimi nollent suscipere tutelam, tunc ualeret datio eorũ, q petiti sunt à matre. sed pone, quòd mr̃ petiit Titium dari loco sui, iudex aũt ex suo capite dedit Seium? rñ. non ualet datio, ut. C. si contra ma. uo. tu. da. sit l. i. quæ est

ad hoc

ad hoc ualde nota. ¶Modò quæro, pater in codicillis dedit tutorem impuberi:iste deberet confirmari, si mater non esset in medio. sed quid si mater est in medio,& uult esse tutrix, an iste datus in minus solemni uoluntate debeat confirmari necne? dicunt quidam quòd excludit matrem: quia est quasi testamentarius tutor, & de necessitate confirmandus. alij dicunt contra: quia cum confirmatio det ipsi tutelæ essentiam, & confirmatio est datiua; ergo tutela est datiua: puto matrem præferendam, & idem in auia per l. statim allegatam: secus in aliis legitimis: quia iste confirmatus habet mixtum esse ex duabus qualitatibus.s. ex testamento, & decreto: quia qualitas testamenti est dignior ideò trahit ad se minus dignum; de hoc not. in l. 1. C. de te.tu.& in l.2.de confir.tu.& hoc tenuit Mar. Sy. in publica disputatio. ¶† Modò quæro, utrum mulieri, quæ transiuit ad secunda uota, remaneant reliquiæ aliquæ suæ tutelæ? respon. sic, si petiit alium dari loco ipsius. Nam in illis reliquiis fundatur prærogatiua petiti à matre: sed si mater neminem petiit dari, nullæ remanent reliquiæ: quia quotiescunque ipso iure tutela finitur, nihil remanet.ff.de capi.dimi.l. tutelas. Sed quādo per sententiam iudicis, remanent reliquiæ, ut d. l. si quis sub conditione. nam factum iudicis non potest tollere testamentum, nisi ope except. argum. de condi.indeb.l.Iulianus.l. si non sortem.§. hære. & quod ibi no. eod. titul. Et potius ponit administrationem, quam radicem tutelæ, ut subtiliter not.ff. de aucto. tuto.l.& si pluribus. ¶ † Ex his procedo ad aliam quæstionem, mater tutrix transiuit ad secunda uota, non petito tutore. Item nec auia petiit: decedit impubes: mater excluditur; quid de auia? dicit Barto. q idem, quia est negligens nec tutelam suscipiendo, nec etiam tutorem petendo; quidam dicunt, q ratione non petiti tutoris nunquam excluditur à successione, nisi ille, cui incumbat onus petendi. Nam per exclusionem unius non peruenitur ad exclusionem alterius, immo ad inclusionem. hoc nota.C. qui da. tut. po.l.nepotibus. Item in auia non est tanta negligentia; quia non ita sperat successionem, sicut mater existens in medio. ¶† Sed hic occurrit dubium, nunquid ista mr faciat substitutionem obligari? Nam ab obliqua successione mater non repellitur: quia per eam succedit marito, non filio. So. si erat tutrix testamentaria, repellitur directa, & obliqua, ut.l.sciant.C.de legi.hære. Si autem non erat testamentaria, non repellitur a fideicommisso mariti, ut l. credeñ. C. qui pe. tu. & ideò substitutio pupillaris obliqua ut.C.de impub. & aliis substi.l.precib.sed in contrarium facit, quia est indigna hoc fauore, arg.ff.ad S.l.l.propter uenenum.§. nepos, & ff. de le.j. l. si seruus plurium.§.si quis autem. ¶† Sed quid si mater, quæ non petiit tutorem, fiat monialis? uidetur, q omnis culpa purgetur, & sic monasterium succedat, ut in aut.de mona.in prin. Nam tempus quo hæreditas defertur, uidetur inspici, & eo tempore mater non est sub lege ciuili. respōdeo, inhabilitas perdurat. unde monasterium debet uti eisdem pœnis, quibus monialis; tanquam uirorum successor, & culpę. ff.de regu.iur.l. in his §. non debet; & sic noxa caput sequitur, ut in c.1.supra de obl. ad ratio.sed si ante lapsum anni, qui datur matri ad peteñ.tutorem, ut inst. ad Tertul.§.si.uel ante notabilem moram, infra annum mater intrasset monasterium: quia tunc erat integritas tutis; succederet monasteriū impuberi ex eius persona: quia monasterium non tenet petere tutorem, ut C. de epi.& cle.l.Deo nobis.unde in monialibus nō hēt locū pœna iuris ciuilis, si non erat contracta ante monachatum.& idem dico, si mater est de tertio ordine S.Francisci; quia dictus ordo censetur ecclesiasticus, tene méti. ¶† Item no.tertiò, q filius, quamdiu est sub tutela matris. est in eius potestate; non intelligas patria: quia nō posset habere tutorem, sed administratoria & loquebatur illa nobilis mulier iuxta uulgare, immo iuxta Apostolum. Deinde uides hic q ille, qui desijt esse tutor nō cogitur litem prosequi. ¶† Vlterius not.& semper allegatur, q licèt iudex nihil loquatur uerbo, si compellit de facto, potest appellari.& sic non semper est expectañ. uerbum iudicis: quia non minus est facere, quàm dicere, ut.ff.de leg. de quibus.§.fi. ¶† Item not.quod iudex qui non pronuntiat expressè procedeñ.in causa contra uim exceptionis, pronuntiat tacitè; & ad hoc semper allegatur. Et si hoc est uerum; multæ glo. iuris ciuilis sunt falsæ, ut.ff. qui satis.co. l.arbitro.C.de di.l.à procedente, uel dic q illæ gloss. sunt ueræ, si sit petitum[a] pronuntiari super exceptionibus: secus, si non est petitum, ut hic; & hoc teneas, & est nota. dignum. ¶† Vltimò no. q coniuncta persona non cogitur defendere cōiunctam, & potest se excusare dicēs, non habeo mandatum, uel mandatum meum non durat. Sed pone, matri, quæ defendit ut tutrix, obiicitur, † quòd non potest esse tutrix, quia minor. C. de leg. tu.l.fi.ipsa replicat dicens, aut sum tutrix; & admittor ut tutrix: aut non sum tutrix; & admittor saltem ut mater. C.de procura.l.exigendi. Respon.mater, inquantum mater, non admittitur pro filio minore, ut nota.ff.de procurato.l.fœminis, & quia debemus inspicere, quali ratione quis compareat, ut eleganter no.ff. qui satisda. cogan.l filius. ¶† Quæro, quæ dicantur reliquiæ? respondeo, quando ex præcedenti materia remanet aliqua dispositio in subiacenti substantia, sicut quando ex ægritudine remanent reliquiæ, ipsius morbi, ut quoddam impedimentum ad operandum & naturaliter, ut ff. locati. lege maritus. & reliquiæ patris dicuntur filij, & reliquiæ Sanctorum dicuntur ossa, sicut reliquiæ tutelæ testamentariæ dicuntur quædam obstantia ad tutelam legitimam. simile est, si filius abstineat se ab hæreditate paterna, remanent reliquiæ sui patris, quæ ab ossibus suis non separatur: quia nomine remanet hæres, ut. ff. de fideicommiss. libe. eum qui. §. fina. ¶ † Extra quæro, mater excusatur propter minorem ætatem, dum esset minor, ut. C. si aduer. delictum.l. ij. sed nunquid propter hoc excusetur post perfectam ætatem? & uidetur quòd sic: quia beneficium legis debet esse perpetuum, ut not. in l. j. C. in qui. cau. in integrum restitutio. non est necessaria. In contrarium uidetur, quia illa regula non habet locum in beneficio ætatis, ut. ff. de legat. ij. l. Titia. §. usuras: quia ætas minor deficit, & maior, quæ est ei contraria, superuenit ita, quòd cessat priuilegium, & superuenit eius contrarium So. si res non est integra, quia datus sit alius tutor, interim mater se excusat. sed si res est integra, quia pupillus non habet tutorem, mater tenetur petere, & incipit sibi annus petendi in primò momento maioris ætatis: quia lex dicit, quòd debet

a *Confirmo hoc ex regula, quā ponit Pau. de Cast. in l. uniuersa, per illum text. coniuncta gloss. ibi in uerbo, si petatur. C. de precib. impe. of. & ibi. excellens. d. iac. multa notabilia in simili allegat ad hoc.*

petere, cum primum potest. sed tunc primum potest, ut.ff.ad Tertul.l.ij.§.si mater.Item ætas non habet perpetuam excusationis causam; & ideò quod ad tempus indulgetur, post tempus non indulgetur, arg. ff. de pact.l. epistola.§.fina.¶ † Modò quæro, utrum mater habeat annum ad petēdum tutorem? uidetur quod sic, ut.C.de legi.hære.l.sciant, dicit Bart. quod omnes alij legitimi successores habent annum præter matrem & auiam, quæ debent petere.infrà annum, cum primū possunt, ut d.§.si mater.annus enim est statutus, ut ultra non progrediatur, ar.supra.eo.c.oblatæ.Sol. aut loqueris de iure ueteri; & tenebatur petere, cum primū poterat, & non dico solùm petere, sed etiam deliberare de idoneo peteñ. quia in præcipiti festinatione nullum esset consilium: unde tps istud erat arbitrarium, cū non esset diffinitum à lege. Aut loqueris de iure nouo, & lex figit pedem in anno, ut insti.ad.Orfi.§.fin.tamen iste annus, seu dilatio legalis posset per iudicem ex causa moderari ad petitionem creditorum, argu.ff. de hæ-
18 redi.instit.l.si quis instituatur.¶ † Sed nunquid iste annus erit utilis per totum? & uidetur quod sic; ar.ff.de calum.l.annis, sicut tempus petendæ bonorum possessionis; & sic tempus prosequendę appellationis, ut no. Archid.ij.q.vj.& tamen computantur dies feriati in honorem Dei; quia in tutelis non sunt feriæ, ut.C.de fe.l. actus, & ff.de fer.lib.ij.Præterea illa uerba, cum primū potest, significant uidelicet tempus utile, ut.ff.de uerborum significatio.l. Nepos Proculo. ad hoc facit. C.qui pe.tu.l.cum matribus, & C.de ap.l.præses. & sic nō sufficit probare, quòd mater non petij intra annum continuum, ut priuetur successione. quia est annus dierum utilium; & iste passus à nemine est animaduersus.
19 ¶ † Vlterius quæritur, pone, quòd creditores fecerunt citare pupillum, & matrem: matre non comparente, fecerunt tutorem dari: postea superuenit mater, & suscepit tutelam, & uult defendere filium tanquam tutrix; quæritur, an possit? respondeo, aut mater fuit monita, quod assumeret tutelam, uel tutorē peteret, & fuit negligens; & tunc à iure tutelæ se fecit extraneam, ar. ff. de fideicom libe.l.si alieno.§.à duobus. aut non fuit negligens, nec monita; & tunc ad eam pertinet tutela, quę præcedit datiuum, qui uidetur datus tacita ueritate, & per errorem facti, ut.ff.de tu.& cura.da.ab.l.tutor si petitus. Nam bonus uir non dedisset, si tenuisset: quia ꝓpriè proprium est iudicium nolle præiudicare tertiæ personæ ius habenti; & si uellent contrarium, non pos-
20 sunt illo non citato.¶ † Quæro, si mater transiuit ad secundas nuptias de facto, utrum perdat tutelam? & uidetur, ꝙ non dicitur matrimonium, nisi teneat de iure, ut.l.hæc cōditio, in prin.¶ In contrarium uidetur, quia de facto pœna cōmittitur, ut.C.de adul.l.eū, qui duos, & quia luxuria non debet habere plus castitate, ut in aut de resti.& ea quæ pa.§.si.quod uerum est, si interuenit carnalis copula: secus, si non interuenit, ut quia maritus erat pupillus, uel ita senex, quòd non poterat carnaliter commisceri. ¶ Et adde, quod quædam facta de facto nocent, & è contrà quandoque quædam facta de facto prosunt, ut quando fiunt pro forma sine obseruantia contractus, ut.ff.de uerb.obli.l. quidam cum fi-
21 lium.¶ † Quæro, filius moritur in ætate adulta, an mater puniatur in hoc, quod perdat successionem? respōdeo, non, ut.C.ad Tertu.l. matres.pœnas autem, quas patitur propter transitum ad secunda uota, non distincto in qua ætate decedat filius, no. C. de secundis nup.
22 l.fœminæ.§.fi.¶ † Quæro, an mater, quæ per ignorantiam peccauit, quia credebat ius suum durare post transitum ad secunda uota, possit, si erat minor, petere restitutionem in integrum? & uidetur quòd sic, ut.ff.de mino.l.si ex causa.§.nunc uidendum.dic contra, quia peccauit in iure quasi naturali.C.de in ius uocan.l. uenia, & quia non potest in pristinum statum reuerti, ar.ff.de minoribus.l.si ex causa. §. Papinianus, sicut aduersus capitis diminutionem minimam nō restituitur minor. uerbi gratia, contra adoptionem, uel emancipationem, uel ingressum religionis.dicet aliquis, quòd imò ipso iure minor seruatur illæsa, ut dicta.l.ij.C.si aduer. deli. so. ibi cessatio, hic factum.simile. ff. ad Silla.l.j.§. im-
23 pubes, & quod ibi per Dy.¶ † Deinde, ut plenius intelligas de tutore cōfirmato, utrum sit testamentarius, an datiuus, an mixtus, dicit Iac.But.quod omne, quod confirmatur ex necessitate, denominatur[a] à confirmato.ff.de pac. l.legitima.ff. de uerborum significatio. l. obuenire hæreditatem. aut non confirmatur de necessitate; & denominatur à confirmāte, ut.ff.ad Treb.l.quis priore.ecce simile, si confirmatur postulatio, confirmatus non dicitur electus, sed creatus: quia postulato non acquiritur ius ex ipsa postulatione, nisi quoddam ius supplicandi: sed si electus confirmatur, non dicitur electus tunc creari: quia ex electione erat quæsitum ius, ita, quòd confirmatio fiebat de necessitate.Præterea aut confirmans procedit inueniendo materiam, & forma denominatur ab ipso: aut formam, non materiam; & denominatur à materia. Aut nec materiam, nec formam, sed quandam executionem; & tunc denominatur à confirmato. ratio istorum uerborum colligitur ex eo, quod subtiliter not. ff. de iusti. & iure.l. ius ciuile. Aut ergo confirmans dat esse, & executionem esse, denominatur à confirmante: aut præcedit esse, sed confirmans dat executionem esse; & denominatur à confirmato, aut præcedit esse in materia, sed non in forma: & tunc forma trahitur ad potentiam materiæ: quia accedit eius quidditati, ar. ff. de lega. iij. l. quæsitum. §. illud. & hæc collige extra gloss. dictæ. l. ius ciuile. Item est exemplum, quando imperator per priuilegium concessit spurio, quod possit succedere patri, quæ concessio appellatur confirmatio status filiorum. Ista siquidem successio non dicitur naturalis, sed artificialis, siue ciuilis.sed si imperator concederet hoc filio naturali, tunc ista successio diceretur naturalis; quia naturæ accedit gratia principis, & sic inspicimus naturam, arg. ff. de libe. & posthu. l. filio, quem pater; & sic fundamentum trahit ad se argumentum. ¶ Et reuertendo ad propositum de tutore confirmato, dico, quòd aut confirmans inuenit confirmabile: quia confirmatus erat de iure naturali confirmabilis, ut datus in testamento non solenni, & tunc censetur testamentarius: quia de iure gen. testamentum erat aliquod: aut confirmatum non inuenit confirmabile, ut quia nulliter datus etiam iure gen. inspecto (uerbi gratia erat datus filio impuberi adoptato non iure, tamen princeps ex certa scientia confirmauit) tunc iste nunquàm diceretur testamentarius: quia nullam quidditatem trahit à testamento,
24 ut.C.de fideicom.l.eam, quam.¶ † Deinde ad suppletionem eorum, quæ dixi de reliquiis, scias, ꝙ Bar.non curat de reliquiis, quæ in solo noie consistunt, non in effectu.sed dicit, ꝙ aut tutor testamentarius remouetur facto

[a] ¶ *vide allegata plenè per doctores.mo.in l. & quia & ff. de iuris. om.iud. & per Pau. de Castro, cōs. 159.d. Alex. cōs. 124. uol. 4.*

facto iudicis; & tunc succedit datiuus, & nō legitimus: quia idcirco iudex remouit, ut alium daret. aut facto legis, ut quia mater, quæ erat tutrix testamentaria, transiuit ad secunda uota; & tunc succedit legitimus: quia sicut per legem tutela cassatur; ita per legem subrogatur. aut facto naturæ, ut p mortem; & succedit sequēs legitimus quodā descēdēte naturæ. quēadmodū & hæreditas uadit, ut. ff. de leg. tut. l. legitimos. Sed interdum deficit testamentaria tutela per priuationem ante nuptias, puta mater uolens transire ad secunda uota ante q̃ transeat, petit tutorem loco sui substitui. Nam cum idcircò discedat à tutela, ut alius detur, & hoc fiat facto iudicis, permittente lege & cooperante, præfertur iste suffectus matri legitimo tutori, transeunte eadem qualitate tutelæ maternæ in ipsum secundum Bar. Et hæc sunt subtilia & notatu digna. Adhuc restat in intellectu meo quædam quæstio utilis & necessaria. ecce mater, & quilibet tutor tenetur promittere, defensionem pupilli suscipere sine ulla concertatione, ut. C. de admi. tu. l. fi. §. defensionem. Et tñ ista uerba formalia communiter non inueniuntur in instrumentis tutelæ, ergo
25 ista instrā carent uirib. † Bar. dicebat, q̄ ista uerba sunt de substantia: qa uerba specialia clariora sunt simplicibus & ignaris hominibus, q̃ gñalia, ut in x. colla. de no. fo. fideli. c. 1. & melius aduertitur quicquid districtè & specialiter dicitur, ut. ff. de iniur. l. Item apud Labeonem. §. hoc dictum. uerba. n. specialia non requirunt interpretationem, seu expositionem; sed uerba generalia sic. ff. de pact. l. emptor. §. Lucius. ff. de transa. l. cum Aquilia. ¶ Sed contra istam suam opi. fac t q̄ formulæ uerborum sunt sublatæ, dūmodo retineamus effectū, ut. C. de testam. l. quoniam indignum, & C. de formu. l. 1. & insti. de leg. in prin. ergo sufficit dicere, q̄ tantundem importat. uerbi gratia, dicit tutor, promitto pupillum defendere bona fide in persona, & rebus, & utilia facere, & inutilia prætermittere, saluo quod semper uti ualeam ueritate, q̄ significat, & salua conscientia; & consuetudo, quæ est optima legum interpres, &
26 hoc seruat. ¶ † Sed dialecticus diceret, q̄ ista uerba, utilia facere, & inutilia prætermittere significant confuse. sed debet dicere, omnia utilia facere, & omnia inutilia prætermittere. nam, ubi non apponitur signum uniuersale, illa indefinita, utilia facere, uerificaretur in duobus utilibus, & hæc promissio duo utilia facere, nō esset sufficiens: sed signum uniuersale, omnia, durare uidetur. ac si distributiuè & nominatim de omnibus loqueretur, ut. C. de præscri. tri. ann. l. omnes. ¶ Porrò indefinita æquipollet uniuersali non ex necessaria significatione, sed magis ex interpretatione prudentiū etiā si pfertur à lege: quia lex fundatur in ratione usi, & æquipollet uniuersali. l. 1. ff. de reg. iur. Si autem pfertur ab homine, aut profertur dispositiuè, & idem, de uer. obli. l. quicquid astringendæ. C. quæ res pi. ob. poss. l. fina. Si autem profertur enunciatiuè, tunc in emergenti materia contingenter ponitur, ut cum dico, homo currit, siue omnis homo currit, siue unus homo tantum. Sed in materia naturali & necessaria indefinita æquipollet uniuersali, ut cum dico, homo est animal, id est omnis homo est animal; quia diffinitio à nullo diffinito separari potest. indefinita tenet medium inter singularem, & uniuersalem; & tunc adaptatur uniuersali, nunc singulari, seu particulari, prout melius & rationabilius de iure & de facto adaptari potest, ut patet in illa indefinita, si decesserit sine liberis, & non dicit in qua ætate. nam confusa & non distributiua, est locutio, & omni tempore uniformis censetur, ut nota. C. de impub. & alijs substi
27 tutionib. l. precibus. ¶ † Sed si diceret, Quandocunque decesserit, istud aduerbium uniuersale, Quandocunque, distribueretur pro omni substitutione secundum Ia. de Arc. qui est hic dialecticus. sed communiter dicimus, quòd distribuit pro omni tempore simplici, non pro omni qualitate temporum, nec pro speciebus substitutionum: quia tunc deberet dicere, Qualitercunque decesserit, non quandocunque, ut
28 plene nota. & dicimus in l. precibus, in lectura. ¶ † Reuertendo ad propositum dico, quòd est standum practicæ, & consuetudini, præsertim in hac materia. Nam tutor est obligatus eo ipso, quod est tutor sine aliqua promissione ad omnia utilia facienda. C. administratio tutor. l. pro officio. unde si non exprimit in promittendo uerbum, omnia: tamen hoc intelligitur ex necessitate ipsius officij. ¶ Ista igitur indefinita hic profertur in materia necessaria, & sic æquipollet uniuersali, & sufficit, quod æquipollenter hz, ut. ff. ad Trebe. l. mulier, in princ. & ff. de uerborum obligatio. l. cum seruus, & acumina uerborum pertinacibus relinquuntur, spiritus autem sapientibus, ut nota. in l. 2. C. de constitu. pecu. l. certum. ff. si certum petat. in uersicu. tantundem præstent. & C. de lib. præt. l. iij. non enim est mens alligata uerbo; sed uerba menti, si tamen constat de mente, ut. ff. de suppel. lega. l. Labeo. §. nec mirum. ff. de usufru. leg. l. si alij. ff. ad Trebel. l. hæredes mei. §. cum ita. Nam interpretatio indefinitæ subtrahitur ex mente loquentis, & ueritate. Nam supra omnem dialecticam artem est mens contrahentis, uel testatoris. Debet etiam tutrix expresse renuntiare secundis nuptiis; & tamen tacite hoc intelligitur. Item expresse obligare omnia bona sua; & tamen tacite intelligitur. quare ergo requiritur expressio? respondeo, quia quando lex supplet, istud fit officio legis, non solicitudine & officio tutoris. & ideò quia tutor non seruat id, quod statutum est sibi pro forma in ingressu officij, nondum administrare potest. unde non est dubitandum, quòd illa clausula, Quòd renuntiet secundis nuptiis sit de forma, & q̄ alias non posset decerni administratio matri: quia sic se habet statutum legis, quod renuntiare aggrauat culpam secundò nubentis quasi quædam comminatio, &
29 auxiliatio futuræ pœnæ. ¶ † Sed pone, Berta habuit tres maritos. & ex tertio suscepit filium, cuius tutelam petit: oppo. quod non potest esse tutrix, quia nedum transiuit ad secunda uota: sed ad tertia. respon. illa tertia uota prima uota sunt quo ad pupillū; & ideo potest esse tutrix; & idem in auia. requiritur etiam, quòd mulier renuntiet Velleiano senatusconsulto, & q̄ si certiorata de beneficio: aliàs non ualeret renuntiatio. nec præsumitur certiorata, nisi apparet per instrumentum, ut no. ff. de uerbo. oblig. l. sciendi. ¶ Et generale est, quod nunquam quis præsumitur renuntiare iuri suo, ut supra de renun. c. super hoc. Pone ergo, quòd mater post illam renuntiationem intercessit pro filio apud creditores filij, uel emit filio castrum, & fidem suam astrinxit ad pretium, & in illo contractu non renuntiauit Velleiano? respondeo, non est necessaria alia renuntiatio, specialis: quia sufficit renuntiatio, quam prius fecit apud acta, ut nota. gloss. in dict. authenti. matri, & auiæ. & hoc fortè nunquam audiuisti; & ideò adhuc cogita. Vltimò collige ex nostro. c. quod si pater dicit, relinquo filium meum in potestate matris

sur, quòd per hoc eam relinquit tutricem testamentariam, licet de iure digestorum esset secus, ut in d. §. quanquam.

SVMMARIVM.

1 *Relatio non ualet, cuius exemplum non fuit litigatoribus editum, in prin.*

Articulus, super quo debet fundari consilium, si est editus & pars non contradicit, uidetur confiteri, quod articulus sit uerus & bene formatus.

Relationes an possint, uel debeant de iure fieri, uer. utrum.

2 *Iudex si non expectato consilio, seu relatione consilij tulit sententiam, an ualeat sententia.*

3 *In consulendo qualis esse debeat iurisconsultus.*

4 *Relationi an credatur.*

Relatio quo modo & quando facienda, & habet uim conclusionis in causa uer. & ista.

Consilium non ualet consultoris, nisi seruet formam commissionis. uer. idem dico.

Mandatum debet omnis sequi, qui ab alio habet auctoritatem, & non à seipso, uer. omnis enim.

5 *Iudices si habeant in mandatis, quod diffiniant causam intra annu, alioquin remittant, an possint intra annum remittere.*

INTIMASTI. Non ualet relatio, cuius exemplum non fuit litigatoribus editum. secunda pars ibi, cum iusta. ¶ Casus. Hospitalarij habebant causam cum quibusdam: iudices quosdam retulerunt articulos dño Papæ, & non fecerunt copiam hospitalarijs, unde hospitalarij appellauerunt: Papa dicit, q̃ relatio non tenuit. Et idem dicas, quando causa committitur consilio sapientis. nam articulus, super quo debet fundari consilium, debet edi partibus: aliàs non tenet consultatio. ¶ † No. tñ. q̃ si est editus, & pars non cõtradicit, uidetur confiteri, q̃ articulus sit uerus, & bene formatus, ut. C. de rela. l. j. Et ideo non posset appellare à formatione puncti, quia vř confessus, prout in articulo continetur; iste tex. singularis in l. fi. ff. quãdo ap. sit. Vtrum, autẽ relationes possint, uel debeant de iure fieri, dic q̃ non ad exonerationem. ¶ Sed si requirant principis consultationem, uel interpretationem, bene pñt fieri, ut. C. de le. l. fi. ff. de re iu. l. Neratius. ff. de iu. l. eum quem temerè. §. j. & dic ut ibi no. & per Bar. & per Cy. in d. l. j. C. de rela. ¶ † Et no. q̃ si commisso cõsilio iudex non expectato consilio, seu relatione consilij tulit sententiam, an ualeat sententia? rñdeo, si de uoluntate partium fuit assignatus terminus consultori, si quidem iudex non expectauit terminum, non ualet sñia. Si expectauit, & consultor non reddidit consilium, ualet sñia, etiam si consultor sciuisset infrà. c. significante. nam dilatio non pendet, licèt noua esset danda. nihil enim põt innouari pendente dilatione data: secus si non esset data, sed danda. infra. eo. c. interposita. Si aũt iudex non p interpositam sibi necessitatem a statuto municipali, vel à litigatore, sed ex proprio motu committeret causam consultandam, tunc non tenetur expectare rñsum consultoris. ff. de ap. l. ad imperatorem, per Bar. ¶ † Et no. q̃ iurisconsultus dẽt esse cautus, fidelis, & iustus, ut not. arg. x. q. iij. non licet, & ex malo consilio obligatur, Archi. ¶ † Quærit Inn. utrum credatur relationi? dic q̃ sic, si partes consenserunt tacitè, uel expresè. aliàs nõ creditur soli referendario, sed actis causæ, ut. C. de app. l. iudicibus, etiam si sint plures iudices delegati, non creditur relationi eorum, nisi coram ipso superiore solemniter testificentur. nam coram semetipsis testificari non pñt, ut no. Arch. ij. q. vj. c. statuendum. & ista relatio dẽt fieri post omnem discussionem cãæ: quia habet uim cõclusionis in cã, ut. C. de dila. l. cum à nobis, nisi referentes aliud habeant in forma mandati, puta q̃ remittant intra certũ tps cãm instructã, uel nõ instructã, ẽm Inn. q dicit, q̃ non ualet relatio, nisi fiat ẽm formã cõmissionis. idẽ dico in consilio consultoris, qa nõ ualet nisi seruet formam commissionis. ff. de acqui. hęr. l. eũ qui duobus. §. filius. omnis enim, qui ab alio habet authoritatem, & non à seipso, debet sequi mandatum. ff. de acq. hære. l. si quis mihi bona. §. coram. ff. de exerci. l. j. §. si plures, de uerb. obl. l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de admi. tu. l. Titiũ & Mæuiũ, in prin. Quid ergo, si iudices habeant in mãdatis, q̃ diffiniãt cãm intra annũ: alioquin remittãt: nunquid pñt. infrà annũ remittere? rñ. non, argu. de usur. l. in fideicommissi. §. cum Polydius. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Ab innouatis à iudice in negocio principali ante litis contestationem diemq́; assignatum præueniendo, appellatur tacitè, in prin.*

Carnes debent uendi in locis determinatis à consuetudine, & non alibi.

Ius negatiuum, quòd non possit quid alique in loco fieri, præscribi potest, uer. item quòd hoc.

Stationes uendendi interest habere, ibid.

2 *Lite non contesta. officium iudicis delegati locum habet.*

Litis contestatio quando requiratur in officio iudicis. §. contra.

3 *Pendente dilatione data de consensu partium, iudicis officium conquiescit, ut nihil interim facere possit sine consensu partium & nu. 4.*

4 *Reum crimen confitentem, & renunciantem dilationi ad se defendendum datæ, qui tamen se non potest defendere, an pendente dilatione iudex condemnare possit, & ad furcas mittere.*

Innocentiæ uitæ renuntiari non potest, cum sit iuris naturalis eod. §.

Exceptioni dilatoriæ, non peremptoriæ, potest in criminali renunciari. §. nec obstat uer. item a iud.

5 *Renuntiari an possit statuto danti dilat. enim.*

Verbis statutorum, & edicti debemus inhærere, uer. & hac pars, & § omnis.

Iudex, & Assessor } *edictis, statutorumq́; uerbis seruire debent in dubio, ibid.*

6 *Pendente dilatione si interim aliquid fit, appellare oportet, quasi non sit nullum ipso iure.*

7 *Procurator, qui excedit fines mandati, non præiudicat domino.*

8 *Episcopus an possit facere, quòd carnifices uendant carnes in stallis episcopi, contradicentibus decano, & capitulo.*

Innouare non dicitur, qui utitur possessione sua uer. secundo & nu. 11.

9 *Negatoria, quis. an Officio iudicis* } *fundetur in iuribus uindicantibus.*

10 *Possessio quasi negatiua qualiter acquiratur.*

11 *Lite pendente an uerũ sit, quod nemini dẽt interdici possessio.*

12 *Iudicis officium an ualeat implorari etiam ante lite contest.*

13 *Procurator an & quando non possit excedere fines mãdati. §. fin. l. j. ff. quando app. sit, intellectus.*

14 *Plura quando proponuntur coniunctim, super quolibet recipiuntur probationes: tamen si alterum per se sufficit, satis est illud probari.*

Coniunctim

Contrapositum propositum quando sufficiat probare diuisim, uer. dic ergo.
Accidentia sine suo subiecto probari nequeunt: secus contrà, & quid prosit, uer. uerbi gratia, & §. alij.
Fama, est accidens & concomitantia, eaque sola probata, nisi probetur factum, non sufficit. §. Alij, uer. hunc tolli.
25 *Dilatio alia quando expectatur post dilationem, non intelligitur deserta appellatio ex cursu primæ dilationis.*
Tempus appellandi prorogari non potest, sed prosequendi uer. loquitur.

SIGNIFICANTE. Ubi ante litem conte. circa id, quod principaliter agitur, delegatus aliquid innouat, uel diem præuenit assignatum, licite appellatur. h. d. Diuiditur in duas partes. In prima thema. 2 secũda prouisio. secũda ibi, ideoq;. Casus. Inter epm Aurelian. & decanum & capl'm Maguntinum erat qõ, quia decanus dicebat carnifices carnes uendere non posse, seu nõ debere nisi in stallis suis. Eps contradicebat dicendo, ꝙ imò poterant uendere in stallis epi. super hac cã dati sunt iudices, coram quibus de consensu partiũ erat assignata certa dies ad litigandum super dicto negotio. Eps iam citatus faciebat uendi carnes in stallis suis: decanus & capitulũ implorabant offm iudicis petendo reuocari, quod eps fecerat. Eps dicebat, ꝙ non erat lis contestata adhuc, & ideò non procedebat petitio super reuocatione attentatorum. Item dicebat, ꝙ pendebat dilatio data de partium consensu: has exceptiones iudices delegati non admittebant: fuit appellatum: Papa dicit, ꝙ si de prædictis exceptionibus, uel altera earum constat, reuocetur in irritum, quicquid post dictam appellationem contigerit attentatum, non obstante quod a rescripto, quod procurator epi impetrauerat, circumuentus fuerit.
1 ¶ † Not. ꝙ carnes debent uendi in locis determinatis à consuetudine, & non alibi. Item ꝙ hoc ius negatiuũ, ꝙ non possit alibi uẽdi, põt præscribi. & interest ualde talia loca hre, quia tales stationes, siue stalli sunt insignis ualoris. eodem modo põt præscribi ius negatiuum, ꝙ ciues non põt ire ad molendinum, nisi in molendino meo, uel ꝙ solus ego habeam molendinum, & non possit aliud constitui in meum præiudicium, cum aliàs bene possit quilibet in suo molendinum construere, saluo iure publico, & saluo nauigio, ut no. ff. de flu. l. quominus.
2 ¶ † Scdõ no. ꝙ lite non contesta. offm iudicis delegati locum hẽt. ¶ Contra hoc opponit. nam pro talibꝰ cõpetit offm iudicis, ut hic est tex. no. & forte melior, qui reperiatur in iure. Sed in offic o iudicis non requiritur litis contestatio. hanc enĩ doctrinam tradit illa glo. nor. sed uulgaris. ff. de interroga. in rub. Solu, illa gl. intelligitur, qñ imploratur offm iudicis circa ordinationem iudicij: hic qñ circa decisionem litis.
3 ¶ † Ulterius no. quòd pendente dilatione data de consensu partium, iudicis officium conquiescit, ut nihil interim facere possit sine consensu partiũ. ergo à contrario sensu partium põt interim iudicis offm excitari ad actuũ suũ. Et ꝑ hoc glossatur illa. l. C. de dila. l. hac pars.
4 ¶ † Et per hoc determinatur quæstio. pone, latro, qui nullam potest habere defensionem, uel adulter, uel homicida, qui non potest se defendere, nisi fecerit causa se defendendi, si cõfiteatur maleficium, & iudex uolens seruare ordinem iuris, dat ei dilationem ad omnem suam defensionem faciendã, puta octo dierum, ut. ff. de re mili. l. iij. §. si ad diem: statim die sequenti facit eum renuntiare dilationi, & eũ condemnat, & mittit ad furcas. Quæritur, utrum licitè possit? & uidetur quòd non: quia dilatio octo dierum non est finita. In contrarium uidetur, quia de consensu eius, cui est data dilatio, potest procedi ea pendente. Casus est hic. Solu. dicas, ꝙ de iure naturali nulla dilatio datur delinquenti, ut. ff. de adul. l. in crimine: quia, ut dicit decretum, cito turpem sequitur lepra mercedem. Cum igitur ista dilatio sit de iure positiuo, potest ei renuntiari, ut hic. ¶ Nec ob. quod no. ff. de pac. l. pactum inter hæredem: quia illa gl. loquitur de innocente, non de eo, quem constat esse culpabilem. sola enim innocẽtia est uita de iure naturali, cui non potest renuntiari. Cæteræ autem exceptiones legibus, uel moribus sunt. & ideò potest eis renuntiari, præsertim quia ille, q confitetur maleficium, uidetur confiteri cum effectu. Item aliud est renuntiare exceptioni dilatoriæ, puta octo dierum: aliud peremptoriæ exceptioni, cui fortè in criminali non potest renuntiari; & ita uidemus seruari de cõsuetudine. Porrò, qui ante diem certum soluit, nihil indebitè soluere uidetur, cum certus sit, an & quando, ut no. ff. de cond. indebi. l. nã & si cũ moriar.
5 ¶ † Sed quid si statutum daret istam dilationem, nunquid possit ei renuntiari? potest allegari pro & contra. l. ulti. §. fin. C. de tempo. appel. ubi uidetur dicere tex. quòd de rigore iuris non tenet renuntiatio, sed de æquitate sic. Porrò in statutis debemus inhærere uerbis statutorum municipalium, nec aliter interpretari, quàm statuta loquãtur, ut. ff. qui & a quib. l. prospexit, & hæc pars est tutior, quia lex municipalis assignat dilationem per seipsam, & non per iudicis ministerium; unde iudex est taxatus in officio suo, ut no. Dy. in c. indultum, de regu. iur. lib.
6 6. ad hoc facit quòd no. suprà. eo. intimasti. ¶ † Omnis assessor debet habere præ oculis illam. l. quæ dicit, in dubio melius est uerbis edicti seruire. ff. de exerci. l. j. §. si is qui nauem, & semper allegatur. & aduerte, quia hic uidetur uelle, quòd si aliquid interim fit pendente dilatione, ꝙ oportet appellare, quasi non sit nullum ipso iure. Sed Dy. dicit, quòd ipso iure non tenet, quia lex
7 imponit iudici silentium. ¶ † Ulterius not. ꝙ procurator, qui excedit fines mandati, non præiudicat domino & factum per procuratorem contra inhibitionem domini tacitam, uel expressam non ualet. Item procurator iste præsumitur circumuentus errore, non malitia:
8 quia erat honesta persona. ¶ † Quia modò opponit. episcopus iste lite pendente nil debuit innouare. Sol. ista non erat innouatio, sed solita inquietatio, & quia episcopus erat in possessione uẽdẽdi carnes in stallis suis, lite pendente potuit ipsa possessione uti: non solũ, quia erat in possessione proprij stalli, sed quia etiam erat in possessione libertatis possendi facere uendere carnes, ubi uellet. ¶ Item hæc est quædam libertas, pro qua ꝑsumitur, nisi contrarium probetur: quia seruitutes non præsumuntur, sed omnes res, rationes, & facultates præsumuntur liberæ, ut. ff. de no. ope. nun. l. si prius. Prætere a illa. l. ꝙ nihil debet innouari, facit ꝓ episcopo: quia nihil debet innouari, scilicet putatiuè, sed continuatiuè potest innouare: quia proprie non est innouare. ¶ Ego non curo, utrum episcopus esset in possessione stallorum, uel non; quia forte conduxerat ea. sufficit enim, quod esset in quasi possessione facultatis, sed quia per partem aduersam hoc non negabatur, quia decanus, & capitulum dicebant ita se esse in quasi possessione, quòd alius non habebat facultatem turbandi possessionem, eorum. unde utriusque partis petitio ueniebat dirimenda in principali negotio

gotio, non incideuter ante litem contest. quia eadem sententia deberet terminari.¶ † Sed oppo. utrum
9 iste petitiones fundentur in officio iudicis, an in negatoria: quia uterque prætendit libertatem.¶ Quidam dicunt, ꝙ hic habet locum utilis negatoria, sed certè negatoria habet locum, quando agitur de iure residentiæ in aliquo corpore, puta in fundo, sed quando agitur de iure publico, siue de mera facultate, ut eũdi per uiam publicam, non habet locum confessoria, sed officium iudicis, ut no. ff. de condi. & demon. l. quibus diebus. in prin. & ideò si inter duos barones esset quæstio de pedagio, non competeret confessoria uel negatoria, sed iudicis officium. ¶ In quæstione passagij duo sunt extrema. s. soluens; & hoc respectu uidetur quædã seruitus: & recipiens, & hoc respectu uidetur quædam libertas, & locus circumscribens hos actus, puta pons, ubi soluitur pedagium: sed melius est dicere, ut dixi, ꝙ nullo modo sit seruitus, nec libertas, sed quædam iurisdictio. & potestas: de hoc tamen uide, qđ no. in Spe. de
10 resti. spo.¶ † Quæro, qualiter negatiua quasi possessio acquiratur? rñ. per prohibitionem, & obedientiã, uerbi gratia, hic ꝓhibitorius actus est prohibitio fidei episcopi, ne impedias me solum, & insolidum ad uendendum carnes in stallis meis. obedientia autem est idem quod acquiescere: nisi præcedat prohibitio, quasi possessio negatiua nunq̃ acquiritur: tex. est no. in l. ij. C. de serui. & aqua; & ita dicebat Bart. & facit. ff. de usuc. l. se
11 quitur. §. si uiam.¶ † Secunda gl. huius. c. dicit, ꝙ lite pẽdente nemini debet interdici possessio; de hoc infra de ap. lib. 6. c. non solum, in nouella. quod est uerum, siue possessio sit certa, siue dubia: quia dubium debet decidi per sententiam diffinitiuam. Casus est no. istius. c.¶ Tertia gl. dicit, ꝙ est no. ꝙ iudex data dilatione nihil facere potest ante terminum finitũ, altera parte inuita.¶ Quarta gl. declarat, quid isti iudices uolebant facere; & dicit ꝙ duo uolebant facere, primò inhibere epõ, ne carnes in suis stallis uenderentur lite pendente. Secundò, quia pendente dilatione uolebant procedere, & in utraque
12 faciebant iniustitiam.¶ † Opponitur, ꝙ etiam ante lit. conte. iudicis officium ualeat implorari, ut. s̃. de offi. iudi. c. ij. So. ibi in iudice ordinario: hic in delegato. hæc so. ur̃ textualiter probari. ff. de procu. l. si reus paratus. uel dic, prout dicit gl. ꝙ hic loquitur de officio iudicis, ꝙ examinatur seorsum, & non põt decidi sine principali negotio, in quo expectatur diffinitiua: ibi in alio offõ iudicis, qđ examinatur seorsum à principali & hæc uera.
13 ¶ † Deinde uides, ꝙ procurator non põt excedere fines mandati. Opponitur. ff. de mino. l. ex mandato. Sol. ante lit. contest. non põt excedere fines mandati, ut hic: sed post lite conte. refert. aut fines sunt in ipso procuratorio declarati; & idem: aut non sunt declarati; & tũc imputet sibi dñs. Aliq̃n tamen dño succurritur per rest. in inte. uel quia procurator non est soluendo. gl. hic requirit utrunque, & sic l. j. §. fi. ff. q̃n app. sit, ubi dicit domino non præiudicari, dẽt intelligi petita & concessa restitutione in integrum, non ipso iure; & no. istum intel
14 lectum.¶ † Vlterius no. ꝙ q̃n plura proponuntur coniunctim, super quolibet recipiuntur probationes: tñ si alterum per se sufficit, satis est illud probari, ut. s̃. de rescri. ex parte. Ber. & s̃. de iud. c. exhibita. dic ergo, quòd aut copula cadit inter cõiunctã copulata, quorum neutrum per se sufficit; & tunc requiritur utrunque: aut unum per se non sufficit; sed alterum per se non sufficit; & tunc ad consequendum effectum utriusque, requiritur utrunq;, sed ad consequendum effectum, qui sumitur ex aliquo, & non ex uniuerso, sufficit illud in sensu diuiso;, non in sensu composito. Verbi gr̃a dico, qđ me uulnerasti de noctè. nam istud adiectiuũ, de noctè, hẽt uim coniunctionis, quia accidens coniungitur & copulatur subiecto tanq̃ forma accidentalis: sed destructa forma accidentali, tñ remanet forma substantialis istius delicti, qua probata dẽt fieri condemnatio de simplici uulnere.¶ Alij contradicunt, quia non est probatus mensis delicti. Nam non est uerum, qđ de aliqua noctè illius mensis sit probatum. ergo mensis non est probatus, de hoc per Cyn. C. de probat. l. probationes. C. de adulteri. l. denuntiasse. §. quis tñ. per Bart. illud cõstat, quia impossibile est probare, ꝙ de noctè, nisi probetur maleficium. Nam accidentia non pñt probari, nisi probeť subiectũ, ut eleganter probať. ff. de proba. l. si arbiter, in fi. magnæ gl. & istud est, ꝙ alterum per se sufficit, & alterum non sufficit. hinc colligitur, quòd non sufficit probare famam, nisi probetur factum: quia fama est accidens, & concomitantia maleficij, quę per se stãs
15 non fundat intentionem.¶ † Reuertor ad. c. nostrum, & dico, quòd quantum ad nostrum. c. quod est necessaria in integrum restõ: quia dñs non fuerat negligens, cum constituisset procuratorem ritè & rectè, licèt procurator circunuentus, non fuerit executus mãdatum; sicut si procurator fuisset impeditus casu fortuito, ut. C. de appel. l. præses. illa aũt. l. j. ff. q̃n appel. sit, loquiť in tempore ad appellañ. quod non põt prorogari: sed tempus ad prosequen. põt prorogari. & quando post dilationem expectatur alia dilatio, non intelligitur deserta appellatio ex cursu primæ dilationis, ut hic, & C. de tempo. appel. auth. ei qui. ex prædictis habes super isto. c. plura bona & utilia. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Offerre se paratum probare multum prodest, & operatur.*
Exceptio uera non præsumitur, uer. si autem.
2 *Appellationem iustificare aliud est, quàm iustificare causam principalem.*
3 *Appellans ad Papam quãdo non teneatur in curia prosequi appellationem, appellato petente, & appellantis procuratore existente in curia, & nu. 7.*
4 *Appellans ab interlocutoria uult recedere ab appellatione, & iudex primus procedit in causa principali, quid iuris, si appellatus contradicit.*
In pœnitente semper præsumitur temeritas, & ideo condemnatur in expensis, uer. nota hic.
5 *Lite non contestata iudex ad sententiam procedere potest in causa appellationis ab interlocutoria, parte citata non comparente, & ratio, & nu. 10.*
6 *Exceptionem dilatoriam qui proponit, offerat se paratum probare.*
7 *Appellatus qui contradicit appellationi, & dicit eam recipi non debere, non potest cogere aduersarium ad litigandum in curia.*
8 *Clausula, Gratum & ratum habiturum, quicquid fuerit per istum procuratorem factum, quid iuris, si apponitur post mandatum.*
9 *Appellans si renuntiat appellationi, non potest ei inhærere appellatus, si res est integra.*
Fauori suo principaliter quilibet renunciare potest, etiam si in consequentiam prosit aduersario, uer. Item no.
10 *Perplexitas in iudiciis uitanda est.*
Grauamen in processibus potius concernit iniquitatem iudicis, quàm aduersarij, uer. no. quòd & nu. 5.

Iudex

11 *Iudex ſi uno capitulo grauauit, & in alio fecit iuſtitiam an omnia reuocentur.*

Totum quando reſcindatur, caſus quidam, uer. Archidia. & nu. 12.

12 *Laudum arbitratoris propter enormitatem poteſt in totum caſſari, & non modificari.*

De re iudicata quare non poteſt compromitti. §. ſed gl. uer. hinc.

NTERPOSITA. Quatuor ſunt dicta iſtius capituli. & pone caſum per ordinem propoſita fuit legitima exceptio: iudex proceſſit ad ulteriora: fuit appellatum; dicit Papa, ꝙ appellatio nõ præſumitur iuſta, niſi probetur uera. Et ideò in cauſa iſtius. c. appellans debet probare coram iudice appellationis, quod cauſa, ex qua appellauit eſt uera: quia non præſumitur grauatus, niſi probetur. Sed pone, qđ excipiens obtulerit ſe paratũ probare, iudex nihilominus in contrarium exceptionis proceſſit, & fuit appellatum: nunquid eſt neceſſe uerificare exceptionem? reſpondetur, quod non: quia conſtat de grauamine eo ipſo, quòd iudex noluit probationem reci-
1 pere. ¶ † No. ergo, ꝙ multum prodeſt & operatur offerre ſeparatum probare. Et intelligitur, quando obtulit realiter, non uerbaliter tantum. uerbi gratia, nominauit teſtes iudici, & petijt eos citari ſm Ioan. An. ſed Pau. de Lia. dicit, ꝙ ſufficit, ſi uerbaliter: & ita practicatur. Ad hoc. ff. ut in poſ. leg. l. ſi is à quo, in princ. C. de diſtra. pig. l. ſi reſiduum. ff. ad Treb. ille, a quo. §. ſi de teſtamento. ff. de dã. infec. l. prætor. §. ſi quis paratus; & uide ibi Barto. Si autem non obtulit ſe paratum, non præſumitur iudex grauaſſe, niſi probetur iuſtitia & ueritas exceptionis indiſcuſſæ. ff. de in integr. reſti. l. oẽs:
2 quia non præſumitur, ꝙ exceptio ſit uera. ¶ † Et nota. quod aliud eſt iuſtificare appellationem, aliud eſt iuſtificare cauſam principalem. præfata ergo oblatio ualet quo ad iuſtificandum appellationem, ut pronuntietur bene appellatum à proceſſu, ſed non ut probetur, qđ exceptio ſit uera, ut no. Ioann. And. s. de teſti. ex parte.
3 ¶ † Adde ſequitur uerſi. idem quoque, ubi eſt talis caſus. Quidam appellauit ſolemniter ad Papam: tamen nec iudex, uel aduerſarius detulit appellationi. iſte infra tempus appellationis miſit procuratorem ad curiã cum mandato ad impetrañ. & contradicendum, & non ad totam cauſam qui impetrauit iudices appellationis: appellatus petijt, quod cauſa uentiletur in curia. reſpondetur; quod ualet impetratio, nec poteſt cogi ad proſequeñ. in curia, licèt altera pars ſit in curia, & uelit ibi procedere: ſecus eſſet, ſi iudex a quo, uel ap-
4 pellatus detuliſſet appellationi, ut ſupra eod. ca. oblatæ. ¶ † Sequitur uerſicu. denique. Caſus. Appellans ab interlocutoria uult recedere ab appellatione, & iudex primus procedit in cauſa principali: appellatus contra dicit; quæritur, quid iuris? reſpondetur, quod ſi nondum eſt alia cognitio delegata, debet fieri remiſſio refuſis expenſis. ¶ Not. quod appellans non poteſt recedere ab appellatione in damnum aduerſarij, niſi refuſis impenſis, & re integra, appellatione non commiſſa. de hoc no. Arch. 2. q. 6. ſi quis libellos. Nota. hic quod in pœnitente ſemper præſumitur temeritas, & ideò condemnatur in expenſis. Et per hoc gloſſatur l. poſtquam liti. C. de pact. & ff. de iudic. l. deſtitiſſe, &
5 l. eum, quem temerè. ¶ † Sequitur uerſi. ſanã. Caſus. Aliquis appellauit à grauamine ſententiæ interlocutoriæ: pars aduerſa citata non uult comparere: quæritur, utrum lite non conteſtata iudex poſſit procedere ad ſententiam? reſpon. quod ſic. & ratio eſt, quia appellatio ſuper proceſſibus magis tangit factum iudicis, ꝙ factum aduerſarij. item ſi contrarium diceremus, eſſet perplexitas: quia nec primus iudex poſſet procedere, nec ſecundus; & eſt text. huius. c. ualdè notabi-
6 lis. ¶ † Not. primò conſilium quod ille, qui proponit exceptionem dilatoriam, offerat ſe paratũ ꝓbare: caueat tamen ſibi, quia per hoc aſtringit, ſe ad breuem terminum, infra quem ſi non probaret, perpetuo repellitur,
7 ut d. l. ſi is à quo. ¶ † Secundò no. ꝙ appellatus, qui cõtradicit appellationi, & dicit eam recipi non debere, non poteſt cogere aduerſarium ad litigãdum in curia: quia hoc petendo eſt contrarius ſibi ipſi, & ideò ſufficit appellati mittere procuratorem ad impetrandum,
8 & contradicendum. ¶ † Quæro, quid ſi poſt iſtud mandatum apponitur clauſula, Gratum & ratum habiturũ, quicquid fuerit per iſtum procuratorem factum? rñdeo, per hanc clauſulam non hẽt mandatum, niſi in ꝓmiſſis, ut no. Bar. ff. de uer. obl. l. qui Romæ. §. Callimachus. Iſta. n. clauſula apponitur ad confirmandum, non ad ampliandum, ut nota. Arch. 2. q. 4. ca. quæ de cauſa.
9 ¶ † No. ꝙ ſi appellans renuntiat appellationi, appellatus non poteſt ei inhærere, ſi res eſt integra: ſed hic loquitur in appellatione ab interlocutoria, ubi nõ intereſt appellati procedi in cauſa appellationis, etiam ſi allegaret iudicem, à quo ſuſpectum: quia non poteſt dici ſuſpectus, cum pronuntiauerit pro ipſo ſm Ber. Item no. ꝙ quilibet põt renũtiare fauori ſuo principaliter, licet per quandam conſequentiam proſit aduerſario, ut ff. de mino. l. ſi iudex circũuento.
a In contrarium[a] facit. C. de temp. in inte. reſtit. l. petendæ. dic ut ibi per Cy. Porrò in c. noſtro utriq; parti expedit litem abbreuiari, omiſſis ambagibus appellationis dilatoriæ, & id intelligitur eſſe iudicium, quod utrique parti expedit, ut dicit illa. l. not. cum Stichus. ff. de ſol. No. quod in iudiciis perplexitas eſt uitã-
10 da. † Item no. ꝙ in cauſa appellationis ab interlocutoria non eſt lis conteſtanda ſi abeſt appellatus per contumaciam. ergo ſecus, ſi eſt præſens ſm Ber. Eadẽ quæſtio ſit, quando appellatur à diffinitiua, ut no. Ber. infra qui fi. ſint legi. c. per uenerabilem. ¶ Not. ꝙ grauamen in proceſſibus potius concernit iniquitatem iudicis, quàm aduerſarij: quia ex officio iudicis pendet.
11 ¶ Quæro iudex in uno capitulo grauauit, in alio fecit iuſtitiam, utrum omnia reuocentur? reſpondeo, non. C. de re. credi. l. generaliter. §. j. Arch. dicit unum mirabile uerbum, ꝙ ubi læſio eſt enormis, totum reſcinditur, non autem modificatur: ſed non loquitur in ſententia, ſed in priuilegio; & eſt no. dignum, ut ipſe not.
12 xj. q. iij. priuilegium, ubi uide. ¶ † Ex hoc ſume argumẽtum, quod propter enormitatem laudum arbitratoris poteſt in totum caſſari, & non modificari, reducendo tamen utranque partem in priſtinum ſtatum. ¶ Sed gl. quæ eſt. ff. de uſuris in l. placuit, dicit, quod quando non peccat in totũ, ſed in tanto, factum ultra modum reducitur ad modum. Credo, quòd hoc ſit arbitrarium uel reducere ad modum, uel reducere partes in priſtinum ſtatum, argum. ff. de contrahen. emptió. l. demum. quia arbitramentum magis accedit contractui, quam ſententiæ. nam ſententia deberet modificari, non in totum aboleri: quia ſententia non poteſt reſeruari corrigenda in poſterum, ut. C. quando prouo. non eſt neceſ. l. penul. unde non poſſunt partes reponi in priſtinum

a *Vide Imola conſ. lib. 8.*

Bal. ſuper ſecundo decr.

aum statum, ut. C. de transac. l. diuersa. hinc est quod de re iudicata non potest compromitti, ut no. Arch. 2. qo. 6. diffinitiua, nisi compromitteretur appellatione pendente, ut in c. quamdiu, de ap. in cle.

SVMMARIVM.

1 *Clausula in medio posita non refertur nisi ad praecedentia, & quando, & nu. 2. 3. 4. 5.*

2 *Clausula, quae apponitur ad essentiam actus, potest referri ad praecedentia, & ad sequen.*

3 *Determinationes respiciunt determinabilia praecedentia, non sequentia.*

4 *Clausula ponitur aut absolutè, aut respectiuè, aut dubitatiuè.*

5 *Regula, uel doctrina refertur ad omnia, & quid de proœmio.*

Paragraphus est idem, quod separatio, uer. quia paragra.

6 *Clausula est quaedam pars posita inter orationes.*

In uno dicta, quando uideantur in alio repetita. §. quandoque & in superioribus, & inferiori. 7.

7 *Coniunctio copulatiua plenam inducit repetitionem, licèt concernet plura disposita.*

8 *Verba indefinita non referuntur ad futura nondum disposita.*

Personalis obligatio, uel concessio quando uideatur, & nume. 9.

9 *Obligans se ad pacem seruandam pro se & filijs non intelligitur de posthumis, & si pro adhaerentibus, intelligitur de praesentibus. nu. 8.*

INQVISITIONIS CLAVSVLA. Appellatione remota, in literis apostolicis inter plura capitula inserta, respicit capitula praecedentia; non sequentia, nisi reiteretur in fin. hoc dicit. ¶ Casus. Papa commisit diuersa capitula, & post primum apposuit clausulam, Appellatione remota: post secundum capitulum non apposuit clausulam; quaeritur, utrum ista clausula referatur ad omnia? respondetur, quod non, sed ad
1 praecedentia tantum. ¶ Nota. quòd clausula in medio posita non refertur nisi ad praecedentia; & hoc uerum quando est praecedentibus annexa, immo etiam quando dubitatur de mente rescribentis. Et est ratio, quia ista clausula apponitur contra ius, & ideò restringenda. Sed opponitur, supra eod. capitu. 3. requiris. Solutio. ibi capitula erant connexa, & ideò refertur ad
2 omnia. hic autem erat omnino separata. ¶ † Opponitur, lex dicit, quod exhaeredatio facta inter gradus, licèt sit odiosa, & contra debitum naturale naturae descendentis, ut quando exhaeredatur filius, refertur ad omnem gradum tam praecedentem, quàm sequentem, ut. ff. de liberis & posthumis. l. sed si perperam. §. filius inter medias. ¶ Solutio. illa clausula ibi apponitur ad essentiam actus; quia gradus, à quo filius esset perpetuò praeteritus, esset nullus ipso iure. unde; ne testamentum uitietur, refertur ad omnia: quia non est ratio, quare magis referatur ad unum gradum, quàm ad reliquum. unde nota. dicit text. C. de libe. praete. uel exhaere. l. 1. haec autem clausula, Appellatione remota, non apponitur ad essentiam actus, sed per modum cuiusdam deter-
3 minationis, uel designationis. ¶ † Ex hoc nota. quod determinationes respiciunt determinabilia praecedentia, non sequentia. Non obstat. ff. de legatis j. si seruus plurium. §. fina. quia ibi clau-
a sula ueniebat [a] ad declarationem, non determinationem. ¶ † Op-
4 po. ff. de legat. 1. l. talis scriptura. Solutio. illa. l. declarat in aliquo passu istam materiam. nam aut clausula ponitur absolutè, aut respectiuè, aut dubitatiuè. primo casu refertur ad omnia: secundo casu generalis determinatio, non refertur ad ea, quae propriam determinationem habent. tertio casu si capitula sunt connexa, refertur ad omnia: si autem sunt separata, aut repetitio facit actum ualere, & intelligitur facta repetitio; aut tendit ad alium effectum, & tunc aut profertur contra iuris ciuilis regulas; & restringitur ad praecedentia: quia est irregularis; ideo stringenda. Si autem talis clausula compatitur se cum iure cõi, tunc ad omnia debet referri; quia dicta in praecedentibus uidentur in sequentibus repetita, si iuris ratio non impedit, ut. ff. de leg. j. l. licet imperator. ¶ † Et nota. quòd quando-
5 que loquimur de regula, uel doctrina; & illa refertur ad omnia, ut. ff. de iur. & fact. igno. l. regula. §. final. quandoque loquimur de proœmio, uel euidentiali; & idem, dummodò ratio proœmij uniformiter adaptetur: aliàs secus. ff. de haeredi. institu. l. fi. quandoque loquimur de c. uel paragrapho. & tunc non refertur ad omnia: quia paragraphus idem est; quod separatio, ut not. ff. de procurato. l. non cogendum. §. Sabinus. quãdoque loquimur de clausula, quod est idem quod interpositio: & tunc aut praedicatur; & refertur ad omnia: aut in fine subijcitur; & idem, nisi sit apposita determinato modo. Aut interponitur inter plura capitula; & tunc distingue, ut supra dixi. ¶ † Clausula autem est quaedam pars posita inter orationes, sed
6 quando non est clausula. sed quidam actus continuus, ut stipulatio, uel compositus; & tunc talia sunt subiecta, qualia pdicata demonstrant, ut. ff. de uer. ob. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de interro. actio. l. si defensor. ¶ Quandoque est principale, & accessorium, & dicta in principali uidentur repetita in accessorio, ut. ff. si cer. pe. l. lecta. quandoque sunt plura, quorum quodlibet habet pro se separatam iuris, uel hominis dispositionem; & tunc dicta in uno, non uidentur repetita in alio. ff. de uerbo. obli. l. si ita stipulatus. §. Chrysogo. uersicu. sequens stipulatio. quandoque loquimur de conditione. & tunc quando conditio respicit determinabilia difformiter, non fit repetitio. ff. de legat. ij. l. fina. §. Se-iò. ff. de conditio. & demonstra. l. mulieri, & Titio. Sed si concernit ea uniformiter, fit repetitio. probatur ibi utrunque membrum, de uulgar. & pupillar. substitutio. l. iam hoc. ¶ † Et scias, quod coniunctio copulatiua plenam inducit repetitionem, licèt concer-
7 nat plura disposita. ff. de fide instrumento. l. Seio. §. Caio, ubi text. nota. tamen quae in eodem tempore non conueniunt, non intelliguntur copulari, sed quodlibet distribui & adaptari suo tempore, ut dicit illa. l. nota. C. de sententijs & interlocuto. om. iudic. l. cum solitum. quandoque loquimur de demonstratione, uel declaratione, ut dicta. l. si seruus plurium. Quandoque loquimur de causa. pone, duae stipulationes factae sunt simul, & in una expressa causa mutui, & in alia non, utrum causa mutui intelligatur repetita, an uerò intelligatur ex causa donationis. ff. de uerbo. obli. l. si diuortio. ¶ Illa materia non potest de facili terminari: quia longa & subtilis est, & facit quod no. ff. de uer. ob. triticum, & ff. de iurisd. om. iud. l. si idem cum eo

a Vide per do. Fel. in c. in nomine. el 1. de testibus.

eo.§.fi.& in Spe.de instru.edi.§.nunc asit restat,uer.itē excipe,quod talis clausula,& hic per Host.& ī.de do.c. cum dilect.& per Ber.s.de rescrip.ca.cām q. & c.olim & per Bar.ff.de lega.iij.l.in repetendis,ubi uide,& facit ff.de eden.l.si quis ex arg.§.si initium tabularum, & ff.
8 so.ma.l.pe.§.uxor.ff.de pa.l.item quia.¶†Item no.hic, qđ uerba indefinita non referuntur ad futura nondum disposita.C.de usu.l.p retentionem.Pone, aliquis fecit pacem pro se,& adhærentibus suis,pro quibus se obligauit:certè intelligitur de adhærentibus præsentib⁹,nō de illis,q postea fecerunt adhærentiam.facit optimè,ꝙ no.Arch.11.q.3.excellentissimus,& ff.de uer.ob.l. si a
9 colono,& s.de iureiu.ca.clericus.¶†Itē si qs obligauit se ad pacem seruandam pro se,& filijs,non intelligitur de posthumis,ut ff.de testa.tuto.l.si quis ita:secus,si esset in actu fauorabili,ut si recepi emphyteusim pro me & filijs intelligitur tam de natis,quā de nascituris: sed illud pp illius rei.i.emphyteusis naturam, ut ff. de mino.l.et,in gl.ualde notabili,si re.ff.de uer.ob.l. ita stipulatus est forte.Et idem est in indulgentia concessa alicui pro se & filijs,& quia uī esse de omnibus cogitatum, ut ff.de libe.& posthu.l.placuit,& l.cum quidam : quia quatenus personæ patiuntur,præsumitur concessio esse realis. C. de fideicommiss.l.e. uoluntas deseruit, le. pater, & quōd no.in l.forma.ff.de censi. supra de iniu. c. cum uenisset.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio & Restitutio unius consortis litis an prosit alijs,in prin. & nu.1.2.& sequentibus.*
Restitutionis in integrum beneficium est singulare, & ideo nō habet consortem:& si uterque consors esset minor,an restitutio unius prodesset alteri.
2 *Appellatio unius an prosit alteri,& num.4. uer.requiritur.*
3 *Appellatio an sicut prodest,ita noceat desertio.*
Renuntiare nemo potest iuri alterius,uer.quia nemo, & numero 4.
4 *Ius alterius corrumpi non debet corruptione,uel inertia alterius.*
5 *Appellatio unius,ut alteri prosit,an oporteat,quòd ipsi iuuentur iure communi,& quid si iuuentur iure municipali.*
Ius commune dicitur etiam ius municipale ciuibus municipij, & constitutio episcopalis generalis,uer.sed ius,& §.constitutio.
Loquentis persona an contineatur in generali locutione.§.constitutio.
6 *Supplicatio unius an prosit alteri.*
7 *Condemnati si sint duo,qui erant uerè contumaces, & unus appellauit,& errore iudicis obtinuit,an prosit alteri.*
8 *Excommunicatus si quis sit à duobus iudicibus delegatis, an iste dicatur innodatus duabus sententijs excommunicationis.*
9 *Consortes duo eiusdem litis si sint excommunicati , si unus eorum appellat,an prosit alteri.*
10 *Procurator an possit interuenire,quando appellatur ab excommunicatione.*

VNA snia.Si sunt plures consortes cuiusdā litis,applo unius prodest alijs,si est eadē cā defensionis:secus in rest.in integ. unde si minor, & maior sunt cōdēnati,uel ecclesia,& maior. (Nā ecclesiæ nō incumbit probare minorē ætatē,quia semper est minor,sed solū læsionē) & si ecclesia restituitur ad appellandum,uel ad totam cām,nō pdest hoc consortibus,nisi res sit indiuidua,ut est seruitus,quæ dr̄ indiuidua,quia pars seruitutis nō est seruitus . unde medietas uiæ non est uia:quia nulla pars uiæ significat separata;iō nō diuiditur,ut ff.de serui.rust.prædi.l. una ē uia. iō pars seruitutis non est in commercio, ut ff. ad l. Fal. l.j.§.si usufr.& hoc est statutū auctoritate ueteri pp utilitatem contrahētiū,& pdiorum, & pp ipsam aptitudinē naturalem,quæ indiuisibilis est.¶†Et no. ꝙ benefi
1 cium restōnis in integrum est singulare ; ideò non hēt consortem.sed quid si uterque consors esset minor,nū quid restō unius prodesset alteri?rūdeo non:qa nō pōt peti sine spāli mandato,ut ff.de mino.l.illud.§.fi.& l.se.
2 & l.pater pro filio.|Opponitur,& vr̄ ꝙ applo unius nō prosit alteri.nam exhoc sequeretur,quod snia lata cum uno,noceret alteri,& processus.Itē iudicium pendens cum uno,diceretur pendere cum
a alio.sed utrunque ᵃ est falsum,ut ff.de iud.l.non idcirco.ff. de exceptio.rei iudi.l.si quis cum totum.

a ¶ *Vide per d.Feli. in inter.de re iud.*

§.& generaliter.ff.de inoffi.test.l.circa. Sol.ibi in causa principali:hic in causa appellationis. Nam hoc operatur coniunctio primi processus cum processu appellatorio.¶ Appellatio enim cum causa principali uno articulo comprobatur.unde determinat, & determinatum retinet qualitatem primitiui:quia inde habet originem.ff. de appel.si quis separatim.§.j.& ff. de exce. rei iud.l.si mater.§. j. eandem causam facit origo petitionis.quod dixi in causa principali,est uerum, nisi causa sit indiuidua:quia tunc cuilibet insolidum competit, ut ff de nego.gest.l.qui aliero.§.uno defendēte, & arg. ff. de uerbo.obli.l.eadem.§.Cato, & quòd not.eod. titu.l. stipulationum.§.si sortem.Item quòd dixi in causa appellationis,prodesse intelligitur pluribus concurrentibus,quorum si quod deficit, non proderit. primò ꝙ sint omnes condemnati una sententia, & uno processu.hoc est, quòd dicit text.si plures una sententia, in rubro & nigro.Secundò quòd omnium sit eadem causa,& ratio defensionis,ut d.l.si quis separatim. §. quòd est rescriptum.Sed quid si sunt tres, & est eadem causa defensionis in duobus, non in tertiò ? respond.illis duobus pdest pp causæ coniūctionē:sed tertio nō pro
3 dest pp caæ disiunctionē.†Sed an sicut pdest applo,ita noceat desertio?& siqdē renūtiet appl̄oni,ille,cui prodest applo ex coniuncto non præiudicat appellanti:qa nemo pōt iuri alterius renuntiare,ut ff.de contra tab.l. si post mortem.§.fi.& ff.de bo.auf.iud.pos.l.cum unus, & ar.in l.fi.ff.de pac.Si uerò renuntiat ille,qui expresse appelllauit,pōt dubitari:qa vr̄ nō appellasse; ergo alteri nō pdest; pbatur p l.furti.§.fi.ff.de insa. ¶ In cōtrariū
4 vr̄,ꝙ si colluderet,ius alterius corrūperet.¶†Porrò nō dēt alterius corruptione,uel inertia,alterius ius corrodi,ut ff.de lib.cau.l.si pariter,& ar.C.de temp.in integ. resti.l.petendæ.Nam nec uenditor posset renūtiare appellationi in præiudicium emptoris,ar.ff.de pig.l.si superatus.& si duo sunt rei debendi,uel duo fideiussores & unus renuntiat legis beneficio,non nocet alteri . facit quod not.ff.de fideius.l.si stipu.§.si ex duobus,& ff. de consti.pec.l.unde falsam, & C.de non nu. pe.l. tam mandatori, & C. loca.l.si cum Hermes, & C. ad Velleia.l. iubemus. Requiritur & tertium, ut appellatio unius prosit alteri scilicet quòd omnes iuuentur iure
5 communi. ¶ † Quid ergo si iuuantur iure municipali?respondeo,idem:quia omne,qđ est ius omniū ciuiū reputatur esse ius commune:sed ius municipale est iure

com-

commune omnium ciuium illius ciuitatis, & territorij
sine differētia & acceptione personarum; ergo ius cōe,
ut ff. de iust. & iu. l. omnes populi. ¶ Item constō episco
pi generalis dicitur ius commune; quia quod omnibus
loquitur; & ipsi statuenti, & eius successori, quia ius cō
mune hoc operatur: quia confirmat eā. Secundo rōne
statuti, non sub differentia statuentis, ut elegāter no. Ar
chi. 11. q. 3. si is. sed Io. An. dicit, ꝙ in præcepto, uel pro-
hibitione nunquam contineretur persona loquētis, uel
eius successoris, ut ff. de arbi. l. pe. licèt in contractibus
& obligationibus sit secus, ut ff. de uerb. obl. l. stipulatio
ista, habere licere. ¶ Item si statutum est traditiuum ali-
cuius formæ, bene includeretur persona loquentis ex
natura regulæ generalis, de hoc no. in c. 2. de consti. li. 6.
6 in nouella: tamē ego sum locutus subtilius. ¶ † Sed quę
ro, quid in supplicatione, utrum idē sit, quod in appel-
latione; an uero idem, quod est in restitutione in inte-
grum? & uidetur quod idem, quod est in appellatione,
ut C. de preci. impe. offe. l. si libellum; quod est uerum,
si communiter fuit supplicatum, licèt ad unum tantum
sit responsum; secus, si per unum per se tantum sit sup
plicatum: quia tunc alteri non prodest per eandem no.
7 legem. ¶ † Quæro, duo sunt condemnati, & erant uerè
contumaces: unus appellauit, & errore iudicis obtinuit
quia uerus contumax non appellat, nunquid prodest
alteri? & uidetur ꝙ non: quia ei non erat aptum ius ap-
8 pellan. ar. ff. ad Tre. l. debitor. §. fi. ¶ † Quæro, aliquis est
excommunicatus à duobus iudicibus delegatis, nunqd
iste dicitur innodatus duabus sententijs excommunica-
tionis? & uidetur ꝙ sic: quia apud excōicantes quilibet
habet iurisdōnem insolidum. Dic contra: quia sequere
tur, ꝙ non esset excommunicatus ab aliquo, si esset bis
excommunicatus: quia in executionem quilibet iudex
esset singularis; & certum est, quod unius solius snīa nō
9 ualeret. ¶ † Quæro, duo consortes eiusdem litis sunt ex
cōicati: unus eorū appellat an prosit alteri? Et vī ꝙ nō,
quia à snīa excommunicationis non appellatur, sed est
quædam supplicatio. ¶ Tu dic prodesse: quia talis sup
plicatio, supplicatio accedit ad naturam appellationis,
& uocatur appellatio, ut s. e. c. præterea requisisti. Itē
sequeretur, si socius meus remaneret excommunicatꝰ
ꝙ ego, qui uici, remanerem interdictus; quia si socius
meus est excommunicatus, statim debeo eum uitare,
ut no. Archi. 11. q. 3. quoniam. unde quodammodo ne-
gotium est indiuiduum; quia non potest mihi consuli,
si non consulitur meo socio, arg. ff. de libe. lega. l. si is q
10 duos, quæ l. est no. ad hoc. ¶ † Sed nunquid, qñ appella-
tur ab excōmunicatione, interuenire pōt procurator?
& vī ꝙ non: quia absens nō pōt absolui. dic ꝙ non pōt
reconciliari per manus impositionem: sed per snīam
potest pronuntiari eum iniustè excommunicatū, ut no.
Archi. 11. q. 3. cum aliquis. ergo eodem modo & per
socium. l. ij. C. de consor. eius litis.

S V M M A R I V M.

1 *Protestatio pro appellatione habetur, ubi propter initium me-
tum non appellatur.*
2 *Protestatio requirit causam, & contra alia requirat, & nu.
3. & 4. 5. 6. 7.*
*In noui operis nuntiatione requiritur expreßio causæ, uer. &
simile.*
3 *Iudex si non est in palatio causarum, sed in uilla, an teneatur
protestans accedere ad uillam.*
*Protestatio an poßit fieri de nocte, & an in præsentia alte-
rius, quam iudicis.*
*Metus iustus accipitur pro probabili, etiam si protestās, uel ap
pellans causa sibi metus fuit. §. quæro.*
5 *Protestari si quis timet, quid iuris, & nu. 9.*
6 *Causa non sufficit, nisi in protestatione deducatur.*
7 *Apostolos an iste, qui protestatur, debeat petere.*
8 *Protestatio an deuoluit ad superiorē causam nullitatis, sicut
appellatio.*
9 *Protestari ratione metus est licitum.*
*Metus quid sit, & pro quibus quis metuit, & ex qua causa,
& nu. 13.*
10 *Iustus metus an sit, si uim populi, quem aduersarius concita
uit, quis timet, & ob id ad tribunal accedere timet, & nu-
mero. 13.*
Romani quales, uer. quia hodie.
11 *Testimonium pro me an sit ualidum, eorum, quibus nolenti-
bus aliter deponere dedi decem perterritus lite timore.*
*Pro testimonio uero, & } dare testibus, & iudici pecuniam
Sententia uera } publicè licet, uer. dicit Arch.*
*Testes informare publicè licèt de testimonio uerè dicendo, uer.
& multo.*
12 *Recedere ab appellatione an uideatur ille, qui appellauit, &
metuit, ne iudex amputari sibi manum faceret, ad quam e-
rat condemnatus, si mille non solueret, & soluit illa mille.*
13 *Confessum dicens se metu tormentorū qualiter hoc probabit.*
Metus quomodo inculcatur. uer. respondeo.

1 SI Iustus. † Protestatio pro appellatione hr̄, ubi
pp iustum metum non appellatur. † No. tñ, qđ
ista protestatio requirit causam. nam informis
protestatio non ualet. & simile dicimus in nuntiatione
noui operis, ꝙ ille, qui nuntiat, dēt exprimere causam,
ut no. ff. de no. ope. nun. l. non solum. §. si cum iure. sed
contrarium no. e. ti. l. j. in prin. ꝙ nō requiritur cā in nū
tiatione noui operis, sed in prosequendo ipsam nuntia
tionem in iudicio. ¶ Ego dico, quòd requiritur causæ
expressio, quando causa est de substātia protestationis,
sicut est hic metus. Item sicut est cā in appellatione ab
interlocutoria: quia est præsumptio iuris cōtra eum, q
non exprimit cām, cum pro iudice præsumatur, inquā
tum ad officium suum spectat. No. tñ ꝙ ista protestatio
requirit tempus. s. quod fiat intra tps appellandi; & est
rō, quia subrogatur loco appellationis; & ideo infra tps
appellañ. dēt fieri: alioquin deserto tempore appellādi,
nulla posset esse subrogatio, ut l. bonorum ff. rem ra. na.
l. fi. eo. ti. item requiritur, ꝙ ista protestatio fiat corā iu-
3 dice, à quo, si eius copia potest haberi. † Sed nunquid, si
iudex nō est in palatio causarum, sed in uilla, nunqd te
netur protestans accedere ad uillam? dic ꝙ non: sed de-
bet accedere ad locum causarum, & ibi iudicis præsen
tiam requirere; tex. est no. ff. quando ap. sit l. j. §. appel-
landi. ¶ † Sed nunquid ista protestatio possit fieri de no-
4 ctę? Rńd. sic, si habetur præsentia iudicis: aliās secus, q a
non intelligitur iudex suam præsentiam nō facere, sed
facere non debere, ut d. l. j. §. dies, uer. quid igitur, si con
ditio horæ, ubi est tex. singularis. Item si non pōt haberi
præsentia iudicis, debet fieri in præsentia bonorum ui
rorum, clericorum, uel laicorum, non curo. ff. de iure
do. l. promittendo, in prin. Itē sufficiunt duo boni uiri,
ut ff. de testi. l. ubi numerus. Item requiritur, ꝙ ista pro
testatio fiat in scriptis, nisi fortè fiat illico, sicut appella
tio, ut C. de appe. l. litigatoribus. ¶ Quæro, quid est di-
ctum iustius? Rñ. i. probabilis, ut non consideretur qua
litas grauati, sed æquitas iudicantis, ut supra de exce. cū
inter. & sic non sit uera opin. dicentis per istud c. quod

si iste aliquid commisit, propter quod oporteat eum ti
mere, non habeat hoc remedium ſm Ioan. argu. ff. de
mino. l. Papinianus exuli, & de re iudi. c. pastoralis, in
5 cle. ¶ † Quæro, quid si quis timet protestari, sicut appel
lare? rñdeo, non oportet, ꝙ protestetur in facie iudicis:
sed sufficit, quòd coram amicis & publicè protestetur,
ut. ff. de no. oper. nuntia. l. de pupillo. §. si quis, in fi. & l.
6 iii. C de his, qui per me. iudi. non appel. ¶ † No. hic, ꝙ
non sufficit causa, nisi in protestatione deducatur. sic.
7 C. de an. excep. l. ut perfectius. ¶ † Quæro, nunqd iste,
qui protestatur, debeat petere Apostolos? & uidetur
quòd sic: quia protestatio succedit loco appellationis,
& eodem modo currunt fatalia, ut hic in uerbo, intra
tempus, & d. l. ii. C. de his, qui per met. iudic. Nõ puto,
quòd sit necesse petere Apostolos: quia illud non est
8 iure cautum, nisi in appellatione ꝓpriè sumpta. ¶ † Sed
nunquid ista protestatio deuoluit ad superiorem cām
nullitatis, sicut appellatio? puto ꝙ sic. & eodem modo
coram superiore formabitur libellus, ar. l. i §. i. si qs te.
9 li. es. inſ. fue. quia eadem æquitas est. ¶ † No. ꝙ ratione
metus licitum est ꝓtestari. ff. de acqui. hær. l. qui in alie
na. §. Celsus, & ꝙ qui non protestatur, ius suum negli-
gere uidetur: si tñ nõ audet ꝓtestari, hr̃ pro ꝓtestante,
ut not. in l. i. §. qu. onerandæ. ff. qua. re. ac. non datur.
¶ Porrò scias, quòd metus est mentis cõcussio, siue tre
pidatio proueniens ex aliquo accidenti terribili, siue in
proprio corpore, siue in coniunctis ꝑsonis usque ad se
ptimũ gradum, ꝓ quibus põt quis sentire defensionẽ
armorũ, ut no. ff. de iusti. & iure. l. ut uim. Nã naturalis
affectio hoc facit: quia q unum de agnatione tangit to-
tam agnationem tangere uidetur, ut dicit illa. l. no. C. si
qua prædi. potestate. l. i. Sanè quandoq; qs timet de ho
mine, & tormentis eius, ut hic, & C. de transac. l. inter
positas, & C. de appel. l. cum quidam. qñque timet uim
fortunæ, uel uim diuinam, ut. ff. de dã. infec. l. fluminũ.
10 §. seruus; & de ista non loquitur hic. ¶ † Sed quid, si qs
timet uim populi, quem aduersarius concitauit, & nõ
iustè, ad tribunal accedere timet? rñd. iustus est metus
maximè in Roma, ubi de facili populus concitatur ad
rumorem. nã Roma. dicitur esse caput auaritiæ & flu-
ctuationum: quia hodie Romani pessimam conscientiã
possident, ut no. ff. de usucap. l. sequitur. & in ipsa ciui-
tate pueri efficiuntur citius doli capaces ſm glo. quæ
ita diffamat urbanos in d. l. sequitur. §. pupillus: sed illa
11 fuit glo. Io. Ful. Cremonensis. ¶ † Iuxta prædicta quæ-
ro: ego habebam iustitiã in quadam cã, testes dicebant
mihi, non deponemus ueritatem, nisi des decem: hoc
timore perterritus dedi eis decem. tandè deposuerunt
pro me; queritur, utrum ualeat testimonium? & eadem
quæstio fit, si dedi iudici, utrum ualeat snīa? & uidetur
quòd non ut. l. uænales. C. quãdo prouo. non est neces.
Dicit Archi. quòd licitum est dare pecuniam iudici, &
testi pro uera sententia, & pro uero testimonio, dum-
modo detur publicè, non secretò: nec ista dicitur cor-
ruptela, sed cautela, & redimere uexationem suam ſm
Arch. q ita no. 11. q. 3. qui rectè. Et iõ si iudex nõ uult
facere tibi iustitiam sine simonia, ex parte tua sis cau-
tus, si potes, quòd ei des pecuniam coram duobus testi
bus, & tabellione: alioquin omninò abstineas. Et mul-
to fortius est licitum informare testes non in secreto,
nec in camera, sed palam, qualiter reddant uerum testi
monium, ut eleganter no. Rofre. in ti. de senatusconsul
12 to Liboniano. † Quid de eo, qui appellauit, & metuit,
ne iudex amputari sibi faceret manum, ad quam erat
condemnatus, si mille non solueret: soluit illa mille,
utrum ab appellatione recedere uideatur? respondeo
non: immo potest eam prosequi; & si uincit, pecunia
debet ei restitui. ff. de appella. l. cum ex cã. qui casus nõ
est alibi. Et ibi est expressum, quod qui non propria uo
luntate facit contra ap. sed compulsus, non uidetur ap
13 pellationi renuntiare. ¶ † Vltimò quæro, quidam dicit,
se confessum metu tormentorum, qualiter hoc proba-
bit, cum metus sit intrinseca mentis qualitas? respon-
deo per approximationem terribilem, puta per appro
ximationem armorum, uel carri, siue berline, ut. l. i. C.
unde ui. Item per consuetudinẽ illius prætoris, ut no.
Bart. in d. §. si quis ipsi prætori. Item per præcedentem
tormentationem, uel terribilem comminationem, ut
C. de appel. si quis prouocatus, & l. nouissimè. § 1. ff. de
sal. tuto. auf. ubi est tex. no ꝙ paria sunt timere torturã
futuram, & præsentem: metus etiam carceris, nisi car-
cer adhibeatur secundum ordinem iuris, metus tortu
ræ est, ut supra eo. c. dilectis, &. ff. quod metus causa. l.
qui in carcere: si quis tamen uerisimiliter nõ erat alias
facturus, ut. ff. de testa. l. qui à latronibus. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinatio multiplex est.*
Contra piratas procedi potest, uer. nam contra.
Sine mercatura uiuere non potest mundus } *uer. quia mundus.*
Mercatoribus immunitates aliquando conceduntur, & à quibus } *uer. quia mundus.*
2 *Clericis non est licitum peregrinari absque licentia superioris sui, nisi ex causa appellationis.*
Sub protectione Papæ recepti non liberantur ab ordinarijs suis, uer. Recepti.

De clericis peregrinantibus. Rubrica.

1 PEREGRINATIO† alia mala, ut exilii,
uel causę pyraticę; & ista non prodest. Nã con
tra istos possunt fieri processus, ut not. in l. ad
cognitionem. ff. qui. ex cau. in poss. ea. ubi optima glos.
Alia bona, cum pro lucro captan. ut causa mercantiæ,
ut faciunt Genuenses; & ista est amica populis: quia
mundus non potest sine mercatoribus uiuere: tamen
non est priuilegiata aliquo priuilegio redacto in cor-
pore iuris, licèt gratiosè à principibus sæpe multas ha
beant immunitates; & exemptiones, quæ eis benignè
& sine cauillatione custodien. sunt. Municipia aũt non
possunt has immunitates cõcedere, ut singulariter no.
C. de decurio. l. uacuatis, lib. x. Alia melior pro uirtute
quærenda causa studiorum; & ista est in aliquibus pri-
uilegiata. C. ne fil. pro pa. auſ. habita. Alia optima pro sa
lute animæ, ut quando uisitantur limina Apostolorum
34. q. 3. si quis Romipetas. alia impetuosa ex ui diui-
na. ff. de pub. l. Cæsar. ff. de dã. infec. l. fluminum. §. Ser-
uius. Alia necessaria, sed non præcisa in causa appella-
tionis. Alia necessaria & præcisa, ut si Papa uocat præ-
2 latos ad conciliũ, suprà de appel. cum parati ¶ † Et not.
quod clericis non est licitum peregrinari absq; licẽtia
superioris sui, nisi ex cã appellationis ſm Inno. rece-
pti sub protectione Papæ sunt fauoribus prosequen-
di, sed non propterea liberati ab ordinariis suis, de pri
uilegiis. si Papa, lib. vi. & hoc no. per. Archid. xxv. q. ii. c.
de ecclesiasticis.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinantes ad Papam cum rebus suis sub Apostolica protectione consistunt, & idem in peregrinantibus ad Sancto Iacobum, & Beatum Antonium.*
Peregrinantium nomine quis possit agere. §. Quaero.
Peregrini an retineant possessionem naturalem.
Peregrini restituuntur ad sua attentatorum exemplo. §. in contrarium.
Peregrini capi non possunt per represalias, ibidem uersi. sed quaero.
Peregrinantes qui offendunt, excommunicantur ter in anno Romae. §. & no.
Sub protectione ecclesiae recepti habent priuilegium clericorũ, & ecclesiasticarum personarum.

1 CONQVERENTE. † Peregrinantes ad Papam cum rebus suis sub Apostolica protectione consistunt. Idem in peregrinantibus ad Sanctum Iacobum, uel Beatum Antonium, ut C. de succe. auf. omnes peregrini, & aduenae. ¶ Casus patet. Quidam presbyter, dum uellet ad curiam accedere, nõ supposuit expresse res ecclesiae, & suas sub protectione sedis Apostolicae; unde immediatè aduersarii sui occupauerunt possessioné: Papa mandat, quòd omnia occupata, & substracta restituantur: quia ipso iure sunt sub protectione ecclesiae. Quaero, quis eorum nomine possit agere? respon. omnes personae, quae cõtinentur in l. i. C. si per uim, uel alio modo. quae est lex no. ¶ † Quaero,
2 utrum isti peregrini retineant interim possessionem naturalem? de ciuili enim non est dubium: quia eam retinent animo. & uidetur ꝙ non, ut. ff. de acquir. pos. l. clã possidere. §. qui ad nundinas. ¶ In contrarium uidetur, quòd legis potestate, & protectione retineant utraque possessionem, scilicet naturalem, & ciuilem, ut protectio aliquid operetur. Sed certè dicitur hic, ꝙ iudices etiam ex officio tenẽtur istos restituere: nunquid sicut attentata pendente appellatione restituuntur uelo leuato, ita erit hic? & puto quòd sic, unde sufficit quaecũque quaerela exposita iudici, licèt non in modum libelli, & hoc per illam no. glo. quae est. 1. q. 4. quia praesulatus. Sed quaero, nunquid isti poterunt capi per represalias? respondeo non: quia sunt sub protectione ecclesiae; casus est hic. ¶ In tex. ibi, Iter arreptum, de hac forma tractat Ioan. And. infra de rebus eccle. non alie. c. episcopi, in glo. sumitur. ¶ Et no. quòd ecclesia Romana habet ex consuetudine, ut ter in anno excommunicet eos qui tales offendunt in eundo, stando, & redeun-
3 do. ¶ † Et sume hic argumentum, quòd recepti sub protectione ecclesiae habent priuilegium clericorum, & ecclesiasticarum personarum; & ideò iudicem ecclesiasticum habent protectorem; quod no. Bald.

SVMMARIVM.

1 *De confirmata re per Papam scienter, iudex inferior non cognoscit, in prin. & nu. 3. & 4. & 5. & 10. §. idem ait.*
Litigiosi uitium impedit principis confirmationem.
2 *Confirmatio facta in forma communi quid operatur.*
3 *Papa si confirmauit alicui beneficium ecclesiasticum, an inferior poterit cognoscere de intentione principis.*
Ius naturale cõe magistratibus omnibus est, uer. quia ius.
4 *Inferior an possit cognoscere de ualiditate concessi.*
Confirmatio generalis nunquam addit robur inualidis. §. sed de persona uer. sed confirmatio, & nu. 10. §. idem ait.
5 *Confirmatio quando est facta sine causae cognitione, an uera uel falsa sit confirmatio, solus Papa cognoscit.*
6 *Contractum si confirmat princeps, an ista confirmatio aliquid operetur.*
7 *Confirmator sententiae an habeat cognoscere de processibus.*
Executor sententiae non habet cognoscere de ordine processuũ, uel sublitis, uer. sed executor.
8 *Successor an teneatur confirmare factum praedecessoris.*
Obligatio non extenditur ad successorem eius, qui ius suum morte finit, uer. nam quoties.
9 *Confirmatio, & priuilegium an inter se differant, & nihil addit titulo possidendi, nisi in casu.*
10 *Confirmatio non mutat naturam eius, quod confirmatur.*
Derogare iuri alterius per suam Papa non uult confirmationem. §. idem ait.
11 *Clausula, Ex certa scientia, quae idem operatur, quod derogatoria specialis, non apponitur in forma communi.*
Clausulam, non obstante, an sufficiat apponere generaliter, uer. nec clausula.
12 *Pater an possit petere confirmationem status filiorum.*
Confirmationem sententiae, quae transiuit in rem iudicatã, petere quis potest, & multa ea operatur, uer. an quis.
13 *Testamentum si confirmauit imperator, in quo erat clausula irreuocabilitatis, quid operatur illa clausula.*
Possessionem ingredi potest haeres, & legatarius, mortuo testatore, qui se constituit pro eis possidere, uer. Pone.
14 *Decretum an possit confirmare contractum ex interuallo.*
Decretum ubi est, ibi nulla deceptio praesumitur interuenire, uer & no.
15 *Testamentum Papa si ex certa scientia confirmauit usurarij manifesti, non praestita cautione, an testamentum sit, nullum, & nu. 16.*
16 *Donatio causa mortis an sit inualida, nisi sit praestita cautio.*

De confirmatione utili, uel inutili. Rubrica.

SI QVIS. Casus huius capituli, & sequentis. de re scienter confirmata per Papam iudex inferior non cognoscit, nisi tẽpore confirmationis res esset litigiosa, uel confirmatio alias subreptitia. ¶ Casus. Aliquis mouit quaestioné contra aliquem super re aliqua: reus lite pendente impetrauit à sede Apostolica confirmationẽ rei litigiosae: quaesitum fuit, an per hoc iudex supersedere debeat cognitioni causae? Rñ. non: secus, si confirmatio fuit facta antequam res esset litigiosa: quia tunc nulli licèt co-
1 gnoscere sine mandato Papae. ¶ † No. quòd uitium litigiosi impedit principis confirmationem. sed contra ff. si quis cau. l. qui autem. sol. ibi loquitur, quando princeps concessit solenniter, & ex certa scientia. Praetereà ibi concessit priuilegium fori, non priuilegium rei litigiosae, & facit. C. unde ui. l. auctoritate. ¶ Quaero, quid
2 † operatur confirmatio facta in forma communi? Rñd. nihil operatur quò ad rei concessae ualiditatem, nisi fiat ex certa scientia, uel cum causae cognitione. infrà. c. pro
3 ximo, &. s. de offi. delegat. c. studuisti. ¶ † Pone, Papa cõfirmauit alicui beneficium ecclesiasticum, nunquid inferior poterit cognoscere de intentione principis? certum est, ꝙ non cognoscit de ea, nisi princeps sit. C. de legi. l. finali. de regulis iuris. l. Neratius, nisi intẽtio principis sit nota per rationem naturalem: quia ius naturale commune est omnibus magistratibus. ff. de uulgari subst. l. ex facto. ff. de excu. tut. l. scire oportet. §. & si. na-

xim:

4 ximè. ¶ † Sed nunquid pót cognoscere de ualiditate cõcessi? dicit Io. An s. de iudi. c. cum uenisset, ꝙ inferior nó pót cognoscere de beneficiato. i. an sit dignus, uł capax, necne, C. de cri. sacr. l. instar: sed bene pót cognoscere de beneficio; puta an ualeat, necne. & idem in priuilegio, ut si princeps priuilegiauit me de aliquo castro. posset ordinarius cognoscere, an esset uacans, necne, Item an per obreptionẽ impetrauerit, necne. ¶ Sed de persona mea, an sim capax, uel ne, cognoscere nó pót. In confirmatione autem dicas, aut confirmatio est facta sine causæ cognitione; & non ualet; & inferior potest cognoscere de beneficio. aut cum causæ cognitione, & ex certa scientia; & tunc diœcesanus non pót cognoscere: quia omnia meritò nostra facimus: quib' nostra authoritas impartitur, ut l. ij. C. de ueteri iur. enucle. & prædicta habent locum in confirmatione speciali. Sed confirmatio generalis nunquam addit robur inualidis, ut notatur in l. j. ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iuris, & in c. 1. de lege. Corra. col. x. ¶ † Adde, dicit In

5 no. ꝙ qñ est facta confirmatio sine causæ cognitione, an uera, uel falsa sit confirmatio. solus Papa cognoscit. sed inferior cognoscit iudex, qui incœperat cognoscere de causa, puta beneficio, electione, uel dominio, Inno. si autem fit cum causæ cognitione confirmatio electionis, uel beneficii, facit ius apud omnes, Innocen. no. ff. de adoptio. l. adoptio non iure facta, dumtamẽ sit

6 facta citatio generalis per edictum. ¶ † Pone, ꝙ princeps confirmat contractum, utrum ista confirmatio aliquid operetur? & uidetur quod uestiat pactum nudum ut l. legitima. ff. de pact. & suppleat defectum, si quis est de iure ciuili propter aliquam solennitatem intrinsecam uł extrisecã, ut l. j. ff. de test. mino. in 3riũ vř. C. de inofficio. testamen. l. si quando, in prin. C. de decurio. l.

7 si quos, li. x. ¶ † Quæro, an confirmator sententiæ habeat cognoscere de processibus? respon. sic, id est de ordine processuum, uel iustitia; ita eleganter dicit hic Inno. & ego dixi supra de re iudi. c. de cætero. Item no. ꝙ in confirmatione sententiæ sunt duæ sententiæ ualidæ: tamen secunda dependet à prima in materia & forma. ff. de li. le. l. Aurelius. §. testamento; facit. ff. de usu-

8 fruc. l. fina. ¶ † Quæro, nunquid successor teneatur cõfirmare factum prædecessoris, respon. aut est factũ bene; & tenetur ratificare: aut male; & tunc secus, ut in c. 1. qui succe. tene. col. x. & ibi dixi, & not. per Archidiaco. 25. quæstione. 2. decessor. tamen antecessor non potest mittere falcem in tempus successoris, ut si uelit locare reditus in tempus successoris, & fructus recipere pro futuris annis: quia ei non plus acquiritur, quam ratio administrationis permittat. nam quoties tempora distributa non cadunt in eodem subiecto, sed in diuersis personis, tot sunt contractus, quot pensiones, ff. de ser. l. si seruus communis uicini. §. fin. ubi est melior textus, qui sit in iure. Si autem est una obligatio perpetua continua, & non discreta & rationabiliter celebrata, successor tenetur confirmare factum prædecessoris, & ipsum renouare, ut extra de solu.

9 ca. 1. ¶ † Modò quæro, an sit differentia inter confirmationem, & priuilegium? respond. sic; & diuersus est stylus, ut not. Archid. 25. quæstione. ij. §. j. Ibidem ait, quod confirmatio quo ad titulum possidendi nihil addit, nisi habeat uim collationis de nouo. ff.

10 de mili. testa. l. tribunus. §. miti. ¶ Idem ait, quod confirmatio non mutat naturam eius, quod confirmatur. nam codicilli confirmati in testamento retinent naturam codicillorum, & non assumunt naturam testamenti, unde in ipsis non potest directo substitui, uel ét tutor dari, cuius auctoritate hæreditas adeatur, ut ff. ad Treb. l. Scæuola. ¶ Idem ait, ꝙ Papa confirmando, iuri nullius uult derogare, ad hoc. ff. de uulg. substi. l. ex facto. Idem ait, ꝙ indirectè potest inferior cognoscere de confirmatione Papæ, ut si obijciatur falsi suggestio, i. surreptio, ut j. eo. c. nam non licet beneficium principis per fraudem interpretari, ut ff. de in ius uocan. l. sed si hac. §. patronum. ¶ Idem ait, ꝙ qñ Papa cum causæ cognitione ex certa scientia confirmat; talis confirmatio eneruat cognitionem iudicis, ut supra de transa. c. 1. Sed si confirmatio fiat simpliciter, nihil operatur, nisi dubium super impetratis de nouo oriatur: quia illud est decidendum per Papam secundũ Arch. qui ita not.

11 eleganter ubi supra. ¶ † Adde & dic, ꝙ in forma communi non apponitur clausula, Ex certa scientia, q̃ idem operatur, quod derogatoria specialis: nec clausula, Nõ obstante, quæ non debet generaliter proferri, sed uerbis specialibus; quibus etiam uerba generalia possunt subiungi secundum Archi. ibidem. ¶ Ego puto ꝙ sicut sufficit dicere, Ex certa scientia in genere, ita sufficit dicere, Non obstante aliqua lege: quia princeps omnium legum habet scientiam, de hoc dixi in materia feudorũ in c. naturales, si de feu. fue. contro. ubi uideas in lectu.

12 mea. ¶ † Quæro, an pater possit petere confirmationẽ status filiorum? textus est in suppletione. ff. de ritu nuptiarum. l. qui in prouincia. §. j. nec est opus citari agnatos, ét si filij sint incestuosi; textus est ibi solitarius. An quis possit petere confirmationem sententiæ, quæ transiuit in rem iudica. uidetur ꝙ non: quia frustra imploratur, quod est ipso iure concessum. l. si quis sub conditio. § fina. ff. de condi. institu. l. j. C. de thesau. lib. x. & ió non procedit petitio, quæ nihil potest operari. Sol. dic, ꝙ immò potest, & multa operatur secundum Inno. ut

13 ff. de noui op. e. nun. l. de pupillo. § sin autem. ¶ † Sed ecce imperator confirmauit testamentũ, in quo erat clausula irreuocabilitatis. respon. illa clausula non plus operatur, quàm si princeps non confirmasset. C. de test. l. omnium. Pone, testator ad confirmationem illius clausulæ, constituit se possidere pro hæredibus, uel legatarijs. respon. non ualet ut precarium: quia nemo rẽ suã precario rogare potest: tamen hæres, & legatarius possunt mortuo testatore ingredi possessionem: quia testator potest præuenire mortem traden do. ff. de le. iij. l. Lu

14 cius; & no. hoc dictum, quia nouum. ¶ † Quæro, utrũ decretum possit confirmare contractum ex interuallo? & vř ꝙ non: quia decretum est solennitas necessaria, & solennitas debet cohærere actui, cui aliàs debet inesse. respon. ꝙ confirmat ut nunc ex repetito consensu, nõ retrò. ff. de offi. procon. l. obseruare. §. fi. tamen non est necessarius in ecclesiasticis alienationibus nouus tractatus, ar. in l. j. in fi. ff. de do. præleg. item etiam requiritur consensus utriusque partis, ut C. de nup. l. si ut proponis. l. si C. commu. prædi. unus tamen tractatus est, & ideò non est necesse, quod iterum contrahatur. ff. de secun. tabu. l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de proba. l. cum tacitum, & no. quod ubi est decretum, ibi præsumitur, quod nulla deceptio interuenit, tex. est nota. in

15 l. C. de præd. curi. li x. ¶ † Sed quid si Papa ex certa scientia confirmauit testm̃ usurarii manifesti, non præstita cautione? nam istud testamentum est aliquod de iu. gẽ. & etiam de iure ciuili, ut ff. si cer. pet. l. eius, qui in prouincia, in prin. Secus de iure canonico, quod in hoc corrigit ius ciuile, & omnia statuta municipalia, quæ in contrarium loquuntur. nam statuta talia sunt in

in præiudicium animæ & ecclesiasticæ iurisdõnis: quia causa usurarum, & pœna est de iurisdictione ecclesiæ, & ideo sunt nulla ipso iure, ut in c. quanquam, de usu. li. 6. Item ꝙ ualeat confirmatio, facit. C. de test. l. omniũ præstare cautionem est quædam solennitas extrinseca, quod apparet: quia est contractus, & non ultima uoluntas; unde non est quid intrinsecum ultimæ uoluntatis, sed quoddam extraneũ, quod sufficit etiam ex interual
16 lo interuenire, ut no. in d. c. quanquam. ¶ † Porrò in donatione causa mortis non reperitur l. cautũ, ꝙ non ualeat, nisi sit præstita cautio. dicas, ꝙ si ex tali donatione consueuit oriri actio ex testamento; & non ualet: aut cõdictio ex lege, uel actio ex stipulatu; & tunc ualet: quia usurarijs manifestis non est interdictum contrahere, sed testari, inter quæ est discrepantia, ut ff. de uer. signi. l. uerba gesserunt. ¶ Quando autem oritur condictio ex lege, not. ff. de lega. ij. l. cum pater. §. nemo, quæ dicit, ꝙ condictio ex lege, si quis argentum, habet locum in donatione causa mortis. quæ gloss. non est alibi. Solu. puto, ꝙ confirmatio dicti testamẽti facta per Papam & nõ per alium etiam imperatorem det dicto testamento ualiditatem: quia Papa potest tollere suum statutum, ut ff. de legi. l. non est nouum. Bald.

Lectura aurea. D. Baldi de Perusio super secundo decretalium ad laudem omnipotentis Dei fœliciter explicit.

INCIPIT COMMENTVM EIVSDEM SVPER TERTIO.

SVMMARIVM.

1 *Vita est triplex.*
De uita cum loquimur, intelligimur loqui secundum naturam non fictionem.
2 *Vita disciplinæ est duplex.*
3 *Vita particularis quæ sit, & qui ea uiuant.*
Viuentes sub eodem tecto dicuntur in commune uiuere, uer. uiuente.
Vita capitur, & pro coniunctione animæ & corporis, & pro uictu, uer. ponitur.
Medicina an contineantur uerbo uictus, & alimenti. §. alio modò.
Alimenti nomine continetur, nisi quod conuertitur in nutrimentum, ibid.
Vitam si quis in domo legat uxori quid eo legato continetur, uer. Vnde si.
4 *Vita dicitur quædam disciplina, secundum quam decet uiuere omnes, qui in ciuitate sunt.*
Intelligendi, & Significandi } modus unus, & idem, & sumitur à proprietate materiæ, uer. quia modus.
Disciplina quid, uer. est autem.
Vitæ tertia species principalis est uita gratiæ.
Homo subiectus est diuersis pressuris. §. Porrò.
Vita beata est, & non hic, ibid.
6 *Vita diuiditur in actiuam, & contemplatiuam.*
Vita naturalis non præsumit ur ultra centum annos in hoc corpore durare, uer. Sanè.
Obligare se quis non potest ad mortem uel ad amissionem membri, uer. illud.
7 *Homo ex corpore, anima, & mente consistit.*
Mens est rationabilitas animæ, & regit animam.
Animæ officium.
8 *Honestas dicitur quasi honoris seruans statum, & sororizat cum uerecundia.*
Honor non potest nũmario pretio æstimari, uer. Sanè. augetur per dignitatem, ibid. & per eum quis acquirit utilitatem, uer. & qui.
9 *Ad honestatem clericorum non solum honestè & castè uiuere, sed à uestibus sordidis abstinere pertinet.*
Vestes sordidæ inducunt pudorem, uer. quia.
10 *Ignis inferni quomodo non consumit in inferno detentos.*
11 *Loca pœnarum, & inferni sedes incognita fuerunt ante resurrectionem Lazari.*
12 *Ex conuersatione oritur infamiæ suspicio.*
Impudica res infestant oculos, uer. Item debent.

De uita, & honestate, clericorum. Rubr.

1 TRIPLEX † est uita. s. naturæ, disciplinæ, & gratiæ. & cum loquimur de uita, intelligimur loqui s̃m naturam, non s̃m fictionem: quia omnis rerum ꝓprietas natura consistit. ff. de uerbo. obli. l. ex ea parte. §. si. ff. de iure fis. l. statim. §. Cornelio, nisi in re, de qua agitetur, repræsentetur idem effectus per iuris dispositionem, s̃m quam dicimus, ꝙ deportatus habetur pro mortuo. ff. de libe. &
2 posth. l. generaliter. §. & quid si tantum. ¶ † Vita autẽ disciplinæ est duplex, scilicet religiosorum, ut in auf. de mona. §. cogitan. & aliorum clericorum collegialiter uiuentium exemplo Apostolorum, ut infra e. c. qm̃. ; 1. dist. præter hoc. de consecratio. dist. 5. c. in omnibus, se
3 cundum Gof. ¶ † Vita autem particularis est, quãdo clerici seculares uiuunt quilibet in domo propria, nõ sub eodem tecto, uiuentes enim sub eodem tecto dicuntur uiuere in communi: sed uiuentes seorsum unus ab altero ducunt uitam particularem; & est simile. ff. ad Sil. l. j. §. occisorum. Ponitur autem uita uno modo pro cõiunctione animæ, & corporis. Nam quandiu anima est in corpore, etiã si homo sit ita proximus morti, quòd nullum habeat officium uitæ: tamen adhuc uiuere dicitur, & occidens eum punitur tanquam homicida, ut l. in

l.in hac.ff.de Triti.&.ff.ad leg. Aqui.huic scripturæ. & hoc patet, quia uiuus moritur; mortuus autem nõ moritur, nec uulneratur, ut no.in l.j.C.qui accu. non pos. & ff.de ma.te.l.qui dos.& ẽm hunc modum intelligendo, sumitur id quod dicit philosophus, quòd uiuere uiuentibus est esse.¶ Alio modo intelligitur uita pro his, quæ sunt ad uitam.i.pro cibo & potu, & alijs necessariis, quæ cedunt in uia nutrimenti: sed de medicinis est dubium, utrum contineantur uerbo uictus; & dicendũ est, quòd sic, si sufficit modica impensa, licèt non contineantur nomine alimenti: quia non est alimentum, nisi quod conuertitur in nutrimentum, non id, quod uadit in secessum.i.quod nullo modo conuerti potest in nutrimentum. unde si testator legat uxori uitam in domo, intelligitur etiam de medicinis secundum quosdã: sed alii dicunt, quòd illud legatum est benignè & plenè intelligendum, ut.ff.sol. mat.l. si cum dotem.§. sin autem in sæuissimo, & ar.ff.cõmo.in l.in rebus.§. possunt, ut debeantur alimenta non solum sibi, sed etiam

4 familiæ sibi necessariæ, ar.ff.de iud.l non alias.¶† Secundo modo principaliter dicitur uita.i. quædam disciplina, secundum quam decet uiuere omnes, qui in ciuitate sunt si respicit uniuersum, in uniuerso, ut.l.ii. & iii.ff.de leg.sed si respicit uniuersum, non in uniuerso, sed in aliqua parte, puta de disciplina militari, uel scholastica, uel simili, tunc non sumo intellectũ uniuersi ꝓ integro uniuersali, sed prout adaptatur illi parti: quia modus intelligendi, & modus propriè significan. sunt unum & idem, & sumitur à proprietate materiæ, ut.ff. loca.l.si uno, &.ff.de usu.l si stipulatus. Est autem disciplina idem, quod sapientia rectè & moderatè uiuendi iuxta illud psal. apprehendite disciplinam domini.

5 ¶† Tertia species principalis uitę est uita gratię, quàm mortales nõ possunt ꝑfectè cõsequi, nisi prius moriatur caro cum suis uitiis. unde dicit Augu. nõ habemus hic manentem ciuitatẽ, sed futuram inquirimus. nã in ista ualle lachrymarum nõ est aliquod perfectũ bonũ, ubi diabolus habet potestatem tentandi, licèt nõ plectendi. ¶ Porrò homo est subiectus diuersis pressuris; unde animalia quæcunq; minuta possunt interficere hominem, uel saltem molestijs afficere. Sanè certum est aliquam esse uitam beatam: sed non est hic; ergo ad eam habendam oportet hominem mori, & dissolui; unde Apostto. insefix tu, quod seminas, non uiuificatur, nisi

6 prius moriatur.¶† Vlterius dico, quòd duplex est uita. scilicet actiua, & contemplatiua, ut in.c.nisi, de renuntia.& de regula.c.licet uita contemplatiua seipsa contẽta est; determinatur ab extra Sanè hoc naturaliter patet, quòd uita naturalis in corpore isto non præsumitur durare ultra centum annos illi qui excesserunt eos, præsumuntur non uiuere, ut no. in l.ij.§. si dubitetur. ff.quemad.testa.ape.& C.sol.mat.l.siquidem.ff. de iu.l. proponebatur.C.de sacr.san.eccle.l.fi.& not. Inno. de uerbo.signi.ueniens. Illud etiam est bene notandum, quod si quis fecit aliquam promissionem, cuius executio tendit ad mortem, uel amissionem alicuius membri, quòd non tenetur eam obseruare, ut no.Inn. suprà quod me.cau.c. cum dilecti: quia nemo est dominus membrorum suorũ. unde, qui promisit reuerti ad inimicum, & si reuertatur, iugulabit eũ; non obligatur ex fide promissi, quod dat materiam delinquendi.ff. de fideius.l.si à reo.§.si reo. facit.ff.de neg.gest.l. nam & ser

7 uus, in prin.& quod no.xxiij.q.v.cum homo.Bal.¶† Dicit Remigius, quòd homo ex corpore, & anima, & mente consistit, quæ & rationabilitas animæ dicitur, & cum unum sit anima, & mens, diuidamus hic animam, quæ uiuificat corpus, & mentem, quæ regit animam, unde Apo.dicit uitam significari per animam, & uirtutem per mentem; hæc ille super Epistola Pauli ad Roma. Porrò anima naturalis perficit naturam suam intel

8 ligendo semꝑ uirtute cælesti ministrãte, & no ¶† Sequitur in rubrica, & honestate clericorum. & dicendũ est, quòd honestas, & uerecundia sororizant, & utraq; castis moribus perseuerat. dicitur autem honestas quasi honoris seruans statum, ut no. infra eo.ti.in rub.lib.vi. per Ioan.And. & ideò si testator legat mulieri, donec honestè uixerit, intelligitur, donec honorem suum seruauerit. Sanè honor non potest pretio nũmario æstimari, ut.ff.si quis omis.cau.testa.l.Iulia. nec potest honor cum malis moribus commisceri, ut C.de secun.nup.l.i. &.ff.ad Trebel.l.facta.§.sub conditione, &.ff.de cond. instituti.l.filius.ff.de uerborum significationibus.l. Nepos Proculo. Augetur enim honor per dignitatem, ut. ff.de condi.& demõ.l.falsa.§.j.& sacerdotiũ facit quasi nouum hominem.ff. de arbit.l. non distinguemus.§. sacerdotio. & qui acquirit honorem, acquirit utilita-

9 tem, ut.ff. de iudi.l.si lõgius.§.fi.¶† Ad honestatem aũt clericorum pertinet non solum honestè & parcè uiuere, sed à uestibus sordidis abstinere; quia uestes sordidæ inducunt pudorem, ut.ff.de iniur.l.uestem sordidã. & è cõtra debent abstinere à uestibus nimis pretiosis. Nam licèt ipsi sint milites Dei, tamen sunt milites seculi. debent ergo indui uestibus mediocribus, & pompas uestium dimittere, etiam si prius fuissent milites seculi: quia non debet amodo se conformare militibus seculi, sed militibus Dei, ut in c.j.de mili.uasal.qui ar. bel.depo.coll.x. Et no.ꝙ quidam sunt in uita naturæ, & tamen sunt in morte gratiæ, ut inferi, qui non sunt in gratia gratum faciente, nec in gratia gratis data.

10 † Et si quæris, quomodo ignis inferni non consumit eos, dicunt quidam, quòd ille ignis non est naturalis. Sed in uita Beati Nicolai legitur, quòd est materialis materiæ sensibilis, & non uisibilis. & est quædã species ignis de ꝑ se; & hoc refert magister historiæ scholasticæ super Genesi in c de eiectione hominis de paradiso. Item de tribus sectis Iudæorum à communi uita, & opinione distantibus tractat idem magister in hystoriis euangelicis in c.de tribus sectis Iudæorũ. & est pulchrum uidere, & scire, quomodo se habent ad sectam Catholicam Christianorum. nã multa plus quàm mo-

11 ralia ibi inuenies.† Dicit magister historiæ super Euãgelio in c.de alabastro unguenti, quod loca pœnarum, & sedes inferni fuerunt incognita ante resurrectionem Lazari. idẽ ait in c.de lunatico sanato, &c. lunatici plerunque non ex uitio lunæ patiuntur, sed demones eos uexãt illis temporibus, ut per lunam infament creatorem lunæ. idem ait, quòd quare Deus fecit hominem, quem damnandum præuiderat, non est inquirenda ratio: q̃a Deus est maior omni ratione. & ista dicitur prouidentia, non prudentia. illi autem, qui sunt salui, pro prouidentia Dei sunt, à quo dependet omnis salus &

12 bonum.¶† Ex mala conuersatione oritur suspicio infamiæ. & ideò clerici ab ea debent totaliter abstinere. Item debent cauere, ne uideant res impudicas, quæ infestant oculos, ut.l.cum suprà uiuentes.C.de re milita.lib.x.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, secus, localiter exponitur.i.iuxta, & aduersatiuè.*

Oratiuncula

Orationis una pars pro alia plerunque ponitur, uersi. & plerunque.

2 *Laici, quando diuina celebrantur, si sedeant, uel stent inter clericos, sunt eijciendi, non puniendi, & in prin.*

T LAICI. Statuit concilium, ut laici, qn̄ diuina mysteria celebrantur stare, uel sedere non audeant inter clericos: sed in parte ecclesiæ, quæ ab eis distinguitur per cancellos. Orare autem possunt in sancta sanctorum. & dicitur sancta sanctorum latior pars ecclesiæ. no. quod lo-
1 ca debent distingui, ne diuina turbentur officia. ¶ † In tex. ibi secus. i. iuxta, uel immediatè. ff. de ser. urb. præ. l. quidam Hiberus. sicut exponitur dictio, secundū, prout ponitur localiter. ff. de acqui. re. do. l. maritus. Sed ut plurimū dictio, secus, ponitur aduersatiuè, ut no. eo. ti. l. per. seruum. §. pe. & hoc est generale, quod dictiones respectiuæ significant secundum suos effectus, & plerunque una pars orationis ponitur pro alia, ut no.
2 de condi. & demon. l. has causas. ¶ † Quæro, nunquid sint puniendi laici, qui contra faciunt ex consuetudine? dic quòd sunt eiciendi, non puniendi, sicut fecit Christus, qui eiecit mercatores de templo, non tamen puniuit eos. uide quod not. C. de sacrosan. eccle. l. nemo martyres.

SVMMARIVM.

1 *Arma non licèt portare clericis, & si portant, excommunicandi sunt, in prin.*

Vsurarij non sunt ipso facto excommunicati, sed excommunicandi, ibid.

Gladij paue an dicantur arma.

In denominanda re aptitudo, & consuetudo inspicitur, uersi. & in qualibet.

2 *Clericis an sit licitum portare loricas de ferro.*

Arma quæ dicantur, uer. item arma.

3 *Prælatis & clericis licitum est laicos ad arma prouocare contra inimicos humani generis.*

Ad arma recurritur, ubi iura non sufficiunt, uer. & ubi.

4 *Clerici si post trinam commonitionem episcopi, ne portent arma, sunt inobedientes, & capti fuerint cum armis, non sunt ab ecclesia defendendi.*

Extra protectionem ecclesiæ quinam sint, uer. & sunt extra.

Defendere possessionem suam unicuiq; licet, atque fructus, uer. dicit.

5 *Sociorum iniuriam potest quis armis repellere, siue loquamur de socio societatis rerum, siue itineris.*

6 *Clericis, uel prælatis an liceat noua castra, uel munitione facere.*

Clericus potius fugere, si potest, debet, quàm fugientem percutere, uer. si clericus, nisi in casu, & quo.

Fugere laicus non tenetur, ibidem.

7 *Clericis, si pressuram patiantur, licitum est se defendere, dū tamen servetur modus, & moderatio.*

Moderatio & modus quando dicatur à se defendente seruari. §. Ecce.

Occidendi animus præsumitur ex armorum qualitate, uersi. & ex.

Modum excedens quomodo puniendus, uer. utrum autem.

8 *Contendentes de aliqua possessione si sunt duo, & parant se ad bellum, an iudex possit possess. sequestrare.*

Possessionem an iudex possit sequestrare, duobus de ea contendentibus, & ad bellum se parantibus.

Incontinenti, & ex interuallo } *dicitur, prout materia requirit, & exempla, uer. item sitas.*

9 *Offensi an sit licitum facere aduersarium suum assasinari. mandatarius, & non mandans quādo puniatur, uer. præterea.*

Vindicta respicit facta retrò, } *uer. illud constat.*
Defensio futura.

10 *Vxorem alterius si quis adulterauit, & offensus è contra postea adulterauit uxorem illius, an hoc genus uindictæ sit licitum.*

Raptus uirginis cum raptu non compensatur, uer. Idem.

11 *Transiens per loca periculosa dicitur transire per fortuitos casus.*

12 *Vsurarius si est excommunicatus propter usuras, licèt sit absolutus à uinculo excōmunicationis per diœcesanum suum tamen non est absolutus à restitutione usurarum.*

13 *Indebiti condictio non augetur per excommunicationem.*

Vsuræ prohibitæ ex utroque testamento, & qua. §. & nota. & seq.

Vsura non est idem, quod pœna. §. Sed si. uer. quia aliud.

14 *Fœnerari quòd quis sit solitus, an probetur per codices rationum, quas usurarius conscripsit secretè in camera, nemine mandante, nec sciente.*

Iudicium non incipit ab edendo. §. Sanè.

Vtens, & usurus instrumento quis dicatur, ibid. uer. utens.

Pœna diuersimodè accedit, & quando dicatur usura, ibidem uer. & dic.

15 *Vsura promissa sub titulo donationis non ualet.*

16 *Iudices seculares an possint se intromittere de restitutione usurarum certarum.*

LERICI. Clerici non debent portare arma, & si portant, debent excommunicari. Item usurarij sunt excommunicandi. No. quòd usurarij non sunt ipso facto excommunicati, sed excōmunicandi. Item no. q̄ clerici publicè portantes arma nō sunt excommunicati, sed excommunicandi: quia porta-
1 re arma non est eis honestum. ¶ † Sed nunquid gladij à paue dicantur arma? dic q̄ non: quia non sunt apti ad nocendum, ut no. in aut. de armis, col. vi. & in qualibet re denominanda inspicitur aptitudo, & consuetudo, ut no. in simili in l. ii. ff. si cer. pe. ergo non dicitur inuentus cum armis, qui portat istos cultellinos paruos.
2 ¶ † Sed nunquid est licitum clericis portare loricas de ferro? dic quòd nō: quia hic indistinctè loquitur. Item arma sunt, quæcunq; reddunt hominem audaciorem, & aduersariū timidiorem. hoc intellige, nisi in casu necessitatis, ut si uadit ad loca periculosa. Nam ob defensam etiam præsumptam licitum est portare arma, sicut si periculum immineret ad oculū: ego loquor de ineuitabili necessitate. nam spontè nemo debet istos casus appetere. ff. lo. l. si merces. §. culpæ. & l. item quæritur. §. exercitu. pro necessitate autem salutis patriæ possunt clerici arma sumere ad defensam, ut. ff. de iusti. & iur. l. ut uim, & ar. de capti. & postl. reuer. l. postliminii
3 §. filius. ¶ † Item no. quod prælatis, & clericis licitum est laicos ad arma prouocare contra inimicos humani generis, puta piratas, & depopulatores agrorum, & terrarum. 23. q. 8. igitur. nam illi similes sunt bestiis feris, & obstinatione peccandi cōuertuntur in belluas. C. q̄n li. uni. sine iudi. se uin. l. opprimēdorum. & ubi nō sufficiunt iura, recurritur ad armatum subsidium, ut not. C. de iudi. l. nullus. nam arma tuentur leges. Et e contra, ut in secunda consti. C. & in princi. insti. ¶ † Si cleri-
4 ci post trinam commonitionem episcopi, ne portent arma, sunt inobedientes, & si capti fuerint cum armis, non sunt ab ecclesia defendendi, de senten. excom. in audientia, & c. contingit, & sunt extra protectionem, & priuilegia clericorum. extra protectionē enim sunt,

quicunque

quicunque statutis, & priuilegiis nó iuuantur.facit,qđ
no.in l.j.C.de natural.li.Dicit Inno.q unicuiq; existen
ti in possessione licèt defendere possessionem suam,
& fructus colligere,non obstante contradictione eius,
qui non possidet,ut ipse no.infra de censi.c. uenerabi-
5 li,in fi.¶†Quis pót iniuriam sociorũ armis repellere,
siue loquamur de socio societatis rerum, siue itineris.
ij.q.vii.negligere.23.qõ.3.summa. magis tamen mode
ratè debet quis defendere socium,q̃ seipsum:periculũ
tñ personæ non tenetur quis pro socio subire.unde di
cit sapiens Cato. Dilige sic alios, ut sis tibi charus ami
cus.Sic bonus esto bonis,ne te mala damna sequantur.
6 Adde qđ dixi in l.ut uim.ff.de iust.& iur.in l ćt. ¶†An
liceat clericis,uel platis noua castra,uel munitiones fa-
cere,dic quòd sic,nisi sint suspecti de æmulatione, uel
guerra ab eis mouẽda,de resti.spo.c.Pisanis, per Inno.
Similiter dicimus de refectione castrorum i habitato-
rũ ſm Inno.quod est notandũ.facit.l.opus, de ope.pu-
blicis.si clericus pót fugere,potius debet fugam arripe
re,q̃ fugientem cũ armis pcutere iuxta illud, si persecu
ti fuerint uos in una ciuitate,fugite in aliam, nisi fuga
esset eis periculosa;sed laici nó tenentur fugere.ff.ad.l.
Aqui.l.scientiam.§.cũ aliter: qa fuga est refugium mi-
7 serorum.¶†Porrò ét clericis,si pressuram patiantur,li
citum est se defendere, dumtamẽ seruetur modus, &
moderatio.¶Ecce exẽplum de modo.si non armatus p
cutit cum pugno,non debet repercuti cum gladio.Ec-
ce exemplũ de moderatione.s.possib.l.i.pone,q uterq;
est armatus,unus cum leui instrumento,alter cũ graui
& periculoso,& etiã cum leui.non.n. debet percutere
cum graui: quãdoq; tñ impetus moderationem tollit:
quia ubi furor est.ibi intellectus abest, ut not. in l.j. C.
unde ui.dic q moderamen seruatur,si illud tãtum fiat,
quo omisso uiolentia repelli non potest, ut in c.ut fa-
mæ,de sen.excommu.nec est uis, utrum sit ea lem qua
litas armorum,necne:quia ad modum re.eren.est,non
qualitatem,ar.ff.de usuf.l.si fundi. §. fi. & in illis iudex
arbitrabitur.ff.de rei uindi.l.in fundo.& ex qualitate ar
morum præsumitur animus occidendi, uel non occi-
dendi,ut in l.j.§.sed in claua. ff.ad.l. Cor. de sic.utrum
autem,qui excedit modum,puniatur de tanto,an de to
to,an nullo modo,uidetur distinguen.a ... in rixa,& nõ
puniť,ut.ff.ad.l. Aqui.l.si ex plagijs.§.tabernarius: aut
ex proposito; & tunc punitur de tanto, non de toto;
quod arbitrio iudicis relinquitur supra de rest. spo.
8 olim.¶†Si duo contendunt de aliqua possessione, & pa
rant se ad bellum, utrum iudex possit pos.sequestrare?
dic q non,si unus possidet,alter non:sed si est dubium
de pos.tunc debet sequestrari,ut not.Inn.suprà de pro
ba.c.in præsentia.Item scias,q incontinenti & ex inter
uallo dicitur,prout mater a requirit. nam si quidem ta
le est quid,quod possit reparari, ut recuperare posses-
sionem inuasam,tunc dicitur incontinenti fieri,cum pri
mum est aptitudo recuperandi;quod etiam licitum est
facere conuocando amicos, & licet quidam dicant, in-
tra triduum: tamen si res magnum apparatum exigit,
puta recuperatio unius castri, tempus oportunum ad
hoc inspiciendum est.ar.ff.de uer.ob.l.continuus.§.cũ
ita.& §.item qui insulam.si autem est tale quid, quod
post factum non possit in pristinum statum reparari, ut
uulnera, tunc incontinenti dicitur fieri,quod continua
te fit instante metu, ut no.infra de homi.c.signi.Pone,
statuto ciuitatis cauetur,q offenso liceat facere compe
9 tentem uindictam.¶ †Utrum sit licitum offenso facere
aduersarium suum assassinari? dic quòd non: quia in
hoc maior est qualitas delicti,q̃ delictum,ut in c. p hu
mani,de homi.lib.vj. Præterea hoc est capitale;& ideo
non interuenit procurator: socius tamen bene posset
ipsi assistere,uel dic,quod non punitur mandans,sed fa
ciens nomine alieno:quia istud mandatum naturali ra-
tione est turpe,ut no.ff.de ui ar.l.cum fundum, & ff.de
re iudi.l.culpa est. ¶Item quia statutum loquitur de of
fenso, & sic loquitur in personam, non in ipsum actũ,
seu realiter,ut.ff.quod ui aut clam.l.aut qui aliter.§.fi.
& idem dico in marito, qui potest occidere adulterũ,
nam intimus dolor excusat eum:sed nó excusaret eius
nuntium,ut.C.de adul.l.Gracchus.illud constat, quòd
uindicta habet oculos retrò, & facta respicit.Sed defen
sio futura concernit.unde qui dicit se fecisse ad uindi-
10 ctam,debet probare,quòd fecit post offensam.¶ † Sed
quid si aliquis adulterauit uxorem alterius, & offensus
è contra postea,adulterauit uxorem illius, nũquid hoc
genus uindictæ est licitum?respondeo non:quia tangit
alium,quam offensum, & iniquius fieret statutum, si
hoc permitteret, & duplex iniquitas non est tolerãda,
ar.in l.ex facto.ff.de uul.subst.idem dicendum est in ra-
ptu uirginum,etiam si carnaliter cognitę non sint.C.de
11 rap.uirgi.l.j.¶†Deinde no. gl. quòd transiens per loca
periculosa dicitur transire per fortuitos casus; & licèt
12 bene succedat,tamẽ culpanda est temeritas.¶ † Venio
ad gl.quæ dicit, quod si usurarius est excommunicatus
propter usuras, licèt sit absolutus à uinculo excommu
nicationis per diœcesanum suum, tamen non est abso-
lutus à restitutione usurarũ.& est ratio, quia duæ sunt
obligationes: & licèt tollatur sententia,non tollitur ta-
men debitum.ff.de don.l.sed si in stipulatum. ff. de ser.
ur.præ.l.si domus. Non enim ueniunt ex uno radicali
fonte:quia excommunicatio uenit ex contumacia: sed
obligatio usurarum uenit, & re contrahitur sicut inde
13 bitum.¶ †Porrò per excommunicationem indebiti có
dictio non augetur,sed uenit officio iudicis,ut.l.j. ff. de
in litem iuran.nec dicitur satisfactum,licet sit sententia
lata.ff.de fun.instru.l.nepoti.¶Et no. quod usuræ in ue
teri & nouo testamento sunt prohibitæ, & maximè cle
ricis,qui struunt auaritiam,& dissoluunt uincula socie
tatis humanæ.Et hoc uerum, quando quis facit hãc ar
tem, uel quando ad procurationem creditoris quocun
que colore quęsito,uel propter indultam temporis di
lationem,quod uocatur ex pacto propter pactum. ff. si
cer.pe.l.lecta.in fi. ¶Sed si ad procurationem debitoris
ducentis creditorem per ambages uerborũ inuito cre-
ditore tempus donabitur, unde creditor incommodũ
sentit.ueniunt usuræ.l.usus æris,tanq interesse.ff.de in
litem iuran.l.numus.C.de sum.tri.l.j.in gl. quia pprie
loquendo non sunt usuræ.supra de foro compe.c.dile
cti.& ideo non taxatur per dispositionem legis,cos.C.
de usu.sed per iudicem probato uero interesse, sic dẽt
intelligi.ff.pro sol.l.socium,qui in eo.hoc est no.quòd
etiam si legetur pro anima, non potest testator usuras
apponere,ut no.in l.ij.ff.de an.leg.Non ob.l.j.ff.de pe-
nu. leg. quia aliud est usura, quæ multiplicatur per
tempora, & aliud pœna, quæ succedit loco sortis,
& non committitur dietim, sed semel pro semel. ff.
de actio. & obliga.l. obligationum ferè.§. fina.& ff. de
14 transact.l.pacto conuento.¶ † Sed numquid per codi-
ces rationum, quas usurarius conscripsit secretè in
camera, nemine mandante,nec sciete,probetur,quòd
quis sit solitus fœnerari?dicit Archid.quòd sic.xlv. di-
stin.qui sincera.tamen dicit,quòd non tenetur eos ede
re,quia conscripsit priuatim ad suã memoriã, & grã sui

tantum,nec cum mandato ita,ꝙ possit dici gestor negotiorum; & uerũ dicit, si cũ nemine sit controuersia usurarum.Sed si usuræ repetuntur in iudicio, tũc bene cogitur edere,ut in c.j.de usu.in cle.¶Sanè nullum iudicium incipit ab edendo,sed citatione,& libello, ut inst. de pœ.te.liti.§.fi.quia non dr̃ usurus aliquis in stro ante q̃ lis sit mota,ut.l.j.§.edenda.ff.de eden.utens dr̃ ille,ꝗ producit.usurus dr̃ ille, qui uerbo intentat instrm̃, ut no.Inn.s̃.de proba.c.j.& dic ut ibi dixi, & dic ꝙ pœna quantitatis interdum accedit quantitati:interdum speciei:interdum facto,primo casu aut per temporis dinumerationem; & est usura : aut non per dinumeratione temporis,sed habito respectu ad interesse totale; & nõ est usura; quod dic,ut.C. de usu.l.cum allegas. si pœna adiicitur loco contemptus,tunc nõ est usura,ut si spernatur arbiter,uel iudex,ut.ff.de arbi.l.Celsus.ff. de uerbo.ob.l.stipulationum aliæ.§.si sortem: quia non acce-
15 dit sorti,sed uenit extrinsecus.¶† Adde,quod dixi.ff.si cer.pe.l.rogasti.§.si tibi.¶Vsura promissa sub titulo donationis non ualet:quia est color quæsitus,uel in fraudem canonum.Idem, si fœneratori ꝓmitto dare pignora sub pœna:quia,ut dixi,ubi est color q̃situs, ibi fraus s̃m Cy.C.de usur.aut.ad hæc.licèt Ia.But. dicat contra
16 rium,& male:quia contra conscientiam.¶† An iudices seculares possint se intromittere de restitutione usurarum certarum,dic quod sic,ut.infrà de usu.post miserabilem . Sed de restitutione usurarum incertarũ ad eos nõ spectat cognitio:quia causa est ecclesiastica, ut no. xj.q.j.in summa,& in cle.dispendiosam.de iudi. & dixi in l.Titia.ff.solu.mat.ubi enim usuræ sunt certæ,nõ est cognoscere, sed cognitum esse,arg.C.de compen.l.fi.

SVMMARIVM.

1 *Clericum debet habere qui populum regit,& quare, in prin.*
Ecclesiæ dedicari non debent,nisi dos assignetur pro sacerdote,& clerico,ibi.§ in tex.
Sacerdos an possit sine clerico conficere corpus Christi.
2 *Sacerdos debet esse instructus in fide.*
Ad fidem catholicam, & diuinum officium discendum patres mittere filios debent.

T QVISQVE.Qui populum regit,debet habere clericum,qui secũ cantet,& pueros instruat in fide.h.d.¶In tex.ibi, Plebem, largè sumitur pro qualibet capella,Ber.Ibi, Clericum,gl.sumit arg.quod ecclesia non debeat dedi-
1 cari,nisi dos assigneẽ pro sacerdote,& clerico.¶† Quæro,an sine clerico sacerdos possit conficere corp' Christi?dic ꝙ sic: quia substantia missæ consistit in illis uerbis, Hoc est corpus meũ:&,Hic est sanguis meus , &c.
2 quem sermonẽ profert solus sacerdos.¶† Ibi, Mittant, no.ꝙ patres debent mittere filios ad scholas ad discendum diuinum officium,& catholicam fidem , & sacerdos debet esse instructus in fide:quia qui debet alios instruere,debet esse instructus, ut.ff. de eden.l. si quis ex argentariis.§.prohibere.

SVMMARIVM.

1 *Clericus nutrire non debet comam,neque barbam, sed incedere in habitu,& tonsura.*
Argumentum ex ui signorum, & habitus exterioris , uer. & uer.


1 I quis ex clericis.Clericus† non debet nutrire comam,uel barbam : sed debet incedere in habitu,& tonsura,ut hic & infrà.e.c. proxi.& no.hic arg.ex ui signorum, seu exterioris habitus. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Clericus constitutus in minoribus,potest uxorem ducere, nisi esset in monasterio traditus.*
Ad habitum deferendum,quem iam assumpsit , quis cogitur, uer.nota.

1 LERICVS.Clericus† constitutus in minoribus,qui appellatur sine gradu, põt uxorem ducere , nisi esset monasterio traditus. No.quem cogi ad portandum habitum,quẽ iam assumpsit; & sic cogitur quis ad bonum inchoatum continuandum, sed non ad nouum inchoandum secundum Ber. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Monasteria monialium clericus frequentans ab episcopo punitur,& laicus excommunicatur, nisi monitus destiterit, in prin.*
Frequentare quis dicatur.
2 *Frequentatio inducit maleficij præsumptionem,& facit indicium ad torturam.*
Prohibitum sine causa uidetur permissum cum causa.
Causa dicitur,cui ratio inest,uer.adde.
Contra faciens ex ineuitabili causa non punitur,& ratio uer. & est arg.


ONASTERIVM.Clericus frequentans monasteria monialium,ab episcopo punitur:laicus excõmunicatur, si monitus non
1 destiterit.h.d.¶ † Quæro, quis dicatur frequentare?gl.dicit ꝙ per duas uices.Et no.ꝙ frequenta
2 tio† inducit ꝓsumptionẽ maleficij, & sic frequentatio facit indiciũ ad torturã,& no.ꝙ id, qđ est ꝓhibitum sine cã,vr̃ esse permissum cũ cã. Adde , ꝙ illa dr̃ cã,cui ratio inest,nã si rõ non inest,non dr̃ cã propriè, sed abusiuè. ff.de uer.ob.l.si ita stipulatus.§.possum,in fi. & est arg. qđ si p superiorẽ est ꝓhibitus accessus ad certũ locũ, uel ingressus palatij, qđ ex cã ineuitabili contrafaciens non puniẽ,arg.ad idẽ.ff.de public.l.Cæsar.& est rõ , qa ꝓsona agens est illa,q̃ dẽt puniri: sed ista non est ꝓsona agens,sed patiens:qa p uim patiẽ, ut ait Seneca in ep̃la cap.vij.ad Lucillũ; ducũt uolentẽ,fata nolentẽ trahunt.

SVMMARIVM.

1 *Ministrorum numerum in ecclesiis episcopus statuere iuxta, prouentus & facultates ecclesiarum possunt , & bona eorum in communi,uictumq́; simultaneum,in prin.*
Epi de ecclesia parochiali possũt facere collegiatã, seu cõuẽtualẽ.
Pœna ordinaria potest aggrauari iudicis arbitrio , & ab ea non potest appellari,uer.no.pœnam.
2 *A communione fit quis alienus propter uiolentam manuum iniectionem in clericum.*
Absoluendi conuentuales potestatem habet episcopus plenariã ob iniectionem manus in clericum uiolentam,uer. tamen.
Plenaria sumitur pro libera,ibid.
3 *Conuentuales debent simul uiuere,& sub eodẽ tecto dormire.*

QVO-

a ¶ *Vide de materia per Lapum allegatione, sua 76.*

QVONIAM ut.ª Tria dicit. primò, quod episcopus pôt statuere certum numerum ministrorum iuxta prouentus ecclesiarũ. secundò, quod pôt statuere, quod bona eorũ ueniãt in cõi tertio, quod simul comedãt, & dormiãt. pœna triplex officij beneficij, & grauior; & hoc patet. Casus decretalis. scribit hic Gregorius omnib. epis, ut patet in
1 registro secundum In. ¶ † In tex. ibi, in cõi, propter hoc dicũt do. quod epi de eccl'a parochiali pñt facere collegiatã, seu cõuẽtualẽ. Ibi, si opus fuerit. No. pœnã ordinariã aggrauari iudicis arbitrio suadente, & ab hac aggrauatione, si cõ
2 stat de facto, non pôt appellari. ¶ † Ibi, Alienus, no. quẽ fieri alienum à cõione propter uiolẽtã manuũ iniectionẽ in clericum: tñ inter cõuentuales eps hẽt ptãtẽ absoluẽ. plenariã. i. liberã. sic. n. exponit. ff. mand. l. creditor.
3 §. Lucius, Bal. ¶ † No. quod cõuẽtuales debent simul uiuere, & sub eodem tecto dormire, & hoc satis patet et ex ui grammaticæ: quia con. i. simul & argumentũ ex ui grammaticæ ualidum est in iure. ff. de au. & ar. leg. l. Plautius, & per Inn. de rescri. sedes, in prin.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis ecclesiastici debet esse gratuitum, consuetudine, non obstante, in prin.*
Officium tutoris an debeat esse gratuitum.
Præmium satis consequitur, qui bene gerit officium, uer. Dicit tex.
2 *Sẽtentias uenales et processus, quando uerum sit, nõ tenere.*
3 *Idemnitatem iudici promittens an præsumatur committere baratariam.*
Sportulæ an debeantur de iure ciuili iudicibus, uer. Adde, & nu. 4. §. si autem, & seq. & utrum ex constitutione episcopi, & nu. 4.
4 *Constitutio episcopi, scilicet quòd episcopo debeatur nomine sportularum aliqua quota litis, an sit ualida.*
Sportularum causa dicitur causa propria iudicis, & qui cum sportulis habere se dicit iurisdictionem, parte negante non debet se iudicem pronuntiare, & dat cautelam iudicibus, uer. & quòd.
Fieri quod non potest simpliciter, nec fraudulenter potest. §. si autem.
5 *Episcopus si haberet temporalem iurisdictionem ab Imperatore, posset in causis pertinentibus ad istam temporalitatem exigere sportulas.*

CVM ab omni Ecclesiastici iudices gratis iudicare debent, nec exigere, possunt decimam, etiam si hoc habeat consuetudo, non obstante quod dicant se noie assessorũ suorũ exigere: quia hoc dicitur in fraudem. dic de hoc, ut not. in c. statutum, circa fi. de resc. li. 6. No. quod offiñ iudicũ dẽt eẽ gratuitũ: quia satis sufficit eis pro salario, quod habeant ecclesiasticos
1 reditus. ¶ † Quæro, quid de officio tutoris, utrum debeat esse gratuitum? gl. no. dicit quod sic. ff. de tut. l. meos. ad hoc. ff. de neg. gest. l. qui sine usuris, ibi dum dicit, gratuitum certè & ab omni lucro abstinentes fidem præstare debent, dicit tex. quod satis cõsequitur pmium, qui bene gerit officium: quia consequitur laudem, in
2 auth. de hære. & Fal. §. si uerò. ¶ † No. deinde hic uenales sententias & processus non tenere; quod uerũ est in processu iudicum; sed processus arbitri, uel arbitratoris tenet. sed datur exceptio secundum Inn. quod est uerum in arbitro, qui spontè eligitur: sed si eligitur de necessitate, qui uocatur arbiter iuris, idẽ est in eo. quod in quocunque iudice delegato, ut processus uenalis, & sententia uenalis sit nulla ipso iure. Et hoc est bene notãdum: quia arbitri sæpe committunt has baratarias, cũ plerunque sint uiles personæ. Si quis tamen non potens suam iustitiã obtinere, redimit hanc iustitiam,
3 iste non dr committere simoniam. ¶ † Et adde, nunquid ille, qui promittit iudici indemnitatem, præsumatur committere baratariam. Bar. dicit quod non. ff. de fur. l. si quis uxor. §. si fugitiuum; quod est uerum, si iste promissor foueat ius: alioquin deberet puniri de barataria. Adde, utrum de iure ciuili sportulæ debeantur iudicibus; uidetur quod non debeantur ex promissione, sed ex legali dispositione, & sint taxatæ, non arbitrariæ;
4 ut leg. & no. inst. de act. §. tripli. ¶ † Sed an ualeat constitutio epi super hoc, uidelicet quod epo debeatur nomine sportularum aliqua quota litis, puta uigesima, uel quæcunque alia minor, uel minima, ut unus denarius pro lib. eius, quod petitur, ur quod eps non possit hoc statuere; quia faceret statutum in causa propria. & quod ratione sportularum dicatur causa propria, tenet glo. ordi. ff. ad munici. l. de iure: quæ dicit, quod si iudex prætendit se habere iurisdictionem cum sportulis, & pars hoc negat, quod non potest pronuntiare se iudicem; & ideò iudex debet esse cautus, ut non prætendat interesse sportularum, sed tractet de ipso interesse. nam expressa nocent, non expressa non nocent. ¶ Si autem prætenderet sportulas ex promissione, tunc non ualeret promissio, ut hic. nec iuuat color quæsitus. puta occasione tabellionum: quia quod non potest fieri simpliciter; non potest fieri fraudulenter. ff. de transa. l. cum hi. §. sicut lis. ff. de condition. & demonstra. l. heres meus. C. quod in fraudem. Adde quod no. in aut. scriptum exemplari. ¶ Item adde, quod episcopus si haberet temporalem iurisdictionem ab Imperatore, posset in causis pertinentibus ad istam temporalitatem exigere sportulas. Item dicit gl. quòd Comitissa Matilda in suis regalibus computat sportulas, ut exigebat. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi missi ad prædicandum de nouo conuersis ad fidem debent se in unum superioris habitum conformare.*
2 *Strictior uita regularium de mãdato Papæ reducitur ad uitam latiorem, & magis communem.*
Dispensare in quibus possit contra regulam, & constitutionem religiosorum Papa, uer. nam hoc cum. §. sequen. & nu. 3.
3 *Auctoritas Papæ in quibus est uerum, quòd ab omni uoto, & professione, & omni iuramento intelligitur excepta.*
Papæ prohibitio dicitur uis maior, & connumeratur, inter casus fortuitos maiores, uer. quia prohibitio.
Casus fortuiti in re qualibet excusant, ibid.
Casus fortuitus quis dicatur, uer. est autem.
4 *Scandalum generatur ex diuersitate habitus.*
Ex disparitate nascitur inuidia, & discordia seminatur inter fratres. §. dicit.
5 *Conformitas quomodo ueniat attendenda.*
Vestimentis albis in tota Lombardia, & Tuscia ad Romam usque anno. 1400. se omnes homines induerunt.
Baldi uita peruenit in annum. 1400. eoq; tempore ius canoni cum profitebatur.
6 *Canonicus regularis an possit esse canonicus in ecclesia seculari.*

Regularis omissa ecclesia regulari transire non potest ad ecclesiam secularem. §. sed collectarius.

1 EBVS, qui Religiosi † missi ad prædicandũ de nouo conuersis ad fidem dñt se in unũ superiorem habitũ conformare. facit. s. de ele. cũ cãm h. d. ¶ Casus. Liuonienses de nouo conuersi erant ad fidẽ, datus fuit eis eps, & q̃dã alii fratres ad prædicandum Euangeliũ: quia illi prædicatores dissimilẽ habitũ habebant, murmurabãt, & scãdalũ inter Liuonienses suscitabant ex tali diuersitate: scribit Papa Epo Liuonien. & aliis fratribus dicens, ne pp dissimilẽ habitum scandalum suscitetur inter illos, q̃bus unum Euangelium prædicabant, mandat eis, q̃ oẽs debeant se conformare in unũ regulare ꝓpositum, & honestum habitum, q̃ tũ spectat ad hoc officiũ, non obstãte eo, q̃ quidam illorũ sint monachi, quidã uero canonici regulares, q̃dã alii strictiorem uitam ꝓfessi. ¶ Et ex hac decretali no. q̃ pp scandalũ receditur a iure, & habitu regulari: sed illud fit ad tempus ex cã. Item in his, quæ spectant ad professionem Papæ auctoritas intelli-
2 gitur excepta, sicut dicitur de iuramento. ¶ † No. q̃ strictior uita regularium de mandato Papæ reducitur ad uitam latiorem & magis cõem. nam hoc nõ spectat ad substantialia regulæ, sed ad accidentalia, quæ Papa põt permutare, & indulgere: contra cõstitutionẽ, ergo Cartusiensium bene põt Papa dispensare. Sed non contra substantiã professionis. ¶ Item contra regulam Minorũ non dispensat, sed contra cõstitutionem Prædicatorum põt dispensare, uerbi gratia, quod frater prædicator possit succedere in hæreditate paterna, & de ea facere testamentum: quia mendicatio Prædicatorũ non est ex regula, sed ex constitutionibus, ut dicit Fede. de
3 Senis. ¶ † Deinde glo. sumit ar. q̃ ab omni uoto, & professione, & ab omni iuramento auctoritas Papæ intelligitur excepta; quod est uerum in his, super quibus est possibilis dispensatio, ut. ff. ad munici. l. fi. sed si quis iurat aliquid facere, & Papa illud fieri ꝓhibet, alia dispẽsatio non est necessaria. ff. qui satis. cog. l. pe. quia ꝓhibitio Papæ dicitur uis maior, cui resisti non põt; & sic connumeratur inter casus fortuitos non leues, sed maiores, & præcisos qui in qualibet re excusant, & q̃nq; casus præponderant culpæ, ut. ff. ad. l. Rhod. de ia. l. si uenẽda. §. idẽ iuris, & ff. q̃ me. cau. l. si cũ exceptione. §. q̃ si hõ, ut si res erat al's peritura, ut ibi no. & ãt casus fortuitus ꝓpriẽ loquendo, fortuna dominatur prouidentiæ humanæ, ut. ff. de ac. emp. l. si hrs. uñ leuiores culpas
4 exhaurit à ꝓdominio. ¶ † Deinde dicit gl. q̃ ex diuersitate habitus scandalum generatur. dicit n. philosophus, q̃ diuersitas morũ nequaquam est amabilis. ¶ Dicit lex, q̃ ex disparitate nascit inuidia, & seminat discordia in-
5 ter fratres. ff. de le. ij. l. cum pater. §. euictis. ¶ † Deinde gl. dicit, q̃ cõformitas hic attenditur. apparet in oculis uulgi, sicut hoc anno fuit in simili, q̃ oẽs hoies de anno. Mcccc. in tota Lombardia, Tuscia, & usq; in Romã ex deuotione assumpserunt quædã uestimenta alba; tñ desubtus ibant induti ꝓut prius, licẽt ista dissimilitudo sit talis qualis, sed non perfecta: de hoc tñ facio mẽtionem ad æternam rei memoriam: quia fuit quoddã mi-
6 raculum. ¶ † Deinde gl. sumit argu. q̃ canonicus regularis potest esse canonicus in ecclesia seculari. uerbi gratia, canonici Perusini sunt regulares canonici: Tridenti: sunt seculares: poterit canonicus Perusinus ad canonicatum Tridentinum accedere, & est similitudo: quia monachus potest fieri eps in ecclesia seculari ẽm Ber.

¶ Sed collectarius recitat opinionẽ hic in suo opere. Nã Arch. dicit, q̃ regularis omissa ecclesia regulari nõ põt transire ad ecc̃liam secularem; q̃ uidetur uerius 2 q̃a res non recipit restitutionem, dum statum mutat, ut. ff. de minori. l. si ex causa. §. Pap. & dic ut infra de regul. c. super eo; de sta. mona. in summa, & in c. quod Dei timorem. ad hanc materiam facit, q̃ no. Io. An. in c. 1. de elec. in cle. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Ludi theatrales in ecclesiis fieri non debent.*
Repræsentationes quædam possunt in ecclesia fieri. } ¶ pri.
Ludi alearum, uel taxillorum an possint fieri extra ecclesiã & an perditum in tali ludo debeat in foro legis, uel foro conscientiæ restitui perdenti.
Ludi causa promissione facta non agitur ex ea. §. in contrarium.
2 *Ludendo qui dilapidat bona sua, prodigo similis est, ut possit ei interdici bonis.*
Donatio magna est species prodigalitatis, & ideò requiritur insinuatio, & etiam cum ea non ualet, si fit ob turpem causam, uer. Adde.
3 *Testari an quis possit de turpibus quæstibus, ut turpi lucro.*
Meretrici interdicendum bonis, ne contrahere, & testari de eis possit, uer. unde.
Priuatio non fit nisi per sententiam, uer. sed illud.
4 *Clericum si quis fingit se, cum non sit, an possit puniri non solum à iudice seculari, sed etiam ab episcopo.*
Pœna una ubi non sufficit, imponuntur plures, uer. quia Vbi.
5 *Quæstores sancti Antonij qui dicunt missam, cum non sint sacerdotes, tenentur crimine falsi.*
6 *Hastiludijs qui præsunt, an sint infames.*
7 *Ioculatores discurrentes per mundum, sunt infames, nec eorum testimonium est ualidum.*
Testificari posse est honor, qui non competit infamibus.

VM decorẽ.[1] in ecclesijs non debẽt fieri ludi theatrales, ne honestas inquinetur ecc̃liç. h. d. Repræsentationes tñ fieri q̃dã pñt, p quas hoies simplices erudiunt. h. d.
1 ¶ † Quære, utrũ ludi alearũ, uel taxillorum possint fieri extra ecc̃liam, & nunquid perdit in tali ludo, q̃ uocatur ludus perditionis, debeat in foro legis, uel foro consciæ restitui perdenti? & uĩ q̃ non: quia lege cauetur, q̃ minor iuuat beneficio restitutionis in integrum. Et sic de iure speciali iuuatur beneficio ætatis: ergo secus in his, qui sunt ætatis legitimę, ut. ff. de mino. l. si in emptione. §. j. Item ex ui sermonis iste appellatur ludus ꝑditionis. Item iste est ludus fortunæ, q̃ in omni re dñatur. Itẽ par potẽtia damni. item q̃a sic se hẽt consuetudo gñalis. ¶ In contrarium uĩ tex. in l. alearũ usus. nisi sit ludus modicę rei, & ad recreationẽ animi. Quidã distinguũt, aut q̃s tractus ad ludũ. aut traxit alium. primo casu repetit: scd'o nõ. similis distinctio. C. de ser. fugi. l. quicunq;. §. fi. Si aliqua promissio siue per instrm, uel sine facta esset ob ludum non posset agi ex ea: quia ob cãm minus probabilem facta foret. ut. ff. de aleato. l. 1. §. q̃ aũt. Et adde q̃ no. infra e. clerici. & ff. de usuc. pro emp.

2 ¶ *Solet allegari hic tex. quòd consuetudo contra honestatẽ nõ ualet; uide Pan. arguentem in contrarium in c. dilecti, de arbi. & in c. cum de his, quæ fi. a præla. sine consensu capituli.*

emp.l.si quis cum sciret.¶† Qui bona sua ludendo dissipidat, similis est prodigo, ut possit ei interdici bonis, vt ibi patet: quia interest ibi rei publicæ, ne quis male utitur substantia sua.facit.ff.sol.ma.l.si cum dotem.§. si autem dissipet.C.de sen. pas.l. in qone testi.ff.ad Treb.l. imperator.Adde, quod si in specie, de qua agitur, apparet prodigalitas, non est necessaria alia interdictio iudicis. & ideo quia magna donatio est species prodigalitatis requiritur insinuatio;& et cum insinuatione nō ualet, si fit ob turpem cām, arg.ff.de act.& ob.l.fi.& ff. de aur. & argen.le.l. Quintus Mutius.¶† Sed nunquid de turpibus quæstibus, ut turpi lucro, potest quis testari: iste casus est in meretrice, & vr quod meretrix non possit testari, quia infamis.ff. de test. cum lege. sed ibi loquitur de infame per sniam: aliàs bene potest facere testm̄. C. de inoffi.testa.l.in arenam.C.de secun.nup.l.j.secundò, qa turpia lucra sunt ab hæredibus extorquenda. Sed certe ante q̄ extorqueantur, bene hēt quis hæredem in turpibus lucris.ff.fa.herc.l.his cōsequenter.§.j.tertiò, qa meretrici est interdictū bonis.ff.de cura.furi.l.& teneri.sed illud per sniam: quia in priuando quem de iure communi requiritur snia.quartò, quia notorium. sed certè notorium requirit sniam, sed non fert sniam. unde si consanguinei meretricis uolunt, quod ipsa nō possit contrahere, nec testari, faciant sibi interdici bonis, p iudicem suum. Nam licèt ista prodigalitas non tendat ad subuersionem patrimonij, tū lex malè præsumit de ea.¶† Pone, quod quis fingit se clericum, cū non sit, an possit puniri non solum a iudice seculari, sed ab epo? dic quod sic.nam re uera laicus, & sic punitur à ptāte, inspecta ueritate, si quod delictum commisit. Item adulterando habitum facit iniuriam epo: & sic uterque punit iuxta suam iurisdictionem: quia ubi non sufficit una pœna, imponuntur plures. C.de spor.l.ij.& l.fi.C.de arb. tu.l. fi. Et hoc facit contra quæstores† sancti Antonij, q portant crucem, ut uideātur de fratribus, & quod peius est, dūt missam, & non sunt sacerdotes; & isti uitimi tenentur crimine falsi, ut.ff.de fal.l.eos.§.qui se.¶ Quæro, nū quid† illi, qui præsunt hastiludiis, sint infames? rn̄deo, non, quia hoc eis pstāt per superiorem pro discretione uirtutis, ut.ff.de infam.l.athletas.§.j.post prin. Ioculatores autem discurrētes per mundum, infames sunt, & eorum non ualet testimonium: quia posse testificari est honor, qui non competit infamibus, quoniā debent esse in horrore, non in honore. ut.l.j.C.ubi sena.uel clari.& si impetrarent aliquod beneficium ecclesiasticum, posset eis opponi exceptio histrionatus.

SVMMARIVM.

1 *Clericis est indicta castitas, & incontinentes puniuntur, in prin.*
Nati ex concubina clerici in minoribus constituti sunt spurij, nec legitimari ualent per subsequens matrimonium.
Matrimonium subsequens legitimat etiam spurios, uer. tamen Ioan.
2 *Matrimonium clericatu deposito si quis contrahit cum concubina, an filij inde nati efficiantur legitimi.*
3 *Damnati uitio diffidentiæ non possunt testari, nec testificari.*
4 *Venia dat materiam delinquendi.*
Maleficia puniri interest reipublicæ, uer. item interest.
Pœna cognoscitur ex qualitate criminis.§.in tex.
Pœna maior, ubi duplex culpa ibid.
Simonia committitur, quando iudex accipit pecuniam, ne procedat contra delinquentes.§.ibi.pecuniæ.
5 *Coniugati grauius peccant in crimine carnis, quàm soluti.*

VT clericorum. Prima pars indicit clericis castitatem.scd'a pœnā imponit.tertia aggrauat. quarta punit plātos negligentes & corruptibiles. quinta punit clericos incontinētes.scd'a, ibi, ne uerò.tertia ibi, si qs.quarta ibi, plati.quinta ibi, cui aūt. Casus. Quia clerici dissolutè uiuebant, à carnali uitio non abstinentes, statuit conciliū, prout sequit.¶ In tex.ibi, Mores, & actus.i.interiores, & exteriores.¶ †Ibi, Vniuersi, ēt inferioris ordi-
1 nis, ut infrà tit.j.& per hoc collige, quod nati ex concubina clerici in minoribus constituti sunt spurij, nec legitimari ualent per subsequēs mrimoniū: quia mrimoniū non legitimat prohibitos, ar.ff.de sta.ho.l.Paulus.& ita disputando tenuit Ricar.Malumbra.tū Io.An.in Mercurialibus, vr tenere contrariū.nā tantus est fauor, & uigor mrimonij, qd legitimat spurios, non sunt ince-
2 stuosi.¶† Isti aūt non sunt incestuosi, quorū pater non est in sacris.ergo, si deposito clericatu, contrahit matrimoniū cū dicta concubina; filij efficiunt legitimi, interueniente tn̄ instrali fide & dote: quia istud mrimonium dēt esse solenne, qd operat præter naturam, ut insti.de nu.§.fi.Sed de iure canonico ista solennitas instri, & dotis non est necessaria: quia in istis non consistit substantia mrimonij, sed in consensu, ut infrà qui fil.sint leg.c.
3 tanta.¶† In tex.ibi, In filios diffidentiæ.i.de quorū salute diffiditur, ut.infra de excess.præla.c.clerici. Dicit Ia. de Bel. quod dānati isto uitio quacunque pœna non pnt testari, nec testificari ad similitudinē dānatorū de famoso
4 crie, de qbus dic, ut no.ff.de te.l.cū lege. ¶ † In tex.ibi, Incentiuū.i.puocatiuū, & no. quod uenia dat materiā delinquendi. Item interest reipublicæ maleficia puniri.ff. de pub.l.licitatio.§.qd illicitè.& ff.ad.l.Aqui.l.ita uulneratus.ff.depo.l.bona fides, de of.psi.l.congruit, ut pœna unius sit metus multorū, ut.l.j.C.ad.l.Iu.repe. quia ubi scelerati puniunt, multorū salus & incolumitas pcurat, ut.C.de ser.l.puinciarū. In tex.ibi, Comprehēsi.i.p legitimas pbationes, uel per torturā, si est casus, in quo dēt torqueri, ar.ff.de qst.l.maritus.¶ In tex.ibi, Magis aut minus, no.quod fm q̄titatē, aut qualitatē delicti pœna augēt, uel minuit. Itē no.hic, qd pœna cognoscitur ex qualitate criminis, & è contrà qualitas criminis cognoscit ex gn̄e pœnæ, ut.ff.de pu.iu.l.ij.¶ In tex.ibi, Suspensus, ab hoīe, uel a iure, ut quia notoriū, ut not. 11. q.3.c.si qs. No. quod suspensi celebrantes fiūt irregulares. In tex.ibi, Dupilci culpa, no.quod ubi est duplex culpa, ibi est maior pœna.sic.C.de ser fu.l.quicūq;. & duplex culpa dr, una fornicationis; alia contumaciæ.ff.de in litem iu.l.j. Illud constat, quod hic p contumaciā pœna aggrauat. ¶ Ibi, Pecuniæ, no.quod simonia committit, qn̄ iudex accipit pecuniā, ne pcedat contra delinquentes, & punit iudex simili pœna cū delinquente; & sic facit litē suam.
5 ¶† Ibi, Grauius puniant, no.quod cōiugati grauius peccāt in crie carnis, quā soluti.vn̄ clerici Græcorū, qui pnt hre uxores, grauius peccant tenendo concubinas, q clerici Romani: qa illi pnt prouidere sibi de uxoribus, isti non.

SVMMARIVM.

1 *Clericus crapulosus, uel ebriosus monitus, & non desistens, ab officio, & beneficio suspenditur, in prin. & nu. 1.*
Ebrietas mentis inducit exilium, & libidinis incentiuum prouocat, & nisi clericus ab istis uitijs se abstineat deponitur, Bal.super tertio decret.

Ebrii, & ebriosi differentia, uer. & no.
Ebrietatem plerique fingunt, & Fatuitatem } *ut maleficia declinent, ibid.*
2 *Clericus remotus ab officio, & beneficio, an possit repetere expensas, quas fecit pro utilitate ecclesiæ.*
3 *Delinquentes per ebrietatem mitius puniuntur.*
Studiosè aduerbium significat deliberato animo, & cum præmeditatione mentis, uer. nam uerbum.
Studium quid, ibid.
4 *Crapula dicitur excessus cibi.*
Ebrietas quæ dicatur.
5 *Aromata, & confectiones non licet sumere extra modum.*
6 *Arbitrium datur iudici per alternatiuam inter pœnas, quã pœnam eligat.*
In obscuris declaratio pertinet ad iudicem. Obscuritatem generat alternatiua. } *uer. & est ratio.*
Pudicitiæ frena dissoluunt crapula, ebrietas, in prin. & aromata, & confectiones, nu. 5.

A CRAPVLA. Clericus crapulosus, uel ebriosus monitus, non desistens, ab officio & beneficio suspẽditur. h. d. Not. hic, quod crapula, & ebrietas pudicitiæ frena dissol-
1 uunt. ¶ † No. uerbum, quod ebrietas mentis inducit exilium, & libidinis incentiuum prouocat, & nisi clericus ab istis uitijs se abstineat, deponitur, & est argumentũ, quod non ualeat testim̃ ebrij. Et no. drĩam inter ebriũ, & ebriosum. nam ebrius dr̃ actu, ebriosus consuetudine inebriandi, & est probatio aliquantulum difficilis, vt no. Inn. in c. quod causam, de testi. & plerique ebrietatem fingunt, ut maleficia declinent. ff. de off. præsi. l. diuus. alij fingunt se fatuos, ut contrahentes secũ eludãt,
2 ut. ff. de cur. fur. l. obseruare. ¶ † Extra quæro, utrum clericus remot⁹ ab officio, & beneficio, possit repetere expensas, quas fecit pro utilitate ecclesiæ? & dic quod sic per. l. not. ff. de contraria act. tutelæ. l. à tutela remotus.
3 ¶ † Dicit tex. ꝙ delinquentes per ebrietatem non dicũtur delinquere studiosè, sed impetuosè, & ideò mitius puniuntur, ut. ff. de pœ. l. respiciendum. §. delinquunt, ubi tex. singularis. & facit ad statuta, quæ dicunt, si quis studiosè percusserit, amputetur ei manus. nam uerbũ, studiosè, significat deliberato animo, & cum præmeditatione mentis. studium enim dicitur uehemens applicatio animi, ut no. in l. j. §. huius studij. ff. de iust. & iure.
4 ¶ † No. hic, ꝙ crapula dicit excessus cibi; & ebrietas dicitur excessus uini, uel ceruisiæ, quæ fit nimio potu aquę puræ. Dic, quod ista potest dici crapula, sed non ebrietas: quia corrumpit stomachum, generat uomitum, & angustiam; & ideò in omnibus rebus debet esse tempe-
5 ramentum. ¶ † Aromata etiam, & confectiones nõ licet sumere extra modum: quia luxuriam prouocant: tamẽ quia pauci sunt, qui utuntur istis confectionibus, non fuit necesse, ꝙ specialis mentio fieret de ipsis, sicut nec
6 per contrarium de cæpibus, & aliis. ¶ † In tex. ibi, Ab officio, uel beneficio, no. ibi, alternatiuam inter pœnas. dicit glo. quod per alternatiuam inter pœnas datur arbitrium iudici, quam pœnam eligat, quod est not. dignũ, de hoc no. dixi. C. de ser. fugi. l. si seruus fugitiuus. & est ratio, quia alternatiua generat obscuritatem, & in obscuris declaratio pertinet ad iudicem. ff. de uer. ob. l. cõtinuus. §. cum ita, ibi dum dicit, in incertis, non ceris est coniecturæ locus; & calamus iudicis supplet pro calamo legis, ut. ff. de extra. & expila. l. expilatores, & ff. de testi. l. Seio.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non debent ludere ad taxillos, nec ludentes aspicere, in prin.*
Taxillorum ludus quare est prohibitus.
Prohibita quædam sunt, quia illicita, & quæ, & quædam ex alia causa, uer. respondeo.
Ex alearum, & Taxillorum } *ludo quæ mala nascantur, uer. sed quia.*
Fortuna quid. §. est autem.
Casus aduersæ fortunæ non habet hominis consensum, & quare, ibid.
2 *Sortium iudicio electio committi non potest.*
3 *Ludentes si ponunt pecuniam super disco ludi, an uincens statim faciat pecuniam suam, & quid si pecuniam habet in sinu, & nu. 4.*
Aspectu acquiritur possessio, item dominiũ, & usucapiendi conditio, uer. aspectu.
Dominium uenit ex co nitatiua possessionis, & est filius ipsius, ibid.
Ad acquisitionem dominij non requiritur conscientia, sed sufficit actus à iure determinatus. §. sed contra.
Conscientia legis uincit conscientiam hominis, & conscientia sana nisi debemus, non obusina. §. item conscientia.
4 *Dominium an quæratur ex ludo taxillorum.*
Dominij species sunt ita, sicut species obligationis, uer. sicut enim.
5 *Vincens ad taxillos an teneatur restituere.*
Aliena largiri non debemus. § ista.
Ludi qui habeant speciem uirtutis, ibid uer. quod uerum.
6 *Vestes non debent esse nimis breues, nec nimis longæ.*
7 *Monachus factus episcopus non liberatur ex toto ab ordine monachali, & quæ facit sua, & relinquere possit.*
Abbas ad adeundam hæreditatem non potest à conuentu compelli. §. dico enim.
De uoluntarijs lex se non intromittit, ibid.

CLERICI. Dr̃ hic, ꝙ clerici non debẽt ludere
